




ALEGORIAE
VTRIVSQUE
TESTAMENTI



A
37
457



2. m. 6

3



N°

2

23-7641

16623356
8-7-14 7-7 N-1
2-33-7641

Biblioteca	Universitaria
Sala	B
Estante	6A
Tabla	
Número	139

BIBLIOTECA	REAL
Sala:	A
Estante	37
Numero:	457

R-13860

ALLEGORIAE

SIMVL ET TROPOLO-

GIAE IN LOCOS VTRIVS-

que Testamēti selectiores iudicio colle-
ctę ac propensiore studio, de promp-
& in ordinem digestę, ē monumentis
vnius & triginta Authorum.

*His accessit vice coronidis; Epitome venerabilis Bedę
Presbyteri de schematibus & tropis.*



1. 5.
PARISIIS,

Apud Sebastianum Niuellium sub
Ciconijs, via Iacobę.



*Ex Cramisone Itala
Inquisiti hic liber
correctus est fol. 200
xx. Expurgatorij an. 17
Paulus de Cardona*

Del Colleg. de la Comp. de fol de Lyon. 1574. 17

M-13810

[Faint, illegible handwritten text]

[Faint, illegible handwritten text]

[Faint, illegible handwritten text]

A
e
ru

S
C
an
no
te
de
co
po
da
T
ad
co
re
fu
ni
m
ef
re

AD CLARISSIMUM ET
 CVM PRIMIS ILLVSTREM VI-
 rum Antonium des Essars, Liriaci dominum, &
 in prætorio ciuili Suppræfectum Re-
 gium, Godefridi Tilmanni Car-
 tusiæ Parisiensis mona-
 chi Præfatio.



Siquando aliàs, vel nũc ma-
 ximè re ipsa experior equis-
 sime Iudex, quid veri sentẽ-
 tia illa habeat, vetustate qui-
 dem & laconismo, hoc est
 concisa breuitate memora-
 bilis, quam vni e' censu septẽ
 sapientium Græciæ, tribuit
 antiquitas, nempe Chiloni Lacedæmonio: *Εγγυα̃
 παραλ' α̃τη*. Veram prorsus, necesse sit nunc, vt fa-
 tear esse, meo vnus edoctus periculo. Ante siqui-
 dem menses plus, minúsue quatuor, sedulò à me
 contendit Sebastianus Niuellius Trecaffinus, Ty-
 pographicæ artis candidatus, hanc illi vt commo-
 darem operam, è tam multis qui locos præcipuos
 Testamenti vtriusque insigniter edisseruerunt, &
 ad Allegoriæ candorem, amœnitatẽmve detracto
 cortice literæ reuocarunt: vnum & alterum selige-
 rem, à quibus per prelum euulgandis sui tyrociniij
 sumeret auspiciũ. Efflagitationem eiusmodi etsi
 nihil obscurè intelligerem vehementer esse accõ-
 modam prouehendis piorum studiũ, visã tamen
 est intempestiua admodum. Duo siquidem occur-
 rebant, ne hanc in me prouinciam reciperem. Pri-

PRAEFATIO.

mum, prolixitudo diuini operis, cui ex ordinis in-
 stituto ac voto solenni necesse est adsim per dius
 & pernōx: alterum, distinebar tum pia quapiam
 commentatione nec minus salutari, in qua succissi-
 uis horis eram totus. Ad vmbilicum enim plenis
 velis contendebat. Quid tandem? Omnem hanc
 remoram semel abruptit tuus hic Sebastianus & e-
 uicit precum importunitate, immò extorsit quod
 efflagitabat. Et ecce dum conuerro bibliothecam
 qualemcumque nostram, incidi in aliquot exempla
 scriptorum superioris ætatis, quæ et si argumento
 pulchrè responderent, nullius tamen operæ pretij
 fuerit ea commemorare, quando toties ad hominū
 manus per prelum exierunt. Denique ad manus
 duo venerunt digna prorsus quæ exemplorum
 myriadas propagentur. Quod priore loco dāmus,
 recentioris monetæ est è triginta autorum moni-
 mentis selectum & exscriptum. Ad alterius reco-
 gnitionem proximè accingor. Malè me habet,
 quòd vtrunque in publicum prodit ἀνάγνωμον καὶ
 ἀδελφωτόν. Siquidè magni refert nosse, à quo do-
 ctina quæuis profecta sit: etiā si à quocumque tan-
 dem pronuntietur veritas, intelligatur non nisi à
 Spiritu Sancto diriuari. Quis enim nesciat asinam
 auguris Balaam vera protulisse? Aut Saulem pro a-
 finis patris sollicitum, à Samuele vnctum in Re-
 gem, in frequenti corona prophetarum medium
 mox prophetasse? Adeò vt in vulgus exierit iam-
 bicus ille dimeter, הַגִּסְטָאוֹל בְּנֵיכָאִים. Num & Saul
 inter prophetas? Quin & Caiphās quum esset pon-
 tifex anni illius, de Christi morte oraculum reddi-
 dit: necesse est, vt vnus moriatur pro populo.

Quod

PRAEFATIO.

Quod itaque queritur in tropica locutione, nempe metaphora, homœofis, allegoria, & harum speciebus quæ innumeræ propè sunt, primum est hoc, vt veritate nitatur. alioqui corruet fabrica omnis, si illius substructionem in arena instabili & lubrica collocaris, in fabulis videlicet & mythologiis. Hinc & Plato è manibus adolescentum extorquendas censuit fabellas Homeri & Hesiodi, ceu sunt de Cælio, Saturno, Ioue: dialogo 2. li. de Rep. quanquam & in Philebo, ἠπὲρ τῆς ἡσίους, & aliis aliquot locis, secus videri possit sensisse. Si quis enim ad veritatis æquilibrium laudes illas expendere, quas in Homerum congesisse scribitur, nimirum intelliget eas, non è mente Platonis profectas, ab iis verius quibuscum dissertabat, ceu assolet ferè sub formula dialogismi. Neque tamen contemderim in typica loquutione oportere typum veritati per omnia adæquari. Ita enim non iam typus sed veritas esset: sed neque cõuenit typum alienum esse à veritate, quando historiæ veritas crepido est totius figuratæ locutionis. Vt igitur typus sit, partem veritatis, partem adumbratæ figuræ retineat. Dicti huius ratio dilucidior fiet propositis duobus exemplis. Priori loco sit illud Apostoli I. ad Corinth. 10. Omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Ecce illic aqua, & hîc aqua. Proinde illi à seruitute Aegyptiorum liberati, nos itidem à seruitute sed dæmonum redempti. Hîc planè typus est. eoque subnectit tanquàm συμπερασμα, quo typum claudit: Hæc autem in figura sunt nostri. Et item, Hæc autem omnia in figura contingebant illis. Alterum mihi sumo è gentili poëta, nempe ex idylliis Theocriti, quan-

do ad manum est & obuium. Paræneticum est carmen sanè quàm elegans quo sub allegorica allusione, ex collatione rosæ, lilij, violæ, atque niuis, docet quàm decidua & versatilis sit vita mortalium. Id autem est,

Καὶ τὸ ῥόδον καλὸν ἐστὶ, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαρμαίρει.
 Καὶ τὸ ἴον καλὸν ἐστὶν ἐν εἰαρί, καὶ ταχύ γιγᾶ.
 Λευκὸν τὸ κρίνον ἐστὶ, μαρμαίρεται ἀνίκα πίπτει.
 Ἀδὲ χιῶν λευκὰ καὶ τάνεται ἀνίκα παχθῆ.
 Καὶ κάλλος καλὸν ἐστὶ τὸ παιδικόν, ἀλλ' ὀλιγον ζῆ.

Porro vsus Allegoriæ quàm creber fuerit ac frequens nostris maioribus, in sensibus eruendis vtriusque testamenti, & enarrandis potissimum Prophetarum oraculis, quæ de Christi in carnem aduentu erant, & eius sponsæ nascentis Ecclesiæ, ac eiusdem arcanis mysteriis, quo primùm tempore lux Euangelicæ veritatis se quaquauersum in orbem effudit, vnus ille Philo quem Platonem Iudæum superior ætas vocauit, dignatâque est pulcherrimo illo elogio: ἢ πλάτων φιλονίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει: quòd Platonis eloquentiam vix aliqui mortalium vlli imitabilem, ac summæ eruditioni coniunctam, à puero studuerit suo penicillo exprimere. In vtroque enim teste Hieronymo, eminet similitudo & intelligentiæ, & eloquij. Is, inquam, Philo inter cætera ingenij monimenta quæ permulta transmisit ad posteros, librum edidit de Apostolicis viris, de his nimirum qui initio surgentis Ecclesiæ sub Apostolorum disciplinam instituentos se contradiderant Hierosolymæ primùm, dein Antiochiæ, & mox Alexandria, inque finitimis circunquaque locis, sub Marco Euange-

lista, Petri discipulo. Id operis inscripsit, *περὶ βίου
 Θεωρητικοῦ, ἢ ἱκετῶν*. Ita enim legi oportere satis
 indicat Sophronius Metaphrastes Hieronymi ex-
 pressis verbis : *τουτέστιν, ὅτι τὰ ἐπουράνια ἀπενίρρυσσι
 καὶ ἀεὶ εὐχονται τῷ Θεῷ*. Hoc est, Quòd cœlestia
 pressius contemplantur, ac Deum orant semper.
 Eo in opere præter admodum multa, quæ vt eru-
 ditissimus, ita & eloquentissimus, in illorum lau-
 des expatiatus edisserit, hæc insuper de eisdem
 addit, quos aliquantò prius vocarat Therapeutas,
 pietatis scilicet cultores & monachos: mulieres
 Therapeutridas, monachas siue Nonnas: τὸ δ' ἐξ
 ἐωθίνου μέχρις, ἐσπέρας διάστημα σύμπαν αὐτοῖς
 ἐστὶν ἀσκησις. *Εντυγχάνοντες γὰρ τοῖς ἱεροῖς γράμ-
 μασι, φιλοσοφοῦσι τὴν πάτριον φιλοσοφίαν ἀλλήλο-
 ροῦντες*. Hoc est, Id spatium omne quod ab exoriē-
 te diluculo adusque vesperam interiacet, illis est
 exercitatio spiritualis. Circa enim sacræ scripturæ
 lectionem attenti, pro maiorum suorum more,
 magno studio contendunt eam traducere ad alle-
 goricum siue spiritualem sensum. Et hoc quidem
 fragmentum cum aliis aliquam-multis Eusebius
 Cæsariæ Palestinæ episcopus κατὰ λέξιν τράσumpfuit
 ex ipso Philone. En habes (lector) capite 17. lib. 2.
 historię Ecclesi. Visum est sesquihoram impen-
 dere collationi versionis cum exemplari Græco.
 Quàm bona fide verterit interpres penes te esto
 iudiciū. Mihi sat fuerit indicasse locū. Hęc eò mihi
 dicuntur, quòd nostra ætas nondum promeruisse
 videtur Græcorum operum Philonis excusionem,
 vel saltem libri huius qui de istis edisserit, qui Ale-
 xandriæ sub Marco stipendia meruerunt militiæ

spiritualis & Christo dignæ. Quin & in primis optarim (si quid modò votis profici possit) vt quæ illi aspirante profusissima Spiritussancti gratia in literas transmiserunt τὰ ἀλληγορούμενα, vel tandem ad nos perueniant: quando viuudum illud ac vocalissimum Spiritussancti organum, Paulus docet quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta esse, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Scribit idem rectissimè vt omnia, literam occidere, spiritum contrà, viuificare. Si enim iuxta literæ sensum scripturam interpretere perpetuò, deuius aberras à linea veritatis. Habent enim literæ sacræ decentissimam cum humani corporis fabrica analogiam. Habent cutim, carnem, ossa, & præpinguem introrsum delitescentem medullam. Qui cuti, id est literæ fixiùs acquiescunt: cutis imitantur naturam quæ sensu omni priuata est, idque in capite præfertim. Et quidem cutis nulli est non conspicua: est & historia rei gestæ quæ non semper tropum admittit, vt neque præcepta diuinæ legis quæ nobis præscribunt quid faciendum, quid vitandum.

2 Non tam multis in prospectu est caro, deradenda enim priùs venit cutis: itidè detracto literæ tectorio requirèda est intelligètia peramcænæ & spiritualis allegoriæ.

3 Ossibus non iniuria quis comparet Tropologiam, quæ formandis moribus formulam præscribit, temperièmque indicit moderandis affectibus.

4 Anagogicus porrò scripturæ sensus qui & diuinus, quàm paucis contigit? Medulla hæc est, pinguis planè & quæ ossium sepimento ambitur, nequâ pereffluat. Ab apostolis Christi ac disci-

Collatio 1.

P R A E F A T I O.

ac discipulis, quàm pauci ad hanc vsque medul-
 lam penetrarunt? In his meo arbitrato fuit Dio-
 nyfius ille Areopagites, qui per Paulum diuini
 verbi præconem eminentissimum audiuit arcana
 verba quæ non licet homini loqui. Sanè peculia-
 ris gratia hæc obtingere solet, iis qui ad apicem
 promoti iam sunt exēplariorum virtutum. Ea theo-
 ricæ vitæ perfectio sensim obsoleuit propè, per eos
 qui contempta simplicitate orthodoxæ fidei, ni-
 mio plus amplexati sunt ramenta philosophico-
 rum dogmatum. In his fuit Origenes, qui ob in-
 defessum & infatigabile studium Adamantij co-
 gnomentum & Chalcenteri publico præconio
 commeruit. Dum enim hic vir tantus literam oc-
 cidentem primùm constituit omnibus ingenij ner-
 uis consecrari, profuit Ecclesiæ Dei. Dein vbi à
 litera transcendit ad Allegoriam & Anagogen,
 gustata troporum suauitate, illic præter omnem
 modum hæsit ac stitit ingenij acumen, & repudia-
 ta prorsus litera, scripturam reclamantem violen-
 ta interpretatione pertraxit ad tropos. Hinc factū,
 vt ab Hieronymo toties dictus sit, nunc, semper
 allegoricus: nunc, semper anagogicus. Quàm fœ-
 dè lapsus sit in excutiendis 70. annorum hebdo-
 madibus, id est, quadringentis nonaginta annis.
 10. τῶν σεσαυμένων volumine testis idem Hiero. in
 cap. 9. Daniëlis, dum repugnantem scripturam ad
 Allegoriam trahit, vbi locum non habebat Alle-
 goria. Pellicias illas tunicas quas legimus Domi-
 num fecisse Adæ & vxori eius, traxit blasphemus
 ad Allegoriam. Sed quid attinet ista commemora-
 re, quando tam multa sunt? Quisquis plura nec to-

Ieranda volet nosse, libros Paschales adeat Theophili Alexandrini Latinos, interprete Hieronymo, cuius operibus vltima editione iussimus imprimi. Aut certè Epiphanium consulat, cuius opera etiam Græcè per excusionem exierunt, Hæreses 80. quas hic fusissimè perstringit & nominatim sugillat, Ioannes Damascenus vir sanctimonia vitæ & eruditione singulari in Epitomen contraxit, cuius quidem vsum precarium impetraui nihil inuitè ab Ioanne Tilio, lingua vtraque iusigniter docto, necnon Regineo Eleemone, Eleemosynarium dicunt. Spes est propediem liberali operam illius emissum iri in lucem, cum aliis Græcis nec paucis (quos habet) in vsum communem studiorum. Ut igitur rem hanc in pauca conferam, ex eo opere visum est hanc de Origenianis huius discipulis pericopem decerpere: *οἱ τὴν τῶν νέκρων ἀνάστασιν ἀποβαλλόμενοι χριστὸν δὲ κτίσμα καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα εἰσηγούμενοι, παροξύνουσιν τε καὶ οὐρανοῖς καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἀλληγοῦντες. χριστοῦ δὲ πότε πεπαῦσαι τὴν βασιλείαν λιθοῦντες, καὶ ὁμοῦ τοὺς ἀγγέλους παυθήσεσθαι. χριστὸν δὲ σὺν δίκῳ βασιλεὶ ἀποσύμβλον, καὶ δαίμοσι σαυρωθέντα χριστὸν περιτεύονται.* Hoc est, Hi, nempe Origeniani, mortuorum resurrectionem abiurant & pernegant: Christum verò ac spiritum sanctum nouè introducunt, ac docent esse creaturas. Paradisum, cælos, alia insuper id genus pleraque omnia iuxta Allegoriam interpretantur. Regnū proinde Christi finem aliquando habiturum, simul & tandem desituros esse angelos deliri isti comminiscuntur. Christum quoque cum diabolo sub Dei ditionem

reda-

redactum iri. Christum item cruci suffixum fuisse
 redimendis aliquando dæmonibus, portentose
 tradunt & ementiuntur. Hæc planè opinionum
 portenta sunt, ac plena blasphemix in Deum ac
 cœlites, quæ ex vna falsi nominis scientia erupe-
 runt, & ex eodem fonte corriuata sunt. Huius ger-
 men Arius, initio scintilla fuit: & quia in ipso fo-
 mite extincta non est, teste Hieronymo, totum
 incendit orbem. Nam supra trecentos annos af-
 flixit Ecclesiam Arianismus. Ex eodem Origene
 enata est viperina soboles Anomœorum, & ex his
 alij nec pauci, nihil minùs complices impietatis.
 Nec mirum, Hydra enim multiceps (quam exce-
 tram ipsi dicimus) est hæresis. Vno reciso capite,
 alia enascuntur. Tam multa huc congesi, hoc sanè
 consilio, vt admoneatur lector (si quis fortè lector
 contigerit) vt ne cum Verpis illis & Gazitis Iu-
 dæis literæ hæreat fixiùs quàm par sit: neu Orige-
 nis exemplo, repugnantem ex diametro literæ ve-
 ritatem pertrahat ad Allegorias & Tropologias.
 En habes Iudex integerrime qualemcunque præ-
 fatiunculam nomini tuo peculiariter consecratam,
 in Allegorias diuinę scripturæ: cuius operis secun-
 da hæc (quòd certò sciam) est editio. Ante annos
 enim plus minùsve triginta in publicum prodiuit
 impressore & recognitore Iodoco Badio. Quid
 autem in ea emissionem esset pollicitus editurum se
 Allegorias in Psalterium Regij Prophetæ Dauid,
 & vno seorsim complexurum volumine, nec ea
 pollicitatio sortita sit exitum: visum est (nequid
 desideraretur ad operis integritatem) è re præsentis
 & in tempore oblata alicunde supplementum asciri-

P R A E F A T I O.

scere ac mutuari. Authoris nomen aliis triginta ad-
 legimus ac subscripsimus. Adiecit & calci ope-
 ris, Epitomen venerabilis Bedæ presbyteris de
 Schematibus & tropis, nō quò hisce docearis, qui
 ea vel à puero edoctus es, sed Coronidis vice. Ve-
 nerabilis Pater noster Prior D. Ioannes Parçeualus
 te iussit salute plurima impertiri. Tibi denique de
 meliore nota notum Sebaltianum Niuellium com-
 mendo. Dominus Iesus Christus quàm diutissimè
 seruet te incolumem suæ Reipublicæ in æquitate
 & iustitia administrandæ. E cellula nostra Cartu-
 siæ Parisiensis, 1550. Pridie Idus Nouembris.

AD EVNDEM D. SVP.

præfectum, fratris Claudij Morelli Catha-
launatis, Carthusij Parisini carmen
elegiacum.

O quem te memorem vir præstantissime, regni
Florentis semper gloria liligeri?
Immortale decus patriæ, velut anchora sacra es,
Vindice te, nulli fas glomerasse dolos.
Tu mira causas dirimis grauitate forenses,
Nestoreúsque tuo manat ab ore lepos.
Stemmata si coner gracili celebrare camæna,
Pondere sub tanto cymbula nostra gemet.
Iure, tuis igitur tenues volitare per auras
Auspiciis, gestit floridus iste liber.
Abdita qui retegens oracula sacra tonantis,
Nectareos latices spirat & ambrosiam.
Sumptibus ista suis veterum monumenta, Niuellus
Vulgauit summa dexteritate patrum.



AD LECTOREM.

Fontibus è sacris veterũ monimenta virorũ
Eximia sunt hæc nobilitata fide.

Aurea sunt hæc, & variis decorata figuris:
Sensus inest multus, nec minus eloquium.

Vt sine diuinis spernuntur inania rebus
Verba, subest si vis, quĩ reprobare potes?

Aurea quæ nullo perierunt temporis æuo
Dogmata, in extremos nec peritura rogos.

Dic ubi marmoreis extent monimenta fi-
guris?

De quibus authorũ nomina sola vigent.
In cineres nõ versa leueis? non terra dehiscit

Hæc? nostris semper quin adolescit honos.
Ediderat Badius, solerte Niuellius egit

Conatu, ut veteri luce fruatur opus.
Ergo illi Superos (Lector) bene fausta pre-

care,
Interea rebus dum studet ipse tuis.

NE QUID NIMIS.

NOMINA AVTHO-
rum sequentis operis.


Adam de Persenia.	Hildebertus.
Ailredus.	Hugo de sãcto Victore.
Aithardus.	Hugo de Foilleto.
Balduinus.	Ysaac.
Bernardus.	Odo de Morim.
Bruno.	Odo Tusculanus.
Cantica sine titulo.	Petrus Rauennas.
Cassianus.	Petrus Damianus.
Drogo.	Petrus Longobardus.
Ernardus.	Petrus Cantor.
Galfridus.	Radulphus.
Gillebertus.	Ricardus de S. Victore.
Gregorius.	Sello.
Guilielmus de Cailloe.	Stephanus Cantuariensis.
Guilielmus de sancto	Vverricus.
Theodo.	Ottomarus Luscinus.

DOMINA AVTHO
TITULUS

Richard de S. Vitorie
Stephanus Cantuariensis
Venerabilis
Omnium Iudicium
Petrus Cantuar.
Petrus Ioungobardus
Petrus Damianus
Iohannes Cantuar.
Odo Tanchmarus
Odo de Mortone
Ysaie
Hugo de Fortibus
Hugo de S. Victoris
Hilbertus

Richard de S. Vitorie
Stephanus Cantuariensis
Venerabilis
Omnium Iudicium
Petrus Cantuar.
Petrus Ioungobardus
Petrus Damianus
Iohannes Cantuar.
Odo Tanchmarus
Odo de Mortone
Ysaie
Hugo de Fortibus
Hugo de S. Victoris
Hilbertus

A



see
be
sp

Bar
nu
cit
fru
an

ALLEGORICA- RVM ET MORALIVM

SENTENTIARVM IN

vtrūque diuinæ legis in-

strumentū ex sanctis

& laudatis aucto-

ribus colle-

ctanea.

RICARDVS DE S. VICTORE.

Quomodo prima mundi creatio mora-
liter agatur in nobis.



*In principio creauit Deus cælum & ter-
ram. Cælum spiritus. Terra corpus.
quia sicut cælum terra sublimius
& solidius: sic excellentior & di-
gnior est corpore spiritus. Mundus
in prima cōfusione est homo in sua
iniquitate. Et Deus in media confu-
sione lucem primariam creat, quan-
do peccatorem diuersis confusum
sceleribus lucis intime radiis illustrat, vt quid sit, quid esse de-
beat, agnoscat: & ad normam recte viuendi semetipsum dis-
ponat. Significat itaque lux primaria cognitionem peccati.*

BERNARDVS.

Quòd carnalis cogitatio coercenda sit, vt spiritualis
amplius augmentetur.

*Terra autem erat inanis & vacua. Vsq̄ue hodie in ciuibus
Babylonis. Aquarum confusio, id est confusio cogitatio-
num, terram facit inanem & vacuam. Dum nanque fluitat
circa carnem cogitatio vniuersa, nullum ex ea sperare est
fructum salutis. Diuidantur ergo aquæ ab aquis: quatinus
anima quoque partem sibi vendicet sollicitudinis & medi-*

Cap. 1.
A

SVPER GENESIM.

tionis. Sanè inferiores certis limitibus coërceantur, certis contineantur alueis: vt necessitatis terminos non excedant, vt perinde superiores copiosius dilatentur. Ex hoc sanè dominus dat benedictionem, & terra nostra dat fructum suum.

STEPHANVS.

De spiritali scientia.

C *Et tenebrae erant super fa. ab* Abyssus sacra scriptura. Tenebrae sunt non in abyfso, sed super faciem abyfsi: quia obscuritas non est in medulla, sed in cortice. Et spiritus id est spiritalis intelligentia, fere super fa. a. Quod fertur, de loco ad locum mouetur: quia spiritalis intelligentia huc & illuc dimoueri potest, at litera, quasi fundamentum immobilis manet.

HVGO DE S. VICTORE.

Quòd spiritalis vtr diiudicat omnia.

D *Et vidit Deus lucem quòd esset bo. & di. lu. à te.* Non negligenter transeundum est quòd dicitur: Vidit deus lucem quòd esset bo. & di. lu. à te. &c. Fecit & vidit, deinde diuisit & vocauit. Quare vidit? Noluit prius diuidere quàm vidisset. prius vidit si esset bona: & tunc demum diuisit lucem à te. & vo. lu. di. & te. noctem. Adducet enim omne opus suum in iudicium. Non solum opera alia quae in luce fecit, vidit Deus quòd essent bona: sed ipsam quoque lucem vidit Deus quòd esset bona: & diuisit lucem à te. Nam ipse angelus malus transfiguratur se aliquando in angelum lucis, & ingerit se ad decipiendam mentem, quasi lux vera. Sed hæc lux non est diuidenda a tenebris, nec dies vocanda, sed nox. Propterea prius vidit Deus lucem si esset bona: vt non statim credamus. o. f. sed probemus. s. si ex Deo sunt. Sed si caetera opera sua in luce vidit si essent bona, in qualuce vidit lucem si esset bona? Nihil enim sine luce videri potest: sed nec tenebrae sine luce videntur, quanto magis lux non videtur sine luce? Verum alia lux fuit increata, in qua ista lux creata videbatur quòd esset bona: quia illam imitabatur quae semper est bona. Quòd enim ab ipsa discordare videtur, malum esse videtur: & quòd ei simile esse videtur, bonum esse videtur: & vtrunque non nisi in ipsa & per ipsam videtur. Hæc ipsa lux est, qua & nos videre oportet omnem lucem si bona est: nec poterimus iudicare

dicare verè de luce si bona est, donec ista luce fuerimus illuminati quæ verè bona est. Spiritualis enim diiudicatio-
 omnia, & ipse à nemine iudicatur: & si spiritus Dei in nobis
 verè habitat, non nos poterunt decipere spiritus erroris, e-
 tiam si in luce veniant ad nos: quia habebimus lucem in no-
 bis, in qua nobis manifestum erit de omni luce si bona est: &
 sic fiducialiter diuidemus lucem à tenebris, & iudicabimus
 non solum inter tenebras & lucem, sed etiam inter lucem &
 lucem. Parum est ad perfectum inter lucem & lucem diuide-
 re, hoc est virtutes à vitiis sequestrare, nisi sciamus inter
 diem & diem iudicare, & sciamus omnem diem iudicare, vt
 sapiamus qui sunt illi motus, qui sub virtutum specie, quasi
 luce aliena ad nos veniunt: & qui rursus illi sint, qui veram
 virtutis claritatem præterdunt, & in ipsis quoque virtuti-
 bus non solum quæ bona sint, sed quæ sint etiam potiora
 probemus. Spiritualis enim diiudicat omnia, &c. Itaque ge-
 minum est iudicium. Primum in quo lux iudicatur & vide-
 tur si bona est, vt diuidatur à te. Secundum quando opera
 ipsa quæ in luce facta sunt ad iudicium vocantur, & videtur
 quia ipsa quoque bona sunt.

HVGO DE S. VICTORE.

Quòd nullum testem bona conscien-
 tia vereatur.



Fiat lux: & facta est lux. Incipiens Deus opera sua vt E
 perficeret, primum fecit lucem, vt cætera omnia postmodum
 faceret in luce. Significauit enim nobis se non amare opera
 quæ in tenebris fiunt, quoniam mala sunt: quia omnis qui
 malè agit, odit lucem, & non ve. ad lu. vt non ar. o. e. quo-
 niam mala sunt. Qui autem fa. verita. ve. ad lu. vt ma. o. e. quia
 in Deo sunt facta. Ipse autem qui veritatem facturus fuit, in
 tenebris operari noluit, sed venit ad lucem: & fecit lucem,
 vt manifestaret se per lucem. Deus enim auctor tenebrarum
 non est, sed lucis: quia peccatum tenebræ est, & peccatum
 nihil est, & sine ipso factum est nihil.

HVGO DE S. VICTORE.

Quòd ad videndum tenebras nostras oportet
 nos gratiæ lumine præueniri.

Et dimisit lucem à tenebris. Ego puto hic magnum ali- F

quod sacramentum commendari: quia omnis anima quando in peccato, est quasi in tenebris & quadam confusione: sed non potest euidere confusionem suam, & ordinem iustitiæ formamque disponi, nisi illuminetur primum videre mala sua, & discernere lucem à tenebris: hoc est virtutes à vitiis: vt se disponat ad ordinem, & veritati conformet. Hæc igitur anima in confusione iacens, facere non potest sine luce: & propterea necesse est primum vt lux fiat: vt videat semetipsam, & suæ turpitudinis horrorem intelligat: & applicet se atque coaptet ad illam rationabilem disputationem & ordinem veritatis. Postquam sese ordinauerit, statim incipiet ei lucere sol iustitiæ: quia sic in promissione dictum est: Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Prius ergo in rationabili illo mundo cordis humani creatur lux, & illuminatur confusio: vt in ordinem redigatur. Post hæc cum fuerint purificata interiora eius: venit lumen solis clarum, & illustrat eam. Sic lex præcessit gratiam: sermo spiritum. Ioannis x. lux lucem, lucerna solem. & ipse Christus prius humanitatem suam demonstrauit, vt post manifestaret diuinitatem: & vbique lux lucem præcedit: lux quæ peccatores ad iustitiam illuminat, illam lucem quæ iustificationes ad beatitudinem illustrat.

HUGO DE S. VICTORE.

Qui sunt tres dies qui diem contemplationis præcedant.

G *Quarta die sol illuxit.* Sic nulla anima meretur lumen solis accipere & summæ veritatis claritatem contemplari, nisi tres dies isti in ea præcedant. Prima quidem die fit lux. Secunda firmamentum. Tertia congregantur aquæ, quæ omnia spiritualia præferunt documenta. Primum in corde peccatoris creatur lux, quando semetipsum agnoscere incipit, vt diuidat inter lucem & tenebras: & non sit de quibus iam dicitur: Væ qui dicunt bonum malum, & malum bonum: ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem. Post hæc autem cum cœperit inter lucem & tenebras diuidere & lucem diem, tenebras quoque appellare noctem: id est, cum mala sua veraciter per iudicium rationis improbare, & laudabilia lucis opera eligere cœperit: restat vt fiat in eo firmamentum: hoc est in bono proposito corroboretur, diuidens in

ter aquas superiores & inferiores, id est desideria carnis & spiritus: vt medius & mediator duo sibi aduersantia, nec permisceri sinat, nec transponi. Nouissimè sequitur in dispositionis ordine diei opus tertiæ: vt congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt in vnum locum, ne carnis desideria fluxa sint, & ultra metam necessitatis se expendant: vt totus homo ad statum naturæ reuocatus, in vnum locum omne desiderium colligat: quatinus & caro spiritui, & spiritus subiectus sit creatori. Quisquis sic ordinatus est, dignus est lumine solis, vt mente sursum erecta, & desiderio in superna defixo, lumen summæ veritatis contemplanti irradiet: & non iam per speculum in ænigmate, sed in seipsa, vt est, veritatem agnoscat & sapiat.

STEPHANVS CANTVA.

De differentia peccatorum.

Et diuisit lucem à te. Peccatum mortale à gratia. Sol enim secum non sustinet in eodem hémisphærio noctem: sed quando nox est superius, sol est inferius: quia dum mortale peccatum regnat in homine, homo solem nescit: id est Christi gratiam contemnit, & hunc conculcat sub pedibus. Quando verò sol in eo regnât, diabolum conculcat, & habet sub pedibus suis. Verùm sicut sol nebulam sustinet, sic gratia veniale peccatum.

De misericordia Dei.

Factum est vespere & mane. Quando iustus errat, cadit, & est vesper gratiæ: quando resurgit, mane. Nec sit mentio de nocte: quia si fueris iustus, & cadas & resurgas: Deus ex vespere & mane vnum diem reputat: non noctem mortalis peccati computat: iuxta promissionem suam: Quacunque hora ingemuerit peccator.

De humilitate nostra.

Item bene post vespere sequitur mane: quia vespere significat perfectionem operis, mane inchoationem. vnde cum consummatur homo, tunc incipit. Hiere. 3. Patrem me vocabis: & post me ingredi non cessabis. hoc est: quasi semper te inchoantem reputabis. Item Tota die contrita. ingre. In signum huius rei vestimenta filiorum Israël non erant atrita. semper enim debemus habere vestes recentes, qui volumus nuptiis interesse.

SUPER GENESIM.

RADVLPHVS.

Quòd anima dum subiacet tempori, agendi & contemplandi vicissitudinibus fit addicta.

L Factum est vespere & mane dies vnus. Mane fit anima, quotiens per contemplationis & meditationis studium, æterno lumini se ingerit. Vesperam autem patitur, mox vt ad tenebras exterioris actionis relabitur. Quæ tamen ne in noctem tenebrosam descendat, opus est vt lumen omissum citius repetat, & studiis spiritualibus se restituat. Vnde Moyse post vesperam statim factum mane subiungit dicens: Factum est vespere & mane dies vnus. Quod per omnes sex dies repetitur. Necesse est enim, vt per omnes sex mundi huius ætates humana anima has vicissitudines patiatur, donec septima illucescente, nulla amplius vespera subsequatur. Nam & Salomon nos admonet dicens: Mane semina semen tuum, & vespere non cesset manus tua, quia nescis quid magis oriatur, hoc an illud. Quòd si vtrunque simul, melius erit. Et quasi illam mane pariter collaudans, Dulce (inquit) lumen & delectabile est oculis videre solem.

HUGO DE S. VITORE.

Quòd sit inter spiritum & carnem ratio firmamentum.

M Et vidit Deus quòd esset bonum, & ait, Fiat firmamentum in medio. Noluit Deus ad sequens opus transire, donec diudicasset primum. In illo qui in terris fabricatus est mundo: terra scilicet sensualis natura hominis deorsum consistit, Sursum autem in cælum scilicet puritas intelligentiæ fertur. Duas verò istas dissimiles in vno homine naturas, magna quidem desideriorum moles hinc inde fluctuantium sæpe oberrat: quia & aliud est quod subter caro ex infirmitate pressa appetit, & aliud quod spiritus sursum per contemplationem veritatis eleuatus intendit. Tunc ratio media interueniens, quasi firmamentum quoddam in medio sese collocat, atque hæc supercælestes & quas, id est desideria spiritus: illic autem eas quæ sub cælo sunt, carnis scilicet appetitus separatim disponit: & ita non potest inferior corruptela superiorem animæ puritate

tem inficere : neque ipsa quæ sursum est synceritas, ad ea quæ subter sunt abiecta & vilia sese finitur inclinare.

STEPHANVS CANTVA.

De prælatis.

Et diuisit aquas ab aquis. Ecclesia est firmamentum, quasi N in bono confirmata, quæ habet aquas superiores, id est prælatos : & inferiores, id est subditos. Et diuisit aquas ab aquis, quia vita prælatorum longè debet esse à vita subditorum.

Contra inanem gloriam.

Et vocauit Deus firmamentum celum. Mens iusti, quæ per O bona opera firmamentum est, rectè cælum dicitur, quia & sculpta est virtutum floribus, & conscientiæ gloriam celat.

HVGO DE S. VICTORE.

Quòd dilatanda sit charitas, cupiditas
coërcenda.

Congregentur aqua quæ sub cælo sunt in locum vnum. P

Hoc mirum videretur, quòd aquæ quæ sub cælo sunt, congregantur in loco vno : & illæ quæ sunt super cælum, non congregantur, sed relinquuntur diffusa, atque expansa, quasi quæ coarctari nolint, vel colligi. Quid putas hoc sibi vult, nisi quòd charitas dei diffusa est in cor. n. per spiritum sanctum qui datus est nobis ? Et istæ sunt super cælestes aquæ : Quia adhuc excellentiorem (ait Apostolus) vobis viam demonstro. Si linguis hominum & angelorum, &c. Iam videmus quare aquæ istæ non debuerunt colligi, & in vnum coarctari : quoniam charitas amplificanda est semper & dilatanda : & quanto latius panditur, tanto celsius sublimatur. Quæ autem sunt sub cælo, congregandæ sunt & constringendæ in vnum locum : quoniam affectus animæ inferior, nisi certa lege constringatur, non potest apparere arida, nec germina producere. sicut Apostolus castigat, corpus suum, & in seruitutem redigit, ne forte cum alijs, & cætera.

BRVNO.

Cur maris & terræ prima vocabula
sunt mutata.

Et vocauit Deus aridam terram : congrega, quæ s. appel. m. a. C

Quare mutato nomine aridam Deus vocauit terram,

a iijj

nisi quia iam tunc sanctam ecclesiam, quæ per terram designatur, flagellandam, conterendam, multisque modis affligendam significabat? Terra enim à terendo dicitur: quam & colendo, & calcando homines & cuncta animalia terunt. Aquarum verò congregationes; maria dixit: quoniam est audire & intelligere sacras scripturas dulce sit & suaue: facere tamen quod iubent, asperum est & amarum. Mare enim ab amaritudine nomen accepit.

STEPHANVS.

De conuersatione sanctorum.

R *Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem & noctem: & sint in signa & tempora & dies & annos: vt luceant in fr. & illu. ter.* Ecclesia est firmamentum: luminaria viri iusti, qui bonos & peccatores diuidunt: & sunt in signa & tempora, id est in signa temporum, id est temporalis miseriarum. Omnes enim qui piè volunt viuere per. pa. Item duo tempora sunt. Vnum amatorum Dei, aliud amatorum mundi. In signum horum temporum sunt: vt vnum expectemus, aliud caueamus. Præterea in signum sunt pœnæ reproborum: quia si illi in vita præsentis sic puniuntur, signum est quòd reprobi in futuro plurimum puniantur. Item sunt in dies & annos. Per septem dies, septem opera misericordie designantur, quæ debent exerceri in præsentis vita, quæ diebus vij. voluntur. Sex sunt in euangelio, septimum in Thobia, Per annos verò vita æterna designatur.

AILREDVS.

S *Quòd tam regnum, quàm sacerdotium sit corruptum.* *Fecit Deus duo magna luminaria: luminare maius, vt præesset diei: & luminare minus, vt præesset nocti.* Sunt in sanctæ ecclesiæ firmamento à domino creata duo magna luminaria: sacerdotium scilicet & regnum, rex & episcopus, princeps & clericus. Dies spiritualia, nox secularia præfiguratur. In luminare maius, sacerdotium, vt præsit diei, id est spiritualibus: luminare minus, regnum, vt præsit nocti, id est secularibus. Contra naturam proinde est, si sol nocti, si præsit luna diei: Si princeps ad spiritualia se ingerat, si sacerdos secularium negotiorum tenebris conscientiarum suarum serenum obnubilet. Væ nobis qui in illa infelicia tempora incidimus, in quibus sol in tenebras est conuersus. Eia, videant

ipfi
cat
non
qua
tua
bus
mil
nur
est
gui
mif
iust

alij

ma
fior
lati
de
pro
col
ten

die
sic

ru
te
dir
cu
tifi

de
ler
ho

ipfi

ipſi pontifices quorum vices gerunt, quorum obtinuerunt cathedras, quorum infulis gloriatur: & iudicent ipſi, ſi non eſt ita vt cernimus. Conſiderent quos ſcientiæ radios, quæ virtutum lumina, quas charitatis ſcintillas, quæ ſpiritualium corruptionum fulgura, ſuis emittebant temporibus, Gregorius, Ambroſius, Auguſt. Hilarius, Martinus, & mille alij. Felicia tempora, in quibus tam raro malus, quàm nunc bonus in eccleſia inuenitur. Nunc etiam luna verſa eſt in ſanguinem. Nam manus principum plenæ ſunt ſanguine, exactio nibus, & vectigalibus, eſſudentes viscera miſerorum, iuſtificantes impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti auferentes ab eo.

HVGO DE S. VICTORE.

Quòd de maſſa generis humani alij tolluntur ad cœlos, alij relinquuntur in infimis.

Producant aque rep. animæ viuentis. Duo ſunt genera animantium, quæ ex vna origine prodeunt: ſed non vnã manſionem fortiuntur. Piſces in originali ſede permanent. Volatilia ſurſum tolluntur, quaſi ſupra id quod facta ſunt. Sic de vna maſſa corruptibilis naturæ, vniuerſa generis humani propago trahitur. Sed aliis deorſum in ea in quæ nati ſunt corruptione iuſtè relictis: alij ſurſum dono gratiæ ad ſortem cœleſtis patriæ eleuantur.

STEPHA. CANTVA.

De duplici lætitia.

Nota quòd ludus ceti, ſignum eſt tempeſtatis: ita gaudium diuitum, ſignum eſt tempeſtatis æternæ. Vel in bono ſic. Cetus gaudet in tempeſtate, & ſancti in tribulatione.

De compunctione.

Crescite & multiplicamini. Semp̄ incrementum bonorum operum & multiplicationem deſiderat Deus. Et replete aquas maris: quia in omnibus bonis deſiderat amaritudinem cordis. Vnde myrrha & aloës cum vniuer. vn. quia cum bonis operibus noſtris oportet quòd aſſit carnis mortificatio, & amaritudo cordis.

De hominis dignitate.

Faciamus hominem. In tribus notatur dignitas hominis. In Y deliberatione creationis. In dignitate prælationis. In excellentia formationis. Per hoc quòd cū deliberatione fecit Deus hominem, innuitur nobis vt omnia cum conſilio faciamus.

Cur ab vno omne genus hominum sit creatum.

- Z** *Creavit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.* Creavit Deus primum hominem vnum, vt vnum esset generis humani principium: quatenus & in hoc diaboli superbia confunderetur, & humanæ naturæ humilitas diuinæ imaginis similitudine glorificaretur. Diabolus nanque aliud adeo principium concupierat. & idcirco vt magis eius superbia confunderetur, hoc homo in dono accepit, quod ipse peruersè rapere voluit, & obtinere non potuit: vt in hoc etiam imago dei in homine appareret: quòd sicut Deus omnibus rebus creationis principium extitit, ita ille omnibus principium esse generationis: & omnes homines dum se ab vno, & vnum esset cognoscerent, omnes se quasi vnum amarent, & sic in dei amore veraciter permanerent: siquidem sine vnitatem nil subsistere potest.

AILREDVS.

Quòd per septem dies virtutes totidem designantur.

Caput 2.

A



Ompleuit Deus die septimo omne opus quod fecerat, & requieuit ab omni opere quod pat. Sit nobis fides quasi primus dies, quo fideles ab infidelibus, quasi lux à tenebris separamur. Sit spes secundus, per quam in cœlestibus habitantes, & pro fidei meritis sol sperantes cœlestia, ab iis qui terram sapientes, & à Deo sola terrena flagitantes, sub cœli firmamento aquarum instar dilabuntur & fluitant, deo promouente, discernimur. Temperantia nobis quasi dies tertius illucescat, in quo nobis carnales concupiscentias quasi aquas amarissimas, necessariis terminis coarcentibus, appareat terra cordis nostri arida & inaquosa, sitiens dominum deum suum. Iam verò prudentia quasi diei quarti lumen erumpat, in quo sol sapientiæ, luna scientiæ, sed & exempla sanctorum, tanquam stellæ nobis appareant. Sit nobis fortitudo quasi dies quintus. per quam huius maris magni & spatiosi toleremus procellas, ac pisces spirituales effecti, vitam nostram inter vndas sequemur, ac

mentis

mentis nostræ desideria, quasi volatilia pennata ad cœlestia erigentes, multiplices bonorum operum fructus deo benedicente reddamus. Porro diem sextum nobis iustitia dicet, per quam diuinam similitudinem reinduti atrocissimis vitiorum bestiis terrenisque desideriis, quasi reptilibus, corporisque moribus, quasi iumentis, generosa auctoritate imperemus, agentes, vt corpus menti, mens Deo subdatur: sicque dictante iustitia cuique quod suum est tribuatur.

Cur solis aubus seclusis, cæteris animantibus dei benedictio tribuatur.

Notandum verò quòd nec bestiis nec iumentis sue reptilibus, sicut piscibus ac volatilibus cœli benedictionem Dei legimus accessisse, & tamen crescunt sicut & ipsa, ac multiplicantur super terram. hominibus enim datur benedictio, non iumentis. Nimirum sanctis affectibus quos piscibus volatilibus credimus comparandos, debetur benedictio, debetur spirituali generationi successio. Verum sicut homini ad Dei imaginem & similitudinem creato, bestia & iumenta Deo benedicente subduntur: sic in ipsam imaginem & similitudinem iustitiæ meritis reparato, spirituales bestia quibus successio nec debetur, Dei imperio substernuntur. Restat septimus dies, id est sabbatum, in quo omnia opera ista consummantur, in quo requies vera suscipitur, in quo labori nostro terminus ac finis indicitur. Ipsa est charitas omnium virtutum consummatio, sanctarum animarum suavis refectio, honesta morum compositio. Ipsa radix & ramus, arbor & fructus, solatium in pugna, præmium in corona. Ipsa ergo dies septimus in quo diuina gratia nos reficit. Ipsa septimus mensis, in quo post tentationis diluuium arca cordis nostri suauiter requiescit.

S T E P H A N V S.

De humilitate.

Benedixit Deus diei septimo. Omne opus bonum ex fine **C** pensatur. Et nota quòd dies septimus non legitur habuisse vespere, sed mane: quia homo debet semper reputare quòd

SVPER GENESIM.

fit in mane, & non in vespere: id est in initio boni operis non in consummatione: & semper esse in portis filiae Sion id est in ingressu boni operis. vnde beatus homo qui in ue. sa. & qui afflu. pru. quia reuera beatus est, qui habet bonorum affluentiam: & tamen se reputat inuenire: id est nunc primo habere. Item quantum distat ortus ab hoc. fia. n. ini. n. quia debet se reputare in oriente: id est in initio boni: & peccatum in occasu: & hoc est vt tu sis in ortu, & peccatum in occasu.

GALFRIDVS.

Quod Christus fons vitæ in quatuor flumina diuiditur, cum per quatuor euangelia prædicatur.

D Fons ascendebat è terra irrigans vniuersam superficiem terræ. Sepultus est Christus in terra, sed ascendit de corde terræ viuus & fons vitæ vt omnem terræ superficiem irrigaret: id est omnes qui habitant super terram. Quique terrigenam haurite aquas de fonte sal. Idem est fons & fluius de loco voluptatis, de sinu patris egrediens: & diuiditur in quatuor capita, dum per quatuor euangelia prædicatur. Nomen vni Physon: quod dicitur os pupilla: & Matthæo congruere potest: qui quod vidit, id loquitur: plura de humani Christi actibus scribens. Non Ioannes intentus iis potius quæ audiuit. Reliqui duo non ipsius domini, sed apostolorum discipuli fuisse creduntur. Circuit terram Eiula, h. quæ est parturiens. Iudæis dicitur Hebræo sermone scriptum Matthæus, & nouellæ illi ecclesiæ ex Iudæis vix quidem parienti, sed magnos viros habenti: qui per aurum optimum & bdellium & onychinum siue prasinum & carbunculum commendatur. Gion secundus præruptum sonat: & Marcus nobis non tam scribit historiam, quam præruptum quodam sermone sparsim videtur carpere quæ spiritus suggererat. Circuit autem omnes terminos Aethiopiæ: primus scribes ad Gentes: primus vt legi ur in passione ipsius in toto Aegypto & finitimis nationibus euangelizans. Tygris, id est sagitta vadens contra Assyrios: qui dirigentes interpretantur: Lucam nobis exhibet scribentem ex ordine veritatem contra eos qui conabantur ordinare narrationem, & quæ erant diuina, humano sensu dirigere præsumebant. Quartus ex paradisi fluminibus: euangelista Ioannes Euphraten nobis, id est frugiferum repræsentat: diuini ver-

bi fru
dar.
que
eisd
Bibi

It
nob
gris
feru
quat
ped
Dor
bis
dem
lis,
rect
cun
salu
vt s
uen
chi
ue
fe
ner
dex
ber
tia
tia
ter
vo
na
iul
be
no
in
lis
eli
tit
ce

bi fruges afferens cæteris vberiores, sed nec dicitur quò vadat. Non enim per terram graditur ille cum cæteris. Denique & aquila est. Et quis diceret quò volauit? An adhuc de eisdem haurire fontibus, de eisdem fluminibus bibere libet? Bibite & inebriamini charissimi.

Item moraliter vnde vt supra.

Itaque & si aliter eadem considerare delectat: **Physon** E nobis oris mutatio, hiatus terræ Gion interpretatur. Tygris & Euphrates non mutantur. Sagittam ille, ille frugiferum sonat. Et forte si fuerit qui aduertat, concinunt iis quatuor æquè quatuor illa de psalmo: Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos. Dominus erigit elisos, Dominus dirigit iustos. Et de Apostolo: Qui factus est nobis sapientia à deo patre, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Et Propheta: Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis. Cæterum oris mutatio, vitæ correctio est. Hæc circuit omnem terram Eulath: quia quicumque à timore domini concipientes parturiunt spiritum salutis, per hunc saluantur. Ibi aurum optimum nascitur: vt superabundet gratia, vbi peccatum abundauerat. Ibi inuenitur bdellium: arbor nigra, sed aromatica: & lapis onychinus vngui similis: qui in carne ortus desit esse caro: siue etiam prasinus & carbunculus: hoc est viri quique perfecti: vt non desperet peccator se quoque in eandem eminentiam gratiæ posse pertingere per hanc mutationem dexteræ excelsi per quam & ille. Gion hiatus terræ absorbens omnia delicta velut in profundum mersa, pœnitentiæ satisfactio est. Circuit autem omnes angulos conscientiæ, & vitæ tenebrôsæ singula quæque explorat: tanquam terminos Aethiopiæ, Sagitta subtiliter penetrans, & cito volens prudentia: contra Assyrios vadit cogitationes satanæ & eius astutias non ignorans. Euphrates ferens fructus iustitiæ, non dicitur quò vadat: quia iustitia omnibus debetur, reddens vnicuique quod suum est: & omnis fructus noster in amore boni. Iam vt quaternarios sibi conferas: in oris mutatione soluit compeditos redemptor admirabilis. Manus enim hoc quàm mortuos suscitare. In hiatu terræ elisos erigit sanctificator Deus. Solus enim peccata remittit. In sagitta cæcos illuminat sapiens consiliarius: qui docet hominem scientiam. In frugibus iustitiæ diligit iustos

SVPER GENESIM.

Iustificator fortis, qui operatur in nobis non solum velle, sed perficere pro bona voluntate.

Quid sit Deum in faciem hominis vitæ spiraculum inspirasse.

- F** *Formauit igitur Deus hominem de li. ter. & inspi. in faciem eius spi. vi.* Ad hoc referunt qui studiosius eadem facta vel verba scrutantur, quod rationis capacem fecerit & virtutis. Quod autem alibi dicitur, Veruntamen in imagine pertransibit homo: quamuis intelligitur satis iuxta literam quod nostræ nos mortalitatis admoneat, quod instar somnij vel cuiuslibet phantasiæ transeat vita nostra: nonnulli tamen sic intelligere volunt, quod similitudine virtutis amissa, in imagine tamen rationalitatis transeat homo: videlicet quod animæ est retinens etiam cum amiserit quod ad spiritum pertinebat. Veruntamen ex quo assumpsit hominem deus, dignum prorsus vt aliquatenus etiam deum sapiat homo, & omnis eius operatio, sermo, cogitatio, diuini aliquid timoris habeat & amoris.

- G** *Quomodo vitæ fluuius ab vtero virginis erumpens in quatuor flumina deriuetur.*
Fluuius egrediebatur de loco voluptatis. Locus voluptatis, vterus virginis. Vnde fluuius ipse miserationis, fluuius voluptatis letificans ciuitatem dei in quatuor capita diuiditur, quando saluator natus ex matre factus est nobis à Deo patre sapientia & iustitia, sanctificatio & redemptio. Redemptio, soluens à vinculis peccatorum. Sanctificatio ad resistendum tentationibus. Iustitia, dirigens iustos in viam salutis per custodiam mandatorum. Sapientia, illuminans cæcos ad intelligentiam mysteriorum.

STEPHANVS CANTVA.

De compunctione.

- H** *Fluuius egrediebatur, &c.* Fluuius iste est gratia spiritus sancti, quæ fluit per loca, id est corda humilia. Hunc fluuium contemnunt diuites, sed pauperes de eo hauriunt, omnibus est enim communis. Item aqua fluminis est dulcis, & tamen in mare fluit: & gratia spiritus sancti dulcis est, & tamen germinat amaritudinem in corde. Vnde liber deuoratus à Ioanne, dulcis erat in ore, & tamen amaricatus est in ventre.

HUGO DE S. VICTORE.

Quòd vt homo gratiam Dei agnosceret in paradiso sit positus non creatus.

Tulit dominus Deus hominem, & po. e. in pa. vo. In tali loco & talibus referto delitiis, positus est homo non creatus, quatenus beneficium Dei non naturæ imputaret, sed gratiæ.

LOMBARDVS.

Quòd instrumento triplici diabolus vsus sit ad hominem capiendum.

De ligno scientia boni & mali non com. Lignum scientiæ boni & mali quasi instrumentum fuit diaboli ad hominem supplantandum, & vide versuti hostis astutiam. Ad capiendum enim genus humanum misit hamum, sagenam, rete. Vnde Abachuc: Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagna sua, & congregauit in rete suum. Quasi hamum misit cum ait ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus, vt non com. de o. l. pa. Cui mulier: De fructu lignorum paradisi vescimur, vsque ne forte moriamur. Explorato ergo per hamum versutæ interrogationis quid mulier timeret, illud per sagenam falsæ promissionis remouit dicens: Nequaquam moriemini. Addidit etiam rete, cum ait: Quocumque die com. aperientur oc & e. s. d. sci. bo. & ma. Vides quàm artificiosa malitia genus nostrum piscator ille pessimus irretiuit? Quasi hamus fuit interrogatio, sagna negatio, rete promissio deitatis.

ISAAC.

Quòd tria in vno quoque homine considerata sunt.

Quacumque hora com. mo. moriemini. Tria in quocumque homine considerata sunt. Concupiscentia carnis. Sensus animalis. Mens rationalis. Hæc sunt in vno vniuscuiusque hominis paradiso, vir, mulier, serpens. Concupiscentia prurit. Delectatur animalitas. Consentit rationalis voluntas, & peccatum perficitur, & à semetipso peccator foras eiicitur. Hoc quotidie agitur ab homine in hominem cum peccat. Tentatur enim quis à propria concupiscentia aliqua vij. principalium. Delectatur sensus animalis, & concipitur peccatum. Consentit voluntas rationalis, & parturitur. Peccatum autem cum fuerit consummatum, id est

SUPER GENESIM.

per plenum voluntatis consensum natum : occidit vtrunque parentem : & sic operatur mortem . Quacunq; enim de vetitum comederint , morte morientur . Tentatur ait Apostolus à propria concupiscètia abstractus & illeçtus . Concupiscèntia cum conceperit , per delectationem scilicet , parit peccatum : peccatum autem cum fuerit consummatum per consensum , parit mortem consentienti & delectanti viro & mulieri .

BERNARDVS .

Quòd Adæ dormitio non somnus corporis fuit , sed mentis excessus .

M *Immisit dominus soporem in Adam.* Mihi videtur incommutabilis veritatis intuitum & abyssum diuinæ sapientiæ corporeis excedens sensibus obdormisse . Quod ex verbis eius coniici potest , dum tanquam ebrius de cella vini veniens , & eructans illud magnum sacramentum , quod tanto post in Christo & in ecclesia Apostolus commendauit . Hoc nunc os (inquit) ex ossibus meis : & propter hoc , relinquet homo patrem & matrem , & adhærebit vxori suæ & erunt duo in carne vna . Neque enim communem arbitror fuisse soporem , aut nostris similem somnis : quos nec contemplationis excessus , nec miserationis affectus , sed infirmitatis defectus immittit : quos nec veritas , nec charitas sed celsitas parit . Graue siquidè iugum non quidem in principio super Adam , sed iam super filios eius .

GILBERTVS .

Quòd tunc spiritualiter in infirmo mollescat sexus , cum prælatus discipulo condescenderit .

N *Tulit dominus vnā de costis Adam , & adif. in mu.* Contemplationis gratia , compassionem non euacuat , sed informat : & mentis excessus contemperantem reddit infirmum . Denique dum dormit Adam , virilis costa in infirmo mollescit sexus : & propter socialem copulam de latere viri formata est mulier . Imò in sociam mulierem Adam ipse se conuertitur , & conformatione quadam transit in coniugem . Ideo dum euigilat , charitatis vocem primam emittit in compari sua seipsum agnoscens . Hoc nunc (inquit) ex ossibus , &c . An non Paulus tibi videtur virilem dignitatem in humiliorem sexum deflectere , cum dicit se factum infirmis infirmum ? Quasi spiritualis Adam Eua efficitur

dum

dum subiectis compatitur apostolica firmitas, & sublimitas virtutis & scientiæ, sobrietate quadam capacitati temperatur infirmorum.

BRVNO.

Quòd qui carnis amorem vicerint, tanquam qui propriam naturam transcenderint, meritò cæteris hominibus præferantur.

Tulit Dominus vnam de costis Adam, & adf. e. in mu. & repleuit carnem pro ea. Vt maior inter hominem & mulierem dilectio foret, non aliunde, sed de viri costa facta est. Vnde fit, vt naturali quodam amore viri insectantes costam suam mulieri adhærere cupiant, quasi carni suæ. Cuius amoris appetitum, qui diuinitus in se adiuti, vincere queunt, quasi propriam naturam dimicando vicerunt, & merito cæteris hominibus præferuntur. Subtracta quoque costa locus eius non osse, sed carne repletur. vt ex eo etiam nos infirmiores & molliores esse sciamus, quòd mulieribus adhæremus.

GALFRIDVS.

Quòd anima à Christo receperit vt ossea sit per virtutem, carnea per amorem.

Hoc nunc os ex ossibus meis, & car. de car. m. De qualibet fideli anima vel ecclesia electorum potest hoc intelligi. Os ex ossibus Christi, est ecclesia, vt sit pudica. Caro de carne, vt sit amica. Os ex ossibus, vt resistat vitiiis. Caro de carne, vt respondeat beneficiis. Os ex ossibus, vt custodiat fortitudinem. Caro de carne, vt obtineat pulchritudinem, & in vtroque dignantissimi sponsi dignam præferat similitudinem. Sicut enim ille decorem induit & fortitudinem, sic de illa legimus: *Quia fortitudo & decor indumentum eius.* Vnde & subditur: *Hæc vocabitur virago, quia de viro sumpta est.* Nec immerito fidelis anima dum resistit viriliter, virago vocatur. De viro siquidem sumpta esse, & à viro vires sumpsisse probatur. alioquin nihil de similitudine eius haberet, nisi de plenitudine eius acciperet.

ODO DE MORIM.

Quòd sancta Ecclesia in contemplatiuis sit ossea, in actiuis carnea.

Hoc nunc os ex ossibus meis. Quod factum est de carne,

carneum est: & quod de osse, osseum. Ossea est ecclesia in cuius templatiuis, qui mente excedunt Deo. Carneam in actiuis, quos sobrii pro Christo.

BERNARDVS.

Quòd viris religiosis non tam vires diaboli, quàm astutia sit timenda.



R *Serpens er. callidior e. a. ter.* Non est quòd vobis timeam à viribus satanæ fratres mei, & scellitum eius, cum nouerim illius fortitudinem traductam per vulnera redemptoris, & deducam ad nihilum à versutijs & astutijs eius. Timeo vobis, in quibus partim subtilitate naturæ, partim experientia temporum, sub tot annorum millibus eruditus, fragilitatem humanæ naturæ quaqua versum se verterit non ignorat. Sic enim ille insatiabilis homicida non viros, non leones, non fortia terræ animalia deligit, sed tortuosum & callidum serpentem, qui per sinuosa volumina, nunc caput cauda, nunc caudam capite tegere consuevit. Denique & serpens erat non fortior, sed callidior e. a. ter. Mentem mulieris explorans, sciens ingenio, non viribus laborandum. Cur, inquit, præcepit vobis Dominus ut comedereis? Quæ respondit, Ne forte moriamur. Quod Deus affirmavit, ista sub dubio iam ponit. Nequaquam, inquit, moriemini. Deus affirmat, mulier dubitat, satanæ negat.

HVGO DE S. VICTORE.

De serpentis astutia & corpore in quo protoplasto apparuit.

S *Serpens erat callidior. e. a. ter.* Venit ad hominem in serpente callidus hostis, qui fortassis si permissus fuisset, in forma columbæ venire maluisset, sed hoc vas sibi spiritus sanctus reseruauit: quia profectò dignum nõ erat, ut spiritus malignus formam homini odiosam faceret, in qua postmodum eidentis spiritus sanctus apparere debuisset.

Quòd nequitia etiam in diabolo timida sit inuenta.

T *Cur præcepit vobis Deus ut non comedereis.* Vide quanta est confusio & timiditas nequitie in conspectu virtutis. Stans coram, & coram femina hostis superbus ex sola malitia cogitata nondum dicta confanditur, & quasi se iam priuatum etiam loqueretur deprehensum metuens, non audeat exire in verba persuasionis, donec animum tentans in-

terroga-

interrogatione præsentiat. Cur, inquit, præcepit vobis Deus, vt non com. de. l. pa. Respondit mulier, De fructu l. quod est in me. pa præ, nobis Deus ne com. & ne tan. illud, ne forte mo. Nouissimè serpens dixit, Nequaquam morie. Deus affirmavit, mulier dubitavit, diabolus negavit. Nequaquam autem diabolus coram muliere verba Dei negare præsumpisset, si non prius ipsam mulierem dubitantem inuenisset.

GALERIDVS.

Quòd disciplinæ censura lignum sit sanans morbum à ligno scientiæ boni & mali contractum.

De fructu lignorum quæ sunt in para. ves. Primus hortolanus Adam omnibus sibi paradisi lignis & eorum fructibus concessis solùm legitur gustasse lignum scientiæ boni & mali, quod solùm ei fuerat interdictum. Inde nobis concupiscentia innata per quam nitimur in vetitum semper cupimusque negata. Vt ergo contraria contrariis curentur, tanquam lignum scientiæ boni & mali Dominus tribuit ad medelam, disciplinam. s. de qua legitur, primùm quòd non sit gaudij, sed mœroris. deinde quòd exercitatis per eam pacatissimos afferat fructus. Et quàm melior à malo ad bonam transitus, quàm à bono ad malum?

Quomodo homo per veritatem Dei moritur, per misericordiam conseruatur.

Scit enim Deus quòd in quocunque die com. ex eo ape. o. v. &c.

Ergo inuidus est, iniquus est, crudelis est. Videte laqueos, videte versutiam, si sententiam tenuerit Deus, ait ille versutus, bonitas eius non apparebit: si mutauerit, veritas eius peribit. Quid facies domine Deus? Cito mendax apparet de imposito tibi mendacio. Sed vbi est bonitas tua? Vbi sunt misericordiæ tuæ? Ille te nec timeri voluit nec amari. Habemus iam vnde timeamus, sed timor solus solam habet pœnam. Vnde amabimus? vnde sperabimus? Ille vtrunque molam tulit à nobis, & spem videlicet & timorem. Sed adhuc nobis vna non sufficit, neutram pro pignore accipi tu iussisti. Innotuit veritas, incussit timorem: quia stultus timere nesciuit donec acciperet. Veniat super nos misericordia tua Domine, vt amemus te. Vexatio dedit intellectum, miseratio mutet affectum. Manet veritas, qua morior. Veniât mihi miserationes tuæ, & viuâ. Et quo modo illa su-

perueniant isti? Nam & istam manere necesse est. Nisi steterit veritas, misericordia vera non erit. Angustia vndique. Vah peccatis nostris. quae in istas nos angustias detruserunt. Quid faciet nobis Deus? Incipit mentiri. An obliuiscetur misereri? Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi: laudate semel, laudate iterum. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & ve. domini manet in aeternum. Per aliam viam reducit nos in patriam. Inuenit consilium magni consilij angelus. Non subuertit iudicium, sed misericordiam superexaltat. Non mortem quam minatus est aufert, sed facit eam ianuam vitae. Nam peccatum gratis remittit, sed ipse portat. Vtrunque nobis in eodem opere probat, quantum peccata oderit, & quantum diligat homines.

BERNARDVS.

De mendacio.

Y Quod primis parentibus diabolus persuasit. *Eritis sicut di. sci. bo. & ma.* In primo opere conditione nostrae de limo terrae plasmavit Deus hominem, & in *sa. c. spi. vi.* Mira commixtio. Limus terrae & spiritus vitae. Limus quidem iam creatus erat, quando in primo creauit Deus caelum & terram. At spiritus non communem planè, sed singularem habet conditionem. Non in massa creatur, sed singulari quadam excellentia inspiratur. Compacta & confœderata sunt in homine caro & anima. Illa plasmata, hæc inspirata. Sed cui hac vnione praestatur? Iuxta sapientiam filiorum huius sæculi, vbi sociatur summis inferiora, prævalent qui potestatem habent, humilioribus vtuntur pro libito. Nō sic in opere tuo Deus non ad hoc sociasti spiritum limo. Quis non videat quantum præstet corpori anima? Siquidem omnis sensus in anima est. Charitatem mihi conditio ista commendat. Charitatem in propriae conditionis pagina lego. Et quidem magna hæc coniunctio, sed si stabiliis permanisset. Nunc autem diuino licet sit signata sigillo, siquidem ad *i. f. f. cre.* De hoc. heu disruptum est sigillum. Accedens ille pessimus latere recens adhuc sigillum fregit. Eritis, inquit, sicut dii scientes bonum & malum. O maliuole, o maligne, ad quid eis huius similitudo scientiæ? Sint certè sicut dii recti, iusti, veraci.

Sint sicut deus, in quem peccatum non cadit, hoc quippe sigillo stante stabit vnitas illa. Iam experimur miseri quid nobis persuaferit versutia diabolicae fraudis. Fracto namque sigillo sequitur disidium amarum, triste diuortium. Vbi est quod dixisti nequam: Nequaquam moriemini? ecce omnes morimur, & non est homo qui viuet, & non videbit mortem.

GALFRIDVS.

Quòd ad malum nos trahere vniuersus diaboli sit conatus.

Eritis sicut dii sci. bo. & ma. Ad scientiam boni & mali nos prouocat inimicus, licet malit nos malum semper & malum, vel malum & peius nosse: videlicet malis initiis peiores progressus, pessimum finem dare alioquin si bona nobis omnimodis dissuadere non potest, prima esse maluerit, etiã in hoc ipso ad exitum viã pergens, & calcaneo magis insidians.

BERNARDVS.

Quanti mali sit si non exteriorum sensuum curiositas cõpescatur.

Vidit mulier lignum. O Eua quid tam intentè tuam mortem intueris? Quid spectare libet, quod manducare non licet? Oculos, inquit, tendo non manum: non est interdictum ne videam, sed ne comedam. Etsi culpa non est culpæ tamen indicium est, nisi mens se minus curiosè seruaret, tua curiositas tempus vacuum non haberet. Te enim intenta ad aliud, latentè interim in cor tuum illabatur serpens, blãdiens alloquitur. Blanditiis rationem, mendaciis timorem compescit: Nequaquam, inquit, morie. Auget curam, dum incitat gulam. Acuit curiositatem, dum suggerit cupiditatem. Offert prohibitum, & aufert concessum. Porrigit pomum, & subripit paradysum. Haurit virus peritura, & perituros paritura. Perit salus, non desistit partus. Nascoimur, moritur. Ideò que nascimur morituri, quia prius morimur, nascimur. Propterea graue iugum super omnes filios tuos vsq; in hodiernum diẽ.

HVGO DE FOILL.

Quòd propter tria pomum carnis illecebris comparètur.

Tulit mulier de fructu lig. & com. & de. vi. s. Eua quotidie primo parenti offert pomum, quia caro spiritui suggerit voluntatis affectum. Pomo enim voluptas carnis per similitudinem comparatur. In pomo enim tria sunt: odor, co-

lor, & sapor. Et in voluptate tria. i. fauor, honor, & amor. Fauor itaque mundi, est quasi odor pomi. Color, honor, Sapor, amor. Sicut enim naribus dulcis odor attrahitur: sic totis desideriis animi fame secularis fauor affectatur. Sed caret pomum pulchritudine coloris, si voluptas priuetur honore mundanae potestatis. Odorem verò sapor sequitur, quando opere desiderium voluptatis impletur. Monstrat diabolus Eue pomi colorem per suggestionem. Odoat Eua per delectationem. Consentit Adam per delectationis amorem. Hæc in nobis quotidie fiunt. Suggestit enim diabolus, delectatur, caro, spiritus consentit.

GALFRIDVS.

Quòd ex facto Domini arguuntur qui cunctantur ad gratiam, & saluunt ad vindictam.

B *Cum deambularet Dominus in para, ad au. &c.* Non sic postea venit ad sponsam, quæ in magno se gaudens amore præuentam in eo quòd venientem cum celeritate conspiceret: Ecce, inquit, venithic saliens in montibus. Nunc verò deambulare dicitur, quærens latentem inter frutices peccatorem. Sic enim sanctus quidam exponens quòd de Ioseph legitur, quia inuenit eum vir errantem in agro: Errat, inquit, quia errantes quærebat. Sic velut eunctibus & mutare paratus quòd intendebat Dominus, deambulabat, nec ferebatur impetu, sed quasi moras nectens retrahendo & expectando an penitere peccator vellet, hinc inde pergebat. Retardabatur & lentis gradibus incedebat, utpote qui veniebat tristem mortalibus inferre sententiam. Ad sponsam verò veniens festinat, & lætis admodum saltibus aduolat, æternæ reparationis afferens medicinam. Nihil ergo mirum, si saltus istos præuidens, ante arcam foderis propheta Dauid saltauit. Nihil mirum si & Michol sterilitate damnata est, quæ mysticos saltus, sacramentum videlicet huius exultationis irrisit. Adhuc enim hodie plebs reproba Iudæorum dum nobis saluatoris aduentum inuidet, Dauidicos saltus irridet, tanto proinde subdita maledicto, ut cum sterilitatis damno, legitimi quoque viri sit damnata diuortio. Nobis autem ut ex his morale aliquid sumamus, sicut in saltibus istis vigor charitatis inuenitur, sic in deambulatione illa fraternæ correptionis gratia commendatur, ut discamus ex istis cuiuslibet indigentia

cur

cum omni festinatione & alacritate succurrere : ex illa verò cuiuslibet offensæ vindictam cum multæ deliberationis pondere retractare. Absit autem vt similes eorum simus, qui cum petuntur suffragari, dissimulando deambulant: & cum sitiunt vindicari, saliuunt & festinant.

B R V N O .

Quòd timenda nequitia dat testimonium condemnata. C

Et cum audissent vocem Domini deum . in pa. ad au. post me. abscondit se Adam & vxor eius. Quam vocem Domini? fortasse minantis, & quia peccauerant terrorem significantis. Siue enim quia nudi erant ei apparere erubescabant. Sed quare ad auram deambulasse dicitur? Qui enim auram quaerit, æstuationis calorem se passum esse demonstrat. Vnde datur intelligi, quòd primi hominis peccatum, Deum in iram commouerat: nò quòd istæ passionis in deum sint, sed quòd eius voluntas nisi humanis affectionibus significari non potest. Quòd autem hora erat post meridiem, eorum occasum significabat & mortem. Propinquabant enim nocti, quia ad mœrorem de letitia properabant. Hoc autem quasi hereditarium nobis reliquerunt, vt peccantes nos abscondamus, & impia quadam excusatione nostra facinora semper occultare conemur.

H V G O D E S . V I C T O R E .

Quòd Deus quandoque fugam simulat, vt audi-
dius reuocetur.

Cum deambulet Dominus in para. ad au. post me. vocauit & dixit: Adam vbi es? Non ambulauit, sed deambulauit, huc & illuc quasi errabundus & vagus in directum non vadens, sed pergès quocunque hoc est deambulauit. Et quare deambulare itaque voluit? Vt ostenderet se talem foris, qualis intus cœperat ille esse. Iam enim in eo mota erat veritas & fluctuabat, & ideo veritas foris deambulabat. deambulabat tamen, & non discedebat. Neque abiit in directum, elanguens quasi irreuocabilis, nec reuersurus amplius: sed propè gyràs & iuxta deambulans, abiit, & non abiit, modo vadens, modo rediens, & magno quodam incerto æstuanis, quasi nolens sedem suam deserere, nec valens pollutam mansionem sustinere. Quid facis Adam? Quare siles? Voca discedentem, sequere fugientem, quoniam adhuc propè est, & expectat si forte reuocetur, & ideo moram facit, & blande mina-

b iiii

tur abscessum læsum se dolens & violanter eiectum: & redire velle si forte inuitetur vt veniat. Sed heu non est qui memor sit amoris, qui charitatis recorderetur, cui cordi sit societatis affectus Vbi es Adam? Adam vbi es? Audiui, inquit, vocem t. & abscondi me. O abscondite vbi es? Quàm longè es, & quàm propè es. Quàm longè es ab illo, & quàm propè es illi. Quærit te Deus tuus, vt tu ipsum inuenias, & quærit te vt & tu ipsum quæras, & dicas. Domine vbi es? Et tu ergo quid facis? Nam ipse perdidit, tamen quærit. Si perdidit, non totum perdidit, quia videt quod perdidit. Non enim quæreret, nisi videret. Tu autem quid? Adam vbi es? Te totum perdidisti, quia perdidisti ne habeas: & videre delicti ne requiras. O infidelis Adam vbi est recordatio tua? dure, indurate, & obdurate, non te emollire potuit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingens ardor dilectionis, vt liqueceres & curreres post eam? Tu verò quid facis? Audiui, inquit, vocem tuam, & abscondi me. Quare? Ideo quòd nudus es sem. Ergo fugis veritatem, quia amas prauitatem.

BERNARDVS.

E Quòd excusatio peccati celat turpitudinè, sed nō aufert. *Vocem tuam audi, an pa. & ti.* Quid ne timeat sermonem veritatis, qui lætari vult cum malè fecerit, & in rebus pessimis exultare? Sed frivolum nimis tegmen quæris anima misera, prorsus inutile tegumentum folia sunt ista quæ confuis. Operiunt, sed non calefiunt. Celant vulnera, sed non sanant. An verò diu tegere poterunt? Absit. Fluent certè, & effluent folia. ad primum radium solis siccabuntur, & disperget ea flatus tenuis aura. Nihil enim occultum, quod non reue. &c. Non enim erit vbi lateant miseri. Nudi astabunt ante tribunal Christi, vt audiant vocem iudicij, qui ad vocem consilij aures obturauerunt.

F De primorum parentum quadruplici vestimento. *Timui eo quòd nudus essem.* Videre mihi videor quatuor virtutibus amictum hominem primum. Misericordie scilicet, & veritate, iustitia & pace, ab ipso suæ creationis exordio, & vt Propheta meminit. Vesti. sc. indutum. Et enim in his quatuor salutis integritas. Nec sine his omnibus potest constare salus. Præsertim cum nec possint esse virtutes, si ab inuicem separentur. Acceperat ergo homo misericordiam, custodem sc. atque pedissequam, vt ipse

proueniret atque sequeretur eum, ipsa protegeret & conseruaret vbique. Vides qualem nutricium contulit paruulo suo Deus, qualem dedit pedissequam homini recens orto: sed illi necessarius est eruditor, tanquam ingenue & rationabili creaturæ, vt non sicut iumentum aliquod custodiretur, sed tanquam paruulus educaretur. Cui sanè in mysterio nemo poterat aptior inueniri quàm veritas ipsa, quæ eum in agnitionem summæ perduceret aliquando veritatis. Interim verò ne sapiens inueniretur vt faceret malum, essetque peccatum & tanquam scienti bonum & non facienti, iustitiam quoque qua regeretur accepit. Adhuc autem & pacem qua foueretur & delectaretur addidit manus benignissima creatoris. Pacem vtique duplicem, vt nec intus pugnæ, nec foris timores: id est nec caro concupisceret aduersus spiritum, nec esset ei creatura vlla formidini. Quid huic deerat, quem misericordia custodiebat, docebat veritas, regebat iustitia, pax fouebat? Sed heu homo iste descendit ad Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, à quibus & ante omnia legitur despoliatus. An non despoliatus qui domino veniente nudum se esse conqueritur? Timui, inquit, eo quòd nudus essem. Nec verò poterat reuestiri, nisi sua Christus amitteret vestimenta. Sicut enim iustificari in anima nisi interueniente corporali morte non potuit, ita nec reuestiri sine eius spoliatione. Sed spoliatum quatuor virtutibus hominem diximus, quonam modo sit spoliatus singulis videamus. Perdidit homo iustitiam, quum Eua serpentis, Adam mulieris uoci potius obediuit, quàm diuinæ. Erat tamen residuum aliquid quod apprehendere possent, idque Dominus suo illo sciutinio innuebat. Prior enim iustitiæ portio, non peccare. Secunda per pœnitentiam damnare peccatum: sed abiecerunt etiam illud, conuersi in verba malitiæ ad ex. exc. in pec. Perdidit & misericordiam, cum sic exarcit. Eua in concupiscentia sua, vt nec sibi, nec viro, nec filiis parceret vniuersis. Adam quoque indignationi diuinæ mulierem pro qua peccauerat obiecit, quasi post tergum eius volens declinare sagittam. Priuata est etiam veritate mulier. Primò quidem malè detorquens quod audierat, Morte morieris: dicens, Ne forte moriamur. Demum serpenti credens penitus abneganti & dicenti. Nequaquasi morie-

mini. Priuatus etiam & Adam veritate, vbi eam erubuit
confiteri, volatilia excusationum operimenta præterdenn
Pacem quoque protinus amiserunt, quia non est pax in
piis, dicit Dominus nonne enim contrariam legem inue
nerant in membris suis, quos de nouo pudere cœperat no
ditatis, Timui, inquit, eo quòd nudus essem. Non sic miser
non sic paulo ante timebas, non quærebas folia, licet nudus
corpore sicut modo.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd merito doleat, qui incipit à mœrere.

G *In dolore paries filium.* Qualis finis est vbi origo pœna
lis: In vita lætitiã quam tenebit, qui vitæ sumit exordia de
mœrere? Ecce inquit, in iniquitatibus conceptus sum, &c.
Inde est quòd ab vtero in via peccatorum proiicimur, & de
licitorum iter totas currimus per ætates.

HVGO DE FOILL.

De quatuor vocibus & obediendi forma.

H *Quia obedisti voci vxoris tuae potius quam mee.* Quatuor
sunt voces, vxoris, mundi, diaboli, & Dei. Audiam ergo quid
loquatur in me dominus Deus. Nunquid loquatur diabo
lus, nunquid loquatur caro, aut mundus. Vox vxoris, vox
carnis. Vox autem carnis, voluptas. Vox mundi, vnitas. Vox
diaboli, iniquitas. Vox Dei, bonitas. Voci igitur vxoris obe
diunt, qui carnis suggestionibus non contradicunt: & plus
voci vxoris, quam voci creatoris. Est autem vox creatoris
ad subiectos de prælatis, dicens: Quæ dicunt facite, &c. Vt
peruersis obedias prælatis, monuit, qui etiam malè operanti
bus obedire iussit: vt sic ingrediaris cum Dauid sub Saule.
& eundem honores licet reprobum cum Samuele. Inobedi
entes ergo & superbos seipsos esse testantur, cui prælatis li
cet peruersis non obediunt, & eos non venerantur. Nec bo
nis tamen obedias in malum, nec peruersis contradicas in
bonum.

BERNARDVS.

Quòd primi hominis pœna multa sit misericor
dia temperata.

I *Terra es, & in terram ibis.* Grauis equidem sententiã
sed non sine grandi misericordiæ temperamento. Dura
admodum, sed si merita penfes, indulgentiã plena. Siqui
dem non minus iustè peccanti diceretur, Terra es, sed ex

hoc

hoc, Sub terram ibis. Iustus foret etiam tunc iustus dominus, & laudabilis nimis: sed non ego idoneus qui laudarem. Tunc quoque nihilominus dicerem, si tamé dicere possem, Iustus es domine, & rec. i. t. At non infernus conhtebitur tibi, neque mors laudabit te: sed nos qui viuimus benedicimus domino. Pepercisti ergo creaturæ tuæ, pepercisti gloriæ nominis tui, vt descendente de Hierusalem, nō tamen vsque in Hiericho patereris abduci. Semiuiuus adhuc in via semilaudare possum. Vbi totus vixero, ibo totus in laudem, & dicent omnia ossa mea: Deus quis similis tibi? Propter hoc cum iratus fuisses, misericordiæ meministi, nō damnans hominem in loco perditionis, sed in loco afflictionis humilians. Quid caufaris ô homo, quid sententiam quereris duriorē? Terræ addictus es, factus è terra, vt ipsa tibi sit patria, quæ materia fuit. Sed audire, inquires, velim, Spiritus es, & ad spiritum ibis. Siquidem etiam spiritus sum. Audiui autem ab Apostolo, quia dominus spiritus est, & ab ipso, quia spiritus est Deus, & spirituum pater. Vt quid ergo tenet me mater carnis, quia caro ex parte, spirituum pater non recipit, cum ex parte spiritus sim? Agit hoc non tam substantia quàm culpa. Traxit animam corpus in regionē suam, & ecce præualens opprimit peregrinam. Factum namque est talentum plumbi, non aliunde tamen, nisi quia sedet iniquitas super illud. Corpus enim aggrauat animam, sed quod cor rumpitur. Corruptur, imò etiam mortuū est propter peccatum. Itaq; licet quodammodo cœlū sit homo, cœlestibus spiritibus similis, substantia, quia spiritualis, & forma quia rationalis, minime tamé iam leuare eum ista sufficiunt, nec audire mereatur. Cœlum es & in cœlum ibis. Frustra gloriatur de libertate arbitrij quæ in mente est, captiuus ducitur in legem peccati, quæ in carne est. Nam etsi forte videretur duplex funiculus posse alteri æquè duplici præualere, vt videlicet quid sibi terra gemino quodam iure tanquam patria & mataria vendicat, ob geminā nihilominus quæ prædicta substantiæ & formæ similitudinem cœlum quoque recipiat, vt cœlestem. Sed iam triplicatus inferior ille & deorsum trahens peccato. s. accedente funiculus, nisi illinc quoque occurrerit gratia, non rumpetur. Itaque ibo mihi ad montem gratiæ & colles miserationum, quarum thesauros omnes repositos audio penes Christum. Denique propter

salutem quã operatus erat in medio terre, non confestim su-
terra posuit hominem vt peccando meruerat, sed in terra,

RICARDVS DE S. VICTO.

Quanta sint erga nos diuinæ viscera pietatis.

K *Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis.* Pensa hon-
Dei pietatem si potes. Contemptus à nobis, contemptus
nostrum sustinere non potuit. Reiecit homo ad quam se
matus est similitudinem diuinam. Deus euestigio confor-
mauit se ad illam qua homo transformauerat similitudine
humanam. O qualis reformatio honoris. O qualis deter-
exprobrationis, transformatum similitudini iumentum habe-
iam Deum similem sui. Cesset ergo iam vetus opprobrium
Ecce enim audio vnã aliquam ex tribus in trinitate perso-
nis, personare in vocem exprobrationis: *Ecce Adam factus*
est quasi vnus ex nobis. Meritò certè exprobrastis, si
nunquid semper exprobraturi estis? Certè si ironicè di-
tis, *Quia homo factus est quasi vnus ex nobis:* nos de ce-
ro dicemus tam fidenter quàm veraciter, *Quia Deus factus*
est quasi vnus ex nobis. Dictum est illud in voce exprobra-
tis & obloquentis. Dicamus nos istud in voce exultationis
& confessionis. Quod igitur dictum est per ironiam
Adam primo, iam dicere possumus ex sententia de Adam
secundo: *Ecce factus est Adam quasi vnus ex nobis,* scilicet
bonum & malum.

BRVNO.

Quòd flammeus sententiæ gladius peccatorem vel
minat vel condemnat.

L *Eiecit Dominus Adam de paradiso voluptatis, & collocat*
ante pa. vo. Cherubin & flammeum gladium atque versatilibus
custodiendam viam ligni vite. Cherubin plenitudo scienti-
interpretatur, ecclesiæ quæ doctores significat, in quibus
pientiæ & scientiæ thesauri sunt reconditi. Cùm autem
de paradiso, id est de sancta ecclesia, propter peccatum su-
eiicitur, ne ad lignum vitæ, id est ad carnem Christi pa-
cipandam accedere præsumat, ab his interdicitur. Stant enim
eum gladio spiritus, quod est verbum Dei: & ab eccle-
introitu peccatores constantè repellunt. Est autem iste
gladius lucens, & flammeus, splendidus & sine rubigine: qui
qui percussus fuerit, aut illuminatur aut exurit. Est
tem versatilis, facilis & velox ad feriendum. Vndique et

se del



Recte
alteru
uisor
més
tuum
est,
exan
si Ca
Qui
despi
conc
et si n
Si no
vel q
liuor
mort
mult
ctio.

Si
agit
Vnd
Virt
milit
caus

qui
nas,

se delinquentes percutit, pauperes & diuites condemnat.

BERNARDVS.

Quòd fides sine operibus mortua reputetur.



I rectè offeras, & rectè non diuidas. peccasti. In- Cap. 4.
uisibilis animi statum nunciat fides & actio. M

Rectum iudica, si fide catholicum & rectum opere comprobaris. Si quo minus, curuum censere non dubites: sic nempe habes: Si rectè offeras, & rectè non diuidas, peccasti. Recte quidem quodcumque horum offers. Recte autem ab alterutro non diuidis. Noli esse rectus oblator, & prauus diuisor. Quid diuidis actum à fide? Iniquè diuidis fidem perimés tuam. Nam fides sine operibus mortua est. Munus mortuum offeres Deo. Si enim quedam fidei anima ipsa deuotio est, quid fides quæ non operatur ex dilectione nisi cadauer exanime? Bene honoras Deum munere scetido? Non mirum si Cain insurrexit in fratrem, qui suam prius occiderat fidem. Quid miraris ô Cain, si ad tua non respicit munera, qui te despicit? Si manum deuotioni, quid animum das liuori? Non concilias tibi Deum discors tecum. Non placas, sed peccas: etsi nondum impiè feriendo, sed tamen diuidèdo non recte. Si nondum fratricida, iam tamen fideicida. Nunquid rectus vel quando manum porrigis Deo, cuius cor in terram trahit liuor & fraternum odium? Quomodo rectus, cuius fides mortua, cuius opus mors, cuius nulla deuotio, amaritudo multa? Erat quidem in offerente fides, sed non in fide dilectio. Mors fidei, separatio charitatis

A I L R E D V S.

Quòd in bono opere tria deceat inueniri.

Si directe offeras, recte au. n. di. pec. Recte offert qui bonum N
agit. Sed non rectè diuidis, si modus in agendo non excedit. Vnde patet, quia in omni opere bono tria obseruanda sunt. Virtus discretionis. Puritas intentionis. Fundamentum: humilitatis. Discretio spectat ad modum actionis, intentio ad causam, humilitas ad fructum.

S T E P H A N V S.

De sumenda eucharistia.

Vbi est Abel frater tuus? Hoc ei non incongruè dicitur, O
qui sumpto Christi corpore redit continuò ad sordes pristinas, & seculi vanitates.

SVPER GENESIM.

De charitate.

P Nunquid custos fratris mei sum ego? Qui aliorum contemni salutem, non solum Cain, sed & diuite qui sepultus est in inferno peior est. Nam Abrahæ dixit: Rogo te vt mittas Lazarum in do. pa. m. & c. Andreas non contentus propria salute, adduxit Petrum ad Iesum, & Philippus Nathanaelem, vt sic cortina trahat cortinam, & qui audit di. ve. Propter societatem & charitatem commédandam præcipitur in Leuitico, vt offeratur par turturum, aut duo pulli columbarum. Turtures contemplatiuam, columbæ actiuam vitam designant. Et quia in vtraque debet esse charitas, quæ intra pauciores quàm duos esse non potest, ideo & duo turtures, & duo pul. col. offerri iubentur. Et quia in vtrâque vita duplex continentia. s. mentis & corporis esse debet. Verum cum in vtrâque vita sit vinculum & vnio charitatis, tamen quia maius vinculum & est & esse debet in contemplatiua quàm in actiua, vnde in ea non dicitur meum sed nostrum, & in actiua econtrario: ideo dicitur par turturum, & duo pul. col. Expressius enim designatur amor per hoc nomen, par, quàm per duo. Item postquâ beata virgo concepit saluatorem, abiit in mont. cum fest. vt Helisabeth parienti Ioan. nem præstaret obsequium. Vade & tu fac similiter.

HUGO DE S. VICTO.

Quòd cor hominis in tot diuisum sit, quot sunt ea quæ concupiscit.

Q Vagus & profugus in terra homo propter peccatum suum à facie domini proiectus, ab intima contemplationis illius luce foras venit, eo quòd profundius ad terrena desideria mentem inclinât, quò magis supernorum dulcedinem, quorum iam gustum perdidit, incipit obliuisci, sicque fit vagus & profugus super terram. Vagus scilicet per inordinatam concupiscentiam. Profugus per peccatricem conscientiam. Cuius etiam voce illud aptè subiungitur: Quisquis inuenierit me, occidet, quia mentem diuino desertam auxilio, quæcunque tentatio impetierit, subuertit. Cor autem hominis quòd prius amori diuino affixum stabile perstitit, & vnum amando, vnum permansit, postquâ per desideria terrena diffluere cepit, quasi in tot diuisum est, quot sunt ea quæ concupiscit. Ecce morbus hominis, cor. s. inquietum & fluctuans. Causa morbi, amor mundi. Remedium morbi, amor Dei.

Quòd

BERNARDVS.

Quòd reprobì maiores aestimant corporis, quam animæ læsiones.

Maiores est iniquitas inquam vt re. me. Quid ergo? Renuat **R** consolari anima t. si non meretur veniam. Hoc solum deplora. Hoc solum plange, aliud ne cogites quidem. Sed nunc inquit: Omnis qui inue. me, occi. me. Graue. scilicet damnum si puniatur corpus, quando quidem anima iam perit. Sic enim occidendum se criminabatur infelix tanquam pro magno beneficio habiturus, si prohiberetur occidi. Quod factum est, consolationem miseram obtinuit quam quærebat, oblitus est consolationis maximæ, pro qua multo studiosius supplicare & remedium quæreere oportebat.

GILBERTVS.

Quòd mala conscientia semper timeat deprehendi.

Omnis qui inue. me, occi. me. Quam dissimilis Cain sponsæ, **S** quæ se inuentam gloriatur, & dicit, Inue. me. &c. Nihil enim tam refugium fallaces & ficti, quam ab his custodibus inueniri. Et si deprehenduntur, non facile conuertuntur. Cain siquidem factus vagus & profugus super terram, & inueniri formidans, ait: Omnis qui inue. me, occi. me. Non vult peccatum occidi, non vult pati salutare in confessione verecundiam, medicinale castigatione magistri. Non vult inueniri, quia non vult mori. Nam vbi non veretur interfici, sed magis se foueri cõfidit, imprudenter se iacet indisciplinatus affectus.

STEPHANVS.

De cupiditate.

Omnis qui inue. me, &c. Per Cain qui interpretatur possessio, intellige diuites huius mundi qui timet amittere se & sua. Vnde illic: Tre. ti. vbi non cr. i. pro amissione tēporaliū, non æternorum Vnde qui timet pruinam, veniet super eum nix.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd amissis cœlestibus reprobì ad consolationem tēporaliū se conuertunt.

Et egressus Cain à facie domini ha. in ter. pro. ad o. p. Eden. **V** Eden, locus est voluptatis. Reprobì igitur de loco veræ voluptatis eieci, in Orientali se parte constituunt, dum transitoria prosperitate decepti quid perdidierint non aduertunt, sed quasi in luce magnæ felicitatis attendunt. Hinc est quòd homo dum mortem suam non sentit, nullam sollicitudinem

Quòd

sui gerit: sicque in breui dum negligit, ad illos dolores pertrahitur, quod prae sui magnitudine dissimulare non patitur, & quibus iam euadendi exitus non reperiatur.

STEPHANVS.

De duplici generatione

X *Lamech accepit duas uxores.* Bigamus est qui vult gaudere cum saeculo, & regnare cum Christo. Contra quod dicitur Nemo potest duobus dominis seruire. Nota quod in generatione iustorum non fit mentio de foemina. Item generatio iustorum denario, impiorum clauditur in denario. quia mali sunt in transgressione decalogi, boni vero in eius obseruatione. Item in generatione malorum vltimo ponitur Noë, quae interpretatur mors, siue stupor. In bonorum Noë, interpretatur requies. Item in generatione malorum secundus ponitur Lamech, qui interpretatur humiliatus, qui est pessimus. In bonorum Enoch, qui interpretatur dedicatio, quia boni in fine dedicabuntur Deo. Mali humiliabuntur in gehenna. Item in generatione malorum primus ponitur Enoch, qui interpretatur dedicatio. In bonorum vltimo Noë, quia mali hic volunt dedicari, sed boni in futuro.

HVGGO DE FOILLETO.

Quae sit disciplinae utilitas, & quod ex ea mentis requies generetur.

Cap. 5.
Y



Lamech genuit Noë. Id est disciplina requies. Interpretatur enim Lamech percutiens, quod est proprium disciplinae. Noë vero requies interpretatur: qui tunc nascitur quando mens ab exterioribus per disciplinam reprimitur. Hic est Noë qui construxit arcam, id est aedificat animam: qui irrationabilia animalia inferioribus ordinat, homines & volatilia in superiore parte locat: id est motus carnales subiicit, spirituales superponit, Si autem inundauerit diluuium carnis tunc intrat arcam mentis. & licet circumfluant torrentes iracundiae, fluentia luxuriae, voragines gulae: licet ebulliant fontes delectationum, abyssus cupiditatum, maria contumeliationum: intrat tamen securus ad arcam, id est quietus animus clauso à foris silentij ostio, possidet animam. Sed & Lamech interfecisse Cain legitur. Cain autem possessio interpretatur. cuius? diaboli, non Dei sui, non magistri proprii.

not

non communis. Inter folia iacens Cain occiditur : quia peruerfus in leuitate cordis, & in multiplicitate verborum volutatur. Sic ergo per Lamech Cain occiditur, & ex alio Lamech Noë nascitur, vel per disciplinam nutritus quiete mentis afficitur. Accusatur Cain de morte fratris. Qui enim nulli obediunt, qui seipfos possident, qui exemplum prauæ operationis fratribus ostédunt, quid aliud quàm fratris animam propriis manibus, id est propriis actibus occidunt? Quid igitur vtilius disciplina, quæ quietem generat, peruersos necat?

HVGO DE S. VICTORE.

Quantum Deus diligit homines, quorū interitu cruciatur.



*V*idens Deus quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta co. cor. intenta esset ad ma. omni tempore: pœnituit eum quòd hominem fecerat in terra, & tacitus do. cor. mirin & præcauens in sis. le. inquit homi. quem cre. Primum considera quòd nō facile pietas prouocatur, nisi multa fuerit malitia nostra. Verùm pœnitétia Dei non est mutatio intentionis à primo proposito, sed mutatio operis à proprio instituto. Et nota quòd pereunte homine, Deus dolore cordis intrinsecus tangi dicitur. Ibi enim dolor fuit, vbi amor. Amat enim vniuersa quæ fecit. Sed amor hominis intus in corde creatori fuit, quoniam in tantum homo ab ipso dilectus est, vt ab ipso esset bonus, & in ipso beatus. Sed quid quod dicitur, Præcauens in futurum? Nunquid Deus aliquando vt faceret quæ facienda non erant? Sed sciendum quòd cautela Dei non est præsentis circumspectio, sed subiectorum correctio. Namque malo faciendo tam cauet qui terret ne fiat, quàm qui timet ne faciat.

Cap. 6.
Z

BERNARDVS.

Quomodo Deum pœniteat hominem se fecisse.

Pœnitet me fecisse hominem. Pœna me tenet, mihi incumbit sustinere pœnam, pœnitentiam agere pro homine quem creau. Non potest hic calix transire, nisi bibam illum.

HVGO DE S. VICTORE.

Quare per arcam ecclesia figuretur.

Fac tibi arcam de lignis lauiga. Arca Noë est ecclesia, quam **B** verus Noë, id est Dominus noster Iesus Christus gubernator & portus inter procellas huius vitæ regens per se ducit ad se. Trecentorum cubitorum longitudo præsens seculum

C

designat, quod tribus tēporibus decurrit, id est tempore naturalis legis, tempore scripturæ, tempore gratiæ, per quæ sancta ecclesia à principio mundi vsque ad finem, à presentia vita ad futuram gloriam tendit. Quinquaginta cubitorum latitudo vniuersos fideles designat qui sub uno capite sunt constituti, id est Christo. Nam lege cōstat ex septies vij. qui numerus vniuersitatē fidelium designat, & vno superaddito, quod Christū significat, qui est caput ecclesiæ suæ, & finis desideriorum nostrorum. Propter quod in vno cubito arcæ consummatur. Altitudo xxx. cubitorum, xxx. volumina diuinæ paginæ significat, id est xxij. veteris testamenti, & vii. noui. In quibus summa omnium continetur, quæ Deus fecit, vel facturus est per ecclesiā suam. Tres mansiones significant tres ordines fidelium. Inferior arcæ latitudo, maior numerum carnalium significat. Quod enim in superioribus contrahitur, spiritualium paucitatem designat. Tunc fabricata est arca, quando de latere Christi profluxit sanguis & aqua. Quod si altitudo in quinque mansiones intrinsecus diuisuarur, arca est ecclesia. Quinque mansiones sunt quinque status, tres presentis vitæ, & duo futuræ. Primus est carnalium, de quibus Apostolus: Non potui loqui vobis quæ spiritualibus, sed quasi carnalibus, &c. Secundus eorum qui animales vocantur, de quibus dicitur: Animalis homo non percipit, &c. Tertius spiritualium, de quibus dicitur: Spiritus dii iudicat omnia, &c. Quartus animarū corpore exortum. Quintus in anima & corpore resurgentium, qui supremus est, & cubito supremo contiguus. Quod tres inferiores mansiones secundum altitudinē parietum in directum ascendunt, & versus supremū cubitum non inclinantur, hoc significat, quod quantumlibet in hac vita proficimus, adhuc tamen in facie conditoris nostri quasi aduersi sumus: quia per meritum ascendimus fidei, sed per præsentiam contemplationis ad ipsum non inclinamur. Vnde & sponsa dilectū suum post parietem memorauit. Quod autem arca in tecto suo summum in vnum colligitur, quid aliud significat, nisi quod quantum ab huius vitæ tenebris educti fuerimus, tunc omnium desideriorum nostrorum finem ad vnum referemus? quando, si accuti est, Deum videre cōperimus, vt iam nil libeat nisi eius faciem sine intermissione intueri, eius dulcedine sine fallo diu fatiari, eius amore sine defectu perfrui. Hoc est enim

ipsum
desiderium
gustum
C
M
sepe
grati
long
char
cum
derio
fede
tum
nostr
dine
ratio
verò
stran
spirit
tualis
carnal
confi
quies
sine v
sine h
tura
nis n
mitti
tibus
ritus
luram
tutur
terpe
vt an
vt ne
præp
volu
fudo
Apo
conc
ipsum

ipsum tendere & ad ipsum pertingere, semper eum & per desiderium quærere, & per cognitionem inuenire, & per gustum tangere.

Quod per arcam, mens hominis moraliter designetur.

Moraliter autem quisquis se ab huius mundi delectatione **C** separare, & virtutibus operam dare contendit, cooperante gratia, Dei ædificare debet intus ædificium virtutum, cuius longitudo in fide trinitatis ecc. cubitos habeat. In latitudine charitatis l. In altitudine spei quæ est in Christo xxx. vt sit cum bona operatione longus, in dilectione amplus, in desiderio altus, vt cor sursum habeat, vbi Christus in dextera Dei sedet. Vnde & ipsius crucifixi caput in altitudine crucis positum est. Manus in latitudine expansæ sunt, vt affectus cordis nostri vsque ad inimicos diligendos extendatur. In longitudine crucis corpus Christi positum est, vt nõ sit remissa operatio nostra, sed extensa, & perseueret vsque in finem. Tres verò mansiones, sunt tres voluntates, quas vnusquisque nostrum in se habet. Prima est carnalis. Secunda animalis. Tertia spiritualis. Carnalis est, laxare fræna concupiscentiæ. Spiritualis, sic spiritualibus studiis inhærere, vt etiam necessarios carnis vsus optet excludere. Inter has autem voluntas animæ consistens, nec vitii oblectatur, nec virtutum doloribus acquiescit, castitatem sine carnis maceratione, cordis puritatem sine vigiliarum labore cupiēs obtinere, humilitatem Christi sine honoris mundani iactura exhibere. Postremò sic vult futura consequi bona, vt non amitat præsentia. Sed aculei carnis nequaquam nos in hac temporis noxia puritate stare permittunt, sed ad illam quam horremus frigidã & plenam sentibus vitiorum pertrahunt. Rursum cum succelli feruore spiritus sine vllò respectu fragilitatis humanæ opera carnis volumus extinguere, & nosmetipfos totos ad immoderata virtutum studia cordis elatione conferre, carnis imbecillitas interpellans ab illa nimietate nos reuocat ac retardat, & ita fit vt animæ voluntas quodam iusto moderamine temperetur, vt nec à dextris mens spiritus ardore successa, nec à læua caro præponderare vitii permittatur: & sic ad illud quartum quod volumus salubriter peruenimus, vt virtutes non otio, sed iugis sudore & contritione spiritus acquiramus. De hac lucta dicit Apostolus: Spiritu ambulate & de. c. non. per. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus car. Hæc

autem sibi inuicem aduersantur, & cætera. Nunc de arca sapientia differamus. Si per studium meditationis assidua cor nostrum inhabitare cœperimus, iam quodammodo temporales esse desistimus, & quasi mundo mortui intus cum Deo viuimus. Tunc quicquid fortuna extra molitur facile contemnimus, si ibi fixum est cor nostrum, vbi verum est gaudium, & nunquam eripiendum. Tales igitur habeamus cogitationes, quia de tali materia fabricamus arcam nostram. Ista sunt ligna quæ in aqua missa natant, in igne posita ardent: quia tales cogitationes fluxus carnalium cogitationum deorsum non premit, sed flamma charitatis incendit. Ne timeas hunc ignem te & tuis. Vah tibi si non arserit hoc igne tabernaculum tuum. Postea bituminabis eam intus & extra. Intus, vt charitatem non amittas: extra, vt mansuetudinem exhibeas. Bitumen calida naturæ est, & nascitur de terra fulminata. Et charitas procreatur in anima timore diuini iudicij percussa. Trecenti cubiti, cõsideratio mirabilium, quæ Deus ab initio seculi vsque in finem per suos operatur electos. Cubita l. vita fidelium, quam tibi ad exemplum proponis. Triginta verò, scientia scripturarum. Isti sunt termini patrum t. quos tibi transgredi non licet. In hac ergo arca, id est in secreto cordis nostri latere debemus à strepitu huius mundi. Sed quia nostra infirmitas diu in silentio nos intimæ contemplationis pausare non patitur, exitum habemus, ostium & fenestram. Ostium significat exitum per operationem. Fenestra exitum qui fit per cogitationem. Ostium deorsum est, fenestra sursum: quia actiones pertinent ad corpus, ad animam cogitationes. Hinc est quod per fenestram aues exierunt, per ostium bestia & homines. Quod autem per aues anima significetur, & per hominem corpus, habemus in libro Iob. Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum: quoniam si volumus ad contemplationem animam subleuare, necesse est corpus per exercitia laboris atterere. Quod ostium in latere ponitur, hoc significat, quod nunquam à secreto cordis nostri per operationem exire debemus ex proposito intentionis, sed ex accidenti occasione necessitatis, & ideo de fenestra hic tacuit, quia etsi per cogitationem aliquando voluntate, nunquam tamen per operationem, nisi ex necessitate exire liceat.

Quod de arca metis ad actionem modis quatuor exeamus.

Quatuor

Quatuor modis eximus per actionem. Pro vsu corporis, **D**
 pro instructione mentis, & pro vtroque dupliciter. Nam ad
 vtrunque boni & mali exeunt. Mali pro explenda voluptate,
 similes immundis animalibus. Boni pro necessitate, similes
 mundis. Boni prælati qui ex quiete, non ex ambitione,
 sed ex obedientia ad publicum prodeunt, similes sunt Noë,
 qui exiens de arca sacrificium obtulit: quia per fructum
 prædicationis damna recuperant contemplationis. Illi verò
 qui in honore positi subiectos despiciunt, similes sunt Cham,
 qui denudati patris verenda derisit, & ob hoc meruit sententiam
 maledicti.

Quòd ad contemplationem quadrupliciter exeatur.

Quatuor modis eximus per contemplationes. Primus **E**
 modus quando consideramus omnem creaturam quid ex se sit. Secundus
 quid ex dono creatoris. Tertius quomodo vtatur
 Deus ministerio creaturarum ad sua explenda iudicia. In hac
 consideratione audimus omnem tribus vocibus creaturam
 nobis loquentem. Prima vox dicit, Accipe. Secunda, Redde.
 Tertia, Fuge. Beneficium, debitum supplicium. Prima famulantis.
 Secunda admonentis. Tertia comminantis. Vox
 famulantis, Cælum dicit: Ministro tibi lucem in die vt vigiles,
 tenebras in nocte vt pauses. Ego ad oblectationem
 gratas temporum vicissitudines pario, teporem veris, æstatis
 feruorem, autumnii plenitudinem, algorem hyemis. Aer dicit:
 Vitalem tibi præbeo flatum, & omne genus auium ad
 tuum mitto obsequium. Aqua: Tibi potum præbeo, sordes
 purgo, arenia rigo, & diuersorum genera piscium ad tuum
 esum ministro. Terra: Ego te porto, nutrio pane, conforto,
 vino lætifico. Vox admonentis, Mundus: Seruio tibi, quia
 factus sum propter te, vt & tu seruias illi qui fecit & me & te.
 Si sentis beneficium, redde debitum. Vox cōminantis, Ignis:
 A me combureris. Aqua: In me submergeris. Terra: A me
 absorbereris. Internus: A me deglutieris. Quartus modus
 contemplationis, quando inspicimus creaturas ad explendam
 carnalis concupiscentiæ voluptatē. Hoc oculo Eva lignum
 vidit quòd id esset pul. vi. &c. Qui sic exeunt, similes sunt coruo
 qui reuersus non est: quia dum quod foris malè delectat inueniunt,
 ad arcam conscientie amplius redire nolunt. Reliqua verò tria
 contemplationum genera in exitu columbæ figurata sunt, quæ
 quum emissa esset, & non inue. v. re. pes

eius re. est ad ar. por. ra. oli. vi. in. o. f. Vacua exiuit, sed vacua non rediit: quia foris inuenit quod intus non habuit, nec tamen foris amaui quod intus detulit. Ramus oliuæ virentis bonum mentis affectum demonstrat. quia sæpè viri sancti, quanto magis opera diuina foris aspiciunt, tanto magis intus in amore conditoris viridescunt. Tres mansiones sunt, tria genera cogitationum. Rectum, vt bonum sciam. Vtile, vt quod scio, operibus expleam. Necessarium, vt quod foris hominibus exhibeo, Deo interius representem. & tunc in supremo ad vnum, id est charitatem arca colligitur, vt iam vnum cogitemus, vnum expectemus, vnum desideremus dominum Iesum Christum. Columna in medio arcæ erecta in altitudinem xxx. cubitorum cui vniuersa fabrica innititur, cuius præcisio sursum per quadrū in singulis lateribus vnus cubiti mensuram habet: ipsa est lignum vitæ, quod plantatum est in medio paradisi, id est, dominus Iesus Christus in medio ecclesiæ suæ quasi præmium laboris, merces operis, meta itineris, corona certaminis. Iste est mons domus domini præparatus in vertice montium, ad quem fluunt omnes gentes, & de iiii. angulis arcæ, quasi de iiii. partibus mundi ascendunt. Alij de calore Orientis, id est feruore spiritus. Alij de calore Occidentis, id est cæcitate ignorantia.

STEPHANVS.

De memoria passionis.

F Vox patris ad filium; Ostium arcæ facies in latere tuo. Arca Christus. Ostium arcæ, vulnus lateris. Et bene dicit deorsum, quia quum duæ naturæ sint in Christo in inferiori vulneratus est. De hoc ostio dicit Ioannes: Vidi ostium apertum in cælum, id est vulnus in latere Christi. Vel sic, vt dicatur Christiano: Pone ostium arcæ in latere tuo, id est, in corde tuo reponere vulnerum Christi memoriam.

BERVNO.

Quòd mundi pericula quanto de sublimiori, tanto liquidius contemplamur.

Caput 8.

G



*T*aperiens Noë teclum arca aspexit, viditque quæ exiccata esset superficies terræ. Cùm hoc per nostram satis cognoscere posset, ad hoc tamen intuendum super teclum arcæ descendere maluit. Quia quanto virtutum gradibus altius quilibet ascenderit, tanto magis mundi huius aquas, aduersitatēsq̄

fratēque despiciens spem sibi prosperitatis in futurum promittit.

Quòd nullum immundum animal Deo debeat immolari.

Tollens de cunctis volucribus & pecoribus mundis, obtulit holocausta super altare: odoratusque est deo. o. su. Quia omnis caro corrupterat vitam, totusque mundus aquis diluuij purificatus fuerat, ideo de mundis omnibus animantibus Deo offerre holocaustum necesse erat: quatinus qui cunctis hostiis offensus fuerat, cunctorum sacrificio placaretur. Solus autem homo hoc sacrificio non est immolatus, quia restabat vt Christus suo tempore immolaretur verus agnus qui tollit peccata mundi. Tamen & Noë quodam modo immolatus est, cuius deuotione & pia voluntate magis quam illo animalium fumo delectatus est Deus. Vnde dicitur, *Odoratusque est &c.* Nullum animal immundum immolatur Deo, quia soli sancti & à peccatis mundati Domino placent.

STEPHANVS

De virtute pœnitentiæ.



Onam arcum meum, &c. Arcus fit ex repercussione radioꝝ solis, & nube humida. Nubes humida fuit Maria Magdalena, quando pedes domini lauit, & capillis terxit. Fuit etiam solis radiis repercussa, id est gratia respersa, & lachrymis resoluta. Color igneus refertur ad dilectionem. Et dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cæruleus, ad pœnitentiam. Vnde lachrymis rigauit pedes domini. Item fuerat prius in cœno luxuriæ, sed modo ponitur in nubibus cœli, & sic est fœdus inter nos & Deum. Quis enim desperare potest vbi tam peccatrix, tam gloriosa esse est? Vnde Osee: Dabo vobis vallem Achor ad apericiendam spem. De hoc arcu iacitur sagitta, vt infigat vulnus amoris in cordibus auditorum.

De passione Domini.

Plantauit Noë vineam bibensque vi. & inebri. est. Bene dicit inebriatus, quod non facit vna potatio, sed plures. & Christus pro nobis multiplices sustinuit passiones.

HVGO DE S. VICTORE.

Quomodo de carnis vitiiis exeamus.

L
Cap. 12.



Exi de terra, & de cog. t. & de do. pa. t. & ve. in terram quam monstra tibi. Per timorem eximus de terra nostra. Per gratiam de cognatione. Per dolorem de domo patris no. Per fidem & dilectionem dominum consequimur, & sic in sexto gradu terra nobis promissa per compunctionem demonstratur. De terra nostra eximus, cum exteriora relinquimus. De cognatione, cum vitis in nobis & ex nobis natis abrenunciamus. De domo pa. no. cum mundum cum suis omnibus à corde nostro sequestramus, & ipsum cor in sola æterna desigimus. Pater noster, secundum illam natiuitatē qua in peccatis nati sumus, est diabolus qui peccati est auctor. Et ita egressis alia à domino terra ostenditur, quando nobis perfectè mūdo mortuis, etiam quiddam iam de futuris gaudiis quasi de longè odorare cōceditur. Affatur enim spiritu sancto, insolito animus gaudio hilarescit, & miratur quale ad gustandum esse possit, quod tam mirè etiam per odorem reficit.

PETRVS RAVENNAS.

De tribus abrenunciationibus.

M *Exi de terra & de cog. t. & de do. pa. t.* Tres esse abrenunciationes, scripturarum sanctarum demonstrat auctoritas. Prima est qua vniuersas diuitias mundi facultatēque contempnimus. Secunda qua mores ac vitia affectūsque pristinos animi carnisque respicimus. Tertia qua mētem nostram de presentibus vniuersis ac visibilibus euocantes, futura tantummodo ac inuisibilia contemplamur. Quæ tria vt simul perficiantur, etiam Abraham legimus dominum præcepisse cum dicit ad eum: *Exi de terra, & cæ.* De terra tua, i. de facultatibus mūdi, operibusque terrenis. De cognatione tua, hoc est de conueratione & moribus vitis que prioribus, quæ nobis à natiuitate coherentia velut affinitate quadam ac consanguinitate cognata sunt. De domo patris t. hoc est omni memoria mundi huius, quæ oculorum occurrit obtutibus.

HVGGO DE FOILL.

Quòd quidam religionis affectant pulchritudinem, non virtutem.

N *Ecce vxor tua ante te, accipe eam & vade.* Religio assimilatur mulieri castæ, quæ ab aliquo diligitur, vt in vxorem ducatur, ideo scilicet quòd pulchra sit, quòd nobilis, quòd

quòd abundans diuitiis, quòd sapiens videatur: vt in illius pulchritudine delectetur, & de nobilitate filiorum gloriatur: vt augeantur sua illius censu, & seruentur sensu. Huic mulieri potest assimilari religio, quæ pulchra est in contemplatione. Sapiens in sui circumspectione. Nobilis, quia libera est à peccati seruitute. Diues hereditate, cuius hereditas est regni celestis æternitas. Amat luxuriosus pulchram, sed non amat castam. Sic quandòque carnalis animus pulchritudine religionis, religionis induit habitum. Cùm autem castitatis munditiam reperit, displicet quod placuerat. Sic vxorem Abrahamæ, quam rex Aegypti propter pulchritudinem rapuerat, intactam reddidit marito dicens: Ecce vxor tua, &c. Quid hoc, inquit, fecisti mihi? Quare non dixisti mihi quia vxor tua est? hoc est quòd non perfunctoriè, sed legitimè teneatur coniugio. Sed dixisti sororem tuam nullis legibus astrictam & naturæ sociam. Quis & hoc ignorat nostris temporibus in ecclesiis euenisse? Sunt enim quidam qui delicatam ac voluptuosam fore credunt religionem experientem laboris, vacantem ocio, & adeo habitum religionis indiscretè capiunt, votum faciunt, professionis vinculo constringuntur. Cùm autem religionis ordinem & consuetudines eiusdem aduersantes carni nouerint, in hæc verba prorumpunt: Putauimus, inquit, pondus religionis leuius esse. Quis enim potest ferre claustrum tædium, diuturnitatem silentij, pondus laboris, asperitatem vestis, parsimoniam cibi? Sic ergo vxorem suam reddunt Abrahamæ expellentes eam, vt liberi remaneant in Aegypto. Abraham verò ascendit ab Aegypto in Bethel, id est carnalium voluptatum consortia deserens, in domo Dei manet: hoc enim Bethel interpretatur.

Quòd tria pacem cohabitantium soleant conturbare.

Non sit rixa inter me & te. Abraham cuius hæc verba sunt, religionis est forma, exemplum cohabitantium. Tria sunt verò quæ pacem cohabitantium turbare solent i. quando aliquis mouetur ad iram pro seipso, & pro amico, vel pro cõmòdo. Hæc tria remouit Abraham dum habitauit cum nepote. Primum remouit dicens: Non sit rixa inter me & te. Secundum cùm diceret: Neq; inter pastores tuos & pastores meos. Tertium posuit: Ecce, inquit, tota terra ante te est, hoc est, si de me, si de

Cap. 13.
O

amico, si de possessione dissensio est, omnibus cedo. si autem de moribus non conuenit, discede à me.

STEPHANVS.

Quid debet respicere homo.

P *Lena oculos tuos de loco in quo nunc stas, & vide ad Ori. & Occi. & Meri. & Aqu.* Ad Orientem respicit, qui aduentum Christi primum vel secundum attendit. Ad Occidentem, qui peccata considerans plangit. Ad Austrum, qui Christi erga nos beneficia prospicit. Ad Aquilonem, qui sibi præcauentis dæmonis insidias repellit.

RICARDVS DE S. VICTORE.

Quòd ex perceptione præsentium munerum firma sit expectatio futurorum.

Cap. 15.

S *me mihi vaccam triennem, & capram triennem, & arietem trium annorum, turturem quoque & columbam.* Fecit Abraham quòd ex diuina institutio-
ne accepit, & super hostias suas accepto cœlitus igne, signum quòd optarat obtinuit: quòd & magnæ dilectionis fuit indicium, & maioris spei præbuit incentiuum. Minora nanque beneficia libenter impensa dant ausum absque dubio præsumendi maiora. Sic arras accipimus, ut inconcussam conuentionis certitudinem teneamus. Igitur & nos si ignem cœlitus missum acceperimus, puto quòd de diuinis promissionibus iam vltèrius omnino dubitare non poterimus. Ignem, inquit, veni mittere in terram, &c. Absque dubio qui hunc ignem accepit, de æternæ hæreditatis promissione dubitare non poterit. Profectò vbi charitatis abundantia est, diffidentia locus esse non potest. Perfectæ enim charitas foras mittit timorem.

De terra lacte & melle manante.

R Videamus ergo quæ sit terra, quæ lacte & melle manat: quam cum Abraham in hæreditatem accipere, & de manibus Chanætorum debemus violenter eripere. Sed vbi querenda est terra, quæ tanta dulcedine tota redundat? De regno autem cœlorum credimus, quòd intra nos sit. Vnde & sui generis terram viuicium. s. nihilominus intra nos esse credere debemus. Spiritualis enim est hæreditas, quæ spiritualibus promittitur. Si vultis, terra est propter stabilitatem. Si vultis, cœlum propter sublimitatem. Si spirituales sumus, si spiritualiter sapimus, terram hanc intus, nõ exterius requiramus. Hæc terra

multa

multa prorsus dulcedine manat, quia cordis iucunditatē cōscientiæ securitas parat. Promissionis terra, cōscientia securā. Terra melliflua, iucunda conscientia. Merito terra talis Chananæis qui pessimi omnium erant aufertur: & Iudæis, qui tunc temporis fuerunt optimi, confertur, hæc enim terra aut valde malorum, aut valde bonorum. Profecto securitatē conscientia non valent vel solent nisi aut valde boni, aut valde mali habere. Sunt enim impij qui ita securi sunt, ac o. h. ius. impius enim cum venerit in profundum malorum contēnit. Denique perfecta charitas foras mittit timorem, & euestigio intromittit securitatem. Si enim cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum. In lacte & melle intellige duplex gaudium conscientia secure & bonæ. Geminum sanè gaudiū integra conscientia parit, de beatitudine. s. mentis & corporis. Lac de carne profluit, mel cum rore de cœlo descendit, lactea quidem dulcedo de carne trahitur, quando ex corporis beatitudine gaudium generatur. Melliflua dulcedo velut è cœlo defluit, quando de incorruptibilitate mentis inæstimabilis quædam gratulatio surgit. In lacte dulcedo sola, non tamen summa. In melle & summa & sola. In contēplanda enim Christi humanitate iucunditas quidem magna, non tamen summa. In contēplanda autem eius diuinitate, iucunditas & sola & summa.

Quid per sacrificium Abrahæ spiritualiter designetur.

Iubetur itaque Abraham, vt dictum est, sumere vaccam, & cæ. Quid est quod dominus à summo patriarcha non bouem, sed vaccam quærit? Nunquidnam in hoc genere hostiarum plus fœminam quàm masculum diligit? Fortè sic est. Neque enim à tanto amico exigeret, quod minus ipse diligeret. Sed scimus de boue quia iugum portare potest, lac autem dare non potest. Vacca verò vtrunque facit. O quale sacrificium & obedientia iugum humiliter portare, & inter quælibet obedientia ardua cordis dulcedinem seruare, & nil aliud per verba quàm dulcorem lacteum distillare. Bouem quoque facit obedientia fortis. Vaccam quoque obedientia dulcis. Bouem offerre, est obedire viriliter. Vaccam, obedire grananter. Prompti ergo & parati simus quantum in nobis est, non solum melioribus vel æqualibus, verumetiam prioribus talem obedientiam exhibere, & constabit nos vaccam triennem iuxta imperium domini obtulisse.

Nunc de capra videndum. Pater autem ex superioribus, cur capra potius quàm hircus ad sacrificandum exigatur. In hircō ergo vel capra voluntarius intelligitur contemptus. Et quia lac capra præbet, capram offerre, est contemptum suum cum magna cordis dulcedine sustinere. Si ergo contemptus patientiam amplecteris, offers hœdum de capris. Offers caprum contemnendo contemptum tui. Offers capram, exhilarescendo ad illatam iniuriam. Contempti ergo à superioribus & coæqualibus & ab inferioribus libenter, imò & gratulanter illatas iniurias & opprobria sustineamus, & sic capram trimam domino offerimus. Nunc de ariete videamus. Arietem offerimus, si in spiritu lenitatis delinquentes corripimus, & pro domino zelantes contra præuaricatores piæ seueritatis cornibus sæuimus. Agnum offers humiliter acquiescendo. Ouem deuotè blandiendo. Arietem piè increpando. hoc siquidem verè magnum est, corpus mansuetum sibi extorquet zelare pro domino, & ferire cornibus delinquentes. Ille trium annorum arietem domino immolat, qui non solum impotentiores vel æquè potentes, sed etiam potentiores liberæ increpationis cornibus impugnat, quoties regula veritatis hoc dicat. Sed si mensam locupletam domino volumus exhibere, debemus ad similitudinem Abrahæ ex turture & columba adhuc quartum vel quintum ferculum superaddere. Studiis igitur perfectæ operationis adiungamus etiam studia contemplationis. Per actionem quasi in terra conuersamur. Per cogitatum & desiderium in sublimibus subleuamur. Quasi ergo pennata animalia Deo offerimus, quoties ex deuotionis officio ad futurorum considerationem penna contemplationis volamus. Per turturem & columban intellige contemplationem geminam. In turture contemplationem omnium malorum, in columba æternorum bonorum. Turtur enim solitudinem diligit, & soliuagus incedit: & in hoc formam timoris gerit, qui semper diuerticulum quærit. Columba gregatim volat, & ex eo formam dilectionis ostentat, quæ corda semper conciliat, & in vnam pacis concordiam ligat. Verùm quia quæ intus agimus fiunt propter solum Deum, & quæ exterius partim propter Deum tantum, & partim propter proximum: rectè dicitur quòd Abraham animalia diuisit, aues verò non diuisit. Debemus verò non solum hostiam nostram

fic diuidere, sed etiam diuisiones ipsas altrinsecus contra se inuicem ponere, & vtranque partem alterna consideratione pensare. Nam in his quæ propter proximum facimus, offensam Dei cui omni cautela cauere debemus. Et in his quæ propter Deum, in quantum possumus, scandalum proximi vitare debemus. Vtranque autem hostiam iuxta exemplum Abraham oportet à volucrum rapacitate defendere, quas (ut scriptum est) Abraham abigebat. Debemus ergo ineptas cogitationes & quaslibet immisiones per angelos malos per increpationem ferire, & hoc erit huiusmodi volucres abigere. Et vtinam vnusquisque nostrum huiusmodi studiis eo vsque insistat, donec sol occumbat, & vanitatis amor paulatim deficiat, & carnalis prudentiæ radio subducto, feruor concupiscentiæ tepescat.

HVGO DE FOILLETO.

Quòd spiritualibus vnitas, carnalibus diuisio
soleat euenire.

Descendebant volucres super cadauera, & abi. e. a. Anima-
T
Ium corpora Abraham diuisit, aues verò indiuisas dimisit. Aues sunt spirituales, Animalia corda carnalia. Aduersus se inuicem animalia diuiduntur, dum per diuersa desideria carnales distrahuntur. Porrò aues indiuisæ remanent, quia spirituales semper vnitatis vinculum tenent. Super corpora verò diuisa volucres descendunt, quia in diuisione carnalium daemones desiderij sui pastum quærunt. Sunt & aliæ volucres, importunæ scilicet cogitationes, quæ in ipso nostræ orationis sacrificio quandoque se ingerunt, & quod in nobis Deo immolamus, hoc rapere vel commaculare volunt. Sed Abraham abigente defugiunt volucres, quia manus sanctæ discretionis intus fugat immundos spiritus & peruersas cogitationes. Non solum autem volucres, sed & muscæ de Aegypto venientes sacrificantes in deserto sequuntur.

De tribus muscis Aegypti.

Tres sunt muscæ Aegypti: id est vanitas, curiositas, & voluptas. Musca vanitatis inquietat & maculat sacrificium humiliati cordis. Musca curiositatis sacrificium orationis. Musca voluptatis sacrificium mortificatæ carnis. V

HILDEBERTVS.

Quòd pro tentationum incurribus non debeat sacerdos

à sacrificiis abstinere.

X *Descendebant ro. f. ca. & a. e. a.* Mille sunt occurfantium phantasinata cogitationum. Mille suggestiones diaboli. Quæ dum se sacrificantium mentibus importuno ingerunt illaplus, dum eas ad diuersa distrahunt, dum hæreticam moliuntur inducere prauitatem, quid aliud faciunt, quàm velut quædam muscæ sacrificantes altaris ministros infestant & impediunt. Talium portenta muscarum propulsanda Abraham præsignauit, cum à sacrificiis aues abigeret incurfantes. Et qui super sacrificia tantùm descendisse leguntur, non etiam interrupisse cœptum officium: sacerdotes Christi tentationes quas perferunt ita docentur abigere, vt à sacramentis altaris talis eos lapsus non cogat abstinere. hic enim defectus infirmitas est quæ virtutem perficiat, non quæ virtutis opera in irritum deducat.

R I C A R D V S D E S. V I C T O R E.

Quanta in contemplationis sopore
diuinitus reuelentur.

Y *Cum sol occubuisse, sopor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum.* Solis itaque occasum sopor, soporem sequitur horror. Sopor irruit, quando spiritualis quispiam repentino impetu in mentis alienationem transit. In quo sopore multa sæpè conspicit, quæ sine horrore videre non possit. Videt enim quàm sint bona quæ perdidit, quàm sint horrenda mala quæ meruit, quàm facile sit omni hora cadere, quàm impossibile semel lapsio per se ipsum resurgere. Denique attende quid Abraham quasi per soporem didicerit, & animaduertes quam merito inhorruit. Scito, inquit, prænosceus, quòd peregrinum sit futurum semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Per semen Abrahæ intellige ipsas virtutes vel virtutum æmulatores. Nonne virtutes ipsæ Pharaoni deseruiunt, quando sinistra intentione fiunt, & per hypocrisim deprauata nil nisi mortis lucra conquirunt? Nonne semen Abrahæ Pharaoni in luto & latere seruit, quando quilibet fortis æmulator virtutum in modum Dauid, in aliquod flagitium cadit? Valde siquidem est rarum, & verè paucorum magna agere, nec se magnum putare, multis præminere, neminem despiciere. Vasa itaque misericordiz

dia cum incipiunt de suis meritis intumescere, pia dispensatione cadere permittuntur, vt discant humiliter sapere, & de sua infirmitate vera sentire. Et eo vsque oportet te Pharaoni Aegyptiſique subesse, vitiis vitiorumque incentoribus deseruire, donec plenæ experientia magisterio docearis in cauendis vel corrigendis malis, in obtinendis vel conseruandis bonis, nil omnino de tua virtute præsumere. Quod est quadringentis annis Aegyptiis deseruire. Per quatuor nanque nostra infirmitas, plenitudo per annum, per c. vniuersitas designatur. Veruntamen gentem cui seruituri sunt, ego iudicabo, & post egrediatur cum magna substantia. Tu autem ibis ad populum tuum in pace, sepultus in senectute bona. Generatione quarta reuertentur huc. Necdum impleta iniquitates Amorrhæorum sunt vsque ad præsens tempus. Siue vitia, siue incentores vitiorum intelligas, vtrosque habet Deus atterere, & de bonorum cordibus extuberare. Et illa quidem sic atterendo, vt quandoque omnino non sint: istos verò damnando, vt decetero semper miseri sint, & bonis in aliquo in æternum præualere non possint. Et post hoc, inquit, ingredientur cum magna substantia. Scimus quidem quia filij reconciliationis ex casu suo erudiuntur ad discretionem, ad circumspectionem, ad humilitatem, ad patientiam, & compansionem. Tu ibis ad patres tuos. Quid est ad patres suos ire, nisi eodem virtutum tramite quo alij in vitæ via præcessere ad intimæ quietis tranquillitatem agilitate bonorum operum properare? Ergo ad pacem properabat, qui in pace iturus erat. Sepultus in senectute bona. Prius homo moritur, vt postmodum sepeliatur. Mortuus quidem desinit videre, sed non statim videri. Sepultus verò desinit videre simul & videri. Qui vult ergo huic mundo mortuus esse, oportet illum oculos illos claudere, quos in primis parentibus legimus apertos fuisse, & oblectamenta sensuum nec attendere, nec aduertere. Sed & tunc qui eiusmodi est, quasi post mortem sepulturam inuenit, quando per sapientia studio, æternitatisque desiderium in talem statum proficit, qualem carnalis quilibet non dicam scire, sed nec suspicari possit. Et quarta generatione reuertentur huc. Prima generatio seruientium, nec reclamantium, Secunda reclamantiū, nec prævalentium. Tertia prævalentium & laborantium. Quarta prævalentium &

quiescentium. In solitudine nanque commorantibus, cibo-
que cœlesti victitantibus, quod aliud esse oportuit officij
genus quàm vacare & videre quam suavis est dominus? Nec
dum enim impletae sunt iniquitates Amorræorum. Secun-
dum differentiam morum dispensantur merita singulorum.
Amorræorum itaque iniquitates tunc completae videntur,
quando pro enormitate sceleris ad imprudentiam & cordis
duritiam abundanter sufficiunt conterendam. Adhuc re-
petit scriptura, quod superius iam dixerat, vt qui sint qui so-
lis occasum sequi soleant, plenius ostendat. Cùm ergo, in-
quit, occubisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit
clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones
illas. Ad hoc ignem clibano immittimus, vt eius interiora nô
exteriora calefaciamus. Incendio itaque clibani, intellige a-
morem spiritualium, amorem internum. Quando ergo sine
respectu mercedis virtus propter seipsam diligitur, quando
etiam sine retributionis intentione bonitas ipsa propter se-
metipsam amatur, verè & absque dubio amoris incendium
in intimis succendi, & ne ad exteriora erumpat in intimis co-
ërçeri videtur. Verùm fumans idcirco dicitur quia quan-
tumcunque homo in hac vita in charitate profecerit, si fu-
turæ vitæ plenitudinem cogitet, non videbitur nisi qua-
dam amoris inchoatio extitisse. Fumus etiam oculos vrit,
lachrymâsque producit. Et charitas secundum vitæ præ-
sentis statum ex conscientia recordatione animum com-
pungit.

B R V N O .

Quòd ignis gehennæ incendere poterit corpora
reproborum.

Z *Cùm occubisset sol, facta est caligo te. & ap. cli fu. & lig
trans. in di. illas.* Solis occasus qui finis est diei, huius secu-
li finem signat. Caligo tenebrosa ipsa de qua dicitur: Quia
sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Siue et-
tiam tenebræ quas in inferno patientur iniqui. Clibanus
fumans & lampas ignis, huius seculi conflagratio est: quia
ultimo iudicio totus mundus terribiliter succenderetur. Bene
autem ignis inter diuisiones transisse, non tantum cadauera
consumpsisse dicitur: quia iam peracto iudicio, cunctisque
immortalibus factis, transire per eos ignis poterit, penitus
tamen incendere & consumere non poterit. Si verò per so-
li

lis occasum mors Christi intelligatur, per caliginem verò tenebræ, quæ in eius passione factæ sunt, quid erit clibanus & lampas ignis? spiritus sanctus qui die quadragesima descendens super Apostolos venit, atque per eos transiit.

RICARDVS DE S. VICTORE.

Quid caro lasciuiens pariat, quid afflicta.



*I*ngredere ad ancillam meam. Toties Sara ancillam suam viro suo copulat, quoties mens ad explenda carnis desideria rationis consensum inclinat. Sed ex hoc ancillæ dominio homo ferox Ismaël nascitur, qui postea Saræ filiū persequitur: quia ex indulta carnis libertate violentus & ferè intolerabilis concupiscentiæ motus surgit, qui penè mentis statum, rectè intètionis studium penè subuertit. Sed debet Sara cõtumaciam Agar reprimere, quia docet nos lasciuientem carnem mediæ & laboris exercitio mentis dominio subiugare. Sed quò difficilius vsus præuicet cõtuetudinis vincitur, tanto mens nostra de potita tandem victoria gloriatur. Nam postquã Agar humiliata dominæ subditur, ex Sara Isaac nascitur: quia si semel sibi carnem subderit, magnum, nec mirum, de se mens gaudium parit.

STEPHANVS.

De abstinentia.

*I*ngredere ad ancillam meam &c. Abraham ingreditur ad ancillam ex auctoritate vxoris, cùm Dominus per gratiam inspiratam homini aliquid bonum opus elicit ex maceratione carnis.

De scientia spiritali.

*V*tere ea vt libet. Per Seram gra. no. t. per Agar lex intelligitur. Gratia siquidem vtitur lege vt libet, quia multis modis frangit literam, & exponit, & sic per diuersas expositiones affligit. Cerimonix fractæ sunt, & panes dum franguntur multiplicati sunt. Verus enim lex est quasi cera quæ quamlibet formam suscipit. Vnde venit Agar, & quò vadis? quasi à Deo venis, & in terram miserix & tenebrarum vadis. hoc potest cuilibet peccatori dici.

Contra inanem gloriam.

*H*ic erit ferus homo Ex carne nascitur ferus homo, id est primus motus qui nulli subiicitur. Nam velit, nolit ratio, surgit primus motus. Vel aliter, Semen quod nascitur ex Agar,

SUPER GENESIM.

opera sunt iustorum, quæ adeo fera sunt, ut etiam hominis subterfugiant visum, ne manibus hominum capi possint.

De gemino desiderio.

E Notandum est quod ante centenarium Abrahamæ natus est: Ismaël filius carnalis. Centenario autem Isaac filius spiritualis, qui risus interpretatur. Centenarius designat perfectionem desiderij vitæ æternæ. Quæcunque ergo opera facias circa desiderium beatitudinis æternæ, carnalia sunt nec sunt meritoria æternæ iucunditatis. Quæ verò centenarius, quasi habens in desiderio eternam gloriam illam erunt spiritualia, & merebuntur peruenire ad illum risum, de quo dicitur: Et ridebis in die nouissimo.

De spiritali circuncisione.

Cap. 17.

F



circumcidite ex vobis omne masculinum. Abraham est vir iustus, qui debet circumcidere omne masculinum, id est, omne opus bonum purgare. Non enim est aliquid bonum opus, quod nõ indigeat purgatione. Puluis enim Apostolorum pedibus adhæsit, vnde: Sedebit, & emundabit, & purgabit filios. Leui. Item iustitiæ nostræ quasi pannus menstruata. In circuncisione autem parum est quod abscinditur, respectu illius quod remanet. Ita magnum est bonum quod remanet, licet malum excutiat. At femininum opus nullatenus debet circuncidi, sed ex toto deleri. Isaac de senibus natus est, & Christus in fine temporis incarnatus. vesper enim mundi ortus est sol iustitiæ.

De poenitentia.

G Abraham in senectute circuncisus est, & quilibet homo à spiritali circuncisione grauitate ætatis non debet reuocari.

RICARDVS DE S. VICTO.

Quomodo electi ad aduentum visitationis dominicæ sint suspensi.

Cap. 18.

H



Apparuit Deus Abraham in conualle Mambre se. in. o. sa. in ipso ser. di. Quidam exemplo Abrahamæ de corpore suo quasi tabernaculum faciunt, & ad domini se accingunt malitiam, & quod viuunt patienter tolerant, ut domini literis deseruiant etiam cum propriæ quietis detrimento: dominicum tamen aduentum in ostio præstolantur, & ad suam visitationis horam suspensi suspirant cum desiderio & expectant.

stant. Quid est autem de habitaculo suo domini transitum attendere, nisi ex his quæ circa se diuinitus geruntur, diuinæ dispositionis moderamen, cooperationis eius gratiam subtiliter intelligere? Tunc verò maceratur vnde pascatur dominus, quando mens aliquid de propria voluntate abscidit, quod prius libenter fouit: quando id de propriis studiis amputat, vnde dominò altius separare se sperat.

STEPHANVS.

De discretione.

Festinauit Abraham in taber. ad Saran. Tabernaculum est conscientia. Primò debet homo carnis infirma discutere, & post dicere Saræ, id est carni: Misce tua sata similia. Similia est cogitatio pura, quæ procedit ex duabus molis suis spe & timore. Panis est operum consummatio. Aqua qua reficitur, lachrymarum effusio. Coctio, charitatis ardor. Cinis, abiectio nostræ conditionis.

De humilitate.

Cecurrit ad armentum. Id est ad exempla sanctorum. Et tulit inde vitulum. Vitulus, minimus est respectu bouis. Ita & opera nostra minima reputare debemus, quantum ad merita antiquorum.

RICARDVS DE S. VICTORE.

In quibus quatuor fragilitas humana deficiat.

Loquar ad dominum m. cum sim p. & ci. Puluis ad omnem flatum de loco suo excutitur, & quocunque eicitur, nunquam nisi alieno impulsu leuatur. Substracta namque protectione diuina, homo ad inimici suggestionem in quocunque malum deiicitur, & semel reiectus ad status rectitudinem nunquam rectitudine propria roboratur. Cinis ex se omnino nullum germen producit, & aliunde susceptum, non dicam ad incrementum, sed ad sustentamentum nutrire vlla sua pinguidine omnino non sufficit. Nullum siquidem boni operis germè potest homo ex seipso sine operante gratia producere: & cum gratia operante habere iam cœperit, per semetipsum sine eius cooperatione omnino non poterit custodire.

STEPHANVS.

De continentia.



Tri civitatis vallauerunt domum. Sodomitæ vallauerunt domum tuam, quando tentationes & maximè luxuriæ te impugnant. Loth est ratio, quæ tunc domum egreditur, cum temporalibus se immiscet. Verùm tunc debet ostium mentis claudere,

d ij

Cap. 19.
M



ne aditus ostij pateat hosti.

BRVNO.

Quòd sancti tam carnem quàm substantiam pro defensione legis disperdere non formident.

N *Habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt vi. &c.* Per has duas filias carnem nostram & substantiam quam possidemus arbitror figurari. Has autem sancti despiciunt, has iniquorum furori subiiciunt, magisque his priuari volunt, quàm peccare in lege Dei, & testamentorum non defendere puritatem. Duo nanque angeli, duo significant testamenta.

STEPHANVS.

De exemplis bonorum.

O *Apprehenderunt manum eius.* Qui apprehendit, manum alicuius, manus eius manui suæ annectit, quod est dare exemplum bonè agendi. Manus Loth apprehenditur, per exemplum maiorum operum: manus filiarum, per continua opera & minora.

De pœnitentia.

P *Nestes in omni circa regione.* Id est, omnes circumstantias peccatorum deuita. hinc in Ecclesiastico: Nimis odito execrationem. id est peccatum quod est opus execrabile. Quidam enim peccatum odiunt, sed non nimis: quia peccata fugiunt, sed occasiones sequuntur. Item mulier Chanana egressa est à finibus suis. Item superbiam vanitatis loquentes pelliciunt eos qui parum fugiunt. Item in Ecclesiastico: Noli circumspicere in vicis ciuitatis, ne oberes in plateis eius.

De exemplis malorum.

Q *Versa est vxor Loth retro respiciens in statuam salis.* Quod bonè congruit mysterio. Statua enim quasi homo lineamenta corporis habet, sed sensu caret. Similiter qui retro respicit, & ad carnalia suspirat desideria, quasi formam habet humanis, sed ab omni sensu mentis penitus est alienus. Denique sicut sal cibos condit, sic casus malorum cautio est bonorum. hoc est quòd Sanson in ore leonis mortui mel inuinit & comedit.

Canticum sine titulo.

Quòd aliud sit conuiuium carnalium, aliud perfectorum.



Exit Abraham grande conuiuium in die ablac. Isaac. Habent carnales aliquando quaecumque conuiuium ex delectatione rerum spiritualium, cum sacris eloquiis vel audiendo vel legendo delectantur. Sed grande conuiuium non est, quia citius carnalia repetentes spiritualia deserunt, & ideo vsque ad satietatem refectiois internæ peruenire non possunt. Dies autem ablactationis Isaac, id est animæ ad superna gaudia spe alacri properantis, illustratio est diuinæ contemplationis, vbi ineffabile conuiuium non simplicitate lactis, sed apparatus diuinæ dulcedinis celebratur.

Quòd puteus est sacra scriptura.

Puteus est iacra scriptura, quam auferunt Abraham, id est Christo: & ei iniuriam faciunt serui, id est ambitiosi, dum profectum diuinæ pagine ad ambitionem & lucrum retorquent.

BERNARDVS.

Quòd de immolatione voluntatis propriæ non moriatur gaudium, sed nascatur.



Olle filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac, &c. Oblatus Isaac sanctificatus est, non maclatus. Et tu ergo si vocem Domini audieris intus in animo, & dicatur tibi vt offeras Isaac, tuum quodcumque gaudium immoles Deo: interpretatur enim gaudium siue risus: fideliter obedi, ne timeas. Nimirum etsi rem grandem dicit tibi propheta, facere debes, & obtemperandum est ei per omnia, etiam si oportuerit ipsum Isaac iugulari. Nunc autem quicquid affectio propria iudicet, securus est non Isaac, sed aries morietur. Non peribit tibi lætitia, sed contumacia, cuius vtique cornua vepribus hærent, & sine punctioibus anxietas esse non potest. Tentat enim te Dominus, nec maclatur Isaac, vt opinaris. Viuens viuet, sed eleuatus vtique super ligna vt in sublime gaudeas, nec in carne propria, sed in cruce domini glorieris, per quem nimirum crucifixus & ipse es, sed mundo.

GALFRIDVS.

Quòd gustata Dei suauitas feruentiores ad pœnitentiam nos remittat.

Expectate hic cum asino, ego & puer, &c. Asinus noster pœnitentia est, cui vniuersa onera nostra imponimus, cum de

SUPER GENESIM.

peccatis quibuslibet pœnitemus. Quicquid enim deliqueris, unde restat consilium? unde remedium? ut pœnitentiam agere non moreris. Porro pueri duo, timor pœnæ, & desiderium vitæ. his duobus sanctus Abraham dicit: Expectate hîc cum asino, ego & puer illue properantes, cum adorauerimus reuertemur ad vos. Illius enim adorationis, illius deuotionis, illius gaudij spiritualis, & rara hora & breuis est mora: silentium fortassis vix dimidia die, vix dimidia hora. Reuertitur itaque Abraham sanctus ad pueros, reuertitur & ad sinum affectuosus perinde & pœmia desiderans, & supplicia metuens, & peccata deplorans. Cæterum quàm libentius exinde est rediturus ad dominum, quàm desiderabilius gaudium repetiturus expertum, postremò quàm studiosius illum velut redeuntem ad propria secutus, ad ampliorem notitiam veritatis, ad tolerantiam cuiuscunque molestiæ temporalis & contemptum mortis, ad purissimam denique similitudinem Dei in plena iam & perfecta abolitione peccati. Erit enim hoc, cum exhibuerit sibi Christus gloriosam ecclesiam non habentem maculam neque rugam, vel aliquid huiusmodi.

D R O G O .

Quòd sancti in spelunca duplici debeant sepeliri.

Cap. 23.
X



N electis sepulchris nostris saepe mor. 1. Habet mundus electa sepulchra, illos utique quos elationis fastigium, vel superstitionis operositas perspicuos reddit. Denique tota Aegyptus sepulchris plena est. Neque enim erat domus in qua non iaceret mortuus. Illa sepulchra filij Israël cupierant in deserto cum dicerent: Forte deerant nobis sepulchra in Aegypto, &c. In talibus sepulchris noluit Abraham mortuum suum sepelire. Sed vbi est in spelunca duplici, vbi spes bonorum operum, & amor contemplatiuæ deuotionis requiescit.

S T E P H A N V S .

De incarnatione domini.

Cap. 24.
Y



*E*gressus est Isaac ad me in agrum. Alia litera, ad exortandum. Hebraeus, ut loqueretur. i. ut oraret. Similiter Christus egressus est de sinu patris. Vnde, Exiui à pa. & ve. in mundum. Tunc egressus est, cum in carnatus est, ut loqueretur id est, annunciat.

ret regnum Dei, vel vt oraret, quia solus ascendit in montem orare, & vt medicaretur, sicut dicit Hieremias : Dicit dominus, Ego cogito cogitationes pacis, & non afflic. s. vt pacem reformem omnimodam inter Deum & hominem, inter hominem & angelum. Et excogitauit nouas & admirabiles adinventiones. sicut legitur : Notas facite in populis adinventiones eius. Hæ sunt adinventiones inaudita, quod mor. mo. destru. & vi. re. re. Item: Annunciate inter gentes studia eius. Ipse enim studio suo talem adinuenit nouitatem, quod quanto homo subtilior est, tanto magis concluditur. Quanto enim quis diligētius beneficia passionis attendit, tanto magis confunditur, eo quod nihil dignum tantis beneficiis rependere possit: denique ad exercitandum egressus est. Ipse enim exercitatus fuit in armis, quibus diaboli expugnauit. Et in agro, id est in mundo, inclinatus iam die. i. in vespera mundi.

A I R E D V S.

Quanta sit sacrarum efficaciam lectionum.

Exiit ad me Isaac in a. Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patien. & con. scrip. spem habeamus. Dico vobis fratres, nil poterit aduersi contingere, nihil tam triste vel amarum emergere, quod non mox vt pagina nos sacra exceperit, aut euanescat citius, aut facilius tolleretur. Hic est ager in quem sanctus Isaac inclinatus iam die pergit ad meditandum, vbi ei occurrens Rebecca illum qui acciderat sua lenit suauitate dolorem. Quoties mihi Iesu bone dies vergit in vesperam, quoties paræ alicui consolationi quasi diurnæ luci intolerabilis dolor velut nocturna caligo succedit, vertuntur in fastidium onera. Oneri sunt cuncta quæ video. Siquis loquitur, vix audio. Vix sentio, in modum filicis cor obduratur, hæret lingua, oculorum vena siccat. Quid tunc? Exeo certè ad meditandum in agrum, sacrum reuoluo codicem. Meditationes meas ceris imprimò, cum subitò mihi occurrens Rebecca. s. tua gratia Iesu bone sua luce tenebras discutit, pellit fastidium, duritiam frangit. Mox suspensis cedunt lachrymæ, & lachrymas cœleste gaudium comitatur. Infelices, quos cum tristitia quæque perturbant, non hunc agrum ingrediuntur, vt gaudeant.

S T E P H A N V S.

De humilitate.

Viso Isaac Rebecca de camelo descendit. Camelum ascendit, & qui carnem affligit. Sed viso Isaac descendere, est confid.

derata passione Christi sua bona paruipendere.

Idem. De amore temporalium.

Cap. 25.

A



*L*ter plantam fratris manu tenebat. Id est spirituales, qui sicut carnales non egrediuntur primi, nec festinant ad hereditatem terrenam, sed expectant æternam. Et ipsi tenent plantam malorum, ne pes eorum ad malum currat, & semper à malo volunt eos retrahere. Vel tenent plantam in manu quidem. illud quod sub planta est conculcatur, & quod boni præ tendunt & præliant in opere, mali illud conculcant & abiiciunt.

HUGO DE S. VICTO. Super Ibo mihi.

Quomodo Iacob & Esau spiritus & carnis proprietas designetur.

B

*F*actus est Esau vir gnarus venandi, & homo ag. Iacob autem vir simplex habi. in taber. Esau venator, & studiis agrestibus dedicatus erat. Iacob vir simplex domi habitabat. Quid hi duo fratres, nisi duos motus qui in homine sunt designant, hoc est concupiscentiam carnis & spiritus? Scimus autem quod dicit Apostolus, Non prius quod spiritale, sed quod carnale, hoc est quod Esau prius nascitur. Cum ergo concupiscentia spiritus roboratur, concupiscentia carnis marcescit, hoc est Esau à postgenito Iacob supplantatur. Item concupiscentia carnis quasi Esau venator foris pascitur. Concupiscentia verò spiritus, quasi Iacob vir simplex, intus delectatur. Est ergo Seyr pilosus carnis motus turpis, & indecorus. Et bene pilosus, in carne radicem figit, sed ex crescendo carnem excedit. Ita carnis motus de necessitate oritur, sed ex crescendo vsque in voluptatem profuit. Et sicut pilus præcidi, sed euelli sine dolore non potest: sic superfluitas sine detrimento carnis præceditur, sed non necessitas.

GILBERTVS.

De quatuor puteis Isaac.

Cap. 26.

C



*R*efectus inde Isa. fo. a. p. Isaac post calumnia puteum, post puteum inimiciarum duos puteos effodit, puteum latitudinis, & puteum stietatis. In illo cœpit homo rixari cum vitia. In isto cœpit fructu delectari virtutis. Noluit sum Phylisthæis puteum habere communem, qui interpretantur

tantur potione cadentes. Puteos inimicitiarum & calumnie reliquit Phylistæis. Corruunt planè qui bibunt de erroris & schismatis puteo, bonus autem puteus de cuius aquis qui biberit exaltabit caput, non potione cadet. Quasi foueam fordit, qui terreni sensus acumine scripturæ soliditatem penetrat & violenter scindit, ecclesiæque incognitum dogma producens & obscura mysteria. Sed & qui subtili scrutinio & dolosa machinatione fraternæ vnanimitatis solida perforat, & discordiæ venam aperit, qui se conspirationum claudit & signat in puteo. Phylistinorum est hic puteus. Nihil tibi sit commune cum illo. Non hæ aquæ fideles sunt, non aquæ viuæ: non potest sibi constare discordia, non potest inter parietes schisma perpetua pax seruari. Ipsum schisma infidum est sibi. Si potes, has aquas pestilentes exicca. Sed & sæculi oblectamenta vniuersaliter falsam præferunt refrigerij speciem, & similem concupiscentiam sedant ad horam: sed quasi sub ipso ortu statim ardescunt, nec fluunt, vena perenni, has etiam aquas assiduè deuita. Sectare verò puteos cœlestium deliciarum, puteos aquarum viuientium, quæ fluunt impetu de Libano.

RICARDVS DE S. VICTORE.

Quòd gratum Deo sacrificium offerat, qui tam iustum quàm iniustum sui contemptum potest æquanimiter tolerare.



*A*ffer mihi duos hædos op. vt ex e. fa. es. pa. tu. qui- Cap. 27.
bus li. ves. Vides quòd duos eum hædos pa- D.

rare oporteat, qui ad patris benedictione anhelat. In hædo contemptus voluntarius intelligitur: certè cum malè agis, iustè contemneris: sed si patientiam amplecteris, hædinis carnibus patrem pascis. Qui autem inter bona opera contemnitur, & tamen patientiam amplectitur, fercula geminare videtur. Geminos itaque hædos offerre, est tam iustum quàm iniustum patienter sufferre contemptum.

B R V N O.

Quòd Christus patri suo quasi duos hædos obtulit, dum pro nobis carnem & sanguinem immolauit.

Pelliculas hædorum circumdedit manus. Hoc Rebecca fecit E Jacob, hoc multa sapientia Christo. Venit ergo Christus hædorum pelliculis inuolutus, id est carnis peccati similitu-

dine vestitus. Hoc enim primum fuit hominis indumentum, quando de paradiso expulsus est. Tali igitur veste indutus venit Christus ferens secum duos hœdos optimos, alterum pro peccato, alterum in holocausto, carnem videlicet & sanguinem suum. his enim & peccatū originale soluitur, & deus ab indignatione placatur. Hos autē hœdos coxit Rebecca, quæ interpretatur multa patientia. Multa enim patientia hoc fecit, quod Christus pro nobis se coqui & occidi permisit.

BERNARDVS.

Quod Christus homo factus non culpam assumpserit, naturam.

F *Vox quidem vox Iacob est, ma. autem, &c.* Iacob in hoc loco typum Christi habuisse Christiana pietas nō ignorat. Tuum est domine Iesu quod auditur, quod videtur nostrum. Quod loqueris, spiritus & vita: quod videtur, mortale & mors. Agnosco denigratæ formam naturæ. Agnosco tunicas illas pelliceas protoplastorum peccantium habitum. Denique temetipsum denigrasti formam serui accipiens in simi. ho. factus, & ha. in. vt ho. Agnosco sub pelle hœdi, qui peccatum significat, & manum quæ peccatum non fecit, & collum per quod mali contagium non transiit. Ideoque non est inuentus dolus in ore eius. Noui quod sit lenis natura, mitis & humilis corde, & blandus aspectu, suavis spiritu, & quidem vinctus oleo lætitiæ præ consort. Vnde ergo nunc adinstar Esau pilosus & hispidus? Cuiusnam rugosa & tetra imago hæc, & vnde hi pili? Mei sunt. Nam pilosæ manus similitudinem expriment peccatoris. Meos agnosco hos pilos, & in pelle mea video Deum saluatorem meum. Non tamen Rebecca sic illum induit, sed Maria, tanto digniorem qui benedictionem acciperet, quanto sanctior qui peperit. Et bene in meo habitu, quia mihi benedictio postulatur.

Quod cœlestis consolatio sola sapit, si sola capiatur.

G *Num vnā tantū benedictionem habes pater?* Pretiosa cœlestis diuina consolatio, nec omnino tribuitur admittentibus aliam. Infelix Esau qui dixisti: Num vnā benedictionem habes pater? Quanto melius diceres cum propheta: Vnā petij a domino, hanc requiram. Indignus enim benedictione cœlesti conuincitur, qui dubio quærit affectu: duplici partem intentione aliud sibi refugium parans, si fortē eam non obtinere contingat.

quanto magis proficiūt, tanto humiliores existunt. Huic innixus dominus respicit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirens Deum.

BRVNO.

Quòd semper virtutum baculo debeamus inniti.

- I** *Tulit Iacob lapidem vnum, & sup. ca. f. dor. in. e. l. & c.* Dicamus quid lapis, quid scala, quid angeli significant. Lapis iste super quem Iacob dormiuit, Christus est, qui pluribus in locis lapis vocatur. Super cuius pectus Ioannes quoque euangelista non minora quàm Iacob videre meruit. Super hunc enim lapidem dormit. Beati enim mortui qui in domino moriuntur, quicumque videre cœlestia desiderant. Scala verò quæ cœlos tangit, virtutum & bonorum operum concatenatio intelligitur. Sicut enim per scalam quibus gradibus ad altiora conscenditur, ita de virtute in virtutem proficiscentibus videbitur Deus Deorum in Sion. Angeli verò qui per hanc scalam ascendebant & descendebant, sanctos viros significant, qui virtutum gradibus & bonis operibus ad cœlestia regna conscendunt. Sic enim itur ad astra. Quòd autem & descendere dicuntur, hoc significat, quia sancti viri in hac vita sine peccato esse non possunt. Benè autem huic scalæ innixus siue obfirmatus dominus stare videtur, vt nos quoque doceat, quòd semper virtutum baculo debeamus inniti.

STEPHANVS.

De accidia.

- K** *Supposuit lapidem capiti suo.* Quidam dormientes lapidem non supponunt capiti. Multi enim quiescunt ab operibus exterioribus, sed non supponunt lapidem capiti, id est non faciunt hoc pro amore Christi, & ideo nō merentur frui visione angelorum. Vnde viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius.

De triplici titulo.

- L** Triplex est titulus. Præcordialis in ore. Memorialis in corde. Triumphalis in opere.

BERNARDVS.

Quòd ad virtutum culmen sit iugiter annitendum.

- M** *Vidit Iacob scalam.* Vidit in scala sanctus Iacob angeli ascendentes. Nunquid sedentem quempiam Iacob angeli. Non est stare omnino in pendulo fragilis scalæ. Neque in incerto mortalis vitæ quicquam in eodem statu permanere.

Non habemus hic manentem ciuitatem, nec futuram adhuc possidemus, sed inquirimus. Aut ascendas necesse est, aut descendas. Si attentas stare, ruas necesse est. Minimè quidem bonus est, qui melior esse non vult. Et vbi incipis nolle fieri melior, ibi desinis esse bonus. Inter profectum & defectum mortalis vitæ nil medium inuenitur. Sed quomodo ipsum corpus nostrum continuè aut crescit aut decrescit, sic necesse est semper spiritum proficere aut deficere. Interest tamen, quòd nequaquam iuxta ordinem corporalium vicissitudinum etiam spiritus sua vel incrementa capit vel detrimenta patitur. Nam semper in robusto & vegeti corpore animus mollior atq; tepidior iacet. Et rursus in corpore debili & infirmo fortior viget promptiorque spiritus. Quod se expertum contestatur Apostolus dicens: Quando infirmor, tunc fortior sum & potens.

Quòd in humilitate veritas cognoscatur.

Illud quoque, quòd in scala quæ in typo humilitatis Iacob monstrata est, dominus desuper innixus apparuit, quid nobis aliud innuit, nisi quòd in culmine humilitatis cognitio constituitur veritatis? Dominus quippe de summitate scalæ prospiciebat super filios hominum tanquam veritas: cuius oculi sicut fallere nolunt, ita falli non possunt. An non tibi videtur de alto clamare & dicere requirentibus se? nouit enim qui sunt eius: Transite ad me qui concupiscitis me, & à gene.me.imple.

RICHARDVS DE S. VICTORE.

Quòd relinquenti carnales illecebras virtutum possessio promittatur.

Dilataberis ad Orientem & ad Occi. & Septent. & Me. Id est, O perfectè cognosces quid sit sperandum, quid timèdum, quid odiendum, quid amandum.

BRVNO.

Quòd decimis suis homo decimus redimatur. *Cumclorum que de.m.de.of.t.* Nondum de decimis lex scripta erat, & iam se Iacob decimas daturum esse prouittit. Hoc autem Abraham fecisse legitur. Mirum nisi per hoc significare volebant, vt quia decimus est homo. Nouem enim sunt ordines angelorum, illuc quasi pro pignore sui decimas mitterent, vbi se quasi decimas venturos esse sperabant.

SVPER GENESIM.

STEPHANVS.

De osculo & amplexu Dei.

Cap. 29.



Vens Jacob in oscula Rachel amplexatus est eam.
Tunc Deus osculatus est hominem, cum habet
tranquillitatem conscientiae & latioribus præ-
ceptis insistit. Tunc verò eum amplectitur, cum
arctioribus consiliis eum astringit.

RICHARDVS.

Quid per Liam & Rachelem mysticè designetur.

R *Seruiam tibi pro Rachel s. t. m. 7. annis.* Duas Jacob vxores
habuisse legitur, quarum vna Lia, Rachel altera dicebatur.
Lia fecundior, Rachel formosior. Lia fecunda, sed lippa:
Rachel ferè sterilis, sed forma singulari. Rachel doctrina
veritatis, Lia disciplina virtutis. Rachel studium sapientiae,
Lia desiderium iustitiae. Septem annis Jacob pro Rachel
seruit, & videntur ei dies pauci p. a. m. Quid miraris? Quid sa-
pientia ardentius diligitur, dulcius possidetur? Eius decor om-
nem superat pulchritudinem, eius dulcor omnem excedit
suauitatem. Hinc est enim quòd sapientes omnes esse volūt.
Pauci tamen admodum sapientes esse possunt. Nec mirum si
domina tantum diligitur, cum eius pedisequa, s. mundi sa-
pientia tanto amore à mundi philosophis requiratur. Nun-
quid de iustitia similiter dicimus? Nūquid æquè iusti omnes
esse volumus, & non possumus? Imò omnes utique iusti esse
potuissent, si perfectè voluissent. Iustitiam enim perfectè a-
mare, est iam iustum esse. Sapientiam & multum diligere po-
tes, & ipsa carere. Hinc est quòd ferè omnes Liæ tantum ab-
horrent coniugia, qui in Rachelis amplexus vehementer su-
spirant. Perfecta enim iustitia iubet inimicos diligere, illata
mala patienter portare, oblatam gloriam declinare. Sed ab
huius mundi amatoribus quid stultius, quid laboriosus re-
putatur? Hinc est quòd ab eis Lia & lippa creditur, & labo-
riosa vocatur. Quotiens igitur in lectione diuina pro con-
templatione compunctionem reperio, in cubiculo Rachel
non ipsam, sed Liam me dubito reperisse. Nam sicut Rache-
lis est meditari, discernere, contemplari: sic ad Liam pertinet
flere, gemere, suspirare. Sed licet adhuc de his duabus vxori-
bus Jacob diligētius inquirere & exprimere quod sentimus.

Omni spiritui rationali gemina quædam vis data est ab illo Patre luminum, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum. Vna est ratio, altera affectio. Ratio qua discernamus, affectio qua diligimus. Ratio ad veritatem, affectio ad virtutem, Hæ sunt duæ illæ sorores à domino desponsatæ colla coliba. Hierusalem & Samaria. Hæ sunt spiritus rationalis vxores geminæ, ex quibus oritur generosa proles, & regni cœlestis conciuus & hæres. Ex ratione oriuntur consilia recta, ex affectione desideria sancta. Spiritualis Liæ, id est afflictionis proles, vij. sunt virtutes. Siquidem nil aliud est virtus, quàm animi ordinatus affectus & etiam moderatus. Ordinatus ad id quod esse debet. Moderatus, quando tantus est quantum esse debet. Principales ergo affectus, vij. sunt, qui ab vna animi affectione alternatim surgunt, spes scilicet & timor, gaudium & dolor, odium, amor & pudor.

Quibus studiis in nobis oriatur Dei timor.

Vidit deus hu. m. Initium sapientiæ timor domini. Hæc **S** est prima virtutum proles, sine qua cæteras non potes habere. Qui talem filium habere desiderat, mala quæ fecit, non solum frequenter, sed & diligenter attendat. Hinc magnitudinem sui sceleris, illinc potèntiam iudicantis. Ex tali consideratione timor nascitur, filius. Ille qui iure Ruben, hoc est filius visionis vocatur. Et eo nato certè mater exclamat, Vidit Deus humilitatem meam, eo quòd tunc veraciter incipiat videre & videri: Deum cognoscere & à Deo cognosci, videre per intuitum formidinis, videri à Deo per respectum pietatis.

Quòd verè dolens facilè veniam consequatur.

Modo confitebor domino. Post Ruben Simeon nascitur, quia **T** timorem necesse est vt dolor sequatur. Vnde & hic filius Simeon, id est exauditio iure vocatur. Qui enim verè pœnitet, qui veraciter dolet, absque dubio & absque mora intelligentiam accipiet. Oratio enim quæ ex corde contrito & humiliato profertur, citius exauditur. Humiliato per timorem, & per dolorem contrito.

Quòd spei & amoris sibula spiritus electorum domino copuletur.

Sed quæ consolatio pœnitentibus, verè & amarè lugentibus, nisi vna spes veniæ? Hic est tertius filiorum, qui additio vocatur vel additus. Qui iure non datus, sed additus no-

minatur, ne ante timorem & condignum dolorem pœnitentiae de spe veniæ quis præsumat. Et quia extunc incipit quædam familiaritas inter Deum & animam fieri, & amicitia confœderari, rectè mater nato Leui proclamat: Nunc copulabitur mihi vir meus. Verus animæ sponsus Deus est, quem tunc nobis veraciter copulamus, quando ei per verum inhæremus amorem. Imò verò tunc sibi nos ille connectit, quando nos quibusdam internis commerciis ad suum amorem accendit, & arctius astringit. Quod est enim cor tam ferreum, quod diuina pietas sua præsentia non emolliat, & sua dulcedine non alliciat? Post talem ergo amorem quarto loco Iudas iure nascitur, qui confitens nominatur. Quod enim quisque approbat hoc amat, & quò plus amat, amplius approbat. Illa vtique est vera laudatio, illa pura confessio, quæ ex casta dilectione surgit, quæ ex laudis administratione procedit.

Quòd veraciter diligens semper laudat.

X Quid dicis Lia? Quid clamas pro Iuda? Nunc, inquit, confitebor domino. Sèper enim laudas, si semper amas: semper desideras, quem semper amas. Ecce de 4. filiis Liæ primus est timor pœnæ. Secundus dolor pœnitentiæ. Tertius spes veniæ. Quartus amor iustitiæ, & post hoc desinit parere. Satisficere enim sibi existimat, cum se vera bona veraciter amare considerat.

Quòd proprium sit amantis velle videre quod diligit.

Cap. 30.

Y

D

A mihi liberos, al. mor. Quid putas in corde Rachel agitur? quibus putas desideriorum alicuius agitur, cum videat sororem suam matrem filiorum lætam, se autem sterilem permittentem? Quid ergo dicit viro? Da mihi, inquit, liberos, alioquin moriar. Absque dubio studium sapientiæ si non proficit, deficit. Sed quid est quod Iuda nato Rachel ad amorem proli solito amplius inardescit? Per Iudam intelligimus amorem ordinatū, amorem celestium. Nato itaque Iuda, id est bonorum desiderio inuincibilem exurgente atque feruente, incipit Rachel amore proli aestuere, quia incipit velle. vbi amor, ibi oculus. Libenter enim respicimus, quem multum diligimus.

Quòd imaginari consueuimus quæ putè intelligere non valeamus.

Habeo famulam Balam, ingre. ad il. Sicut per Rachel rationem, sic per eius ancillam intelligimus imaginationem. Facit ergo quod potest. Cogitat per imaginationem, quia necdū valet per intelligentiæ puritatem. Et quia duplex est imaginatio, duos Bala filios, Dan. s. & Neptalim generavit. Ad Dan pertinet consideratio futurorum malorum. Ad Neptalim futurorum bonorum. Verum quia per officium Dan illecebras cogitationis deprehendimus, arguimus, & damnamus, rectè Dan iudicium appellamus. Neptalim etiam est per considerationem præmiorum animos accendere ad superna. Qui ex eo quod præsentium bonorum multitudine vel magnitudine, quot vel quanta esse possint futuræ vitæ gaudia colligit, comparatio vel conuersio meritò appellatur.

STEPHANVS.

De memoria passionis.

Accepit Balam in coniugium. Bala inueterata interpretatur. Rachel sterilis erat, quæ dedit Iacob Balam ancillam suam in coniugio, vt ex ea saltem filios susciperet. Sic debet facere claustralis, cum præ accidia contemplationi vacare non potest. Accipiat Balam, id est Christi passionem, vel vetera peccata reducat ad memoriam. Hic est panis subcinericius qui datus est Helix dormienti sub iunipero, nostræ scilicet abiectionis memoria.

RICHARDVS.

Quòd vnde sensualitas foris atteritur, inde ad puritatem cordis affectio præparatur.

Sentiens Lia quòd parere desisset, Zelpham ancillam suam mata. Si per Zelpham sensualitas accipitur, quam aliam quæso virtutis prolem potest ipsa gignere, nisi quòd discat in rebus prosperis temperanter viuere, & in aduersis patientiã habere? Isti sunt Gad & Aser duo filij Zelphæ, rigor scilicet abstinentiæ & vigor patientiæ. Gad prior nascitur, Aser posterior: quia prius est vt temperantes simus ad bona propria, postea vt fortes simus ad toleranda mala aliena. Hæc est gemina virtutum proles, quam Zelpha quidem parit in dolore, veruntamen ad magnam beatitudinem dominæ suæ. Hinc est quòd Gad nato Lia exclamat dicens, Feliciter: & iterum pro Aser dicit: Hoc pro beatitudine mea. Mea, inquit, non sua. vnde enim sensualitas exterius per carnem atteritur, inde ad

SVPER GENESIM.

puritatem cordis affectio præparatur. Denique duo sunt ex quibus constat gaudium beatitudinis, carere scilicet eo quod nolis, & habere quod velis. Qui ergo pro cœlestium desiderio voluptatem odit, profectò per abstinentiam hostem suum vbique poterit declinare. Vnde & vigor abstinentiæ Gad, id est felicitas dicitur, qui vbique seculi blandimenta quæ detestatur conculcat. Denique si beatus creditur, qui vbique quod amat inuenit, iustè vigor patientiæ Aser, hoc est beatus nominatur, cum vndique obiuit in corporis afflictione quod optat.

STEPHANVS.

De vilitate prædicationis.

C *Videns Lia quod pare. desi. &c.* Cum Lia non potest amplius parere, dat Iacob Zelpham ancillam suam: quia ecclesia quando per veros prædicatores non potest habere filios, placet vt per mercenarios habeat. Zelpha enim os hians interpretatur. Et tales os amplum quandoque habent ad prædicandum, etsi per avaritiam habeant cor constrictum. Hoc est quod Apostolus dicit: Siue ex occasione, siue ex veri. Christus annum. in hoc g. & gau. Boni verò os & parulum habent, & cor nihilominus dilatatum. Os nostrum patet ad nos ocho. & cor nostrum dilatatum est Tolerandi sunt itaque in ecclesia mercenarij: quia quandoque generant Gad, quod interpretatur felicitas, & Aser, qui beatus.

De contemplatione.

D Nota, quandiu Lia fœcunda fuit, Iacob non suspirat ad patriam: sed quàm citò de Rachele generat filium, tan citò suspirat ad reditum. Ita & vir iustus dum actiue laboribus exercetur, ad cœlestem patriam non anhelat. Sed quàm cito se contulit ad contemplationis requiem, & fruitur contemplatione diuina, tunc totis mentis affectibus ad superna suspirat. Inde Gregorius: Dum considerantur cœlestia, vilescunt terrena.

RICARDVS.

E Quòd mentem quæ se ab appetitu laudis vanæ non temperat, sancti spiritus copula non fœcundet.

Egressus Ruben tempore messis triticea in a. rep. mandra.

Timeri

Timere Deum propter seipsum, homines autem propter
 Deum, est Ruben nunc intus morari, nunc exterius in-
 ueniri. Exit ergo tempore messis triticæ, quando ex im-
 perio exercet se in operibus iustitiæ. Sed quantum qualis-
 que bonæ opinionis odor de ipso circumquaque spargi-
 tur, qui nulla molestia, nulla inopia à studio obedientiæ
 præpeditur? Hæ sunt mandragoræ quas Ruben inuenit,
 quas ab ipso mater eius Lia accepit. Has quidem tunc ac-
 cepit, quando oblata laus affectum tangit, & in aura po-
 pularis fauoris delectatur peruersè. Harum partem Rachel
 petit, Lia concedit vt virum accipiat, quæ prolis deside-
 rio flagrat. Mentem enim quæ suadente ratione appeti-
 tum vanæ laudis non temperat, ad virtutis prolem spiri-
 tus sanctus procul dubio non sæcundat. Suadet ergo affe-
 ctioni ratio humani fauoris appetitum sub suo moderami-
 ne temperare, si ad virtutis multiplicandam sobolem cu-
 pit de diuina spiritus copula exultare. Mandragorarum ita-
 que possessio sub Rachel potestate redigitur, quando lau-
 dis appetitus sub rationis dominio moderatur. Notandum
 sanè quòd Rachel non omnes, sed partem petit: quia dif-
 ficile est vt animus quantum renitens, ex oblata laude non
 aliquantulum hilarescat. Debet itaque amor humanæ lau-
 dis non solum temperari, sed & si fieri potest, abscidi. Vn-
 de & Lia non de sola parte gloriatur dicens ad Iacob: Ad
 me, inquit, intrabis, mercede enim conduxisti te pro man-
 dragoris filij mei. Absente adhuc viro vix Lia partem con-
 cedit, sed in eius aduentu desiderio eius succensa vberius
 nil sibi ex eis vterius voluit reseruari. Sic nimirum mens
 hominis dum spiritali dulcedine tangitur, quicquid prius
 cor humana laude concupierat, libenter obliuiscitur. Quia
 ergo singulari laude solemus efferre, quem videmus etiam
 post virtutum opera non solum de Dei, sed de hominum
 parua offensa non parum tremere, rectè Ruben mandrago-
 ras post natos Gad & Aser inuenisse dicitur: quia quemli-
 bet ex operibus præclaris ad timorem non ad tumorem pro-
 fecisse miramur. Iure ergo pro tali prole, id est pro interno
 gaudio Lia mandragoras contempsit, vt talem filium habe-
 re posset. Mens etenim quæ in laude hominum delectatur,
 experiri quod sit internum gaudium non meretur. Rectè
 ergo post natiuitatem Gad & Aser, Lia talem filium genuit:

SUPER GENESIM.

quia nisi per abstinenciam & patientiam ad verum gaudium non pertingit. Patet iam ratio cur hic filius Isaac dicatur, qui merces interpretatur. Huius autem mercedis totiens quasi quasdam primitias accipimus, quotiens ad illud internum domini nostri gaudium introimus, & ex parte aliqua degustamus.

BERNARDVS.

Quòd non metet qui minimè seminavit.
F *Cras respondebis mihi iustitiam.* Hodie iustitia colitur, cras respondebis. Hodie exercetur, cras fructificabit. Alioquin quod non seminauerit homo nec metet, nec illucet dies crastina, cui non luxerit hodierna.

GALFRIDVS.

Quòd per tria virgarum genera tres ecclesiæ ordines designentur.

G *Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalas, & et platani, posuit eas in canalibus aquarum.* Canales vel scripturarum codices vel decursus transeuntium significant populorum. Virgæ ex populis, vnde suauiâ conficiuntur vnguenta, misericordiæ in populis viros commendant. Virgæ ex platani, quarum solida pulchritudo & læuigata planities ædifici præstat gratiam & decorem, religiosorum hominum irreprehensibilis est sanctitudo probabilius domum Dei ædificans & illustrans exemplis. Virgæ ex amygdalis, tertium ordinem significant prælatorum. Quarum vtinam singula die altera post præsentem vitam, vt illa quondam Aaronica fecundior cæteris innotescat. Vtinam frondes proferat ad obutendum reis vtilius, quàm ex foliis ficuum perizomata premi texuere parentes. Vtinam flores gratiæ & deuotionis exhibeat, quibus interim fulciantur amore languentes. Vtinam producat amygdalas, id est nuces lōgas, fructum scilicet qui non transeat, fructum salutis & satietatis æternæ. Quamuis aliter intelligere liceat, & referre frondes ad verba doctrinæ, flores ad exempla vitæ, summum fructum ad orationis effectum.

BRVNO.

Quòd mundi delicias ad nos, nec nos ad ipsas ascendere permittamus.



Veni, ineamus fœdus, ut sit testimonium inter me & te. Ponamus fœdus cum Laban, ponamus hoc fœdus cum mundi delitiis & voluptatibus, vt neque ipsæ ad nos, neque nos ad ipsas vltorius reuertamur. Huius autem fœderis testis sit Galaad. Interpretatur enim Galaad aceruus testimonij, per quem scripturas sacras intelligimus, in quibus sanctorum testimonia sunt coaceruata. Hæc autem separant nos à mundo. Hæc sunt quæ nos separant ab huius seculi vanitate

STEPHANVS.

Veni ineamus fœdus. Mundus cum viro iusto vult inire fœdus, vt peruersam cum eo concordiam habeat & amorem. Iustus autem hoc fœdus iniit cum mundo, vt tantum ab eo percipiat necessaria, & superflua abiiciat. Sed videtur quod vir iustus cum mundo conuenire non possit, nec facere pactum, quia contrarij sunt. Potest autem, sed eo modo quo Deus cum diabolo fœdus iniit. Vnde in Iob: Nunquid feriet tecum pactum? In pacto duarum conuenit conuenientia personarum. Diabolus itaque vult illud, quod vult Deus sed intentione diuersa. Sic & mundus in persecutione iusti suam exequitur voluntatem, nihilominus & iustus qui in sua tribulatione læratur. Vel aliter: Iacob iniit fœdus cum Laban in monte Galaad. Galaad aceruus testimonij, per quem sacra scriptura designatur. Per Laban auunculum Iacob, carnalem intellige parentelam. Debemus itaque fœdus inire cū parentibus nostris, sed in monte Galaad, id est in testimonio scripturarum, vt. s. eos diligamus, quo modo & quatenus nobis de eorum auctoritate præscribitur. Non enim abiicere debent penitus hunc affectum, etiam perfectionem professi. Nam & Christus perfectionis forma, in cruce positus curam habuit matris suæ, nec tamen propter eam descendit de cruce, sicut nec Iacob propter Laban de monte.

BRUNO.

Quod qui mundum fugiunt, mox in Dei militia computantur.



Iacob abiit itinere quo cæperat, sicut que ei ob. an. Dei, quos cum vi. ait. Castra Dei sunt hæc. Merito Iacob postquam separatus est à Laban angelos obuiam habet, quoniam qui mundum relinquunt,

mox in Dei militia computantur: & qui fugiunt castra seculi, castra Dei videre & habitare merentur.

ODO TUSCVLANVS.

¶ Quomodo cœnobialis congregatio castris militaribus comparetur, & acibus eorum.

L *Castra Dei sunt hæc.* Ego si exaltatus fuero à terra, ait Christus, omnia traham ad meipsum. Sic & nos cum incipimus exaltari à terra, id est cum spirituales efficiamur, omnia debemus trahere ad nosipsos, & in omnibus nostram ædificationem inquirere. Si ergo quid agatur in castris militantium consideremus attentius, inueniemus proculdubio in castris nostris multa similia acitari. In castris nihil otiosum, nihil luxuriosum, nihil superfluum, nihil inordinatum. Hæc omnia in castris sanctæ congregationis manifestum est inueniri. Procul ab eis otiositas, de qua dicitur; Inimica est otiositas a. quæ etiam legitur extitisse iniquitas Sodomæ & Gomorræ. Nihil in eis luxuriosum, quoniam omnibus amica est castitas, quam etiam professi estis. Vnde hæc castra Castra non immerito à castrando dicuntur, in quibus nemo dignè militare potest, nisi seipsum castrauerit propter cœlorum regnum. Nihil superfluum quoniam nobis multa necessaria delunt. Nihil inordinatum, quoniam iuxta Apostolum, omnia honestè & secundum ordinem fiunt in nobis. Hunc ordinem obseruari in castris quærebat legislator cum diceret: Homo secundum ordinem suum incedat in castris. Omnia quidem in pondere, & numero, & mensura, nec aliquid inordinatum reliquit, siue in cœlo, siue in mundo. Vnde & beati illi angelici spiritus ordines appellantur. Solus infernus sine ordine est, ubi umbra mortis, & nullus ordo. In castris vniuersalis ecclesiæ, cuius ordinem spiritus sanctus in Canticis admiratus ait Quis est iste qui progreditur quasi au. con. ter. vt. c. a. or. Et iterum Quid videbis in Sunamite nisi choros castrorum? Non sunt hæc castra Phylisthinorum, sed filiorum Israël. Et sicut de castris præcepit Moyses, vt hæc ponerentur ad Orientem, & hæc ad Occidentem, hæc ad Aquilonem, & hæc ad Meridiem. Sic & nostra possumus ordinare. Sint ergo nouitij & nouiter professi ad Orientem, quibus de nouo incipit oratio sol iustitiæ, in quibus rutulare incipit initium quoddam con-

uersionis honestæ. Vel ideo ad Orientem, quia ortum solis & iustitiæ & veri orientis, de quo dicitur: Vobis timentibus no. m. ori. sol iusti. Et ecce vir oriens no. illi. in memoria habent. Affectiones enim nouiter conuersorum præcipuè circa Christi incarnationem versantur. Ad Occidentem vbi dies clauditur sint infirmi, quibus iam iamque imminet dies mortis. Ad Aquilonem sint conuersi & obedientiales. Hi sunt saga cilicina, quæ pluuias & tempestates arcunt à tabernaculo. Ipsi enim impetus mundi & tempestates sustinent, vt alij libera mente Deo vacare possint. Ad Meridiem vbi clarior & feruentior dies, sint prælati & claustrales, in quibus amplior fidei calor esse debet, qui & præ cæteris maiori cognitione Dei replentur.

G V I L I E L M V S D E C A I L L .

Quid per Iacob & eius baculum mysticè designetur.

In baculo m. tran. istum, & cum duabus tur. reg. Solet M
 dici, quòd dulce loqui miseris, veteresque reuoluere questus. Sed mihi videtur à miseria liberatis id multo magis optimum atque dulcissimum. Siquidem inter dulcia nihil dulcius memoriæ faucibus influit, quàm veterum recordatio passionum. Hinc est quòd patriarcha Iacob pro paginis & pecuniæ fecunditate suffultus, inter lenocinia diuitiarum & blandimenta fortunæ dulcem habet & tenuitatis antiquæ memoriæ, nec præsentium copia statum obliterauit præteritæ paupertatis. Non videtur mihi fratres vir iste desipere, nec plus quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, qui prosperitatis illecebras aduersitatis commemoratione declinans, læta tristibus, & læta quasi tristitia lætis conferendo temporibus ipsa temperauit, & vnde poterat impius superbire, pius incenditur, & opulentiā penuriam inueniens efficitur simul in vnum diues & pauper. Sed iam, si placet, amicus hic sermo superius ascendat, & de superioribus loquens ad superiora nos eleuet, vt ascendenti domino morem gerens, qui cum duabus hodie turmis regreditur, duas ei vtinam turmas coascendentes adhibeat, & verba loquentis, & auditorum corda. Videmus ergo quomodo appositi verba capituli domino congruant ascendenti. In baculo m. transf. &c. Singulariter sum, inquit, donec transf. Sin-

gulariter transiuit, & pluraliter remeauit. Pauper in transitu, diues & abundans in regressu. Transiuit in baculo carnis, in baculo diligentiae pastoralis, in baculo crucis. Transiuit Iordanem istum. Iordanis interpretatur descensio eorum, id est descendentium. Omnè descensum descendentium dominus transiuit. Nemo sic se hominum inclinauit, quàm ille qui fecit hominem, in eo quòd exinaniuit se formam serui accipiens, & habitu inuentus vt hò. Nec huius Iordanis transitura homo recòpensaret, etiam si transiret in asinum. Nam longè magis distat creator à creatura, quàm aliqua creatura distat ab alia. Nemo etiam sic curam egit gregis sui. Nemo sic diligentiam expleuit pastoralis officij. Nemo sic ad morum infirmitates condescendit & corporum, vtriusque hominis subueniendo miseris, & vtrunque liberans, & vtrique prouidens libertatem. Transitum quoque mortis sic nemo transiuit, si reuerentiam morientis & genus mortis attendas. Sed ecce fratres iam transierunt omnia illa, cessit doloris vesperum lætitiæ matutino. Transiuit Christus non de cætero transiturus. Ipse enim resurgens ex mortuis iam nõ moritur, mori illi vltra non dominabitur. Iam cum duabus turmis regreditur, vtriusq; scilicet stolæ dotibus, corporis dico & animæ, singulari quidem sublimitate vel potius omni felicitate ditatus.

Quæ sit causa supradictæ significationis.

Nunc quare per Iacob Christum intelligamus audite. Posset certè ratio multiplex ad lumen deduci, sed interpretatio nominis sola sufficiat. Iacob luctator aut supplantator interpretatur. Sanè 4. eius luctas sacræ paginæ commendat auctoritas. Luctatus est in vtero contra fratrem. In domo contra eundem. Contra Laban in Mesopotamia. Contra angelum cum reuerteretur in via. Similiter & dominus his quatuor modis luctatus esse videtur. Nam in cælo velut in vtero sanctorum angelorum secretario quodam genitali luctatus habuit contra Luciferum: qui ideo frater dicitur, quia primus & præcipuè similis ei extitit. sicut legitur: Tu signaculi similitudinis &c. quia quanto in eo sublimior fuit natura tanto Dei similitudo magis videbatur expressa. Ideo maior dicitur frater, quia creaturæ totius metam & mensuram excessit dicens: Ascendens in cælum &c. Prius quidem nasci voluit, iuxta illud: Et tu Lucifer mane oriebaris. Exiit prior ab vtero pilosus & hispidus, deiectus de cælo sed do-

minus plantam eius tenuit, & lapsum finaliter & irreuocabi-
liter condemnauit. Pilosum & hispidum eum nominamus,
quia cum dignitatem amisit angelicam, totus in hispidū ver-
sus & neglectum absque affectione factus, sine misericordia,
sine fœdere degenerauit, & defecit in bestiam. Secundò cum
eodem luctam dominus habuit in domo, dum hominem ab
eo seductum in paradiso, non secundum votum eius puni-
uit æternaliter, sed misericorditer, donec veniret tempus
miserendi eius. Quòd enim putauerat diabolus hominem si-
cut ipsum irremedialiter puniendum, hinc elucet, quòd ho-
mini captiosè promiserat: Eritis sicut dij, id est sicut nos ab
vnitate diuisi perpetuò condemnandi. Tertio luctam ag-
gressus est dominus cum toto mundo, quasi cum tota do-
mo Laban, quando videns mala multiplicata super terram
adducto diluuiò, deleuit hominem de superficie terræ, &
quodam baptisate generali domum Laban in futurorum
præfagia candidauit. Laban siquidem candidatio interpre-
tatur. Quarto luctatus est contra angelum, angelum dico
magni consilij. s. contra seipsum. Videns enim dominus du-
ritiam hominis & stultitiam, quam neque pudor deiectioni-
s suæ, nec dolor mortalitatis iam inflictæ, nec timor de
consideratione ruinæ angelicæ vel generalis illius vindictæ
factæ per diluuium reuocabat à culpa, vt euadere merere-
tur à pœna: dolens tamen nobilem creaturam in præcipitia
corruentem misericordiæ suæ secum litigantis motum &
pulsam, sed iterum veritatis suæ reclamantis consideratione
repressurus, contrarium motum priori motui insurgere vi-
det, qui non illum in misericordiæ partem flecteret, sed fixum
in sententiæ latæ seueritate teneret. Contendentibus in hunc
modum in corde Dei misericordia & veritate, sollicitus diu
Deus & anxius suo modo, qui pacis semper sedet in medio,
cui illorum cederet, neutram volens offendere, qui vtranque
diligit, quia misericordiam & veritatem diligit Deus dum
ista sollicitat & illa reclamant, dum impellebat ista, & illa repel-
lebat, pius aduersus sedens non mediocriter angebatur. Sed
tamen cui proprium est misereri semper & parcere, miseri-
cordiæ valentiores excepit impulsus &, si dici liceat, in veri-
tate non stetit. Nec dico tamen quòd à veritate ceciderit,
sed per misericordiam condescendit. Hanc luctam nõ igno-
rauit ille qui dixit: Quæ te vicit clementia, vt ferres nostra

crimina? Hæc est lucta qua caro præualet, & virtus cœlica cedit & succumbit. Victus ergo dominus, & per misericordiam miser effectus, baculo sustentationis indiguit. Et vt miseræ nostræ posset sequi vestigia, baculum nostræ carnis assumpsit. In hoc certè baculo transit Iordanem istum, qui per infirmitatem carnis assumptę cursum nostræ mortalitatis explevit. In bacu. inquit, m. transf. Iordanem istum. Nos certè transimus in baculis, quos infirmitas geminata debiles efficit & inualidos culpæ innumeræ & pœnæ. Sed dominus transiit in baculo, qui sine iniquitate cucurrit & dixerit de solo pœnalitatis torrente bibens in via.

De quadruplici virtute baculi.

O Huius ergo baculi semper memoriam retinentes, quicquid fœdum caro nostra vobis suggererit ad nihilū deducentes, munditiæ statuamus, quicquid iniquum mens læsa conceperit aduersus fratrem in hoc baculo conteramus, cōsiderantes & sedulo cogitantes quā fuerit flexibilis ad veniam, ad patientiam fortis, rectus ad iustitiam. Denique charitatis ignis qui semper in altari ardeat, in hoc baculo nutriamus.

De baculo puerorum, & humilitate.

P Hic baculus spiritualiter nobis congruit, quasi pueris. Solent enim pueri baculos pueriliter equitare, quorum pueritia nobis seria dicat, si mundanæ contemnentis equos superbix, quorum ascensor cadit retro, saluatoris pueritiam in stultitia huius baculi per humilitatis vestigia prosequamur.

De baculo prælatorum pastorali.

Q Est & alius prælatorum baculus, qui sollicitudinem tenet custodiæ pastoralis. Docet hoc ipsum compositio baculi pastoralis vt in ipso quem gestat doctrinam pastor accipiat, quæ alius administrat. Est enim recuruus circulariter in se reuertus in summo, directus in medio, acutus in fine. Cuius schematis sacramentum versificè satis eleganter quidam expressit dicens: Attrahe per summū, medio rege, punge per imum. Attrahe, sustenta, stimula vaga, morbida lenta. Curuetur questus prælatus in summo, humilis in potestate sua, & accessibilis omnibus absolutè. Sit directus in medio causarum omnium seuue temporalium siue spiritalium æquus arbiter dei & hominum sequester & medius. Pungat verò per imum, illos scilicet qui in imis habitant, & ab inimis desideriis nõ resurgunt. Sed hec

ferrus

ferrum in imo non habent, id est zelum per quem & hominum ima fodiant, & cordium profunda scrutentur.

A I L R E D V S .

De quadruplici lucta.

Et ecce vir luctabatur cum eo. Luctam multiplicem habet R quilibet christianus. habet enim luctam cum carne, luctam cum dæmone, luctam cum mundo, luctam cum Deo. Verùm prima est incipientium. Secunda proficientium. Tertia eorù qui probantur. Quarta eorum qui perficiuntur. Prima quidem laboriosa. Secunda periculosa. Tertia tædiosa. Quarta fructuosa. Qui igitur in tribus primis victor extiterit: incipiat luctari cum Deo suo transiens de Mesopotamia in Betel, de inferioribus ad superiora, de humanis ad diuina, de corporalibus ad spiritualia. Porrige ergo in altum brachia duo ò anima, orationum. s. & meditationum. Infer ea in ipsa secreta Dei cœli, vbi Christus est in dextera Dei sedens, in sta opportunè, importunè vt videas faciem eius, vt descendat ad te, vel te trahat ad se, vt gustes quàm dulcis est, quàm mitis, quàm misericors. Itaque si in meditatione vel oratione tua exarserit cœlestium desideriorum ignis, si æstuans & anhelans cœlestibus quibusdã mouearis affectibus, & modò quasi comprehensum quem diligis sentias esse præsentem, modò elapsum de manibus doleas & suspires absentem, lucta spiritualis est nomen tibi Israelitis imponens.

S T E P H A N V S .

Jacob debilitatus benedictionem obtinuit: hoc est quòd virtus in infirmitate perficitur.

R I C H A R D V S .

Quomodo verecundia per vanam gloriam corrumpatur.



*E*gressa est Dina vt videret mulie. reg. illius. Est Dinatam admirandæ pulchritudinis, quæ & inuentium oculos in sui admirationem faciliè trahat, & admirantium animos citò sua dulcedine alliciat. Quis enim ignorat quomodo molestia verecundiæ homines omnibus & commendabiles reddat, & amabiles efficiat? Huius rei Sichen ille filius Emor testis sit, qui ei tam ardenti amore inhæsit, vt malet omnes mares suos absque mora circumcidere, quàm ista carere. Sed quis est Sichen? vel quis est pater eius? vel

Cap. 34.
S

quid sibi volunt huiusmodi nomina? Sichen quod interpre-
tatur humerus vel labor, & Emor quod sonat asinus. Sed si
eorum facta consulimus, qui sunt citius inuenimus. Qui sunt
enim qui solent non tam pro Deo, quàm pro Dina: non
tam pro conscientia, quàm pro verecundia pudenda sua cu-
cundere, quàm amor propriæ excellentiæ, amor vanæ glo-
riæ? Attende nunc ergo hunc Emor, quàm sit stultus, & in-
uenies quòd certè asinus nuncupetur. Quid enim stultius
quàm de malo proprio vel de bono alieno in aliquo gloria-
ri? Sed & quòd Sichen humerus vel labor dicitur, ad idem
pertinere videtur. Humeris enim onera portamus, & hoc
agendo utique laboramus. Supponit itaque Sichen hume-
rum ad portandum, & libenter desudat, sed ad nomen sibi so-
lummodo faciendum. Hic itaque est Sichen ille qui egre-
dientem Dinæ occurrit, oppressamque corrumpit. Integritatem
ergo quam intus conseruare fortassis potuit, egressum
amittit. Nam quoniam verecundiæ venustas ab omnibus
commendatur, laudatur, amatur: Dinam egressam, & su-
intima deserentem subito hominum laudes excipiunt, & ex-
dum fauoribus demulcent corrumpunt. Veruntamen Dinæ
corruptionis suæ damna violentia quadam potius quàm vo-
luntate patitur, cum blandienti prauæ delectationi quantum
præualet reluctatur.

Quòd multum irasci debeat, qui animum senserit vanæ
laude fœdari.

T *Egresso Emor patre Sichen ut loqueretur ad Iacob, ecce filij eius
veniebant de agro, auditoque quod acciderat, irati sunt valde. No-
tandum sanè quòd vno eodémque tempore, & Dina cor-
rumpitur, & eius fratres in pascendis suis pecoribus occi-
pantur. Mens etenim quæ charitate cæterisque virtutibus
pollet, sicut de suis malis dolere, sic & de proximorum bonis
affolet congaudere. Verus itaque amor proximi pascendis
pecoribus fratrum pascua prestat, vanus amor sui, corruptio-
nis Dinæ occasionem ministrat. Quòd autè res patrem no-
latet, etiam priusquam ad fratres sermo perueniat, quid aliud
nobis insinuat, nisi quòd corruptelæ notitia animum per
per cogitationem, quàm per affectum pulsat? Sed cum
per cogitationem sæpius replicatur, quandoque vsque ad
cordis intima penetrat, affectumque transuerberat. Cuius
ergo rei sollicitudine animus afficitur, vsque ad fratres Dinæ*

ferm

fermo turpitudinis peruenit. Et tunc, vt scriptum est, irati sunt valde. Et iterum, quòd essent sc̄uientes ob stuprum sororis suæ. Docet nos hoc fratrum ira vel potius insania, quantum sibi debeat quisque irasci, qualiter indignari, cum agnoscat suam conscientiam inani gloriatione sc̄dari.

Quòd nemo quilibet sanctus nisi in solo Deo debet gloriari.

Responderunt filij Iacob Sichen, & patri eius in dolo. In hoc v^o valebimus sc̄derari, si circuncidatur in vobis omne masculini sexus. Cùm vnusquisq; omnia mala quæ gessit mète diligenter reuoluit, cum filio Emor circuncisionis pactum componit. Nam quid est aliud dicere, morum tuorum pudenda abscinde, quàm masculorum tuorum præputia circuncide? Et quid est dicere, alioquin non poteris non impudèter gloriari, quàm, alioquin Dinæ non poteris copulari? Si enim Sichen gloriatio, si Dina verecundia, quid aliud erit gloriatio impudēs, gloriatio sine verecundia, quàm Sichen sine Dinæ? Veruntamen hoc in dolo proponebant. quanuis enim Sichen hoc facere potuisset, indignum tamen tali matrimonio iudicabant. Et quidè etiam si possemus omnia inhonesta nostra de nostra vita penitus amputare, nihilominus tamè deberemus non de nostris meritis, sed tantùm in domino gloriari.

S T E P H A N V S .

De pœnitentia.

Tertia dies quando grauisimus est dolor vulnerum. Est satisfactio bonorum operum, quæ tepidis sunt grauisima, & in amaritudine mētis faciunt ea, cùm potius satisfacere in exultatione mentis deberent. Vnde oliua radicem & folia habet amara, fructum verò dulcem. Oliua est pœnitentia. Radix contritio. Folia confessio, quæ in amaritudine cordis fieri debet. Fructus autem satisfactionis in hilaritate dulcedinis degustandus est.

R I C A R D V S .

De tribus diebus circuncisionis.

Et ecce die tertio quando grauisimus vulnerum dolor erat, arreptis duo filij Simeon & Leni gladiis fratres Dinæ aggressi sunt urbem confidenter. Mirum quomodo tam pauci tantam stragem facere potuerunt. Sed nimirum adiuuit eos electa oportunitas temporis, dies scilicet circuncisionis tertius, quādo dolor solet esse grauisimus. Sed quid sunt isti dies? vel

SVPER GENESIM.

cur tantum dicuntur esse tres? Si per noctem ignorantia, recte per diem intelligitur notitia. Primus itaque est cognitio eorum, quæ extra nos sunt. Secundus quæ intra nos. Tertius quæ supra nos sunt. Extra nos corporalia. Intra nos spiritualia. Supra nos diuina. Primo itaque die considerationis primæ recurrit ad memoriã amputata licentiã amatæ consuetudinis. Vnde & absque dubio dolor efficitur grauis, qui non relinquitur sine dolore, quod possidetur cum amore. Secundo die considerationis secundæ inuenit se animus per detrimenta corporis peruenisse ad damna mentis, & fit utique dolor quanto iustior, tanto fortassis & grauior. Tertio die considerationis tertię deprehendit se grauiã de sententiã propria pertulisse, sed grauiora debere de diuina sententiã expectare. Hic est ille dies tertius in quo dolor solet esse grauisissimus. Gladius Simeonis, exprobratio. Gladius Leui est exactio. Solet enim Simeon corruptæ menti exprobrare vehementer malum, quod fecit. Leui verò solet uolenter exigere bonum, quod fieri oportuit. His stimulis quorundam mens exagitata, ea etiam sæpe inchoare præsumit, quæ nullatenus præualeat consummare. Hinc illa quorundam immoderata tristitia, hinc aliorum indiscreta abstinentia, quæ non solum vires corporis, verumetiam virtutem euacuant mentis. Quosdam etenim vidimus tam irrationabili tristitia absorberi, ut nullius possent consolatione aliquatenus releuari. Alios per immoderatam abstinentiam tan grauius corruisse, ut nulla postmodum deliciarum copia, nulla cocorum diligentia posset eis satisfacere.

Quòd in bonis quæ non propter Deum aguntur, non debeat consuetudo deseri, sed intentio castigari.

Z *Turbastis me, & otiosum fecistis Chananais.* Meritò ergo Iacob inconsultam eorù audaciam redarguit, seueritatẽ quoque tam indiscretam meritò reprehendit. O quanto satius erat uos non tam paulatim perducere, quàm inopinata morte percutere! Hinc itaque diligenter quisque attendat quomodo circuncisis suis debeat parcere, quos tamen meminuit se, non tamen propter Deum circuncidisse. Qui sunt huiusmodi circuncisi, nisi mores in bona intentione correcti? Nec tamen debemus in talibus morum honesta destruere, sed intentione mutare.

B R V N O.

Quanto zelo sancti idololatriam persequantur.

DED.



Ederunt Iacob deos quos habebant, & in aures quas habebant in auribus eorum. At ille infodit ea subter ierebinthum. Post hac ascendit in Bethel quod interpretatur domus Dei. Nemo enim habitat in domo Dei, qui diis seruit alienis. Mundantur præ-

terea, & vestimenta mutant, vt anima & corpore baptizati Christum induere mereantur. Iacob autem & deos & in aures terræ infodit, vt & mortui intelligantur, & ad homines decipiendos vterius non appareant. Sed quare in aures cum eis infodit, nisi vt nemo vterius in eorum memoria aures hominum sollicitare præsumat? Sunt enim in aures aurium ornamenta, pro quibus auditus intelligitur. Aures enim quæ non audiunt, ornatae non sunt. Sic igitur Iacob domesticorum suorum aures circuncidens, ad deorum laudes audiendas, surdas & sine auditu esse volebat.

STEPHANVS.

De patientia.

Eo tempore mortua est Delbora nutrix Re. Delbora interpretatur apis, quæ duo habet, mel & aculeum. Talis est tribulatio, quæ pungit carnem, & animum vngit. Hæc est nutrix Rebecca, id est patientiæ. Tribulatio enim conseruat patientiam. vnde: Tribulatio patientiam operatur. Item: Gloriarior in tribulationibus. Item: Omne gaudium existimate fratres mei cum in tem. v. inci. Hæc mortua est, imò debet viuia dici, quia viuos reddit. Vnde omnes qui piè volunt viuere in Christo. v. par. p. Sed benè mortua dicitur & sepulta, quia iustis mortua est tribulatio. Nihil enim reputant illam, sed de persecutione potius gaudent. Sepulta est autem sub quercu id est, sub cruce Christi: quia eius exemplo sancti in tribulatione gaudent. Quercus ramosa est. Et passio Christi plures habuit circumstantias. Glandes quæ sunt cibus porcorum, portat. Et Christus pro peccatoribus passus est.

BRVNO.

Quòd sancta ecclesia pariat moriendo.

Egressus inde Iacob venit in terram quæ dicitur Es. in qua cum parturiret Rachel ob di. par. peri. ca. Pulchrè in eo loco peperit Rachel, in quo ecclesia sumpsit initium. de qua scriptum est: Audiuimus cam in Esfrata. Esfrata enim ipsa est Bethleem, in qua Christus dominus nosler secundum carnem natus est. Pariens autem filium moritur Rachel, quando sancta ecclesia moriendo parit.

SVPER GENESIM.

STEPHANVS.

De duplici morte.

D *Verno tempore mortua est Rachel.* Notandum quòd quædam anima moritur in hyeme, quædam in vere. In hyeme, quæ moritur in mortali. In vere, quæ moriens mundo renouatur Deo. Et talis est illa quæ est Rachel, id est videns principium, sed & finem & vitæ suæ conditionem diligenter considerans.

RICARDVS.

E *Quòd ad cognitionem Dei, gradus sit cognitio nostri.* Cum parviret Rachel, ob difficultatem partus periclitari coepit. Sicut per Ioseph gratia discretionis, sic per Benjamin gratia intelligitur contemplationis, Vterque de eadem matre nascitur, quia & Dei cognitio, & sui ex ratione percipitur. Longè post Ioseph Benjamin nascitur, quia animus qui sui cognitione diu exercitatus plenèque eruditus non est ad Dei cognitionem non extollitur. Frustra cordis oculus ad videndum erigit, qui necdum idoneus est ad videndum seipsum. Nascente autem Benjamin Rachel moritur, qui mens ad contemplationem rapta, quantus sit humane rationis defectus veraciter experitur. Sed hic Benjamin in Aegyptum descendit, quando ab æternitatis luce quasi de cæli vertice vsque ad mutabilitatis tenebras radios dependit intelligentiæ.

STEPHANVS.

De prælatis.

F *Sepulta Rachel, egressus est Iacob trans Turrim gregis.* Similiter prælatus si sepulta Rachel, id est contemplatione, ad regimen ecclesiæ assumptus fuerit, debet Turrim gregis transire, id est eminentiam subditorum bonis operibus cedere. Venit Iacob ad Isaac patrem suum. Benè Isaac qui pater dicitur, pater est Iacob, id est luctatoris: quia nisi spes lucta consoletur hominem, ipse deficiet.

RICARDVS.

Quòd mala nostra discretio deprehendat.

Cap. 37.



A *Cecidit Ioseph fratres suos crimine pessimo.* Vitium quod Deus singulariter detestatur, nihil aliud, quàm hypocrisis rectius intelligitur. Augustino itaque testante, Simulata equitas, non est æquitas, sed duplex iniquitas. Hoc vitium per Ioseph detegitur, quando insidians malis

per detectionem deprehenditur & arguitur.

De virtute discretionis.

Israel diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quod in senectute sua genuerat eum, fecitque ei tu. pol. Per Ioseph discretio figuratur. Hic est ille Ioseph, qui quidem sero nascitur, sed plus cæteris à patre diligitur. Quis enim nesciat vera bona animi sine discretionem nec posse acquiri, nec etiam conservari? Merito ergo illa virtus singulariter diligitur, sine qua nulla conquiritur, nulla conservatur. Sed vix serotalem filium meremur accipere: quia ad discretionis perfectionem non sine magno vsu experientiæ erudimur. Hic inter fratres tunica talari solus vestitur: quia illa sola actio ad consummationis talum, debitumque finis terminum perducitur, quæ per discretionis moderatur prudentiam. Hic est ille somniator, somniorumque interpretator: quia vera discretio in ipso tentationis articulo ex ipsius qualitate futura pericula deprehendit, & aliis quibuslibet cogitationum suarum confessionem, imminentium malorum insidias detegit, & de futuris periculis cautos reddit. Hic est Ioseph, quem æmulantur sui, venerantur alieni, quem vendunt Hebræi, emunt Aegyptij: quia facilius alienæ cedunt prudentiæ, erroris sui tenebras cognoscentes, quàm de sua iustitia vel sapientia præsumentes. Hic est Ioseph sponsus virginis, amator non violator castitatis: quia discretio custos, non corruptor esse solet internæ puritatis. Hic est ille puer & nuntius qui beato Iob in omni persecutione sua solus potuit remanere, qui ei damna renuntiare studuit: quia nisi per discretionem virtutum damna animus nec cognoscit, nec corrigit. Nescit puer ille cum pereuntibus perire. Nescit discretio per rerum detrimenta, per tentationum argumenta deficere, sed proficere. Merito talis filius Ioseph nuncupatur, qui augmentum interpretatur. Vnde rectè de ipso per patrem eius dicitur, Filius accrescens Ioseph, & decorus aspectu. Ipse est qui fratrum suorum negligentias non negligit, qui & excessus arguit, & viam regiam incedere facit. Hinc est illa discordia grauis, de qua scriptura loquitur: Quia oderant eum fratres sui, &c. Monita enim Ioseph videntur eis graua, dura instituta, consilia importabilia. Quid durius, quid difficilius, quàm nil faciendum negligere, & in omni facto suo nunquam modum perturbare, nunquam ordinem confun-

dere, nunquam mensuram excedere? Crede mihi, nil à se animus difficilius extorquet, quam vt in omni affectione sua modum seruet.

STEPHANVS.

De triplici genere prælatorum.

Cap. 38.

K



Nota quòd Her & Onam coniuncti Thamar non suscipiunt semen ex ea, & à domino occiduntur. Her & Onam coniuncti Thamar interfecti sunt à domino. Sela qui non est coniunctus saluatus est, & viuit. Sic multi per regimen ecclesiæ moriuntur, & qui prælaciones refugiant, conseruantur.

RICARDVS.

Quomodo peccatrix anima Dei copula perfruatur.

L Nunciatum est Thamar, quòd Iudas ascenderet in Thannas, ad *tond.o.* Quæ depositis sua viduitatis vestibus, &c. Iudas Christum significat. Oues, fideles. Pastores, doctores, qui adipe frumenti, id est verbi Dei gregem domini pascunt. Iudas autem de ouibus suis lanam colligit: quando Christus à fidelibus suis bona eorum opera recipit. Thamar eum habet meretricio, est anima cum peccato. Quæ benè ad biuium venit, quando ad confessionem accedit. Meretrix namque sedens in biuio, manifestat officium suum, & anima in confessione peccatum suum. Quam scilicet animam Christus sicut Iudas Thamar prægnantem facit, quando illi post confessionem peccati dona infundit spiritus sancti, datque pro arrabone, futuræ retributionis fidem pro annulo, pro armilla operationem bonam, iustitiæ relicitudinem pro beculo.

STEPHANVS.

De pœnitentia.

M Thamar depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum. Vidua dicitur, quasi à viro idua, id est separata. Vestis viduitatis est, & tunica quæ à viro separat, id est tunica maculata, id est culpa quæ à Deo separat animam. Tum Thamar sumit theristrum, id est extenuationem corporis, quæ est optima contra ardorem æstatis. Nihil enim tantum valet contra incentiua vitiorum, quantum ieiunium & mortificatio carnis. & ita mutat vestem. Prius enim fuit induta culpa, nunc verò induta est iustitia. Decet etiam felle

ro in biuio quod ducit Thanna. Biuium, est facere non facienda, & omittere facienda. & hæc via ducit ad defectum totius boni, id est inferni. Sedere in tali biuio, est confiteri omisiones & commissa. Thamar simulauit se meretricem. similiter & pœnitens debet prætere faciem peccatoris.

De triplici genere hominum.

Dedit ei pro arra anulum, armillam, & baculum quem te. in manu. N

Per hæc tria designantur tria genera hominum in ecclesia. Per anulum quo fit desponsatio, incipientes. Per armillam quæ est ornamentum brachij, proficientes. Per baculum quo debiles sustentantur, intelliguntur perfecti. Anima verò fidelis debet habere anulum in fide, armillam in operatione, baculum in pusillanimum consolatione.

De confessione.

Notandum quòd Thamar ad vnum concubitus gemelos concepit: quia verè confitens duplicem consequitur gratiam, scilicet affectum declinandi à malo, qui per Phares intelligitur: & faciendi bonum, qui nomine Aram figuratur. Sed prius oritur Phares: quia prius est malum omittere. Sed tamen Aram prius manum extendit: quia mali odium solet benefaciendi desiderium præuenire.

HUGO DE FOILLETO.

Quòd triplici armorum genere castitas impugnetur



Iniecit vxor domini sui oculos suos in Ioseph. So- Cap. 39.

Inter homines tribus generibus armorum uti ad defensionem: telis videlicet, hasta, & gladio. Longè positi vulnerantur telis. In illos qui cuspe tangi nequeunt, vibratur hasta. Cùm pugnant comminus, officium suum gladius implet. Similibus armis utitur impudicitia ad expugnandum hominem exteriorem, quod in Ioseph contigisse probatur. Ait enim scriptura: Et iniecit vxor domini sui oculos suos in Ioseph. Hæc sunt impudicitie tela, quibus vulnerantur multi longè positi. His telis pudicitiam oculorum opposuit. Nec tantum petulans est libido, sed etiam procax. Ait enim: Dormi mecum. Hæc est vibratio hastæ, blandientis scilicet adulteræ sermo. Huic opponitur cordis munditia. Venenata enim colloquia non recipit mundi cordis paritas. Nec tantum petularis & procax est libido, sed

SVPER GENESIM.

etiam importuna. Tenuit enim vxor domini sui vestem Ioseph. Et vt ait beatus Ambrosius, teneri veste potuit, quiteri non potuit animo. Hic est gladius quo configitur cominus, mollis videlicet adulteræ tactus. Huic resistit Ioseph per munditiam corporis. Respuit enim adulteræ tactum, rapit simbriam ne serperet contagium.

BERNARDVS.

Ne quis de bonis diuinitus acceptis inaniter gloriatur. *Non est ex omnibus bonis do. m. quæ non in mea sint po. &c.* Magna & rara virtus est, vt magna licet operantem, magnum te nescias, & manifestam omnibus tuam te solum habere sanctitatem, mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare. Hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico. Fidelis reuera famulus es, si de multa gloria domini tui, non exeunte, ex te tamen transeunte, per te nil tuis manibus adherere contingat. Tunc iuxta prophetam promittitur avaritiam ex calumnia, & excutis manum tuam ab omni opere. Ioseph cum domum domini sui creditam sciret, dominam non ignorauit exceptam, & ob hoc non acquiritur contingere. Non est, inquit, ex omnibus bonis domini mei, quod non in mea sit potestate, præter te, quæ vix eius es. Mulierem nouerat esse gloriam viri, & iniquum iudicauit vice contraria ingloriam facere, qui se fecerat gloriosum. Aduertit homo Dei, sapientia prudens virum vultu rem fortiter tanquam propriam zelare gloriam, sibi que retinuisse seruandam, non alij credidisse, & manum non concessum extendere non præsumpsit. Quid ergo homo zelat gloriam suam, & Deum audet velle fraudare tanquam non zelantem. Sed audi quid dicat: Gloriam meam alteri non dabo.

RICARDVS.

De his qui cum spiritu cœperint, carne postmodum resumuntur.

Cap. 41.
R



Videbam, inquit Pharaos, vij, boues pul. ni. q. se. vij. de. & ma. que eas deuo. Per vaccas lacte præbent, vnde butyrum conficitur, quod cedit charitatis exprimitur. Pingues prius, macilentas posterius. Mallem pingues, & postmodum pingues. Omnia in fine canitur. Sed est multo facilius atque frequenter feruere.

feruidam tepescere charitatem, quàm tepidam inclescere, atque incandescere. Quàm multos videmus initio suæ conuersionis spiritu feruentes, spe gaudentes, postmodum paulatim tepescere, donec omnino deficient, & ad similitudinem vaccarum de fortibus inualidæ, & de pinguibus fiant macilentæ. de quibus scriptum est: Quia deuorauerunt omnem priorum pulchritudinem. Res itaque valdè stupenda, & nimis dolenda. Scimus enim quia multo frequentius, multoque facilius veram charitatem corrumpit charitas ficta, quàm fictam corrigat charitas vera. Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. O quotiens ardentè charitatis flammam status adulantis & detrahentis excussit, & in fumum tetrum conuertit, qui prudentium oculos obnubilaret, & vehementer faceret caligare! Illud sanè notandum: quia semper vaccarum maciem sequitur spicarum corruptio: sic sanè, sic teporem affectionum semper sequitur vel comitatur sterilitas cogitationum, & quantum tepescit affectus ad concordiam charitatis, tantum hebetatur intellectus ad perspicaciam veritatis.

Quòd magna sit virtus illicitos motus animi etsi non omnino delere, rationis imperio subiugare.

Absque imperio tuo non mo. quisquam manum aut pe. in om. S
ter. se. Magnum iusti imperium, omnes rebelles animæ posse motus reprimere & cohibere ab actu, quamuis necdum possit omnes perfectè delere, & in regno suo pacem plenariam reformare. Quauis itaque non possit omnes pacis aduersarios extinguere, magnum tamen si nulli liceat sine eius imperio pedem vel manum mouere.

De iis qui hoc quod scientia tenent, opere non exercent.

S*Cyphum furati estis, in quo bi. do. m. & in quo angu. solet.* Calix est iustitia. In hoc calice bibit non ille qui dominatur in Aegypto, sed ille cui data est omnis potestas in cælo & in terra. Ex hoc ergo bibit, cui illud suauiter sapit quod commendat linea æquitatis. Hic est calix in quo augurari solet: quia iustitiæ suæ exanime nostra etiam pensat occulta. Hunc calicem in manu tenet, qui iustitiam suam opere exercet. Alij quidem hunc non in manu, sed vt ille Benjamin in sacculo portant: quia quid iustum sit scientia apprehendunt, & per memoriam tenent,

sed in opere non ostendunt.

STEPHANVS.

V *Redegit Ioseph segetes in manipulos.* Ille redigit se in manipulos, qui quod docet verbo, adimplet opere. Ad nutum Ioseph vendebatur frumentum. hoc est quod dicitur: Frustrum laborat lingua prædicatoris, nisi adsit gratia redemptoris.

De contemptu mundi.

X *Exploratores estis.* Et nos debemus esse exploratores Aegypti, id est mundi, vt videamus infirma illius: quia nil in eo firmum, aut stabile, sed totum mobile & caducum. Sed quare negant se exploratores? quia Christus eorum cognoscit mentes, qui minimè de se præsumunt.

De obedientia.

V *Simeon remansit obses, donec adduceretur Benjamin.* Simeon interpretatur audiens mercedem vel tristitiam, & significat obedientiam: Benjamin verò filius dexteræ: & obedientia est obses aduentus filij dexteræ, quia tunc liberabitur, cum ille venerit.

Idem.

Z *Non videbitis faciem meam, nisi fra. v. mi. ad. vobis eum.* Id est nisi rudes & simplices ad me, quantum in vobis est, prædicatione vestra conuertatis.

Cantica sine titulo.

& *Cum quibus donariis ad verum Ioseph tendere debeamus. Sumite de opt. fruct. in vasis vestris, & deferite vobis munera, videlicet dicum, resina, & mellis, & staracis, & stactes, & terebinthi, & amygdalarum.* Hæ sunt species aromaticæ vitalem spirantis odorem, quas si ad veri Ioseph, id est filij Dei festinantes præsentiam fidei nobiscum dilectione tulerimus, nulli dubium quin ab eo vitæ cælestis alimenta feliciter consequamur. Sumite, inquit, de optimis ter. fruct. De optimis inquit, sunt enim boni terræ fructus, sunt meliores, sunt optimi. Sunt boni penitentia fructus in vitiorum extirpatione. Sunt meliores piæ deuotionis exercitio virtutum. Sunt optimi diuinae contemplationis in cognitione cælestium. De optimis igitur terræ fructibus in puræ conscientia vasis sumimus, quando perfectæ religionis instituta cum supernæ contemplationis studio laudabiliter viuendo exequi conamur. Vobis munera deferimus, quando cum virtutum odoribus cœlestis saluatoris ardentissimo nos affectu præsentare satagimus.

gim.

gimus. Modicum, inquit, resinæ & mellis. Per resinam quæ odore quidem suavis est sed gustu amara, pœnitentiæ dignitas designatur, quæ mentem deuotam Deo vitali amaritudine afficit, sed diuinum respectum grata fragrantia spiritualis dulcedine reficit. Sed huic oblationi mel iungitur, quoniam amaritudinem præ compunctionis, dulcedo subsequitur diuinæ consolationis. Vnde: Secundum multitudinem dolorum meorum, &cæ. Et storacis. Stora, arbor est Arabiæ, de cuius virgultis lachryma profluit. Stora Græcè, gutta Latinè Distillatio eius in terram cadens immunda est. In virgultis & calamis adhærens munda & albida. Huius igitur arboris gutta quæ in terram cadit, eorum designat lachrymas, qui ad hoc se in lamentis afficiunt, vt hominibus sancti esse videantur, & iuxta illud oraculi prophetici victimas deferunt in profundum. Quæ autem adhærens calamis in superioribus se solidat, lachrymas nobis sanctorum solo superno amore repræsentat manantes. Staete, virga est robusti corticis & purpurei, foliis vt piperis. Et hæc species illos designat, qui pro gloria regni cœlestis omnem lenitatem in se districtè castigant, & ne in hoc tepescant opere feruore spiritus, quem piger significat, ad amorem & desiderium supernorum se semper accendunt. Tria nanque sunt, quæ sanctum perficiunt hominem, disciplina, dignitas, charitas, Disciplina propter depressionem vitiorum. Dignitas propter libertatem virtutum. Charitas propter interni profectus infatigabilem affectum. Terebinthus generat resinam omnibus præstantiorem. Et in hac specie circa puritatem animi perfectam habemus diligentiam, qua mens in diuinæ contemplationis arcana suum iugiter vibrare conatur intuitum. Amygdali præ ceteris arboribus citius florescunt, & fructus emittunt, per quas non immeritò studium illud virtutum accipitur, quo cum Apostolo mens ardentissimo profectus spiritualis desiderio accensa proclamat, Quia plus omnibus laboraui. Harum igitur specierum senarius numerus perfectionem significat, quam nobiscum ferentes ad verum Ioseph properamus securi.

ODO DE MOM.

Cur Effraim licet iunior, Manassæ præferatur.

f iiij




Ascendens Iacob manum suam dexteram posuit super Eff. vi fratris: sinistram autem super Ma. qui erat maior natu, commutavit manus. Maior est natu Manasses Efraim: quia precedit obliuio temporalium, & sequitur sanctificatio virtutum. Dignior manus ponitur super Efraim, minus digna super Manassen: quia sublimius est intendere virtutibus, quam obliuisci mundum, & concupiscentiam eius.

BERNARDVS.

De diuersis cogitationum generibus.

B Ruben primo, cuius meus non crescat. Tria sunt genera cogitationum. Sunt enim nonnullæ interdum otiosæ penitus, quas tam facile abicere quam recipere potest anima, dummodo secum habiet assistens dominator vniuersæ terræ. Sunt aliæ violentæ magis & fortius inhaerentes, quæ scilicet ad necessitates pertinent, & quasi ex eodem assumptæ limo, de quo & nos facti sumus: quæ si paululum infederint, auertere nequeunt sine læsione & difficultate. Sape enim sic afficit nos cogitatio carnalis de cibo, de potu, de veste, ut ut eradicari queat à cordibus nostris, quod non aliunde est, nisi quòd & ipsa limosa & viscosa limosam & viscosam inuenit terram. Non sine causa enim dictum est hominæ plasmatum, non de terra qualibet, sed de limo. Videtur enim quam limosam sit corpus, sic quòd ipsi quoque spiritui tan fortiter & penè indissolubiliter inhaeret, ut vix cum multæ afflictione possit aliquando separari. Quid ergo agendum cum limosa illa cogitatio mentem suggerit, planè explanandum nobis cum sancto Iacobo atque dicendum: Ruben primogenitus meus non crescas, Ascendisti enim cubile patris. Rubea enim & carnalis atque sanguinea concupiscentia hoc est, quæ cubile nostrum ascendit, cum non solum memoria tangit, sed ipsum volûntatis statum ingreditur, & polluit priuam cogitatione. Benè autem primogenitus noster dicitur appetitus ille carnalis, quia ab ipso ortu nostro in nobis pullulat, cum cætera vitia processum temporis ex natalitia mundi huiusque variis occasionibus contrahantur. Oportet ergo reprimere, quem extinguere non possumus appetitum: ut quam citò cubile nostrum ingreditur, crescere eum nullatenus patiamur: sed sub nobis sit, & nos dominemur ipsi. In

ven
tid
ge
mo
ac
st
inc
ho
inu
nus
hæ
ria
lab
sim
du
dis



mo
Re
tra
qui
in
lute
nun
go
dor
ren
imp
odi
mo

ven

verò tertium cogitationum genus immundum nimis ac scetidum, quod nec admittere vlla ratione debemus, sed à longe præsentire scetorem, & tota virtute refellere, toto animo propulsare, conuersi statim ad gemitus, lachrymisque ac suspiriis inuocantes spiritum qui adiuet infirmitatem nostram. Sic nimirum confusus abscedens, non tam facillè deinceps simile viriliter aliquid resistentibus nobis, malignus hostis offerre præsumet. Dico autem cogitationes, luxuriæ, inuidia, vanæ gloriæ, & horum similibus. Primum itaque genus cogitationum lutum est, sed lutum simplex, id est nec inherens, nec fetens, nisi fortè immoretur in nobis, per incuriam & negligentiam nostram in alterum genus cogitationum labamur: quod quotidie experimur. Secundum lutum non simplex, sed viscosum atque limosum est. Tertium sic cauendum est non tanquam lutum aut limus, sed tanquam foetidissimum sterus.

RICARDVS.

Quòd necessarius sit homini timor Dei.



*R*uben primogenitus meus tu for. m. prin. do. m. Cap. 49.
 Primus in donis, maior in imperio. Tu inquit, fortitudo mea. Per Ruben intelligitur timor Dei. Quis enim in solo prælio vnquam victor extitit, vbi spiritus aduersus carnem, caro aduersus spiritum concupiscit, si sine timore pugnauit? Rectè ergo pri-

mogenitus: quia & timore domini omne bonum inchoatur. Rectè fortitudo dicitur: quia per timorem domini cor contra concupiscentias roboratur. Rectè doloris principium: quia timorem domini dolor utilis comitatur. Primus, inquit, in donis, maior in imperio. Inter omnia Dei dona quæ ad salutem hominis spectare videntur, primum & principale donum bona volûtas esse cognoscitur: per quam in nobis imago diuinæ similitudinis reparatur. Hoc est illud principale donum, quod Ruben tribuitur: quia absque dubio per timorem domini mala voluntas commutatur in bonam. Maior in imperio. Omnia enim quæ constat homines amare, sperare, odisse, pro quibus dolere vel gaudere solent, multiplicis timoris causas ex se gignere valent.

Quòd malum sit, modum excedere in timore quamlibet ordinato.

D *Effusus es sicut aqua, non cres. quia as. en. pa. tu. Et mac. fratrum eius.* Si per Ruben debemus ordinatum timorem accipere, cur quæso iubet eum Iacob non crescere, nisi quòd malum est in quamlibet ordinato timore excedere modum? Per aquam carnalis prudentia figuratur. Unde cum mundanæ scientiæ aqua superabundat, cauendum est, ne timor sollicitudinis ultra mensuram excrescat. Quæ est autem Bala, id est imaginationis corruptio, nisi cogitationis inordinata & imprudens euagatio? In tantum quando que timor superfluus imaginationem non dicam corrumpit, sed & prostituit, ut in tempore quidem orationis à suis se fornicationibus vix aut omnino temperare non possit. Cum enim præ nimia sollicitudine mundanorum negotiorum phantasias mens in oratione recipit, quasi Bala ad fornicationes sinum suum expandit.

RICARDVS.

Quàm grauius delinquant qui in sui corporis afflictione nullis consiliis acquiescunt.

E *Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bel. in consi. eorum non ve. anima m. & in cætu eorum non sit gloria mea.* Per Simeon nimia afflictio, per Leui immoderata abstinencia figuratur. O quales bellatores! qui dum fortiter egisse videri volunt, pacis suæ socios violenter occidunt. O viros consultos! qui dum id præsumunt quod efficere non possunt, illud etiam emittunt quod efficere potuerunt. In cætu eorum non sit gloria mea. Non est gloriatio bona ambulare in magnis, & mihi super se. Quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffodorunt murum. Quid per virum, nisi vigor mentis, quid per murum nisi disciplina intelligitur corporis? Vir itaque ille amator Domine tunc verè occiditur, quando per afflictionem nimiam vigore mentis exhausto vsque ad apertam impudentiam nimis effrenatur. Tunc murus destruitur, quando per immoderatam abstinenciam rigor prioris disciplinæ penitus dissipatur. Sed hoc est in iis super omnia detestabile, quòd multum quamlibet prudentis viri consilio acquiescunt, nec tunc quidem cum iam incipiant vel corpore deficere, vel corde tabescere. Quorum pertinacia maledictionis iaculo percussur.

tur, cum per Iacob ad illos dicitur: Maledictus furor eorum quia pertinax, & indignatio eorum quia dura. Mirabilis pertinacia, sed non minor insania, à deuo erroris sui non nisi solo impossibilitatis fræno posse retineri. Hoc autem totum fit pro Dina, id est pro humana verecundia.

RICARDVS.

Quòd verus zelus non sit qui ad feriendum, quàm ad protegendum promptior inuenitur.

Zabulon in littore maris ha. & in statione nauium pertingens vsque ad Sydonem. Debet Zabulon nõ solum delinquentes corrumpere, sed etiam eos tempore tribulationis contra persequentes defendere, alioquin verus zelus non est, si paratior est ad feriendum quàm protegendum. Ideo nanque habitabit in littore maris, vt extrema terræ muniat & defendat. Illorum ergo periculis se opponit, quos assiduus persecutionum procellis conspicit fatigari. Vt enim naufragantibus semper paratus ad ferendum sit auxilium, in statione nauium commoratur. Ad Sydonem etiam vsque pertingit, quotiens versuti hostis insidias detegit, quotiens falsorum fratrum fraudulenta consilia deprehendit, quorum sermo (teste Apostolo) vt cancer serpit. O qualis est hic filius, qui non solum seipsum, sed & alios contra vitia eripit, munit, & defendit! Nescio an possit hac gratia interim maiorem aliquam Deus homini conferre, quam vt eius ministerio peruersi homines in melius immutentur, vt de filiis diaboli, filij Dei efficiantur. O qualis dos! quanta dignitas, talem gratiam à Deo accipere! Non debuit Dei sponsa à sponso suo aliam dotem accipere, non decuit cœlestem sponsum sponsæ suæ aliam dotem donare, quæm vt per adoptionis gratiam possit Deo multos filios generare, & de filiis iræ filijsque gehennæ, regni cœlestis hæredes ascribere. Vnde & meritò Zabulon nato Lia mater eius exclamat: Dicitur me Deus dote bona.

Quòd paucis & contemptibilibus sit contentus, qui futuræ vitæ gaudia prægustauit.

Isachar asinus fortis ac. inter ter. vidit re. quòd e. bo. & te. quòd opt. & suppo. hu. su. ad por. & factus est tributis seruiens. Illud internum gaudium est illa terra quam Isachar vidit & concupiuit, pro qua asinus factus, & effectus fortis libenter suppo. hu. ad por. Multum sibi viluerat, qui se asinum

animal scilicet penè præ cæteris vilius reputabat. Multùm concupiuit terrâ quam vidit, pro qua ad omnè laborem fortiter perdurauit. Vilis ergo vt iumentum, fortis ad se mortificandum, habitans inter terminos penè non planè hanc mortientium terram deseruerat. Penè non plenè illam viuientium terram apprehenderat, qui inter terminos habitabat. Quia vilissimis, quia paucissimis huius vitæ bonis contentus erat, huius terræ miseræ extrema tenebat. Quia per frequentis mentis excessus vitæ perennis dulcedinem prægustabat, illius beatæ terræ initia contingebat. Vidit requiem, quòd esse bona, &c. Si ibi non esset, ibi eam minimè conspexisset. Et ibi bona non esset, propter eam hume. ad portam. minimè supposuisset. Vidit requiem, &c. In illa labor non est, sed ad illam sine labore peruenire non potest. Huius terræ fructibus mens hominis sæpius satiata, & aliquatenus impugnata, sebitò contra omnia pericula fortitudinem accipit admirandam. Hinc est quòd post Isachar Zabulon nascitur qui habitaculum fortitudinis interpretatur, qui sua pericula parandus, domini iniurias fortiter vliscitur, & emendat. Non uult enim quòd nihil sic placet Deo, nil sic placat Deum, quomodo zelus animarum.

Quòd à perfectis uiris non solùm uoluntas illicita, sed & otiosa cogitatio contemnatur.

H Dan iudicabit populum suum, sicut alia tribus in Israel. Ad filios Zelphæ pertinet disciplina operum. Ad filios Lea dispositio uoluntatum. Ad filios Rachel scientia affectionum. Ad filios uerò Balæ moderatio cogitationum. Quilibet ergo cognatio quasi in sua tribu iudicatur, quanta uoluntate uoluntas, affectione affectio, opus opere castigatur. Quotiens igitur aliquid agimus iniustum uel uoluntate statim nos arguimus & damnamus. Sed nunquid æquè cõ aliquid inutile cogitamus? Multorum est seipsos reprehendere de peruerso opere uel praua uoluntate: pauci sunt qui seipsos diiudicent de inordinata cogitatione. Sed quia perfecti uiri hoc faciunt, & facere eos oportet qui perfecti se uolunt, ideo Iacob prædicit: Non facile in prauam dilectionem, in consensum autem nunquam pertransit. Ita erit ut Dan, qui iudicium nominatur, de quo solo dubium est utrum populum suum habeat iudicare, cum solo si fieri possit ne cæteri habeant quod iudicent, non solent

asisti

mer
sti
Vno
apu
stin
cor

retro
osè
nisi
mic
afce
vani
Hui
velu
Hau
Deu
fecta

fic d
pugn

preta
cont
cogi
occu
que
auter

asisti

assiduè, sed distrixtè debeat iudicare,

STEPHANVS.

De pœnitentia.

Factus est Isachar tribuitis seruiens. Isachar interpretatur **I** merces, & significat populum Christianum precioso Christi sanguine redemptum. Non enim sumus merces Christi. Vnde sic in lege præcipitur: Nos moretur opus mercenarij apud te vsque mane. quia non debemus differre vsque in crastinum, quin statim Christo reddamus mercedem suam, id est corpora nostra hostiam sanctam Deo placentem.

VVERRICVS.

Quòd multos præsertim nouitios gloriæ deiiciat appetitus.

Fiat Dan coluber in via ce. in. se. mor. vn. equi vt ca. ascen. eius **K** retro. Hoc de humana gloria dicitur, quæ blandè & insidiosè plures decipit & euertit. Quid est enim fauor humanus, nisi ventus vrens aura corrupans, latrunculus spolians, homicida insidians, coluber in via & ce. in. se. mor. vn. e. vt ca. ascen. eius retro? Vir quippe vanus erigitur in superbiam, & vanitate sui sensus velut equo præcipiti fertur in ruinam. Huius nimirum serpens vulnerat & subuertit vestigia, dum veluti blandiens capiti tenera illius laudari facit primordia. Haud secus, ni fallor, contingit homini, qui antequàm vel Deum vel seipsum diligere sciat, diligere à proximis nimis affectat.

STEPHANVS.

Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipse ac. re. Prælatus **L** sic debet pugnare ante subditos, vt etiam redeat ad seipsum pugnando interius pro seipso.

RICARDVS.

Quòd verè abstinens non solum carnales sensus per disciplinam restringit, sed etiam per mortificationem extinguit.

Gad accinctus præ. ante eum. i. Dan. Dan iudicium interpretatur. Gad verò est rigor abstinentiæ. Tunc enim Dan contra proditorum perfidiam intrinsecus vtiliter vigilat, & cogitationum ordinat disciplinam, cum Gad extrinsecus occurrantes hostes excludit viriliter & expugnat. Prius itaque Gad accingitur, vt postmodum fortiter prælietur. Tunc autem se accingit: quando sensuum dissolutionem per disci-

SVPER EXODVM.

plinam restringit. Forti verò prælio dimicat, quando desideria carnis per afflictionem trucidat.

Quòd contemplantium & acuta cogitatio & eloquium sit suaue.

N *Neptalim ceruus e.* Per Neptalim, qui comparatio vel conuersio interpretatur, contemplatio non immeritò figuratur. Solet nanque cognitam quâlibet rerum visibili um naturam conuertere ad spiritualem intelligentiam. Vnde & prompta in meditatione est, & affabilis in sermone. Si quidem per Isaiam de ipso dicitur: Neptalim ceruus est dans eloquia pulchri. Ceruus nanque dicitur propter currendi facilitatem, emissus propter currendi auiditatem. Ceruus, animal velocissimis, & multum currere potest, qui emissus est. Rectè ergo Neptalim ceruus emissus dicitur, quia per contemplationis gratiam multa percurrere valet, & propter dulcedinem multum ei currere placet.

EXPLICATAE SVNT ALLEGORIAE EXCELLENTIVM VIRO-
rum super Genesim. Sequuntur super Exodum.

STEPHANVS.

De dignitate sanctorum.

Cap. i.



Hec sunt nomina filiorum Israël. Id est bonorum. Soli enim boni habent nomen. Vnde diues non nominatur, quasi ignotus domino. Pauper verò tanquam familiaris, Lazarus nominatur. De malis dicitur: Vocauerunt nomina sua in terris suis. E contrario de bonis: Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelis.

Vnde in confirmatione & baptismo & circumcisione primum nomen imponitur. Ac si dicatur, Soli mundi interius nomen habent. Aegyptiæ mulieres, id est carnales animæ, non pariunt antequàm veniat obstetrix, id est scientia timoris domini, vel verbum prædicationis: sed Hebrææ, id est fideles animæ, pariunt fructum bonorum operum, antequàm audiant prædicatorem.

Nus
ficut
gnat
cit. S
nis,

cut p
pto l
ad op
Israë
dum
ret, v
pulsat
Dei
saur
prom
impel
nos o
fouer
afflig

tur, qu

De adulatione.



*M*oyses respuit mammas Aegyptiarum, sed vbera sua gen. ag. Similiter & opus bonum materno debet lectari vbere, id est educari frumento gratia, non palliari adulatione.

Cap. 2.
P

De praelatis.

*M*oyses defendit puellas, & adauauit gregem eorum. Sic & bonus praelatus subditos suos protegere debet & pascere. Vnde sicut dicit Gregorius, Boni praelati per ligna pomifera designantur. Lignum enim pomiferum pascit, & umbraculum facit. Sic & praelatus suis subditis debet umbraculum protectionis, & pabulum refectionis.

Q

PETRVS DAMIANVS.

Quod ad Dei seruitium ipsa quandoque mundi
tribulatio nos apellat.

Afflicti filij Israhel à Pharaone operibus luti, & lateris. Si. R

cur prouidentia diuina disposuit ad educendum de Aegypto Israëliticum populum ducem Moysen, cum iam Pharaon ad opprimendum duris operibus esset excitatus, quatenus Israelitarum populos Aegypto deformiter inhærentes alium vocare quasi traheret, alius velut impelleret dum scuiret, vt dum plebs in seruitio turpiter figitur, dum malis impulsâ, vel prouocata bonis moueatur. Hoc etiam in populo Dei agitur frequentius, cum prædicatis cœlestibus præmiis scuire in electos reprobi permittuntur: vt si vocati ad terram promissionis venire negligimus, pressuris saltem scipientibus impellamur: atque hæc Aegyptus vita videlicet præsens, quæ nos oppressit blandiês, adiuuet premens, quatenus quæ dum foueret iugo nos seruitutis attriuerat, libertatis viam dum affligit ostendat.

HYGO DE S. VICTORE.

Quod vita carnalis facillè contemnitur, cum dulcedo degustatur.



*V*idebat Moyses quod rubus ardebat, & non comburebatur. Propè est illis sapientia, qui appropinquant ei, & in concupiscentias alienas ab ea non elongant. Vnde & Moyses quum adhuc Aethiopiissam haberet, non noverat ignem consumentem, & ideo mirabatur, quod rubus arderet & non comburebatur. Quandiu e-

Cap. 3.
S

nim animus in infimis & carnali concupiscentia vincit
 nondum ad amplexus peruenit sapientiæ. in igne conuulsa
 te est & deuorante vsque ad perditionem. Flamma enim libidi-
 nis & amor carnis eos quos accendit consumit. Amor veri
 sapientiæ lumen habet, sed non consumptionem quia etha
 cendit frigidus, ardentes tamen non comburit. Propter
 Moyses mirabatur, quo modo arderet rubus, & non combu-
 reretur. Nam & ipse ardebat, quia vxorem Aethiopiſſam ha-
 bebat. Neque hoc ei miraculum fuit, sed arde re & non com-
 buri, quod expertus non fuit: & ideo ipſo miraculo traheretur,
 vt tranſiret & videret viſionem maximam, quomodo
 rubus ardebat & non combu. Et currere cœpit in concu-
 pentiam ſuauiorem, & obliuisci Aethiopiſſæ amorem, quæ
 nigra erat, neque ſimilis ad iſtam Sunamitem, quæ ſenes ca-
 facit, & iuuenes non vrit. Huius enim Sunamitis, id eſt
 ſapientiæ amore ſignificabat ignis ille quo rubus ardebat
 non comburebatur. Et ideo Moyses poſtquam ſenſit quomodo
 ſuauius arderet flamma eius, non amplius teneri potuit Aethiopiſſæ
 amore: ſed accenſo corde igne meliori viſitatum colloquium
 peruenit altiſſimi, & miſſus eſt in populi ſalutem. In igne enim
 Deus loquebatur, & de igne auſcultabatur, & per ignem
 intelligebatur. Mens enim ipſa in igne Deum conceperat, & per
 ignem Deum cognoſcebat. Aethiopiſſa igitur, id eſt vita carnalis à
 Moſe præ huius amore contemnitur: quia & ipſum cum amatoribus ſuis
 ſui diaboli ſubiicit ſeruituti, nec poteſt liber eſſe, donec
 in igne adueniat, & appareat in dilectione. Tunc enim
 ille contemnit quod malè amauerat, cum guſtare cœperit
 quod dulcius concupiſcat. Propterea ſoluit calceamenta
 libenter iam carnalibus concupiſcentiis abrenunciatis, deſer-
 tata illius dulcedine, & agnita ſuauiſſime.

STEPHANVS.

De fuga ſeculi.

T *Quandiu Moyses fuit amicus Aegyptiis, non apparuit ei
 minus: sed extincto Aegypto postquam in desertum fugit,
 tim audire meruit vocem diuinam. Similiter & quandiu per-
 latus vel vir iustus secularibus curis deprimitur, apparuit
 ne diuina confortari minimè promeretur. Ideo nanque
 Pathmos insula relegatus Ioannes scripsit Apocalypsim,
 ei reuelata sunt diuina mysteria. Ideo dominus in rubo
 super*

Spinofus est, apparuit: quia quandoque mittendus erat ad
populum spinis obfitum peccatorum.

BRVNO.

Quòd in terra sancta non licet indui pellibus mortuorum.

Ne appropies huc. Id est, ne quæras ea quæ supra te sunt, **V**
noli virginis castitatem, noli Christi incarnationem inuesti-
gare. Sol. cal. de pe. t. Quare hoc? Locus enim in quo stas, ter-
ra sancta est: In terra sancta non licet habere calceamenta,
non licet indui pellibus mortuorum. Ideo enim Adam in pa-
radiso nudus, exiens zona pellicea indutus est.

GALFRIDVS.

Quid rubus significet, qui ignem euasit incombustus.

Solue calceamenta de pedibus tuis. Locus enim in quo stas, ter- **X**
ra sancta est. Sancta omnino, in qua eidem magna apparuit
visio, Rubus ardens qui non combu. Mirabile hoc non imi-
tabile erat. Nec aliud fuit dicere intuenti: Sol. cal. de pe. t.
quàm venerari te, & mirari debere memento magis, quàm
imitari posse quod conspicias. Siquidem ignis ille non carna-
lis concupiscentiæ erat, sed gratiæ spiritualis, & illibati vir-
ginitatis virtus obumbrat altissimi. Quanquam intelligi pos-
sit rubus ardens qui non comburebatur, non modò virginis
caro, quæ veram de se carnem concipiens minimè corrup-
pebatur, sed natura quoque humana, quæ diuino ab igne in
personæ vnitatem assumebatur, minimè tamen consumeba-
tur. Vel eadem ipsa humanitas, quæ in igne passionis tan-
quam testa solidabatur: vel ecclesia Christi, quæ medias inter
flamas persecutionum seruanda præsignabatur. Et nec hoc
ipsum Iudæis quorum Moyses & curam pariter & figuram
gessit, imitabile fuit. In pressuris enim tribulationum mag-
is ac magis synagoga defecit, in quibus suo tempore non
modò perseuerauit ecclesia, sed creuit etiam & profecit.

ADAM DE PERSEVIA.

Qualiter Aegyptus à sanctis spiritualiter spoliatur.

Et spoliabitis Aegyptios. Qui teipso Aegyptum inuestie- **Y**
ras, qui Aegyptios mores & tenebrosos actus tuos, aut ex-
cusationis arte, aut accusationis palliatione tegebas, quasi
spolias Aegyptum, cum denudas & detegis in vera confusio-
ne teipsum. Cum dilectione tuâ seculum prius, cum aurum
sapientiæ tuæ curis secularibus subtrahis, cum argentum e-

loquentiæ tuæ studio consecras sanctæ taciturnitatis, cum membra tua impudentiæ & inhonestati subducis, cum exemplo conuersationis tuæ cæteros quosq; (quantum in te est) corrigi, quasi Aegyptum spolians preciosa quæq; in vasis & vestibus tecum tollis. Benè ergo Aegyptū spoliat, qui peccatorum suorum nigredinem in confessione denudat. Benè Aegyptum spoliat, qui pellem Aethiopsis mutans se aspergit Christi hyssopo & dealbat. Benè Aegyptum spoliat, qui non modò iugum peccati à se excutit, verum etiam quilibet peccandi occasiones præcidit, & à se nodos perfidæ iurisdictionis absoluit. O felix violentia, qua sic deprædamur Aegyptum, & diabolicæ tyrannidi auferimus ius antiquum. Felix inquam violentia, qua dum entimur ne simus prædæ peccati, felici deprædatione diripimus regnum Dei.

B R V N O .

Quòd diuina correctio quibusdam in virgam, quibusdam vertitur in draconem.

Cap. 4.
Z



*Q*uid est quod tenes in manu tua? Respondit, Virga. Et aitque illi Dominus, Proice illam terram Proiceque, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. Interrogatur Moyses non propter aliud nisi sua responsionis vinculo teneatur. Ipse enim est confessus tenere virgam, quam mox in serpentem versam fugiens ponit. Credat huic signo, qui non vult credere verbis. Sed quid per virgam nisi Dei correctio? Vnde: Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt, Hæc autem virga illis vertitur in draconem, qui leniter correcti emendare se noluerunt. Quia qui incorrigibiles existunt, tandem diuinæ ultionis iram & indignationem super se sæuientem sentiunt. Vnde Psalmista: Reges eos in virga fer. & tan. v. fi. con. e. Sic igitur diuina correctio aliis est virga, aliis est draco, alios misericorditer castigat, alios insatiabiliter percutit. Huius autem caudam Moyses tenet, & in virgam serpens conuertitur quando aliquis vir iustus vindictam peccatoribus immanitatem suis orationibus auertit. Cum enim Deus ab ultionis placatur, draco sæuiens in virgam vertitur.

S T E P H A N V S .

De prælatis.

& *Q*uid est quod tenes in manu tua? Vult quidem dominus quod prælatus consideret, quantū sibi commissum sit: & excogitet quòd cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Virga, est p

testas iudicandi. Virgam in terram proiicere, est potestatem iudicariam ad terrena deflectere. In colubrum vertitur, cum de potestate peccatum egreditur, quod fugere debemus. Unde quasi à facie colubri fugit peccatum. Cauda, est finis potestatis, quam ipse debet tenere, vt memor sit quòd ipse qui iudex est aliorum, à Deo in fine iudicabitur. Et ita per considerationem finis coluber redibit in virgam: id est potestas in directionem.

De humilitate.

Mitte manum t. in si. t. Vir iustus manum suam, id est actionem debet in sinum reponere, & à sinu retrahere, id est in secreto cordis actionem suam discutere: & sic illa actio quam prius existimabat mundam, post discussionem apparebit immunda.

BRVNO.

Quòd per muscas fornicatio designatur.

Die Pharaoni, Dimitte pop. alioquin immitam in te & in seruos tuos, & in populum tuum, & in domum tuam omne genus muscarum. Factumque est ita. *Corrupta est terra ab huiuscemodi muscis.* Quid per muscas, nisi spiritum fornicationis, ipsamque omnium vitiorum turpissimam libidinem intelligimus? De qua Apostolus Omne, inquit, peccatū quod fecerit homo, extra corpus est. Qui autē for. in cor. s. pec. Unde & hīc dicitur quòd ab huiuscemodi muscis terra fuerit corrupta. Quid enim ita vt libidinis æstus terram. i. carnem nostram corrumpit? Huius autem multe sunt species, idcirco & muscæ diuersorum generū fuisse referuntur. Quod quia grauissimas dicit, quantum hoc vitium in omnibus grassetur innotuit. Hæ tamē muscæ non erunt in terra Iessen, vbi filij Israël habitabant, quoniam sancti viri ieiuniis, vigiliis, orationibus, carnis maceratione à se omnem libidinem repellunt.

STEPHANVS.

De mysterio trium dierum.

Tam trium dierum &c. Triduum Moyſi, est cordis contritio, oris confessio, operis satisfactio. Huic triduo respondet triduum primæ creationis. Prima dies, quando creata est lux, significat contritionem per quam menti infunditur lumen gratiæ. Secunda, quando factum est firmamentum, & diuisæ sunt aquæ ab aquis, significat confessionem, in qua homo cõsistens retractat opera sua, & discernit mala à bonis. Tertia, quando protulit terra herbam virètem, & lignum pomiferam, significat diuersa opera satisfactiois. Huic triduo respondet triduum A.

Cap. 50
C

brahæ, qui tertia die venit ad sacrificij locum. Huic etiam tres dies respondet triduum Esaiæ, quando per tres dies iuit nudus & discalceatus, & planxit peccata populi.

De cupiditate.

- D *Dissersus est populus propter paleas.* Quidam enim sectantur negotiationem, quidam curiam, & alij alia ministeria, & hoc totum fit propter paleas, id est propter temporalia acquirenda. Vnde Aug. Palea es, & non times, ne totus ardeas? Paleam dum sequeris, palea efficeris.

De pœnitentia.

- E *Filij Israel postquam statuerunt egredi de Aegypto, graviores facti sunt quam ante.* Hoc est, Fili. accedens ad ser. Dei, & Diabolus contemptus surgit in scandala. Hinc est quod de minus statim post baptismum intrauit desertum & tentans est. Hinc est quod prima māsio egressionis de Aegypto in Ramesse, id est commotio tineæ: quia statim in primo recessu à peccato commouetur tinea, id est diabolus. Vnde le. Maledicant illi qui maledicunt diei, qui para. fra. sus. le.

HVGO DE S. VICTORE.

Quòd tres dij tres habebant Pharaones.

- F *Ecce constituuit Deū Pharaonis.* Ecce duo dij. Imò tres. Mentes in Aegypto, homo in mundo, Creator in cælo. Et habet vnusquisq; Pharaonem suū. i. negotiatorem & cōtradictorem suū. Pharaon interpretatur negās deum. i. Deum Dominū, qui non cognoui, & Israël non dimittam. Quid est negare Deum? Summū bonum negare quod ipse est. Qui negat, quit Apostolus) Christum, antichristus est. i. Christo cōtrarius. Sic qui summo bono est cōtrarius, negat ipsum bonum. si aduersatur tyrannus Aegyptius, homini mūdus, Deo cōtrarius. Primus crudelitate. Secundus aduersitate. Tertius iniquitate. Primus sœuitiam. Secundus pœnitentiam. Tertius appetit malitiam.

BRVNO.

- G *Tulit Aaron virgam coram Pharaone, & ser. eius, quæ uersa est in colubum.* Venit Moyses ad Pharaonem non cum gladio, sed in uirga. Vnde si pœnitere uoluisset, facilem ad ignoscendum se per hoc cognoscere poterat. Sed quia pœnitere noluit, colubrum uirga conuertitur, ut maioribus dignis supplicij maioris correctionis tormenta se expectare intelligat. Sed deo qui uirga non corrigitur, draconi, id est diabolo transgrediens puniendus.

Quòd tã sapiètes quàm insipiètes à cura seculariũ fatigãtur.



*Etende virgam tuam, & percute pul. t. & sint cyni-
phes in vniuersa terra. Ac. Quid per cyniphe, qui
& homines & iumeta nimis angustis inquieta-
bant, nisi cura & sollicitudo rerum tempora-
lium intelligitur? Cùm enim aliquem pro hac
substantia transitoria & fugitiua tam anxie laborare, discurre-
re, suadere, & festinare videas, quòd cyniphe eũ stimulent
& sequentur, tibi viderur. Qui meritò de terrẽ puluere oriũ-
tur: quoniã hec talis cura & sollicitudo ad terrena & fugitiua
bona homines inuitant. Et isti quidem & in hominibus sunt
& in iumentis: quoniam sapientes & insipientes fatigant.*

STEPHANVS.

De detractiõne.

*Percutite virga puluerem, & erunt. cy. tam in ho. quàm in iu. Cy-
niphes sũnt sermones detractõris. Hoc animal modicum est
& inquietum. Magna impetit, & acriter pungit. Lingua enim
modicum membrum est, & magna exaltat. Virga Aaron, est
directio sermonis domini. Hac debet percuti puluis. i. vita
malorum reprehendi, & sic nascuntur cyniphe: quia dum im-
pius acriter reprehenditur, vel occulte tibi detrahit, vel in a-
perto contumeliam facit. Et erunt in hominibus & iumentis,
i. verba detractiõnis in omnibus regnant, tam in prælatis quã
in subditis. Hoc autẽ non potuerunt magi facere: quia bonis
detrahitur, non apertẽ malis aut miseris. Soli enim miseri in-
uidia carent. Digitus dei est hęc: quia operatio bona est oc-
casio detractiõnis.*

BRVNO.

Quid sit cinerem de camino in cœlum spargere.



*Exit dominus ad Moysen & Aaron: Tollite plenas
manus cineris de camino, & spargat illum Moyses
in cœlum coram Pharaone, sitque pul. super o. ter. Ac.
Erunt enim in hominibus & iumentis vulnera, &
vescatur in omnem terram Ac. Ecce iam non a-*

*nimantia tantum, sed & ipsi homines percutiuntur, vt qui
virgam non sentiunt, saltem corrigantur tormentis. Quid e-
nim per caminum, nisi afflictionem, & quid per cinerem, ni-
si populum iam diuturno afflictionis igne crematum? Ci-
nis enim de camino tollitur, & in cœlum spargitur, quando
afflicti populi preces in cœlo exaudiuntur. Et bene quidem
per manus Moysi cinis in cœlum spargitur, quando Christi
& sanctorum manibus omnis populus domino præsentatur.*

SVPER EXODVM.

Vulnera verò & vesica iurgentes, quas & videre horribile & pati intolerabile est futura illa tormenta significant, quibus nulla possunt comparari tormenta. Hæc autem illos tæpestant, qui obstinato corde vsque ad finem in sua malitia perseuerant.

STEPHANVS.

De vtilitate tribulationis.

L *Pluit Dominus grandinem.* Plauia suauius est, grando conuulsens, & Deus ipsa sua sanatur percussione & nutrit. Manus enim eius percutit & medetur. Vnde: Fulgura in pluuiam ferunt. Fulgur vrit, pluuiam nutrit: quia ipsa tribulatio nutrit. Nam fame corporis Deus animam pascit. vnde: Et alat eos in fame. Ignis ergo & grando mixta pariter sunt: quia dum Deus hominem punit, & signum amoris sui impendit. In igne enim feruor diuini amoris exprimitur.

De adulatione.

Cap. 10.

M



Rate pro hac morte. Nota quòd plagam locustarum mortem appellat. Adulatores enim omnium bonum exterminant. Ventus flans ab Occidente proiecit locustas in mare Rubrum: quod contra venenum adulationis medicina est. Recordatio peccati præteriti, & consideratio futuri iudicii. Ventus spiritus sanctus, qui flatur ab Occidente, cum facit hominem sua mala opera recordari. Mare Rubrum est mare iudicii, quod locustas submerget: quia omnem adulationem puniet & consumet.

De vanitate mundi.

N *Ordeum læsum est.* Primitiua enim læsa sunt, serotina autem non sunt læsa. Qui enim festinant ad percipiendum temporalia, læduntur in spiritualibus & æternis. Qui verò constant in æterna, illæsi manent. Vnde: Hæreditas ad quam nati sumus, &c. Item: Recepisti bona in vita tua. Item: in Eclesiastico. Item: Qui crediderit, non festinet. Item: Mare rubrum, notat imbres, sero serenum. Item: Substantia mundana inuenerit, sed quæ paulatim colligitur, multiplicatur. Ordeum, cibus est iumentorum. Hæc sunt deliciae seculi. Virens erat ordeum. Viridis color pascit oculos. Diuites in suis diuitiis delectantur. Linum, est munditia, sed ideo læsum est, quia folliculos germinabat, id est, relationem exercebat.

HVGO DE FOILL.

Moraliter de decem plagis Aegypti.

Orate pro me, vt recedat à me plaga, & di. po. Pharao, qui populum Dei dimittere promisit, nec tamen dimisit, illos designat qui vitæ melioris emendationem promittunt, nec culpam dimittunt: nec in spiritu columbino contritionem, sed in voce coruina dikationem quærunt. Quorum terra diuersis plagis affligitur, nec emollitur, sed ex consuetudine peccandi magis ac magis induratur. Tunc enim dominus aquas in sanguinem conuertit, cum de rerum causis animus carnaliter sentit. Terra producit ranas, cum in aliquo garrienti dominatur vana loquacitas. Cynomyia siquidem & cyniphes sunt importuni mentis impetus, & canini mores. Mors pecorum mortem designat cogitationum, quæ pecoribus assimilari solent, quando rationabili intellectu carent. Sic enim homo comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Sexta plaga est cum tument vesicæ, & corrumuntur viscera. Quod fit dum interiora mentis tument odio, & ebulliunt ira. Plaga verò grandinis in fructibus, iniquitatem manifestam designat in operibus. Plaga locustæ, instabilitas est animæ, quæ ore lædit cum detrahitur. Dat saltus, dum ad carnales se extendit affectus. Plaga siquidem tenebrarum, cæcitatem designat animarum. quæ palpabiles esse comprobantur, dum peruersa quæ mens cogitat opere perpetrantur. Hoc enim palpabile est, quod manu tangi potest. Nota quòd inter plagam grandinis & plagam tenebrarum, media ponitur plaga locustarum. Ab iniquitate etenim quæ designatur per grandinem, fit quasi saltus locustarum ad æternæ cæcitatem damnationis. Nouissima plaga est mors primogenitorum. Primogenita siquidem mentis moraliter sunt voluntas, & intentio cuiuslibet operantis. Dum enim voluntas & intentio corrumuntur, quasi primogenita Aegyptiorum morte percutiuntur.

STEPHANVS.

De perseuerantia.

Nec remanebit ex eis vngula. Id est extremitas, quia diabolus semper insidiatur calcaneo, id est fini hominis. Vel aliter. Per vngulam discretio. Prælati siquidem non vult quòd aliquis discretus sapientiam suam ad amorem mundi retorqueat, sed ad æterna. Et hoc est non remanere vngulam in Agypto.

SVPER EXODVM.

De mysterio passionis.

Cap. 12.



Nota quòd luna xiiij. ad vesperum immolat
tur pasche scilicet quando sol est in Occidente
luna in Oriente, quia in morte Christi nati
est ecclesia. Vnde quidam de Christo: Glo
bo fertur sublimari, vt luna surgens de ma
suo stet in ordine.

GALFRIDVS.

Quid per carnes agni, lactucas, & panes azimos designet
R *Edent carnes nocte illa assas igni, & azimos panes cum lacu*
Carnes assæ igni, significant corpus Christi, hostiam sed p
cificam. Siquidem caro est in veritate, panis in specie. Ag
stis lactuca, Christi significat passionem. Vel panis azimus
est bonum opus vanitatis expers, solam & veram habens p
ritatem intentionis. Lactuca autem amara, est pœnitenti
labor, & tolerantia tribulationis. Siquid enim habere vol
tur amaritudinis, ne mireris, antidotum est quod antiqui so
pentis venena depellat. Opponitur siquidem ligno scienti
boni & mali, lignum aliud scientiæ mali & boni. An
bonum & malum voluptas habens pœnas? An non malum
& bonum necessitas quæ parit coronam? Nam bonum
bonum expectatio nostra est, vbi erit sanctitatis & beati
dinis plenitudo. Malum & malum, tormentum malitiæ
num habens, & cruciatum pariter & reatum. Etiam nunc
num & malum in vitis blandientibus, & velut lenibus
busdam radicibus est spinarum. Malum & malum in iniuriis
in immunditiis, desperatione, cæterisque noxiis & amar
Malum autem & bonum, pœnitentiæ luctus. Bonum & bo
num, fructus est charitatis. Et quidē nil penitus nobis ad
sarius noster nisi malum & malum cupit, sed ad hoc tra
per bonum & malum. Nil etiam dominus optat nobis,
bonum & bonum, sed ad hoc iam per malum & bonum
uocat & reducit.

STEPHANVS.

De contemptu mundi.
S *Cum lactucis agrestibus.* Lactucæ agrestes sunt amarior
sumpta ex agro, id est ex consideratione seculi, quas con
dimus, cum amarum mundū reputamus, & tunc sumus de
accedere ad sacramentum.

GALFRIDVS.

Quomodo pascha mysticè sit agendum.

Reues vestras ac. & cal. ha. in pe. te. ba. in ma. Hic per re-
 nes corporeas voluptates, per pedes autem terrenos in-
 telligere licet affectus. Oportet enim comedentes carnes
 agni, non modò carnales cohibere libidines, sed desideria
 nihilominus, & in animo ipso mortificare terrena. Aut si
 renes cingimus in vtrisque, pedes nostros & operum gres-
 sus exemplis iam conuenit calceare sanctorum. Nam quòd
 Apostolis quidem calceamentorum vsus interdicitur, ad
 hoc forsitan pertinet, quod eisdem alibi idem dominus
 ait: Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum
 & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. Sed
 & Moyses ipse cuius postmodum ministerio calceamenta
 præcipiuntur haberi, sua iussus est soluere, cùm ei primus
 in Madian dominus loqueretur. Neque enim Moysen tuhc
 oportuit sacerdotis Madian, vel circummanentium cætero-
 rum exempla sectari, cùm ad nouum opus assumeretur: sed
 nec Apostolos imitari opera præcedentium, quin potius
 nouam magis sequentibus tradere formam vitæ. Nobis au-
 tem deesse calceamenta nostra etiam prohibet legislator,
 vt nihil agat monachus, nisi quod communis monasterij
 regula, vel maiorum cohortantur exempla. Sanè baculos
 tenent, qui non satis propriis confidunt viribus, sed auxi-
 lio gratiæ innituntur. Cuius diuisiones & multiplicem opem
 non immeritò baculos appellamus. Vnde propheta: Virga
 tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Alioquin iuxta
 literam quoque præcinctus & calceatus, & qui iam bacu-
 lum arripuit, apparet, quia iam paratus est ad migrandum.
 Sed & hoc necessarium est Hebræis & celebrantibus pas-
 scha, quod vtrunque transitum sonat. Etenim phasæ, id est
 transitus domini. Accingere ergo & calceare, & baculum
 apprehende, vt paratus appareas ad pariter transeundum.
 Transeunte domino, Aegyptiorum primogenita omnia
 perierunt: sed percutientur & reliqui omnes Aegyptij, vbi
 omnis plebs Hebræa transferit. Nam primogenita qui-
 dem principalia sunt peccata, vel in anima, vel in corpo-
 re, tanquàm hominibus & iumentis. Reliqui sanè Aegy-
 ptij etiam nunc persequentes multiplices interim negli-
 gentiæ nostræ sunt & tentationes, sine quibus hæc vita
 non agitur.

SVPER EXODVM.

BRVNO.

Quòd in Christi tranſitu deletum eſt chirographum diaboli.

V *Et tranſibo per terram Aegypti nocte illa pec. omne prim. in te. Ae. ab homine vſque ad pec.* Agno etenim immolato, Chriſti domino crucifixo, poſtquam dominus inclinato capite tradidit ſpiritum, mortua ſunt omnia primogenita in terra Aegypti: quoniam originale peccatū per vniuerſum mundum in omnibus illis periit qui crediderunt & baptizati ſunt, vt peccatum quod per lignum concupiſcentiæ corporis per crucis lignum deſtrueretur. Meritò autem ab hominibus vſque ad pecus moriuntur, quoniam ſine perſonarum acceptatione, in omni gente, in omni ſexu, in omni ætate, omnia peccata originalia deſtruuntur.

STEPHANVS.

X *A primogenito Pharaonis, &c.* Per primogenitū Pharaonis ſuperbia. Per primogenitum captiuitatis, auaritia. Nam ſemper auarus eget. Per primogenitū inuentorū, luxuria designatur.

De fuga ſeculi.

Y Notandum quòd Moyses fecit tres plagas, & Aegyptios tres, & dominus tres. quia ad educendum filios Iſraelis in Aegypto, oportet vt dominus operetur gratiam infundendo, & lex per prædicationem inſtruendo, & prælati patientiam iniungendo.

De compunctione.

Z *Tulit populus farinam, &c.* Et nos de fructibus Aegypti debemus portare farinam. Fructus Aegypti ſunt opera mala. De iis farinam facimus, cum peccata ſæpius ad memoriam reduciendo comminuimus. Conſperſa farina eſt aqua calida glutinata. Et nos lachrymis debemus totum reſpergere. portare in humeris, id eſt in opere, & ligare in pallio caritatis. Sicq; panibus ſubcinericiis debemus nos reficere, ſicut conditionem noſtram attendere, quia ſcilicet puluis ſummus eſt & in pul. Antequàm fermentata eſſet. Multi habent conſperſam farinam, ſed cum fermento, vt qui laudem de lachrymâ quaerunt, & inanem gloriam captant.

BRVNO.

Quòd fides noſtra pereat, niſi bonis operibus redimatur.



*N*ne primogenitum hominis de filiis tu peccato redimes. Hominis primogenitum fides est, sine qua impossibile est placere Deo. Hæc omnium virtutum prima in mentibus fidelium nascitur. Hæc prima à sacerdotibus in Christianorù cordibus generatur. Sed quia fides sine operibus mortua est, vt precio redimatur necesse est. Baptizatus es, fidem habes. Cessas à bono opere, moritur fides tua. Si ergo in his qui à bonis cessant operibus fides otiosa mortua est, quanto magis in homicidis, adulteris, sacrilegis, fides mortua esse credenda est? Apostolus enim dicit: Qui suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem non habet, & est infideli deterior. Non igitur semel, sed multotiens fides redimenda est. Redimatur ergo. Sed quanto pretio? Quinque vtique siclis argenti, id est quinque corporis sensibus. Qui tunc quidem argentei sunt, quando pro sua puritate digni sunt qui in Dei thesauris reponantur.

STEPHANVS.

De incarnatione Christi.

*E*go eduxi vos in manu forti. Id est in filio. Sed deberet dicere in manu debili, quia in primo aduentu nil nisi infirmitatem ostendit. Imo benè dicitur forti, quia fortes nos fecit. Imò fortissima, dum non armata, sed clavis confixa diabolulum superauit.

A

BRVNO.

Quòd eos qui mundum relinquunt, ab iis qui immundi sunt oportet elongari.

*N*oluit Dominus ducere populum per terram Philistiim, quæ vicina est. Ne fortè si bellum insurgeret contra eum, cito reuerteretur in Aegyptum. Sed circumduxit eum per desertum longo itinere. Per hoc significare voluit, quia non breuis, neque facilis via est, quæ nos ad patriam ducit. Sed per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Denique quanto plus in seruitio Dei exercitati longius ab hoc mundo recedimus, tanto minus vitiorum insurgentium bella timeamus. Si verò in terram Philistiim venientes, quæ Aegyptiis vicina est, ebrietati & voluptati operam damus, Philistiim nanque cadentes poculo interpretantur, facile quidem in prælio victi reuertimur in Aegyptum. Quod autem filij Israel armati descenderunt de Aegypto, significa-

B

tio est: quia ex quo mundum reliquimus, semper contra vitia & malignos spiritus à dextris & à sinistris armati pugnare debemus.

STEPHANVS.

C Filij Israel ossa Ioseph secum asportauerunt. Ossa Ioseph secum ferre, est virtutis exemplum a Christo sumere. Hoc autem debent facere, quos ipse adiurauit dicens: Pone me vt signaculum super cor tuum, &c.

De contemptu temporalium.

D Nubes erat in die, &c. Ignis lucet, nox verò obscura est. Per diem prosperitas, per noctem aduersitas designatur. Nubes ergo est in die, & ignis in nocte: quia prosperitas obscura est iustis, & aduersitas clara.

BERNARDVS.

Quanto euangelica profectio antiquorum patrum iustitias excedat.

Cap. 34.

E



Rat eis aqua quasi murus à dextris, & à sinistris. Aliud est in luto aquarum multarum maris diuisi fundo iter carpere terrenam citè possidendo, aliud ipsam nouis gressibus vnam calcare omnia relinquentem. Sed tempori gratiæ prærogatiua hæc obbebat Petro nouum iter, & noui itineris seruabatur. Antiquorum sanè patrum diebus domini in terris videretur, & cum hominibus conuersaretur. De maiestatis, non erat euangelicæ formæ perfectionis, sed spiritum domini solo interim spiritu sequebantur. At ubi caro factum est, & habitauit in nobis, iam in eo tradita est imago vitæ, & conuersationis exemplar, quod oporteat corporaliter imitari, vt vtroque sequentes vestigio, non ulterius cum patriarcha Iacob altero femore claudicemus.

RICARDVS.

De duplici mœrore.

F Erat eis mare quasi pro muro à dextris & à sinistris. Mœrorum consideratione & trepidatione malorum, mare à sinistris: mœrorum ex contemplatione & expectatione bonorum, mare à dextris. Et erat, inquit, eis aqua quasi pro muro, à dex. & à sin. quia in vno excludimus concupiscentiam, in altero vitam negligentiam quia qui expectat præmium, extendit se ad meritum: & qui meruit pœnam, sollicitè declinat culpam.

Br

BRVNO.

Dominus regnabit in æternum & vltra. Hoc est, quàm vel di-
ci, vel cogitari possit. Si enim dominus regnabit in æternum **G**
& vltra, quid dicam? In æternum dixi. Quid vltra dicerem,
non habui.

STEPHANVS.

De memoria passionis Christi.

S *Stendit ei lignum, &c.* Si tu inueneris aquas Ma- **Cap. 15.**
rach. i. si pœnitentia tibi videtur amara, respice **H**
lignum crucis, reduce in memoriam beneficium
passionis, & sic tibi omnis tribulatio dulcis fiet.
Et nota quòd nō dicitur, dulcoratæ sunt aquæ,
sed in dulcedinem versæ, quod multo maiorem notat dulce-
dinem. Reduce me in memoriam, & narra siquid habeas vt iu-
stificeris. Quasi dicat, confer opera tua cruci, & vide quàm
inæqualis sit ad me recompensatio tua.

De acedia.

N *Otandum quòd populo murmurante manna de-* **Cap. 16.**
scendit. Hoc est quòd dicitur: Dum medium si- **I**
lentium tenerent omnes, &c. Hinc est quòd do-
minus natus est in nocte, vt ostenderet mundum
noctē cœcitatē oppressum. Sed adueniente man-
na cessauit murmur. Ita si aliqua murmuratio sit in claustrali,
reuocet ad memoriam crucifixum, & statim cessabit tentatio.
Item per collectionem manna. i. spectationem sacræ scriptu-
ræ tollitur languor acediæ. Vnde: Dormitauit a. m. præ. te.
Ecce murmur. Confirma me in verbis tuis. Ecce manna.

De incarnatione domini.

M *ane iacuit ros per circuitum castrorum.* Per manna quòd de- **K**
scendit die dominica, intelligitur Christus, qui ea die visita-
uit nos oriens ex alto. Qui ros dicitur propter beneficium
incarnationis. Vnde: Rorate cœli desuper. Primus enim ad-
uentus fuit in rore, sed secundus erit in fulgure. Vnde in Ec-
clesiast. dicitur: Ros obuians ardori venienti humilem fecit
Aquilonem. Ros. i. beneficium incarnationis, obuians ardori
vitiorum, humilem fecit Aquilonem. i. diabolum. Hic ros iac-
et per circuitum castrorum. Vnde dominus in circuitu po-
puli sui. Nota quòd manna iacuit quasi ros per circuitum ca-
strorum: quia intellectus sacræ scripturæ descendens ex gra-
tia, vndique nos defendit.

Cur Christus pruinæ mysticè comparetur.

L *Cumque ope. super. ter. apparuit in solitudine minutum & quod pilo tunsum in similitudinem pruinæ super terram.* Mâna minutum erat: quia totum quod de Christo creditur aut prædicatur, propter eius inæstimabilem humilitatem, quasi propter nimiam exiguitatem subtile est & incomprehensibile, & hoc apud fideles: apud infideles autem contemptile est & paruum. Manna quasi pilo tunsum erat: nō solum quia Christus tunctionibus persequentium sese exposuit, sed positus est in figura cui contradicitur: & verbum fidei in pila cōtradictionis traditur, quia à multis impugnatur: & in ipsa tūsiōne literalis sensu exuitur, sicut exui solet folliculis, vel frumentum, vel milium, vel aliquid tale, quod in mortario pilo teritur. Christus quoque tunctione passionis & pilo crucis mortalitate exuitus est. Christus per pruinam variis ex causis potest significari, tum quia candorem habet per munditiam sanctitatis, tum quia terram cordis nostri impingat & sæcundat, tum quia rigore disciplinæ fluxa vitiorum restringit, tum quia incensa carnalium desideriorum refrigerio gratiæ extinguit.

Quod Christus vermis dicitur tribus modis.

M *Dixit Moyses, Nullus re. ex eo vsque mane. Qui non audierunt eum sed dimiserunt quidam ex eis vsque mane, & scatere cœpit vermis atque compu.* Non remanebit quicquam ex eo vsque mane, quia in præsentī vita quisque debet credere quod prædicatur, & operari quod iubetur: & non vsque in mane differre, id est ad tempus quo præoccupetur morte vel iudicio: quando erit mane, hoc est clara & manifesta meritorum cognitio. Illi verò qui non audierunt Moysen, & dimiserunt mane vsq; mane, quod scatere cœpit vermis, atque computruisse, Iudæos huius temporis significant, quia verbum Dei per Moysen sibi ministratū in lege malè seruāt, quod vermes peccatorū eis generat, & eis cōputrescit, & in corruptionē vertitur. Christus autē vermis dicitur tribus modis. Pro veritate. Vnde in figura Christi de Dauid dicitur: Tenuis ligni vermiculus. Et illud Esa. Noli timere vermis & non homo, op. ho. & ab. ple. Item pro mordaci feritate, sicut dicitur tinea. hinc apud Osee: Ego quasi tinea Effraim, & quasi putredo domui Iacob. Hoc autem ex

plo de manna damnatur malum avaritiæ, qua pecunia malè seruata possessori suo in vermem vertitur, qui non morietur. Sed & gratia fidei in eo qui non operatur. Gratia quoque sapientiæ vel scientiæ sine gratia sermonis cum steriliter habetur, & in bonum vsus non assumitur, sicut manna in vermem vertitur: quia bonum Dei donum ei in malum cedit, à quo malè habetur. Sequitur: Colligebant autem mane singuli quantum sufficere poterat ad vescendum. Hi studiosos operarios significant, qui studiosi sunt operarij, operantur cibum qui non perit, incipientes mane, hoc est mox initio fidei vel conuersationis.

Quòd manna liquefit, cum Christi seueritas in dulcedinè nobis commutatur.

Cumque incauisset sol, liquefit. Hoc multis modis intelligi potest. Christus sol iustitiæ tunc incaluit, quando feruorem suæ charitatis pro nobis hora sexta crucem ascendens effudit. Qui autem sol est secundum quòd lucet, ipse & manna est secundum quòd se nobis fruendum & participandum indulget. Qui cum desideria amoris & affectionibus compassionis in mortem resolutus est, tunc verè manna liquefactum est, tunc enim apparere cessauit, quando ad tempus humanis obtutibus se subtraxit. Vnde & dicit: Modicum & iam non videbitis me, &c. In nobis verò incalescit sol, quando cor nostrum desiderio diuini amoris seruescit: tunc & manna liquefit, quando verbum Dei per amorem Christi cor nostrum liquefieri facit. Vnde & sponsa dicit: Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Sic autem dicitur manna, hoc est verbum Dei liquefieri per affectum, quia liquefacit sicut eloquium ignitum, quia ignit: & molli sunt sermones super oleum, quia cor emolliunt. Vel manna liquefieri dicitur, quia Christus cum in corde suscipitur, quodammodo per compassionem resolutionem patitur. Quomodo enim cor peccatoris à sua duritia resoluitur, si non Christus à duritia iudicis relaxatur? Qui cum peccata soluit, sicut glacies in sereno soluitur, ipse tunc à seueritate iudicis resoluitur, vt in verbo eius mens attracta in spe veniæ & amoris desiderio mollius resoluatur. Incalcescit sol iste quandòq; super iustos quasi per iram, & manna liquefacit, quasi vt deficiat efficit, dū dulcedinem corporalis aut spiritualis consolationis ad tempus subtrahit. Hinc & Ionas subtracta sibi consolatione vni-

braculi in arefactione hederæ grauitèr perdoluit. Miro autem modo, sicut ex consequentibus patebit, manna quod ad solem deliquit, ad ignem duruit. In quo ostenditur quod manna ad solem iustitię conuersa cum per desiderium amoris liquida facta resoluitur, tunc ad ignem passionis per virtutem patientiæ durius solidatur. Quod ostendit qui dicit: Factum est cor meum tan. ce. li. in me. ven. m. a. tan. tes. vir. m.

BALDVINVS.

Quòd tempus legis spem solam, tempus gratiæ spem possideat cum salute.

In die sexto colligebant cibos duplices, id est duo gomor per singulos homines. Spem vitæ æternæ per iustitiam fidei ab exordio mundi, per quinque ætates vsque ad Christum omnes homines habuerunt. & hoc est, vnum gomor per singulos dies vsque ad sextam colligitur. A nobis autem in sexta ætate quasi sexto die ante sabbatum, hoc est ante requiem animarum duo gomor colliguntur: quia æternæ vitæ spem habemus, & cognus, id est ipsum auctorem & consummatorem fidei nobis Iesum Christum. Sexto autem die vnum gomor colligitur & consumitur, alterum colligitur & seruatur. Spes quæ vitæ æternæ, quæ in præsentia habetur, cum hac vita debet consumi. Cum enim plenè videbitur res, tunc omnino euacuabitur spes. Alterum autem gomor colligitur & seruatur, panis vitæ æternæ, qui nunc comeditur. Nec obsistit huic sententiæ, quòd manna seruandum mandatur, cum præsens mandatio ad futuram refectiõnem comparata vix quædam præparatio est, & magis futuræ refectiõnis præparatio. Sic enim vt nunc edimus prægustare per efficientiam huius cibi, debet esse colligere & seruare. Manna enim colligimus, dum per gratiam huius sacramenti quotidianis profectibus id agimus, in futuro plenius mâducare valeamus. Manna seruamus, quando in condigna veneratione huius sacramenti vsque in finem perseveramus.

Quòd quæ parantur æternitati maneat, quæ temporali perdurant.

P *Fecerunt filij Israel, vt præceperat Moyses, & non comederunt neque vermis inuentus est in eo, dixitque Moyses. Comedite illud in die, quia sabbatum est Domini, adcirco non inuenietur hodie in eo. Sex diebus colligite, in die autem septimo sabbatum est Domini, adcirco non inuenietur.* Quòd reposita pro sabbato non

rumpuntur, signum est quia bona pro futura requie facta in futuro integra manent. Quæ autem propter præsentem vitam & amorem seculi fiunt, corrumpuntur, & ex his vermes ebulliunt. Comedite, &c. Rectè dicitur, Comedite illud hodie, quia sabbatum est Domini. In vita enim futura tempus erit comedendi, non colligendi. Quicumque enim hic colligis, labores manuum tuarum illic manducabis. Beatus es, & bene tibi erit. Rectè adiungitur: Non inuenietur hodie in agro: quia post hanc vitam non licebit operari. Sex, inquit, dies colligetis, hoc est in refectione bonorum operum viuite: in septimo autem die, sabbatum est domini, & non inuenietur manna, quod colligi possit.

Cur manna dicitur verbum Dei.

Erat manna quasi semen coriandri album, gustusque eius quasi simile cum melle. Rectè manna quasi semen coriandri dicitur: quia verbum Dei aliud coram oculis habet, vnde natriatur infirmus: aliud intus continet, vnde fortior roboratur. Christus enim condescendit infirmis in leuibus, minimisque præceptis: vt qui eum non potest capere in sublimitate vitæ perfectioris, eum capiat in mediocritate vitæ leuioris. Manna autem dicitur album: quia verbum Dei ab omni labe mundum est & purum. Quòd autem verbum Dei dulce sit sicut mel, ostendit qui dicit: Quæ dulcia faucibus meis eloquia tua, &c. Quòd gustus eius sit quasi similæ cum melle, ostendit qui dicit: Cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos.

De scientia spiritali,

Nota quòd sapor mannae per coctionem apparebat. Ignis siquidem tribulationis vim verbi Dei in homine apparere facit. Vnde Gregorius: Si verbum Dei in corde figitur, tribulationibus probatur.

GALFRIDVS.

Quòd Hur & Aaron monachos hoc loco significant & prælatos.

Manus Moyſi erant graues, Aaron autem & Hur ſuſt. manus eius. Pugnabatur contra Amalech populum affligentem, ſpirituum ſcilicet immun- dorum ſuggeſtione, & adulatione nocentium. Vincebatur Amalech, elcuaris Moyſi manibus, id eſt, legis operibus. At illæ erant graues. Nec enim facile

Cap. 17
S

erat opera legis subtiliter intelligere vel implere, donec in ecclesie petra fedit, vbi & opera eius velut Aaron & Hur modo in seipsis, sed etiam in aliis sustentare videtur. Ille quidem prelationis officio, hic perfectionis exemplo. Et foris ipsi etiam per Seraphim designantur: quod nomen ardentes vel incendentes sonat. Hur quoque (vt aiunt) ignis interpretatur. Oportet sane eos qui votum gerunt monasticæ professionis, conuersatione feruentes: eos autem qui gradum nent ecclesiasticæ dignitatis, etiam accendentes cæteros inniri. Nec immerito per pontificem Aaron prelati intelliguntur ecclesie: in cuius nomine, quod sonat montem fortitudinis, admonentur quàm sit eis potissimum qui huiusmodi dignitatibus sublimantur necessaria fortitudo. Crebro siquidem dicitur eis: Euge euge, sed summos feriunt & fulgurat montes. Et quidem non minus ab eis, quàm à cæteris religiosam vitam professis operum perfectio quæritur.

Cantica sine titulo.

T Quòd bonorum discipulorū operibus fulciantur prelati Aaron autem et Hur manus Moysi sustentabant. Tigna & pueris incumbunt, & tecti tabulas sustinent, & à laquearibus sibi affixis decorem sumunt. Boni nanque auditores nuntio doctori tribuunt, quando venerabili eorum vita conscripsi quid in se infirmum reperit corrigit, & ibi cadere vbi prædicando à lapsu reuocat erubescit. Hinc beati Moysi (si quidem moralem sequamur sensum) Aaron & Hur stinent: quia prædicatoris operatio à bonis auditoribus stentatur, siue vt lapsum declinet, siue vt in virtute proficere victoriam de aduersariis reportet.

STEPHANVS.

De utilitate prædicationis.

Cap. 19. *Totus mons Synai fumabat.* Quia tam maiores quàm minores in ecclesia perstrepercente buccinam prædicationis, debent emittere fumum compunctionis.

Cap. 20.

De exemplis malorum.

X



Non facies tibi sculpti.e. Perniciosissima res est ad exemplum alterius viuere. Vnde in Ecclesiastico. In ædibus Babylonis respondent sibi vltima. Vlula, auis stercorea, & rostro crepitat. Respondent sunt luxuriosi huius mundi, qui respondent adinuicem delitiosè viuendo, vnus ad exemplum

plum alterius. Sculptile quidem sit ad imaginem & repræsentationem alterius: & quia sculptum est, gloriam mundi designat. Vnde in Naum: Erit sculptile & conflatile sepulchrum tuum. Tunc est sculptile & conflatile sepulchrum hominis, quando honor mundi incipit ei foetere, & cum abiicit, ac se ibi fuisse mortuum recognoscit.

De triplici genere peccatorum.

Nō omnem similitudinem quæ est in celo & in terra, & in aquis. Y

Per hæc intelliguntur tria genera peccatorum, quæ & Petro in disco ostensa sunt. Vidit enim volatilia, quadrupedia, & reptilia. Per volatilia superbi designantur. Superbia ecclesium mentes inhabitat. Per quadrupedia luxuriosi, qui terræ totis pedibus affiguntur. Per reptilia, curiosi & cupidi, qui perambulant semitas maris. Similiter & hic notantur, per similitudinem in celo, superbia. Per similitudinem in terra, luxuria. Per similitudinem in aquis, curiositas

De misericordia Dei.

Ego sum Deus visitans peccata patrum in filios, vsque in tertiam & quartam generationem. Ecce iustitia. Et faciens misericordiam in millia. Ecce misericordia: quæ in tantum præcellit iustitiam, quanto plus comprehenditur per millia, quàm per tertiam & quartam generationem.

De triplici iuramento.

Non assumes in vanum nomen Dei tui. Per hoc quod dicit vanum, triplex prohibet iuramentum, scilicet incautum, superfluum, & falsum. &

BRVNO.

Quò nosmetipsos debeamus altare domino consecrare.

Altare de terra facietis mihi. Altare de terra, homo est, quia de terra factus est. Quasi d. Vos ipsos consecrate mihi. hoc enim altare, Christi carnem & sanguinem suscipit. In hoc altari fit illud sacrificium, de quo dicitur: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Vnde & subditur: Et offerre. super e. holo. & pacifica vestra. In hoc enim altari offerimus, vnde nobis placabilem & propitium facimus, oues videlicet & boues. Oves enim offerimus, quando patientiam & simplicitatem. Deo vouemus. Boues autem, quando nos sub Christi iugo humiliamus.

STEPHANVS.

Contra inanem gloriam.
Si eleuaueris culturam tuam super eo, pollu. Altare est mens ho-

h ij

minis, vbi non est construendum ædificium de sectis vel politis lapidibus. Lapis enim non politur nisi vt videatur. Vnde lapis qui in fundamento ponitur, non politur, quia videri non potest. Ille ergo construit altare de sectis lapidibus qui ideo facit opera sua, vt videantur, & vt fauorem acquirat humanum. Sed abscondendum est opus, quia vt ait Salomon, Iustus quasi fundamentum subsistit. Si ergo eleuaueris cultum, id est opus tuum cura & arte humana polire volueris, polluetur.

De ambitione.

- C** *Non ascendes per gradus ad altare meum.* Id est ad regimen ecclesiæ, per gradus consanguinitatis vel dignitatis temporalis. A Deo enim esse debet, quod prælatus erigitur culmen regiminis ecclesiæ. Vnde: Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo posuit vos spiritus sanctus regere ecclesiam Dei.

BRVNO.

Quòd in fide trinitatis nulla graduum distinctio sit habenda.

- D** *Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueles turpitudinem tuam.* Hoc altare, fides est trinitatis, ad quam ille qui per gradus ascendit, qui maius & minus in trinitate credit & intelligit. Planè igitur & non per gradus ad hoc altare ascendamus, & patrem & filium & spiritum sanctum æque esse credamus. Per gradus enim ad hoc altare Arrius ascendit, ideoque eius turpitudinem, eius stultitia, eius nefanda hæresis cunctis gentibus est reuelata. Ascendens enim cecidit, factusque visceribus, turpiter & inaudita morte interiit.

De mysterio sex ciuitatum, & morte summi pontificis.

Cap 27.

E



Ut percussit hominem volens occidere, morietur. Homicida, alij corporis, alij animæ. Hæretici & adulescentes animas occidunt. Quod quia sponte faciunt, nisi poenitentiam gerint, morte morientur æterna. Hoc homicidii corporis intelligendum est. Quod autem non est insidiatus, sed Dominus illum tradidit in manu eius, constituam tibi locum in quo fugere debeas. Hoc autem de illis intelligitur, qui non sponte, sed casu homines occidunt. His ad ciuitates fugitiuorum fugere conceditur, quibus manere debent, donec maximus pontifex morietur.

Sex enim ciuitates æquali spatio inter se diuisæ fuerant, in quibus se tales tuebantur homicidæ. Sed quid per sex ciuitates, nisi sex dies in quibus operari licet? Quid verò per maximum pontificem, nisi Christum intelligimus? Fugiant igitur homicidæ ad has ciuitates, vt quoadiu in hac vita consistunt, non otiosè in his ciuitatibus, id est in his sex diebus vitam ducant: sed dura pœnitentia carnem domantes, mortis periculum desudent euadere. Vnde etiam extra eas inuenti impunè occidebantur: quoniam & peccatores sine pœnitentia reperti damnabuntur. Manebant autem in ciuitate donec summus pontifex moreretur: quoniam ante Christi passionem etiam perfecta pœnitentia ad cœlestem patriam redire non concedebatur.

GVILLIELMVS DE CAILLOE.

De sollicitudine & officio prælatorum.

Si rixati fuerint homines, & percussit alter alterum pugno vel lapide, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lecto, & innixus baculo suo egressus fuerit foras, reddat impensas qui percussit. Rixantur homines, cum prælatus subditum arguit. Percutitur alter pugno vel lapide, cum de auaritia, quæ contractione manus significatur, vel de duritia, quæ signatur in lapide, subditus increpatur. In pugno v. digiti contrahuntur, & palmam turgent. In quinque digitis contractis & palma inuoluta, sex opera misericordiæ contracta intelligo, quæ magis ad proximi compassionem deberent extendi. Tunc verò non moritur percussus iste, sed iacet in lecto: cum præuaricator ad cor rediens conscientiam suam ægram & ream vnde accusatur attendit, & innixus baculo charitatis vel consolationis, vt à prædicta duritia conualescat. Per opera misericordiæ foras egreditur, vt aliorum necessitatibus opituletur. Impensas autem accipit à percussore percussus: cum modum subueniendi proximo edocetur subditus à prælato.

RADVLPHVS.

Quòd mortis meretur sententiam, qui peccatorem qui conuerti iam cœperit, fecerit desperare.

S*I effringens fur domum sine suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. Quòd si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur. Fur qui domum alienam effringit aut suffodit, ille est qui proximi*

Cap. 22.
G

h iij

mi sui conscientiam aut vi aliqua, aut praua suafione corrupens innocentia thesaurum conatur subtrahere. Ex iis sunt (ait Apostolus) qui penetrant domos, & capriuas ducunt in lierculas oneratas peccatis. Hunc furem quisquis sub nocte tenebris percusserit, innocens erit: quia quaudiu prauitate sua cæcatur caligine, quisquis eum morte dignum pronunciauerit, non peccabit, hoc est enim occidere eum, quomodo Iob dicit Deo: Sordibus intinges me, id est intinctorum morstrabis. Si verò orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrabit, & ipse morietur: quia si peccatori sol iustitiæ ortus fuerit, & affectum veræ pœnitentiæ ei infuderit, quisquis ab ipse venie eum excluserit, desperationis mucrone furem perlediens homicidium perpetrabit: idèoque & ipse mortis sententia dignus erit.

B R V N O .

Quòd tam carnem nostram, quàm proximum à via veritatis errantem reducere debeamus.

Cap. 22.
H



*H*oc occurreris boni inimici tui, aut asino erranti, nunc ad eum. Inimicus noster est sermo diabolus, qui semper nobis. i. carni nostræ contraria præcipit. Et quanuis hic bonus noster inimicus carnem nostram semper affligat & persequatur, tamen si eius bouem aut asinum, est doctum vel indoctum aliquem errare videmus, ad eum reducere debemus, quatenus eius saluifera mandata suscipiat & ab illius plenis præsepibus non recedat. Carnem quoque nostram, quæ prius eius iugo, quasi bos subdita fuerat, aut quæ asinus eius onus portauerat, si iam fatigatam fugere & errare senserimus, ad eum debemus reducere: & quicquid nobis præceperit, siue ieiunare, siue vigilare, siue aliud agere iussuerit, adimplere.

Quòd Christi sanguis nec confici, nec recipi debeat ab iniquis.

I Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabit. Tribus vicibus in vno anno festa celebrat, qui in vnitare & trinitate Deum adorat.

De fermento.

K Non immolabis super fermento sanguinem victimæ mee. Fermentum corruptionem, & peccatum, malitiam, & nequitiam, Apostolo testante, significat. Sanguinem verò victimæ Christi

Ch
vici
nem
nar
vel
dun

A
dus
pisc
lato
pecc
in er

Mar
Vnd
verò
guin
giliis

H
more
tis v
si tal
Dei
tur.
Vis n
nunq
diabo
tigeri
proxi
lumé
ne ma
intus

Christi sanguinem intelligimus. Præcipit ergo sanguinem victimæ super fermento non immolari, id est Christi sanguinem ab iniquis non recipi nec sanctificari. Super fermento namque victimæ sanguis immolatur, quando Christi sanguis vel ab iniquis sacerdotibus conficitur, vel iniquis ad bibendum traditur.

De discretione.

Non coques hædum in lacte matris. scilicet quandiu sugit hædus lac matris, tener est. Hædus, est peccator. Mater concupiscentia. Lac est concupiscentiæ suauitas. Dicitur ergo prælato: Non coques hædum, id est dissolutè viuere non facies peccatorè. Quod enim in liquido coquitur, dissoluitur. Nec in errore suo eū blâditis confouebis, sed asperè increpabis.

De pœnitentia.



Vlit Moyses sanguinem, & aspersit populum: reliquam vero partem fudit super altare. Qui sanguine respergitur, in aliqua parte intingitur, totus intingitur. Qui verò sanguine operitur, totus intingitur.

Cap. 24.
M

Martyres sunt altare, qui toti operiti sunt sanguine Christi. Vnde: Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, &c. Nos verò etsi operiri non possumus, saltem respergi debemus sanguine Christi, vel agni, vt nos exercitemur in ieiuniis, in vigiliis, & in aliis bonis operibus.

GALFRIDVS.

Quòd per Hur & Aaron, Dei & proximi dilectio designetur.

Habetis Aaron & Hur vobiscum, &c. In Aaron & Hur, amore dei & proximi accipite: quia in his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. Nihil est quod timeatis, si tales consiliarios vobiscum habueritis. Per Aaron amor dei significatur: quia Aaron mons fortitudinis interpretatur. Et quis est mons fortitudinis, nisi amor omnipotentis? Vis nosse quàm fortis mons iste sit? Charitas, ait Apostolus: nunquam excidit, & charitas omnia suffert. Hunc montem diabolus non facillè aggreditur, sciens scriptum, quòd qui tetigerit montem Ia. Hur qui lumen siue ignè significat, amorè proximi nobis euidenter insinuat, quòd enim amor proximi lumè sit, Ioannes ostendit dicens, Qui diligit fratrem, in lumine manet. Ardeat ergo in nobis ignis diuini amoris, & sic intus ferueat, vt foras exeat per exhibitionem fraternæ dile-

tionis. Hoc nanque mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Ha, quàm frigidus est ignis, quam non ardet ignis iste. Parum dixi. Mortuus est. iuxta illud: Qui non diligit, manet in morte.

STEPHANVS.

De protectione Dei.

Q *Habetis Aaron & Hur vobiscum, &c.* Aaron habitaculi fortitudinis, est Christus: Hur ignis spiritus sanctus: quorum custodia commendamur à patre. Et si qua quaestio, id est uersitas nos grauat, aut pulsat tentatio, ad eorum suffragium recurrimus. Nec dubium, quin si persistimus, per montem fortitudinis infirmitas roboratur, & per gratiam sancti spiritus ignorantia illustratur. Vnde bene in remedium contra hæc duo habemus auxilium filij & spiritus sancti: vt dicimus, Dominus illuminatio mea, contra ignorantiam: & fides mea, contra infirmitatem.

PETRVS RAVENNAS.

P Quòd in contèplatione discimus, quid facere debeamus. *Ingressus Moyses medium nebulae, ascendit in montem.* Mons est fastigium contemperationis, cuius ascensio est vera scièntia. In hunc montem dominus descendit, Moyses ascendit. In hoc monte de tabernaculi constructione dominus docuit, Moyses didicit. Quid per tabernaculum fœderis, & status intelligitur perfectionis? Qui ergo mentem quasi nebulam ascendit, id est qui diligenter attendit qualis sit, stat vt ex diuina reuelatione cognoscat, qualis esse debeat quale mentis ædificium Deo construere, quibus obsequium oporteat hunc placare.

GALFRIDVS.

Quæ sit arcæ fabrica, quæ factura.

Cap. 25.

Q



Compingite arcam de lignis Sethim: Longitudo habeat duos semicubitos, latitudo vnum & semicubitus. Ligna Sethim (vt aiunt) iustitiebilia, leuia, & similia sunt albæ spinæ. Ligna in arcam, vel homines in ecclesiam, virtutes in animam, vt cohæreant, compinguntur. Impunitas perseuerentia est. Quasi putrescunt & paulatim deficiunt qui cum spiritu cœperint, carne consummantur. Leuitas, & instabilitas morum, maximè vt leuari facillè possit sursum. Spina compunctionem significat. Albedo innocentiam. Surgit etiam alba spina passio est immaculati agni iesu Christi.

Ne
tiam
con
qu
pa
gre
rian
gra
lon
citu
tur,
sole
rate
que
men
Vn
alio
cubi
lis to
terru
In la
mus
mico
altit
tion
stolu
f. & p
Nam
mo d
ra, &
apud
tum f
vel cu
bi int
desig
adhæ
imper
ant ian
sti sun
ris. Me

Nec multum distant à qualitate albæ spinæ, qui pœnitentiam & molestias sustinent pro peccatis quæ deliquerunt, & confessione diluerunt. Penè enim non ibi fuit peccatum, quod iam ibi non est. Nigra verò est spina, cùm punitur culpa, nec expiatur. Vel aliter: Albedo norat hilaritatem, nigredo tristitiâ. Alba igitur est spina, quum in tentatione gloriamur, nec multum distans si saltem patienter ferimus. Nigra, si indignatione & mœrore tabescimus. Lōgītudo arcæ, longanimitas patientiæ. Vnde enim impatiens animus vincitur molestiis, quòd quasi breuior vltra eas non protenditur, æterna non meditur. Sed quare hîc duo cubiti? Non solet in bonis esse duplicitas. Verum est, sed contra dupliciter impugnantium opus est duobus cubitis. Quandoque enim amici, quandoque inimici impugnant. Nihil tamen in humanis molestiis grauius, quàm amici impugnatione. Vnde in Psalmo: Si inimi. m. m. m. sus. v. Vel quia interdum alius palàm, alius clàm persequitur, opus est in longitudine cubitis duobus. Vel duo cubiti duplex longanimitas in malis tolerandis & bonis præstolandis. Vah enim iis qui alterutrum perdiderunt. Hi sunt duo cubiti longitudinis. In latitudine quoque sit cubitus, vt ad quoscunq; possumus & quantum possumus etiam ad remotos, etiam ad inimicos opem ferendo manum extendamus. Similiter etiam in altitudine nobis sit cubitus, vt quæ sursum sunt in omni actione nostra quæramus, & cœlestem vitam agamus. Apostolus addit etiam profundum dicens, Longitudo, latitudo & profundum. Nec alia est dimensio, sed alia mensuratio. Nam sublimitas ab imo sursum, profundum mensuratur à summo deorsum. Ceterum quam profunda est arca, tam etiam alta, & tam sublimis apud Deum cuiusque vita, quam humilis apud se eius conscientia: nec modò qui se humiliat, sed quantum se humiliat exaltatur. In omnibus autem mensuris istis, vel cum duobus cubitis, vel cùm vno additur & dimidius. Vbi integer cubitus perfectionem, dimidius imperfectionem designat. Saluantur autem cum perfectis, si tamen fideliter eis adherent etiam imperfecti. Aliter: In ipsis perfectis nõ deest imperfectio. Vnde Paulus: Non quòd iam apprehenderim, aut iam perfectus sim. Et Paulo post: Quicunq; igitur perfecti sumus, hoc sentiamus. Vel aliter: Cubitus, perfectio operis. Mensura enim brachij est. Dimidius super excrefcens, de-

SVPER EXODVM.

fiderium voluntatis facultatem actionis excedens, Aurum, fides quæ igne probatur. Hac deauratur intus & foris, vt coram Deo & hominibus intentio pariter & actio sit fidelis, & vt resistamus foras in fide tentationibus, siue ab exteriore suggestione, siue ab interiori occasione irruentibus. Corona, victoriæ signum. vt quia vndique imminent hostes nulla ex parte cedat fides. Vel corona super nos pondus æternæ gloriæ in cælis, & excedens non modò merita, sed & vota. Hæc in circuitum, quia omnibus verè fidelibus promittitur. Vel corona in summitate posita designat, quòd finis non pugna coronat. Anguli cordis nostri affectiones quatuor, in quibus ponuntur annulli totidem virtutes. Obtimeat ergo prudentia tristitiam, vt salubriter poenitendo contristemur. Fortitudo desiderium, vt magnanimiter magna desideremus. Temperantia timorem, ne nimium licet nimia & nimis promerita mala timeamus, & timore ipso ab omnibus concupiscentiis noxiis temperemus. Fortiter enim optare & nimis diligere non autem timere debemus. Quin & desiderium fortes efficit in tribulationibus, timor à voluptatibus temperantes. Iustitia quoque gaudium teneat, vt in ea sola nobis complaceat, de ea sola mens gaudeat. Habeamus etiam vestes duos, tolerantiam laboris pertinentem ad dextrum laus, gaudij & desiderij: & tolerantiam doloris ad sinistrum, tristitiæ & timoris. Sint etiam de lignis Sethim, vt supra, operiti auro fidei, quia in ipsis quicquid non est ex fide, peccatum est. Vel fides operit, vt quasi non videamus, non reputemus, sed dicamus: Momentaneum hoc &c. Et: Non sunt condignæ passi. Nunquam extrahantur donec arca in Hierusalem statuatur in loco suo: vt parati simus dum vigimus ad vtrunque tolerandum. Ponatur testificatio: vt lex Dei nostri sit in cordibus nostris: iuxta illud: In corde m. abs. e. t. vt non pec. t. Inde arca dicitur quòd arceat, & repellat volentes tollere: quod maximè facit societas morum, tanquam compactio lignorum. Legimus enim quòd postmodum ibi posita est vna aurea habens manna, dulcedinem intemam diuinæ sapientiæ designans: & virga quæ germinauit, id est spes resurrectionis. Pietas enim & custodia legis quam continent tabulæ, promissionem habet vitæ quæ nunc est & futuræ.

illa
mo
Ap
vis
cor
gni
Ch
nia
aut
que
alt
la &
con
dific
san
cent

fuit,
extin
stus f
quæ
pulus
ius ex
res c
na, in
corp
mun
vt lu
gine
verbi
nata.

Pon

BRVNO.

Quòd de sanctis quasi lignis Sethim tam arca quàm
corona fabricetur.

Arcam de lignis Sethim compingite, &c. Arca est cœlestis R
illa ecclesia, quæ cœli velamentum transgressa iam habitat &
moratur in sancta sanctorum. De hac autem arca Ioannes
Apostolus ait, Et apertum est templum domini in cœlo &
visa est arca testamenti eius in templo eius. Hæc autem arca
compingitur atque construitur de lignis Sethim, id est de li-
gnis fortibus & imputribilibus, de lignis spinarum quibus
Christus coronatur. Christi nanque corona sancti sunt, quo-
niam pro ipsis & certavit, & vicit, & coronatus est. Omnis
autem arcæ dimensio aliquid imperfectionis habere videtur:
quoniam in longitudine & latitudine dimidium posuit, in
altitudine verò semissem. Hoc autem idèd fit, quia nobilis il-
la & cœlestis arca nondum perfecta est, neq; vsque ad seculi
consummationem perficietur. Quotidie nanque aliquid æ-
dificatur in ea, quotidie deferentibus angelis lapides, id est
sanctorum animæ illuc ascendunt, è quibus eius muri ædifi-
centur. Vnde: Benignè fac domine, &c.

STEPHANVS.

De beata virgine.

Fac tibi arcam &c. Arca est beata virgo, quæ deaurata S
fuit, non aurea: quia peccati fomitem habuit, etsi postea fit
extinctus. propitiatorium verò totum aureum fuit: quia Chri-
stus fomitem non habuit, nec habere potuit. Hæc est arca
quæ circumferebatur, & corruerunt muri Hiericho: quia po-
pulus in laude beatæ virginis gloriatur, & quandoque per e-
ius exemplum & prædicationem de ea muri, id est peccato-
res corruunt, & conuertuntur ad dominum. In arca erat vr-
na, in qua erat manna: quia in vtero beatæ virginis diuinitas
corporaliter habitauit. Hæc vrna est aurea, quia à fomite
mundata. Vnde: Quæ est ista quæ ascendit sicut au. con. pul.
vt lu. electa vt sol? In conceptione sua fuit sicut aurora cali-
gine fomitis respersa. In natiuitate vt luna. In incarnatione
verbi vt sol. In assumptione verò, vt castrorum acies ordi-
nata.

BRVNO.

Quid arca, vrna, & virga designet.

Pones in arcam testificatione, quam dabo tibi. Hæc testificatione G

SVPER EXODVM.

legem intellige quam in duabus tabulis lapideis dominus scripsit. Hæc autem in arca posita est, quoniam sanctorum cordibus tradita est. Et bene lex in arca clauditur, euangelium autem circa arcam per quatuor angulos ponitur: quoniam legis ritus & cæremoniæ absconte iacent: euangeliorum verò præcepta per quatuor mundi partes diffunduntur & prædicantur. Erat autem in arca ista, vt Apostolus dicit, vrna aurea habens manna, per quam Christum intelligimus omnis sapientiæ & scientiæ dulcedine plenum. Erat ibi virga Aaron quæ fronduerat, id est virgo Maria, quæ ante & sine semine peperit filium.

Quòd dominus nunquam nisi verè pœnitentibus miseretur.

H *Facies & propitiatorium de auro. duos cubitos & dimidium habebit longitudo eius, semissem & cubitum latitudo.* Propitiatorium oraculum vocat, quo arca tegebatur. Merito autem arca Dei, id est sanctarum animarum & beatorum spirituum collectio propitiatorio tegitur: quando Dei clementiam propitiationem super se semper intuentes non solum impetrant & orant, verumetiam omnia quæcunque desiderant adipiscuntur. Est autem de auro mundissimo: quoniam sapienter propitiatur Deus, vt in sua propitiatione nunquam fallatur: quoniam nisi pœniteat, nulli vnquam propitiatur. Et quoniã nec semper, nec omnibus Deus propitiatur, in propitiatorij quoque dimensione imperfectum aliquid semissem videlicet & dimidium posuit.

Quòd ad scripturam accedere debeat, qui Deum voluerit inuenire.

I *Unde præcipiam & loquar ad te.* Id est Si quando tibi loquar quando filiis Israel mandauero, ibi me quæras, ibi me inuenies, inde tibi loquar. Vnde? Desuper propitiatorium, id est in medio duorum Cherubin. Qui ergo vult loqui cum Deo veniat ad Cherubin, currat ad scripturarum testamenta, Deum & loquentem & propitiantem inueniet.

STEPHANVS.

K *Facies mensam de lignis Sethim.* Mensa est sacra scriptura. Hæc fit de lignis Sethim, quæ sunt similia albæ spinæ. In hac autem tria notantur, spina, albedo, impuribilitas. Hæc notauit Hieremias, qui emit à focero suo agrum Manu-

Et d
cat
alia
libri
ros
tin
vero
ficti
ergo
cum
near

H

habe
scen
est. D
desig
terra
nota
in C
de te
omn
men
rit, o
turu

P
hom
pant
purp
Tot
est sa
Qua

Et dedit ei focer duas chartas in testimonium, quas ipse vocat librum signatum & apertum, quia vna erat clausa, & alia aperta. Et dixit ad Baruch: Sume librum signatum & librum apertum & repone in vase fictili, vt maneant per multos dies. Emptio ista est comparatio vitæ æternæ, quæ continetur in nouo testamento, quod est liber apertus: & in veteri, quod signatus. Et hi duo libri reponuntur in vase fictili, id est in fragilitate & vilitate literæ exterioris. Cùm ergo dicitur Librum signatum & apertum, notatur albedo: cùm dicitur In vase fictili, spina: cùm dicitur Vt permaneant, imputribilitas.

B R V N O.

De quatuor virtutibus, prudentia, iustitia, fortitudine, & temperantia.

Decem cortinas de bysso retorta, & hya. ac pur. coc. Cap. 26.



Decem cortinas de bysso retorta, & hya. ac pur. coc. coquebis tincto varia. opere. pluma fa. Per hæc quatuor, & quatuor elementa & quatuor principales virtutes significantur. Sed primum de virtutibus videamus. Hyacinthus igitur qui cælestem & diuinum colorem habet, prudentiam significat, quæ de cælestibus à Deo descendit, secundum illud: Omnis sapientia à Domino Deo est. Purpura verò qua reges & principes induuntur, iustitiam designat. Vnde & eis dicitur, Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Per coccum verò qui sanguinei est coloris, fortitudo notatur, qua sancti martyres vsque ad sanguinem resistentes in Christi fide fortissimi extiterunt. At verò per byssum quæ de terra oritur, temperantia intelligitur. Quoniam sicut terra omnium elementorum media est, & in se omnia recipit elementa: ita & temperantia inter omnes virtutes media discurret, omnesque coniungit atque conciliat. Harum igitur virtutum executio est materia cortinarum.

De quatuor elementis.

Per hæc etiam quatuor elementa signantur, de quibus & M homines constant, qui cortinæ tabernaculi merito nuncupantur. Per byssum siquidem terra, per hyacinthum aer, per purpuram aqua, per coccum ignis satis congruè designantur. Tot sunt autem hæc cortinæ, ex quibus hoc tabernaculum, id est sancta ecclesia construitur, quot sunt gentium nationes. Quæ quidem ideò decem esse dicuntur, quoniam denarius

numerus omnes in se numeros continet. Idem igitur est quod omnes. Has ergo cortinas Apostoli texuerunt. Vnde & doctor gentium beatus Paulus de arte schœnofactiœ viuebat. Ponebant igitur Apostoli byssum retortam in cortinis: quoniam terram, id est terrenos & peccatores à mundis voluptatibus ad Christi amorem & fidem retorquebant. Ponebant & hyacinthum: quoniam sola cœlestia contempserunt & diligere hominibus suadebant. Ponebant & purpuram quoniam ad baptismi gratiam eos vocabant. Ponebant & coccum bis tinctum: quando ut igne spiritus flagrant & Deum ac proximum diligenter, eos admonebant. Coccus enim est qui igne amoris ardet. bis tinctus verò quod duplici amore rubescit. Fiunt autem hæ cortinæ opere plurimo, quatenus & ipse volare valeant, & omnes intuentem volare doceant. Hic enim hæ cortinæ fiunt, sed hic diu manere non debent. Sumunt enim pennas ut aquilæ, volent & non deficient.

Quòd iustos excedant & numero & potentia peccatores.

- N** *Facies & saga cilicina xi. ad operiendum tectum tabernaculi.*
 Plura sunt saga cilic. quàm cortinæ, insuper & longiora quoniam peccatores & plures sunt quàm iusti, & magnis uitiis & honoribus sublimati. Hæc tamen tectum operiunt. Hæc à grandinis & pluuiarum iniuriis tabernaculum defendunt: quoniam si monachi & sacerdotes omnes effemus, cile à Sarracenis & prædonibus ecclesia conculcetur. Vnde pro regibus & cæteris qui in sublimitate sunt peccare iubet Apostolus: & membra contemptibilia mundi necessaria ecclesiæ dicit.

De tribus elementorum ordinibus.

- O** *Facies & operimentum aliud tecti de pel. arietum rubricæ & super hoc rursus aliud operimentum de hyacinthinis pelliculis.*
 Tria enim operimenta habuit tabernaculum, id est ecclesia. Primum cilicinum. Secundum pelles rubras. Tertium pelles hyacinthinas. Cilicinum, pœnitentes. Pelles rubræ, martyres. Hyacinthus verò quia cœlicum & æthereum colorem habet, significat confessores. Vel quia peccatoribus ad fidem conuersis statim in ipso fidei initio peccatorum cilicium erat. Sed cum quidam eorum statim fidei

pta pœnitentia prius etiam quàm baptizari potuissent ad supplicium tracti decollarentur, quid aliud isti quàm pelles rubricatas post cilicium induebant? At verò quia mox in rubricatis pellibus corpus inuolutum relinquens cœli secreta anima penetrabat, tertium quidem operimentum pelles hyacinthinas suscipiebat.

Quid in positione vtensilium tabernaculi mysterij designetur.

Pones & propitiatorium super arcam testis, in sancta sanctorum. Mensamque extra velum, & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi. Mensa enim stabit in parte Aquilonis. Propitiatorium ponitur super arcam: quando respectus diuinæ miserationis subueniendo respicit ecclesiam. Mensa autem ponitur extra velum: quia scientia sacri eloquij nulli inuidiosè absconditur, sed cunctos satiat, qui ad eam cum gratiarum actione desiderant accedere. Ponitur autem contra mensam candelabrum, vt fercula imposta videantur: quoniam nisi Christo illustrante diuina scriptura intelligi non valet. Ipse enim lux est vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, &c. Et quia Deus ab Austro veniet, idcirco in latere Meridiano candelabrum ponitur. Quia verò ab Aquilone panduntur mala super omnem terram, ideò in parte Aquilonis ponitur mensa. Illum locum maximè munire debemus, per quem hostes in nos irrumpere timeamus.

STEPHANVS.

De discretionem.

Dua incastratura fiat. Connexio tabularum, bonorum operum connexionem significat. debet enim vnum bonum opus continuè sequi aliud. Vel dua incastratura significant duplicem humilitatem, quam debet homo habere in corde & in opere. Vel geminam discretionem, quam debet homo habere in principio operis & fine. In principio, ne corrumpatur per intentionem. In fine, per discussionem. Prius enim considerari debet animal ne vitiosum sit antequam offeratur, & post pellis detrahi, & carnes in frustra concidi.

CELLO.

Quid per duo legis altaria mysticè designetur.



Scies altare æneum, &c. Duo altaria lege fieri præcepta sunt, quorum alterum erat sub diuo, alterum in tabernaculo. Altare sub diuo quinque cubitis mensuratur, super quo comburebantur carnes & effundebatur sanguis. Hoc altare significat, qui pugnant contra illicitum motus carnis, qui per quinque sensus aguntur: in quo diuini amoris cremantur carnalia desideria, & effunditur sanguis peccati. Hoc erat sub diuo, non in tabernaculo: quia isti adhuc in terrenis operibus demorantes, nondum in vitam vinariam, id est in cognitionem diuinorum secretorum introducti sunt. Nondum peruenerunt ad illud: Vacet videte, quoniam suavis est dominus. Porro altare in tabernaculo vbi accedebat sacerdos incensum mane & vespere, perfectos significabat, qui carnis tētationibus superatis, a se a sibus alieni, hostiam laudis igne charitatis accensam in cordis frequenter offerunt in odorem suauitatis domini. Istud vno cubito mensuratur: quia perfecti in charitatis firmitate firmati ad vnitatem æternæ felicitatis omni desiderio tendunt. Hoc etiam in quinque cubitis, & in vno signatur quod imperfectorum numerus maior est, quam perfectorum. Nec prætereundum quod illud æneum, istud aureum est: quia imperfecti velut æs in confessione resonantia catorum: perfecti verò ictus tribulationum patienter sono murmurationis tolerāt, velut aurum quod non refertur sub ictibus malleorum. Illi laborant in actione, isti qui quiescunt in contemplatione.

BRVNO.

De vasis tabernaculi & lebetibus.

S *Facies & lebetes ad suscipiendos cineres, & forcipes atque suscipiendos ignium receptacula.* Malus lebes ille de quo dicitur Malus lebes spei. m. Hi autem lebetes boni sunt, qui altari deuotum uiuunt, qui altare mundant, qui altaris cineres suscipiunt. hos enim sacerdotes intelliguntur, qui Dei altare quod ecclesia, ab omni sorditate tergentes, aliorum cineres & cetera cata in se suscipiunt, & ab ecclesia longè proiiciunt. Suscipiunt enim vt deleant, non vt teneant. Hi autem & forcipes tenent, quibus carbonem de igne trahant. Carbonem de igne trahere, est eos qui tribulationis & angustiarum patienter

ex
aut
Ide
re,
ig
tai
fig
nira
Ch
cun

p
vt a
à fili
& p
Susc
& c
& sa
aute
stolu
delic
patie
deat
taber
lumin
Ipe e
ricor
na ex
& sec
Sed e
stimo
absco

Qu
App
quàm
Domi
ergo v
iugiter
erunt

exuruntur. fraterna charitate adiuuare & consolari. Idipsum autem per fuscinulas, quod & per forcipes intelligimus. Idem enim est cum fuscinula carnes feruentes de olla trahere, quod carbones ardentes de igne eripere. Sed quid per ignium receptacula, nisi eos qui charitate feruentes hospitalitatem sequuntur, & omnes quos pro Christi nomine affligi, vel eius amore flagrare cognoscunt, omnem eis humanitatem exhibentes libenter recipiunt? Si enim carbones Christi fideles afflicti & charitate feruidi intelliguntur: quicumque eos recipit, ignium receptaculum est.

Quòd de oliueto prælatus sumi debeat, non spineto.

Præcipe filiis Is. vt affe. tibi o. de arb. oli. pu. pilo que contusum: **T**
vt ar. lu. semper in taber. testi. extra velum, quod ap. est testi. Oleum à filiis Israel affertur: quando aliquis vir gratia spiritus sancti & pietate & misericordia plenus, à toto populo eligitur. Suscipitur autem de arboribus oliuarum, id est de doctrina & congregatione sanctorum: quatenus & pacem diligit, & sanctorum patrum dulcedinem & saporem imitetur. Sit autem vita & moribus purus, imò purissimus, & sicut Apostolus ait, irreprehensibilis. Sit quoque pilo contusus, non delicatus, non otiosus: sed in tribulatione & iniuriis patientiam probatus. Et iste quidem ad hoc eligitur, vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij, vt nunquam tabernaculum sit sine lucerna: vt nunquam ecclesia sit sine lumine, vt nunquam populus sit sine episcopo & doctore. Ipse enim est lucerna. Ipse sit & oleo plenus, ipse sit misericordia & pietate repletus. Debet autem ardere hæc lucerna extra velum, vt ab omnibus videatur, vt omnes illuminet, & secundum euangelium, luceat omnibus qui in domo sunt. Sed extra quod velum? Extra illud quod appensum est testimonio, quod claudit testamentum, quod celat nobis & abscondit diuina mysteria.

ODO TVSCVLANVS.

Quòd curam triplicem prælati subditis debeant adhibere. **V**
Applica ad te Aaron, f. t. sã. su. mili. Lex & sacerdotium quàm familiariter sibi conueniant, fraterno nomine voluit Dominus assignare. Vnde nec ait Voca, sed Applica. Qui ergo vult fungi sacerdotio, oportet eum in lege Domini iugiter meditari. Curæ pastorali quantum sit necessaria

SVPER EXODVM.

cognitio legis Dei, in aperto est. Cura enim pastoralis tribus consistit, in cura vulneris, id est peccati, in curia sanitatis, in promotione virtutis. De curando vulnere dicitur: Curam illius habe. De custodia sanitatis: estis sal terræ. Sicut enim caro aspergitur, ne solvatur in niem: sic & ovis pastoralis vigore confirmatur, ne laxetur peccati putredinem. De promouenda oue vsque in perfectionem Dominus dicit: Bonus pastor educit oves, & eas eduxerit, ante eas vadit, & eum oves sequuntur. Sacerdos igitur si ignoret legem Dei, quò suum officium queratur, qui nec etiam de vulnere sciret iudicare, prout curare? Cùm ergo reprobandus sit ex mala vita, debet potius reprobari ex ignorantia. Peccat sacerdos, si peccet, vt saltem noceat sibi soli. Si verò cæcus fuerit, se solùm, sed totum gregem trahit in foueam. Si qui men est qui de sua cura caueat sibi, non tamen eius suo minus imputatur pastori. Est enim in ipso vt ovis caudax. Audacter dico, quot prouidere debet animabus, tot annorum homicida est.

BRVNO.

Quòd episcopus debeat ad virtutum exercitium indolentis sacerdotalibus excitari.

X *Facies superhumeralis de au. & hya. at. pur. coccòque bis in hyf. re. op. pol.* Respice episcope ad onus quod portas, tu ce ad superhumeralis. Vides ibi aurum: da operam & dium sapientiæ. Vides ibi hyacinthum: intueri exultationem contemplare Deum. Vides ibi purpuram: serua iustitiam. Vides ibi coccum bis tinctum: tingat te si necesse fuerit Dei & proximi dilectione, sanguis martyrij. Vides ibi sum retortam: carnem doma, macera, & afflige, vt & tui seruiat, sempérque candidior & mundior fiat. Si superhumeralis opere polymito, multisque coloribus vitato, quatenus in pulchritudine exteriori, qualis interior debeat, facilius episcopus intelligere valeat.

Quòd bonus vitæ finis laudabili principio debeat respondere.

Y *Duas oras iunctas habebit in vtroque latere sum. vt in redeat.* In qua re nil aliud significari putamus, nisi vt vita nostra sic in bonis operibus continuetur, vt & principio finis concordet, & bonum quod cepimus, vsque

finem non relinquamus. Duæ nanque oræ in vnum redeunt, dum prima & vltima vitæ nostræ in boni perseveratione conueniunt.

Quòd in pontificis pectore veritas & doctrina pari debeant fœdere copulari.

Pones in rationale iudicij doctrinam & veritatem, que erunt in **Z**
 pectore Aaron, quando ingreditur coram Domino. Hoc episcopi audiant, hoc diligentissimè attendant, & considerent quid significet, quòd super pectus Aaron doctrina & veritas ponuntur. Ille enim episcopus rationale in pectore non habet, in cuius corde non est doctrina & veritas. Quid enim sine doctrina docebit? Quid sine veritate iudicabit? Idèd enim rationale iudicij dicitur, vt in rationali sit doctrina, in iudicio sit veritas. Semper igitur rationale, semper pectus suum episcopus intueatur: sufficit illi liber iste, tota lex vtriusque testamenti, si scientiam in pectore habet: si tamen intelligit quod in pectore habet. Sed quomodo non intelligit pectus quod in pectore est? Quomodo cor illud non videat, cuius pondere premitur? Idèd enim tam prope & super ipsum cor rationale ponitur, vt quid significet, & quid velit intelligat. Stat rationale super cor, quasi magister super discipulum. Admonet cordis oculos, rogat vt ad se dirigantur, inspiciant, & legant.

RADVLPHVS.

Quòd solos verè pœnitentes expiet sanguis Christi.

Portabit Aaron iniquitates eorum, que obtu. & sancti. si. is. **A**
 Neque sanguis Christi expiat omnes, neque fides sola sufficit, vt inter eos quos expiat numeremur, nisi sanguinis Christi vtilitatem congruè pœnitentiæ satisfactione mereamur. Vnde scriptum est: Portabit Aaron iniquitates eorum, quæ obtu. & sa. si. is. Aaron quippe noster dominus Iesus eas tantùm fidelium iniquitates portat, & passionis suæ supplicio expiat, quorum confessionem Deo obtulerint, & sanctificauerint eas: hoc est digna emendatione correxerint.

ADAM DE PERSE.

Cùm omnia fecerimus, non in operibus nostris, sed in **B**
 misericordia redemptoris spem habeamus.

Et pones in fronte Aaron au. la. Post omnia indumenta sa-

cerdotalia, lamina in fronte pontificis ponebatur. hoc significat, quòd cum vestimentis illis, quibus sanctæ virtutes, & opera bona signantur, induti fuerimus, vtpote summi membra pontificis, non in virtutibus, non in operibus nostris sed in Christi sanguine spem nostram ponere debemus: testis Apostolo: Spes capitis est munimentum. &, Galeam, in qua spem salutis.

BRVNO.

Quòd per tortam, crustulam, laganum: fides, spes, charitas designantur.

Cap. 29.



Ollesque tortam panis vnus, & crustulam, in sper.o. & la. de ca. az. quod po. est in con. D. miui. Per hæc tria fidem spem & charitatem intelligimus. Sicut enim panis in omnes cibos, ita fides omnium virtutum prima & maxima est. Sine fide enim impossibile est placere Deo. Hæc prima dicitur, hæc in baptismo suscipitur. Est autem torta panis vnus, quoniam & fides vna est. Sic enim Apostolus ait: Vnus dominus, vna fides, vnum baptismum. Sed quare torta? Torta enim ceteram similitudinem exprimit. Per fidem autem venitur ad ceteram. Vnde Apostolus cum dixisset: Bonum certa. ce. ui, cur. consum. mox addidit: De reliquo re. est militi. ius. Crustula verò spem significat. Quòd enim in sartago frigimur, quod in craticula assamur, quòd diuersis tribulationibus affligimur, hoc totum spes futurae beatitudinis operatur. Quid verò per lagani latitudinem, nisi charitatem? de qua dicitur: Latum mandatum tuum nimis. Et autem omnia & azima sunt & oleo lita, quoniam synodus & incorrupta sunt, & sancti spiritus gratia perfusa. Et verò de canistro azimorum tolluntur, quoniam in sacra gina reperiuntur.

Quòd non intereisa sed continua debeat esse sanctificatio sacerdotum.

D *Omnia que precepi tibi fa. super Aa. & fi. eius. Septem diebus consecrabis manus eorum, & vitulum pro pec. off. per sin. di. ad te.* Quid est, septem diebus consecrabis manus eorum? Ad te dicitur episcopi & sacerdotes. Nullus dies prætermittitur. Omni die consecrari debent manus vestrae. Non enim nisi septem. Qui igitur septem diebus consecratur, con-

bus diebus consecratur. Consecratur autem qui semper manus & opera custodit vt munda sint, vt nil mali operentur, & vt cunctis bonis operationibus insistant. Offert autem & vitulum ad expi. per singulos dies, qui nunquam vnigeniti filij Dei obliuiscitur passionis.

RADVLPHVS.

Quid per matutinum & vespertinum sacrificium designetur.

Hoc est quod facies in altari: Agnos amniculos duos per singulos dies iugiter, vnum agnum mane, & alterum vespere. Decimam partem simila conspersa oleo tunso, quod habeat mensuram quartam partem hin. & vinum ad bibendum eiusdem mensura in agno vno. Alterum verò agnum offeres ad vespem iuxta ritum matutine oblationis: & sanctificabitur altare in gloria mea. Altare holocausti, ecclesia est. Hæc agni illius oblatione sanctificatur: de quo scriptum est: Ecce agnus Dei, &c. Huius agni holocaustum matutinum fuit, quando iustitia mane mundo apparuit. Est & vespertinum: quia vsque in seculi vespem ecclesia sanctificatur per ipsum. Sed & per singulos dies mane offertur, cum singulis fidelibus eius gratia lumen fidei aperitur. Offertur & vespere: cum eius auxilio credens iustitia consummatur. Totiens quippe offertur pro nobis, quotiens oblationis suæ utilitatem confert nobis. Decima similia quæ agno adiungitur, perfectam illius puritatem designat. Oleum verò quo similia conspergitur, eam quam nobis exhibuit innuit charitatem. Tunso, id est tribulationibus probato. Quaternarius numerus qui in oliuæ mensura seruatur, eiusdem dilectionis exprimit infirmitatem. Hic enim numerus pro perfectione & soliditate solet poni. Vnde & quatuor sunt euangelia, ad designandam irreuincibilem eorum auctoritatem. Et ligna arcæ quadrata fuerunt: vbi sanctorum exprimitur fortitudo. Quadratum nanque in quocunque latere stat: sic & sanctorum virtus & in aduersitate & in prosperitate rigorem sui propositi retinet & conseruat. Seruatur & in vini libatione mensura eadem: quia de eius morte gaudium indeficiens generi prouenit humano. Et sanctificabitur, inquit, altare in gloria me. Dei gloria est non nostra, quòd nos non quærentes se quæsiuit, non eligentes elegit, non vocantes se prior nos vocauit.



SVPER EXODVM.

STEPHANVS.

Contra inanem gloriam.

Cap. 30.

F



Omnia ex ipso erant. Nota quòd ait Ex ipso, non Aliunde: hypocrita enim habet com ex iactantia & inani laude. Diues à pecunia Pauper à tenuitate. Tunc enim cornua sunt Iustus autem non aliunde, quàm à semetipso. Vnde: Omnis gloria, si, re, ab intus.

RADVLPHVS.

G Quòd fides integra æqualiter ab omnibus exigatur. *Hoc dabit omnis qui transibit ad nomen, dimidium sicles mensuram templi. Diues non addet ad medium sicles, & pauper non minuet.* In hoc præcepto vel in hac oblatione aperte monstratur, non morum sanctitatem in qua sanctorum dicitur est gratia, sed fidei firmitatem describi, quæ sanctis communis est: in qua nec diuiti quicquam addere, nec pauperi detrahere licitum est. Hæc autem rectè per dimidium sicles exprimitur. Sicles quippe xx. obolos habet. Quod propter x. oboli qui in sicles dimidio reperiuntur, non sui perfectione, perfectam fidei doctrinam insinuant. Nihil enim sicles mensuram templi habere præcipitur. Quis enim plenam fidei mensuram habere satagit, necesse est eam non hæreticorum sed orthodoxorum patrum doctrinæ conformet. Denarius itaque iste in se quidem perfectus est: sed tamen sicles non plenitudinem, sed mediocritatem continet, quia fidei nostræ plenitudo totum quidem habet quod salutis sit humanæ: verùm ad plenitudinem visionis Dei, quæ in futuro repromittitur sanctis, visum dimidium explet. Ex parte, inquit Apostolus, cognoscimus in parte prophetamus,

GALFRIDVS.

H Quòd per sicles dimidium, fidei integritas designatur. *Diues non addet ad medium sicles, & pauper non minuet quæ.* Dimidius sicles est fides: quòd ad salutem sola sufficiens non possit, si facultas suppetit operandi. In operibus rem alius alio amplius offert Deo: in fide autem nec addi licet omnino, nec minui.

RADVLPHVS.

Quòd tam tabernaculum quàm vasa eius sancti spiritus oleo consecrantur.

Vo
vngi
ciant
secre
eius.
eccle
sed ia
omni
dem
ipsa v
rum e
possi
Men
quæ r
tat. V
eos q
staba
bis ad
tur: q
sanctu
Qu
sciunt
Ho
gatur e
ron fil
est ad
vnctio
citur
nis am
Vnctio
vngi n
sancti
rit ex e
tum sa
testetu

Facies vnctionis oleum, & unges ex eotaber. testi. & arcam testa. mensamque cum vasis suis, candelabrum I & mensula eius, altare thymiamatis & holocausti, & vniuersam supellecilem, quæ ad cultum pertinet. Vnctio ista quæ sit Ioannes manifestat, cum dicit:

Vos vnctionem habetis à sancto, & nostis omnia. Hoc oleo vngitur tabernaculum: cum filij ecclesiæ vt domus Dei efficiantur, & in Christi membra transeant, sancto spiritu consecrantur. Qui enim spiritum Christi non habet, hic non est eius. Vngitur arca in sanctis sanctorum collocata: cum eadem ecclesia non in hac peregrinatione fidei sanctificationem: sed iam in patria cœlestis iustitiæ perfectionem circumdata ex omni parte auro. i. diuinę visionis illustrata fulgore, per eiusdem spiritus gratiam adipiscitur. Candelabrum quoque hac ipsa vnctione sanctificatur: cum lucerna fidelium, bona. s. eorum opera, per quę eoram hominibus lucent, vt eis prodesse possint, ab eodem spiritu charitatis gratiam consequuntur. Mensa autem sacrę scripturę formam habet. Ipsa est quippe quæ nos ad Deum tendentes ne deficiamus reficit & confortat. Vnde Dauid: Paraisti in cōspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Nam & mensa hæc in parte Aquilonis stabat, vt datur intelligi: quia contra impetus aduersarij nobis ad consolationem attributa est. Mensa itaque oleo vngitur: quia scriptura sacra non humano sensu, sed per spiritum sanctum nobis administratur.

Quod qui secundum carnem ambulant, sancti spiritus nesciunt vnctionem.

Hoc oleum sanctum erit mihi in genera v. Caro hominis non vngitur ex eo. Quod quomodo dictum sit queri potest, cum Aaron filiisque eius ex eo vngi præcipiantur. In promptu tamen est advertere eam quæ ad vsum carnalem pertinet exhiberi vnctionem, non eam quæ ad sanctificationem. Vnde non dicitur: Homo non vngetur ex eo: vt voluptatem potius carnis amputandam intelligat, quàm officium consecrationis. Vnctio ista spiritus est. Vnguento itaque isto caro hominis vngi non potest: quia quicumque viuunt secundum carnem, sancti spiritus nesciunt vnctionem. Quicumque autem dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo. Hoc ad spiritum sanctum videtur non posse referri, cum de illo dominus testetur, quia alienus eum accipere nõ potest. Sed sunt non-

SVPER EXODVM.

nulli qui quod non habent, habere se simulant. Quicumque ergo hac vnctione per meritum suum priuati vnctos se ex ea videri appetunt, isti cum ab ea alieni sint, fallaciter sibi eam vsurpant.

GALFRIDVS.

L Quod cōminatio domini in Iudæorū populo sit cōpleta. *Dimitte me vt irascatur furor meus, & fa. te in gentem magnam.* Aliquatenus etiā tunc impletum, si non de ipsa gente, de ipsa tamen cognatione videtur, vt ex tanta multitudine teriā promissionis vix intrent duo. Nec immeritō forsitan in duobus illis duas eiusdem populi partes præfiguratas accepimus: alteram quidem in initio dominicæ vel apostolicæ prædicationis ex tribu Iacob suscitata, alteram verò in fine seculi velut ex quibusdam iam fœcibus Israel conuertendam.

STEPHANVS. De dulcedine Dei.

M *Dimitte me vt irascatur furor meus.* Quasi, Tu tenes me, vt Tenere potes. Per hoc ergo dedit fiduciam exorandi & impetrandi pro eis. Si enim velles verberare filium tuum, & diceres sedenti iuxta te: Dimitte me vt verberem filium meum: nõne quodam modo hortareris vt te exoraret ne verberes eum? Tenuit ergo Moyse Deum: seruus dominum, creatura creatorem.

BRVNO.

Quod quasi tabulas frangere, sit de rigore iustitiæ aliquando misericorditer relaxare.

N *Videns Moyse vitulum, iratus est valdè, proiecitque de manibus tabulas, & confregit eas ad radicem montis.* Irascitur Moyse, & frangit tabulas. Populus peccat, & tabulæ franguntur. Populus peccat, lex destruitur. Vt quid hæc? Si enim Moyse tabulas non fregisset, populo non peperisset. Et quid prodiderat, quod orando Deum placauerat, si ipse eos ex legis imperio occidisset? Lex enim dicit: Qui immolat diis, occidetur præterquam domino soli. Noluit igitur cum tabulis, noluit cum rigore legis ad populum delinquentem venire: sed tabulas fregit, legem euacuauit, & populo delinquenti pepercit. Quotiens enim episcopus respectu pietatis alicui miseretur, & timens ne in peius ruat, non secundum canones cum misericorditer iudicat: totiens tabulas frangit, & legis auctoritatem relinquit. Hoc autem non magnum puto esse peccatum. Vnde & Moyse pro fractis tabulis nusquam à domino repro-

hic
lat
tib
nic
ign
hor
Et
exe
fio
stuc
der
iam
cuti

N
sed
diab
pecc
esse



lucru

reprehenditur. Sed audi quod sequitur: Arripiensque vitulū quem fecerant, combussit & contriuit vsque ad puluerem. Quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel. hic enim cui Moyses irascere ostendit. Vitulo enim irascebatur, & peccatum destruere conabatur. Sed quare misit in aquam? & quare ex eo potum dedit filiis Israel? Fortasse vt scenum biberet vitulum, quoniam vitulus comedit scenum. Bibunt aurum Iudæi, quia cupidi sunt & avari, bibunt aurum idoli, quia idololatræ & sacrilegi, sic enim hæc mortifera potio, hæc doctrina idololatriæ eorum viscera penetravit, vt vix aliquando ab idolorum cultura potuerint auelli.

GALFRIDVS.

Quòd exemplo sacerdotum populus aurum sitit.

Aurum dederant mihi, & proieci illud in ignem, & egressus est hic vitulus. Mira res, si tamen vera, quòd huius auctor idololatriæ sacerdos extiterit. Audi ergo sacerdos auare. Aurum tibi datum est. Non enim ex tuo illud habes vel patrimonio, vel labore, sed ex oblatione fidelium. Sed acceptum in ignem aurum mittere, est in ipseus concupiscentiam corda hominum inflammare. Ignis enim auaritiæ signat ardorem. Et in hunc ignem ab eis aurum mittitur, quorum maximè exemplis agitur, vt ardentè ametur. Quæ enim est subuersio maxima populorum? nõnne auaritia sacerdotum? Inde studium hoc & cura vehementius terrena colendi, & immoderatius incumbendi eiusmodi lucris augendis, non in solis conscientie oritur, sed foris etiam manifesta operis executione profertur.

STEPHANVS.

De auaritia.

Notandum quòd populus non adorauit totum vitulum, sed caput vituli. Vitulus, est luxuria: caput delectatio. Hanc diabolus cupit ab homine adorari, id est vt delectetur in peccato. Vel quia caput prima pars est, vult semper ipsum esse in principio, non in fine.

De dulcedine Dei.



Vo transeunte coram eo, &c. Notandum quòd dominus ante nos transit, quasi nobis se offerens vt vel tangendo cor nostrū, vel ad bonū mouendo ad se alliciat. Tunc etiam transit, cum pauperes, nobis causa miserendi ostendit: sicut auceps volucri quàm capere captat, escæ demonstrat illecebram.

Cap. 34.
Q

SVPER LEVITICVM.

De humilitate.

R Nota quòd post omnia tabernaculi ornamenta, pili caprarum ponuntur: quia post omnia bona opera, opus est poenitentia.

EXPLICITA EXODO,
INCIPIIT LEVITICVS.

RADVLPHVS.

Quòd per hostias & holocaustum duo conuersationis genera designentur.

Cap. I.
S



omo qui obtulerit ex vobis hostiam Domino de pecoribus, id est de bobus & ovibus offerens victimas, si holocaustum fuerit eius oblatio, ac de armento masculinum immaculatum esse. ad ostium tabernaculi testis. ad pla. sibi Do. In hostiis legalibus quædam holocausta, quædam verò hostiæ dicebantur. Holocausta tota in altari cremabuntur. Inde dicta holocausta, quasi tota incensa. Hostiarum autem pacificarum, solis crematis adipibus, cætera in sacerdotum, seu ipsorum qui obtulerant cedebant usum. Sed hæc mysticè differamus. Hæc enim sunt duo genera conuersationis, eorum scilicet qui perfectè mundo renunciant, & Deo exhibent holocaustum: & eorum qui suis in mundo beatitudinè perficiuntur, quorum carnes nondum quidem spirituali fervore assumuntur, sed sanctificatæ quidem sine criminali admixtione, ex magna tamen parte offerentium voluptati deserviunt.

De triplici genere holocaustorum.

T Sunt autem tria genera holocaustorum. Primum bouis secundum ovem aut capræ. Tertium avium, turturis scilicet aut columbarum. Qui quicquid laborando prævalent, totum circa proximorum obsequia domino consecrant, bouis immolant holocaustum. Qui laborare non valent, sed tamen proximo erogant quod possident, ovium instar vellus suum alunt cedunt,

cedunt, & tanquam lactis dulcedine: sic operum innocentia, & morum simplicitate possessores pascunt. Holocaustum verò auis offerunt, qui operam dantes scientiæ ad hoc vacant, vt Deum cognoscant. Holocaustum igitur bouis, quod lex primum ponit, vt cœpimus exequamur.

De holocausto bouis.

Homo qui obtulerit, &c. In hostiis pacificis nulla habetur V discretio maris & fœminæ. vtrunque enim offerri potest. In holocaustis verò soli masculi offeruntur. Ad illam enim mediocrem vitam mens etiam infirma sufficit. Ad perfectionis verò celsitudinem non nisi virtus idonea est. Masculum ergo immaculatum offeret ne scilicet labores qui Deo conscrantur, ex aliqua parte per criminis admixtionem fœderantur. Teste enim Salomone: Qui in vno offenderit, multa bona perdet. Sed quoniam in bono opere intētio semper ad eū dirigenda est, consequenter adiungit: Ad ostium tabernaculi, ad placandum sibi dominum. Tabernaculum hoc in loco, cœlestis societas intelligitur. Quisquis ergo per bonū quod agit, placari sibi dominum concupiscit, in omni suo opere necesse est non fauores humanos inutiles, sed regni cœlestis ingressum expectet. Hinc nos admonet dominus: Attendite ne iustitiam vestram fa. co. ho. &c. Sequitur: Ponētque manū super caput hostiæ, & acceptabilis erit, atque in expiationem eius proficiens. Manus impositio, deuotionem offerentis significat. Cū igitur offerentis manus super hostiæ caput ponitur, innuitur nobis quòd voluntariè Deo sacrificādum sit, vt acceptabilis eadem fiat oblatio. Sic quoque in expiatione illius proficiet. Immolabísque vitulum coram domino. Non coram hominibus, vt videatur ab eis: sed coram domino, vt ipse s. videat & approbet Deus.

Quomodo fundatur sanguis holocausti per altaris circuitum.

Et offerent filij Aaron sac. san. eius fun. per altaris cir. quod X est ante ostium tabernaculi. Filij Aaron nonnunquam rectores ecclesiæ, nonnunquam verò quilibet fideles accipiuntur. Per sanguinē qui vita carnis est, prauam intelligimus voluntatem. Funde sanguinem, & caro morietur. Tolle malam voluntatem, nec erit qui mala operetur. Fundunt ergo filij Aaron sanguinem, quia doctores sancti alsiduitate sua de discipulorum cordibus expellunt malitiam. Et quoniam per

SVPER LEVITICVM.

Dei timorem hoc agitur, hæc ipsa effusio, Dei oblatio appellatur. Fundentes, inquit, per altaris circuitum. Altare Christus est, quia oblationes nostras ei imponimus, & per ipsum acceptas patri fieri posse speramus. Per huius ergo altaris circuitum sanguinem fundimus: dum Christi virtutes mente reuoluentes, vitiosos affectus à nobis eiicimus. Verbi gratia, dum mäsuetudinem illius recolimus, nostram iracundiã abdicamus. Et sic de singulis est agendum. Si verò nomine altaris sancta ecclesia designatur, per eius circuitum sanguinem fundimus, dum sanctorum, qui in ea aut sunt aut fuerunt, sanctitatem considerantes, in singulis quaquauersum oculis tendimus, correctionis nostræ exempla videmus. Hoc autem ad ostium tabernaculi fit: quia dum in hac ecclesia peregrinamur, cœlestis illius patriæ aditum suspiramus.

Quomodo holocaustum frustatim.
imponatur altari.

Y *Detraclaque pelle hostiæ artus in frustra concident: & subiciuntur in altari ignem strues lignorum antè composita: & membra quæ calida sunt, desuper ordinantes.* Tunc holocausto pellis detrahitur, cum is qui perfectam aggreditur vitam, exteriori substantia spoliatur. Vel nostræ hostiæ pellem detrahimus: cum minime vitæ nostræ superficiæ contenti, interiora illius subtilius perscrutamur. Multa enim videntur quæ non sunt. Vnde de artus illius in frustra concidendi sunt: vt scilicet conuersationis nostræ actiones singulas examinantes, ne sub virtutum specie vitia lateant, sollicitè perscrutemur. Ignis verò in altari nostro subiicitur, si à nobis ibidem lignorum strues anteponatur. Ignis iste charitatis feruor est, qui per spiritum sanctum nobis tribuitur. Si ergo ligna congesserit, ipse subiicit ignem suum. Ligna sunt cogitationes sanctæ, quæ caliditatem illius concipiunt, & nutriunt excitatum. Si igitur in labore sancto deficere nolumus, ignem istum sedulis precibus nobis subministrari rogemus. Mox enim vt feruor charitatis in corde torpuerit, & manus ab opere fatigata cessabit. Omnis enim labor amanti tolerabilis videtur: à negligenti verò si leuis sit, intolerabilis iudicatur. Super ligna verò calida membra ordinanda sunt. Membra sunt singulæ actiones. In his ergo ordo quidam ordinandus est, vt scilicet potentiora infirmioribus præponantur, & singulis quibusque ho-

eus congruus, & persona, & tempus seruetur. Verbi gratia,
 Sancta actio quanquam laudabilis sit, eius tamen assidui-
 tas sapientiae studiis non parum obsistit. Certis itaque tem-
 poribus intermitenda est, vt percipiendae sapientiae vacatio
 necessaria concedatur. Scriptum est enim: Sapientiam scri-
 be in tempore otij, &c. Et haec consideratio in caeteris est
 habenda. Sic igitur ordinentur, vt vbi maior utilitas est,
 maior sollicitudo impendatur. Quae vero sint quae ordina-
 ri praecipit, exequitur dicens: Caput s. & omnia quae adhae-
 rent iecori, intestinis, & pedibus lotis aqua. Caput hostiae
 nostrae, interior intentio est quae in omni opere obtinet prin-
 cipatum. Haec in primis super ligna ordinanda est euange-
 licis s. praecipis coaptanda, vt iuxta dominicum mandatum
 simplex & munda sit, ne forte per illius damnationem totius
 laboris nostri reprobatio subsequatur. Qui autem adherent
 iecori, adipēs sunt. Adipēs sunt affectus: sed interest pluri-
 mum quo inflammentur incendio, an etiam vtrum per ne-
 gligentiam torpeant, & quasi sine igne remaneant. Sunt en-
 nim nonnulli qui carnales iam voluptates abiiciunt, nec
 tamen feruore debito ad spiritualia desideria consurgunt.
 Quorum vero affectus ad huius mundi concupiscentias ar-
 dentius incitatur, horum adipēs igne contrario peruruntur.
 Nos itaque adipēs nostros super lignorum compositionem
 ordinare debemus, vt varium discursum affectuum ad diui-
 nae voluntatis regulam reuocare conemur. Intestinis, in-
 quit, & pedibus lotis aqua. Quae sunt intestina? qui pe-
 des? Intestina nostra, animae nostrae interiora sunt: in qui-
 bus dum multa inutilia siue etiam noxia versamus, quasi
 stercorea in ventre portamus. Pedes vero actiones nostrae
 sunt, quae quotiens terrenum aliquid operantur, quasi ter-
 ram tangendo pulueris contrahunt sordes. Lauanda igitur
 intestina, lauandi sunt & pedes, vt congruis fletibus abluti,
 sacrificiis diuinis fiant idonei. Potest & per pedes actionis
 cuiuslibet, siue etiam vitae nostrae consummatio intelligi.
 Salubriter igitur hoc praecipitur, vt siquid boni agimus, si
 in omni vita nostra Deo militamus, fonte lachrymarum to-
 tius laboris nostri terminum abluamus. Vix enim bonum
 opus compleri potest sine alicuius admixtione peccati. Ado-
 lebique sacerdos super altare in holo. & sua o. do. Altare
 istud, cor nostrum est. iuxta quod illud: Oblatio iusti im-

SUPER LEVITICVM.

pinguat altare. In hoc altari struuntur ligna : cum sanctæ cogitationes congregantur. Adduntur quoque & hostiæ membra : cum sanctæ mentis studium efficacia boni operis committatur. Sacerdotis verò ea est adolere, id est succendere. Illius tamen sacerdotis qui ignem venit mittere in terram, qui facit angelos suos spiritus.

RICHARDVS.

Quæ sit veræ obedientiæ forma.

A *Detrahta pelle hostiæ artus in frustra cadent : & sub. in d. ig.* Docet hic Moyses quomodo vitulus debeat immolari. Vitulus noster in Libano pascitur : cum voluntatem nostram non nisi in rebus honestis sequimur. Hunc autem metamur : cum omnem singularitatem amore obedientiæ abdicamus. Secamus verò, cum mentem de præsumpta libertate acriter increpamus. Sed hunc vsque ad frustra diuidit, quæque singularitatis suæ opera distinguit, & se in singulari de præsumptionis audacia reprehendit. Tunc autem nihil amplius superest, nisi vt igne compunctionis vel flamma diuinae dilectionis eousque cremetur, quousque omnis voluntas huius arrogantia sopiatur. De huiusmodi holocaustis quasi quidam adhuc cogitationum cinis remanet, qui omnino nobis perire non debet : quia vtiliter satis suas quisque præsumptiones reminiscitur, quando in hoc conscientia humiliata confunditur.

RADVLPHVS.

De holocausto pecorum.

B *Quod si de pecoribus oblatio est, id est de ouibus, sine de capra holocaustum ag. anniculum & absque macula offerret.* Notandum quòd oui capram coniungit. Capra autem aut hodus, quòd scilicet hoc genus animantis olidum luxuriosumque sit, peccatorum gerit imaginem. Inde est quæ agnus paschalis iuxta lxx. de ouibus & capris sumi iubetur. Quia Christus qui pascha nostrum est, ex iustis & peccatoribus carnem assumpsit, Cum igitur capra peccatoris peccati gerat imaginem, quid est quòd in holocaustum domino iubemur offerri? Nunquid acceptum fieri potest Deo peccatum nostrum? Sed sciendum quòd cuius non placet executio, placet mactatio. Idem verò computatur ouis & capræ holocaustum : quia in eodem vbi prioris malitiæ vestigia deponimus, nouitatem innocentia domino consecramus.

secramus. Bos verò & ovis licet sanctitatis speciem gerant, ideò tamen mactari iubentur, quia nemo mundus à sorde, nec iustificabitur in conspectu domini omnis viuens. In agno autem anniculo propositi firmitas figuratur. In anno enim solis expletur circuitus. Ne ergo simplices vouere præsumerent quod postea explere non possent, agni anniculi iubetur fieri holocaustum. Diu nanque deliberandum est, quod semel statuendum est. Quòd dicitur absque macula, supra expositum est.

De holocausto auium.

N

*Sin autem de auibus holocausti oblatio fuerit domino, detur-
turibus & pullis columba, offeret eam sacerdos ad altare.* Aduertendum attentius, quòd dominus cum aues sibi in holocaustum offerri iubeat, non cygnum experit, qui magnitudine corporis præstat, qui plumarum candore nitidus, etiam colli protensione caput in altum leuat: nec mergulo delectatur, qui frequentius aquis immergitur: nec accipitre, qui mortibus pascitur alienis: sed turturem perit & columbam: quarum columbam societatis, turtur verò castitatis amator est. Vtraque tamen hæc avis gemere, non canere solet. Per aues scientiam figurari iam diximus. Manifestum est igitur non illam à domino scientiam approbari, quæ sibi magna viderur: iuxta illud: *Vxh qui sapientes estis in oculis vestris, vel quæ de nitore eloquentiæ gloriatur: vt de quibusdam scriptum est: Posuerunt in cælum os suum.* Sed nec illa placet, quæ sicut mergulus aqua, sic carnalibus voluptatibus absorbetur. Nec illa quoque accepta, quam accipitris instar malitia comitatur. Sed turturem amat dominus & columbam. Ergo scientiæ sanctimonia cum pace associanda est, sine quibus nemo videbit Deum. Monemur quoque in auibus istis, illam magis scientiam appetendam quæ gemitum doceat, quàm quæ plausum: quæ miseriam nostram nobis aperiat, quàm quæ risum. Hæc est enim vera scientia, de qua Salomon ait: *Qui appo. scientiam, appo. & do.* Notandum verò quòd auium holocaustum ad ipsum altare offertur. Altare, cor nostrum est. Soli igitur sunt qui perfectè ad corda redeant, ij qui per scientiæ studium & sanctam meditationem apud se in arcano mentis habitare nouerunt.

SUPER LEVITICVM.

RADVLPHVS.

Quomodo aues debeant immolari.

D *Et retorto ad collum capite, ac rupto vul. loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris.* Ad collum caput reflectitur, vt quasi corpus suum respicere videatur. Cum enim mandata Dei addiscimus, discutere nos debemus vtrum hæc etiam opere expleamus. Scienti nanque bonum & non fa. pec. est illi. Ac rupto, inquit, vul. loco. Sic caput à corpore per illud vulnus separabatur, vt non tamen prorsus abrumperetur. Innuitur ergo quòd a cura carnis mens abstrahenda. sit, non tamen omnino, sed sicut ait Apostolus. Curam carnis nefeceritis in desideriis. Rupto ergo vulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris. Sanguis appetitum significat. Sicut enim ex sanguine sua caro viuuit, sic anima ex appetitu. Qualis enim fuerit appetitus, talis & vita illius. Altare, cor nostrum. Crepido vel basis est fundamentum. Illud scilicet fundamentum, præter quod nemo aliud potest ponere, quod est Christus Iesus. Sanguis ergo qui rupto vulnere defluit à corpore, ad fundamentum decurrat, vt appetitus & amor noster, qui à carnalibus voluptatibus recedit, in Christum transeat, iuxta illud, Defec. in sa. t. a. m. Defecit à vanitatis appetitu, vt ardentem im. fitiat veritatem.

Vnde supra,

E *Vesiculam verò gutturis & pul. proi. prope al. ad Ori. pla. in loco in quo ci. cf. so.* Recolendum quòd studiorum oblationem tractamus. Quid verò studiosis magis timendum est, quam tumor elationis? Scientia enim inflat. Huius igitur auis nostræ vesicula gutturis proicienda est, tumor scilicet qui de eloquentiæ pompa oriri solet, penitus excludendus. Pluma verò quæ sunt, nisi peregrinorum leuitas studiorum? vt verificandi peritia, dialecticorum garrulitas, quæ omnia menti dominum metuenti, & circa lamenta potius occupat. nihil remedij, nil poterunt vtilitatis conferre. Pluma ergo & ipse proiciantur, vt à seruis Dei huiusmodi studia conu. nantur. Vbi autem hæc proici debeant, lex signanter expressit: Prope al. inquit, ad O. pla. in loco in quo cineres effolent. Per Orientem vnde mundo lux immittitur, diuina cognitionis illuminationem intellige. Ad Orientem ergo inflationem nostram abiicimus, quum Dei magnitudinem

aliquatenus contemplantes, de nobis humilia sentire incipimus. Ad Orientem quoque plumæ cadunt: quia fidei percepto lumine, mentem quam penetrat timor Dei, quam salutis suæ cura sollicitat, minimè superfluis studiis operam dare delectat. In loco in quo ci. ef. so. In loco cineris, id est mortis meditatione, versiculam cum plumis proiice: vt dum iugiter finem tuum conditionemq; mortalitatis recogitas, inanem instantiam cum omnibus superfluis mox deponas.

Vnde suprâ.

Confringétque ascellas eius, & non secabit, nec ferro diuidet eam. ¶

Ascellas frangere, est acumen ingenij non sibi tribuere, sed sub diuino munere humiliter infirmitatem propriam cogitare. Et non secabit, nec ferro diuidet eam. Non est auis nostra sequenda, nec ferro diuidenda: quia quicumque cæteris amplius aliquid in scientia profecerint, caueant omnimodis necesse est, ne corpus Christi diuidant, ne suæ eruditionis præsumptione à doctrina patrum recedere præsumant.

De oblatione similæ.



Nima quum obtulerit sacrificij oblationem Domino, Cap. 24
simila erit eius oblatio: fundetque super eam oleum. G

Resè post auis holocaustum simila sequitur: quia quisquis per studium sapientiæ terram mentis inhabitat, purgationi illius insistere debet, vt nequaquam exteriori sanctificatione contentus, sicut à corpore prauos recidit actus, sic & à mente eorundem extirpet affectus. Hæc est enim simila, puritas scilicet conscientie. Nam simila, pura farina est fursuris admixtione purgata. Huic autem similæ oleum superfunditur: quia mens concupiscentiæ carnali tanquam fursuris integumentis exuta diuina charitate repletur. Hæc autem simila non oleo conspergi, sed sic offerri iubetur: sed dum offertur, oleum super eam fundi iubetur: quia hoc datum optimum, & hoc donum perfectum desursum est descendens à Patre luminum. Et ponent thus. Thus, orationis speciem habet, teste Psalmista, qui ait: Dirigatur o. m. sicut incen. in const. Post olei ergo infusionem, huic similæ thus imponitur: quia non nisi amantium orationis est virtus. Amor namq; desiderium parit, desiderium orantes facit. Ac deferet ad filios Aaron: quia subditorum virtutes prelatorum doctrina informanda, iudicio examinanda, orationibusq; commendanda sunt. Quorum vnus tollet pu-

gillum plenum simiæ & olei, ac totum thus, & ponet memoriale super altare in odorem suauitatis Domino. Vnus iste filius Aaron Christum significat, qui de eius stirpe ad nos descendit. Vnus dicitur, quia singularis. Hic itaq; tollet pugillum plenum simiæ & olei, ac totum thus, & incendet coram Domino. Quod autem reliquum fuerit, erit Aaron & filiorum eius. Anima namque quæ per spiritus sancti gratiam veræ dilectionis pinguedinem concepit, partitur in duo, quum & Deum diligere & proximum iubetur. Notandum tamen quòd simiæ pars sola, thuris verò non pars, sed totum domino iubetur incendi. Orationis enim sacrificium non nisi domino soli offerendum est: simiæ verò partem cum oleo ille filius Aaron manu stringit, & concremandam altari imponit: quia Christus dexteræ suæ virtute mentis nostræ infirmitatem à multiplicitate terrenarum cogitationum colligit, & collectam extollit: vt spiritu illius adiuti, saltem ad horam in oratione domino astare, & compunctionis igne cor à ipso ardere possimus. Neq; enim simile partem mediam, sed tantum pugillum plenum in altari cremari præcepit: vt intelligamus hanc viuæ orationis potentiam nec ipsis perfectioribus nisi rarò posse conferri. Pars igitur illa manu stringitur, vt domino offeratur: quia mens nostra constricta leuatur, sparsa verò ad mundum relabitur.

GALFRIDVS.

- H De simiæ sacrificiis, & quid per hæc mysticè designetur.
- Anima quum obtulerit oblationem sacrificij Domino, simiæ eius oblatio.* Sicut multis laboribus de terreno fructu remotis paleis & fursure vix producit simiæ, sic in terrenis actibus nil dignum eius sacrificiis inuenitur, nisi & leuitas operum, & impuritas cogitationum sollicita examinatione fuerit remota. Cui tamen simiæ, sicut lex iubet, & infundendum oleum dilectionis, & superponendum thus orationis. Et tunc quidem totum offerendum Deo. Solus nempe orandus & adorandus est Deus. Nam & quotiens oramus sanctos, hoc oramus, vt orent pro nobis Deum, & per ipsos quoque alium oratio tota refertur. Oleum autem diuiditur: quia dantur sunt mandata prima & maxima, dilectio Dei & proximi. Sed & simiæ pariter diuidatur, vt ad honorem Dei & utilitatem proximi omnis nostra actio dirigatur. Hinc est quòd eisdem simiæ conspersæ oleo portionem offerri domino legis sanctio iubet. Reliquum autem (inquit) erit Aaron & filio-

ſcorum eius . Sed quæ portio domini ? Plenus ſanè pugillus
 quem offerendum vnus è ſacerdotibus tollit . O plenum
 pugillum , vel plenum potius & puſillum ! Nihil enim ma-
 gnum exigit , ſed nil vacuum recipit Deus . Reliquum , in-
 quit , non ſibi quiſque tollat , ſed ſit Aaron & filiorum eius .
 Quid ? inquires . Ego igitur qui portauì pondus diei & æſtus ,
 nihil accipiam ? Patiebar æquanimiter , imò etiam gratula-
 bar , quum viderem ſolum tollere te pugillum , quem vere-
 bar vel decimas ſaltem vel aliquid amplius accepturum .
 Gratulabar inquam , ſiquidem arbitrabar reliquum hoc mihi
 eſſe relictum . Hoc ergo te ſcandalizat , quod datur Aaron &
 filiis eius ? Sic tibi ſeruantur potius , imò etiam & augentur
 incrementa frugum iuſtitie tue . Denique & ſi viuere vis &
 tu de hoc reliquo , eſto de filiis Aaron . Nec cauſaberis il-
 lud datum Aaron & filiis eius : Chriſtus eſt & diſcipuli eius .
 Inter eos igitur accipè reliquum hoc , nec cum eis diuidas ,
 imò totum communices , ſine inuidia poſſideas , ſine diuiſio-
 ne poſſideas . Magis autem ſperare licet , dum id modicum
 eis communicas , quicquid illorum eſt tuum eſſe præſumas .
 Hæc dicta ſunt de ſimila ſimplici & ſacrificio quod non co-
 quitur , quale tamen fortæ hodie : nam dies mali ſunt , vel
 à nemine vel à paucis offertur . Omnes enim qui piè vo-
 lunt viuere in Chriſto , perſecutionem patiuntur . & ſiquis
 non adurit ſuo ſcandalo , tamen vritur alieno . Coqui-
 tur autem ſacrificium aut in clibano , aut in ſartagine , aut in
 craticula , ſicut in ipſa legis lectione diſcernitur . Clibanus
 eſt quædam regularis diſciplina , cuius decoctio diuturnior
 eſt , ſed tolerabilior : ſollicitè ſi non deſipiunt prouidentibus
 iis quibus eſt credita diſpenſatio , & diſcretè moderantibus
 ne vehementior ignis adurat , aut tepidior fortè non co-
 quat . Sed ad hoc quis idoneus ? Quis temperabit hunc cli-
 banum , vt nec nimis ferueat , nec nimis tepeat , ſed eo ef-
 ficacius quo diſcretius panes ſacrificij coquat ? Heu Domi-
 ne Deus , quod de communi & terreno pane non fieret ,
 multi hodie imperiti imprudenter & impudenter præſu-
 mimus quod neſcimus , & inexpertum nobis officium cli-
 bani ſpiritualis accipimus . Inde eſt quòd nunc æſtus acerior
 quàm oporteat , nunc tepidior quàm expediat inuenitur .
 Sartago eſt vehementior quælibet tribulatio , cui tamen
 vberior conſolatio ſociatur . Hæc lagana oleo lita . Hæc ſi-

SVPER LEVITICVM.

mila non solum conuersa oleo, sed etiam superfusa. De qua tamen signanter tibi precipitur vt eam diuidas minutatim. Nam huiusmodi diuisionem clibanus non requirit, & craticula dedignatur. Ille minus eget, egere ista non nouit. Ibi poena tolerabilior, hic animus tolerantior. Oportet autem vt molestia grauioris alicuius tribulationis afflicta, velut in sartagine frigus, solo tibi oleo abundantioris consolationis subueniente, ne cremari incipias, haec lagana diuidas minutatim. Dico autem, ne sicut quosdam incipienter interdum facere nouimus, ipse tibi dies & annos & longa tempora coacerues, tanquam simul omnia debeas sustinere, quae simul nequeunt prouenire. Sufficiat magis diei malitia sua: vt considerans quia non consurget duplex tribulatio, necdum tam multiplex quam tibi fortassis ipse fingebas, frixuram diuidas minutatim. Iam vero craticula fortium est, quibus etiam tamen datur forte, vt vincant, & discant quod omnium patientior est spiritus. Omnem enim molestiam quamuis acerrimae tribulationis velut flammam saeuientis incendij non modo patienter tolerant, sed gratanter acceptant. Sed non videtur quicumque eiusmodi est, tanquam in sartagine, versus in oleo quodam consolationis: sed tanquam in craticula afflicta expositus omnino & superpositus prunis in ipso repudio consolationis. Non tamen ardet, sed coquitur igne tribulationis, roboratus soliditate virtutis. Quod si dixeris rari hoc sacrificium hoc inueniri: illud pariter intuere, raro etiam craticula similam coqui. Et quod rarum est iuxta literam, iuxta figuram rarius non mireris. Ceterum si non essent haec, mica coquitur simila, & in aqua saepius quam in craticula coquitur, & in cinere vt panis subcinericus fiat. Et vix eius fuerit reuersatus. Cinis enim est corpus mortis. Qui ergo carne ambulat, velut in cinere panem coquit. Et male coquitur, si non reuersatur: vt caro quae perniciosè premebatur, seruitutem aliquando redigatur. Aqua est praesens seculi, quod labitur & labetur in auum. In hac coquitur aqua qui seculariter patitur, qui desiderio gloriae secularis affligitur. Indigna diuinis sacrificiis vtraque coctio, nec acceptabilis coram Deo quilibet grauis afflictio, si carnalis fuerit vel secularis intentio. Denique vt fermèti & mellis debeat non nocere damnari, sed figura vitari: primitiae & munera recipiuntur eis, sed altari prohibetur imponi. In melle enim carnalis

cebræ, in fermento malitia & nequitia designantur. Congruè autem fermento malitiæ & iniquitatis opponitur oleum gratiæ & charitatis. Sed & mellis carnalis illecebræ, sal pœnitentiæ & disciplinæ.

RADVLPHVS.

De sacrificio similæ in clibano.

Cum autem obtuleris sacrificium coctum in clibano de si panes absque fer. consper. o. Subauditur offerre poteris. Quid per clibanum qui sibi commissa estu & ardoris nimietate inuoluit, nisi pressura huius mundi & tribulatio fideles vndique coangustans intelligitur? De qua ex persona martyrum Psalmista ait: Omnes gentes circun. me. & in no. do. quia vltus sum in eos, &c. Hęc verò tentationis nimietas perfectis quidem probatio, infirmis verò subuersio est. Quod in ipso Apostolorum principe manifestè apparet, qui ante olei superfusionem, ante spiritus sanctificationem, ad ancillæ vocem extimuit, & mortem timens vitam negavit. Post acceptum verò spiritus donum, nec ipsos principes reueretur constantè affirmans, quia oportet obedire Deo magis quàm hominibus. Antequàm ergo simila nostri clibani incendiis cõmittatur, oleo superfundenda: quia nisi mens humana virtutè spiritus antea solidetur, igne tribulationis admoto, non coqui poterit, sed cõsumi. Ait ergo: Cum obtuleris &c. Notandù quòd quicumq; clibano passionis examinantur, panes sunt dicti: quòd virtute constantè roborati & quasi cibus Christi effecti, post tribulationis clibanum, in corpus illius cœlestè, id est in societatem angelicà transferuntur. Vnde beatus Ignatius pro martyrio Christi damnatus ad bestias, ait: Fermentum Dei sum. Bestiarum dentibus molar, vt panis mundus efficiar. In panibus ergo duo lex seruari præcipit, vt scilicet absque fermento sint, & oleo conspersi. Quod exponens beatus Petrus ait: Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut ma. aut ali. ap. Si autem vt Christianus, nõ erubescat. Beati enim qui persecutionem patiuntur propter iustitiã. Panes ergo quos Deo offerimus, absque fermento sint: vt cum mala ab hominibus patimur, non reatus criminis vindicetur in nobis, sed fidei pietas impugnetur. Consperfos oleo. Testatur namq; Apostolus: Si tra. cor. m ita vt ar. cha. au. nõ ha. nihil mihi prodest.

De sacrificio in sartagine.

Et lagana axima oleo lita. Subauditur offerre poteris: & hoc K
k iij

est quod ait: Si oblatio tua fuerit de sartagine. i. si eadem lagana obtuleris. de panibus siquidem nil amplius loquitur. Similæ, inquit, conspersæ oleo & absque fermento: diuides eam minutatim, & scindes supra oleum. Per sartagine, mensium frixura ostenditur. Quid autem ita sanctorum mentes vt zelus domini frigit & cruciat? Hæc tamen oblatio oleo conspergitur: quia feruor dulcedine spiritus temperatur. Igitur si oblatio tua fuerit de sartagine, similæ erit conspersæ oleo. Sancti enim doctores cum verba asperæ interpretationis mouent, charitatis amore fruiunt, non flatatione elationis intumescunt. Mori nanque pro eis parati sunt, quos quasi vsque ad mortem sæuientes affligunt. Et lagana azima oleo lita. Lenitas quippe mansuetudinis non solum in corde esse, verumetiam in corripientis verbis apparere debet: vt scilicet ille qui corripitur tanto libentius diligentis etiam vulnera suscipiat, quanto ob vtilitatem suam omnia fieri non ignorat. Fiat ergo vt per quendam sapientem dicitur: Obiurgationi semper aliquid blanditiæ admisce. Et diuides eam minutatim. Simila minutatim diuidenda est, vt zelus nostri impetus temperetur, & singula nostra verba examinantes, quid contumeliosè, ne quid immoderatus proferamus, sollicitius perpendamus.

De sacrificio in craticula.

L Si obtuleris sacrificium de craticula, quod vt sicut cetera de sartagine fiat, oleo conspergetur. Craticulæ ignis non vndique inuoluit clibani more, sed inferius superposita torret. Sancti igitur doctores cum vitia subditorum redarguunt, & prauorum obuiant voluntati, si quid molestiæ ab eis sustinent verbo contumelioso, seu substantiæ temporalis aliqua diminutione, quasi craticulæ adustionem patiuntur. Sed si quilibet fideles cum seu ab inuisibilibus inimicis, siue etiam voluntate & deliberatione propria dum carnem mortificent, & seipsum affligunt, mediocre aliquid sustinent, quod non nimis opprimat, nec patientiæ humanæ vires excedat. Craticula est cum superpositi astulento quidem sed astu duo fatigantur. Hæc ergo similia huiusmodi igne torrenti iubetur oleo conspergi. Cauendum etenim est ne charitatis nostra molestiarum assiduitate fatigata, aut erga Deum cuius dispensatione hoc patimur, aut erga homines à quibus hoc patimur, extinguatur.

Quod à sacrificiis nostris arcenda sint tam malitia quàm voluptas.

Nec quicquam fermenti aut mellis aſolebitur in sacrificio Domini. Quicquid in nobis est vnde nos placere poſſe præſumimus, ſicut malitiæ peſte vacuum, ſic à voluptate carnis fieri debet extraneum.

Quod ad ſacræ ſcripturæ conſilium vitam noſtram componere debeamus.

Non auferes ſal fœderis Dei tui de ſ.a.t. Nullus ſenſui ſuo ſe committere debet ad ſeruitutem domini accedens, ſed diuinæ eccleſiæ auctoritati. Fœdus enim Dei, teſtamentum Dei dicitur: id eſt ſcriptura ſacræ, tam vetus quàm noua. Hoc itaque ſale optimo ſacrificia noſtra ſapida reddantur: vt ſcilicet omnia interiora noſtra ad diuinorum præceptorum regulam componamus.

Qualem nouiter conuerſi tenere debeant diſciplinam.

Si obtuleris munus primitiarum frugum t. Domino, de ſpicis adhuc virentibus, tor. eas igni, & con. in m. f. Notum eſt quod ſpicæ virentes niſi adultæ igni, & confractæ, palearum integumenta non ponunt. In hunc modum mentes Neophitorum, qui per primitias frugum congruè deſignantur, deſideriorum carnalium humoribus adhuc grauidæ, abſque tribulationis igne, & propriæ voluntatis confractione, mundanorum affectuum paleas à ſe minimè abiiciunt. Nam aduſtionis ignem ſibi adhibent, cùm abſtinentia corpus affligunt, laboribus ſubdunt, vigiliis ac frigoribus defatigant. Ad huius rei exemplum dominus mox baptizatus xl. diebus ieiunauit, & populus ille antiquus de Aegypto adductus eremi vilitatem & ſolitudinis illius ardorem xl. annis ſuſtinuit. Spicarum autem confractio in propriæ voluntatis abrenunciatione conſiſtit. Confringit enim homo ſeipſum, quando ſuis voluntatibus contradicit, & non ſuo ſed alterius arbitrio viuere incipit. Sequitur: Et ſic offeres primitias tuas domino, fundens ſupra oleum, & thus impones: quia oblatio domini eſt. Quid oleum niſi cordis hilaritatem ſignificat? Vnde: Vnxit te Deus de. t. o. læ. Funde ergo ſuper primitias tuas oleum: vt cùm propter Deum alterius te ſubdis imperio, obedientiæ laborem libenter ſuſtineas & deuotè. Hilarem enim datorem diligit Deus. Thus quoque imponere debes, id eſt in opus quod aggredieris, diuinum auxilium precibus aſſiduis impe-

erare. Quia oblatio domini est. Ad malum quidem nobis
sufficimus, ad bonum verò diuino adiutorio indigemus.

Quomodo capra debeat immolari.

Cap. 3.
P



Si capra fuerit eius oblatio, & pacificorum hostia,
Et obtulerit eam do. po. m. s. super ea. eius: immola
qua eam in intro. taber. test. &c. Notandum
quòd cum ovis hostia offertur, ob infirmi-
tatem operis ab introitu tabernaculi elon-
gatur. Capræ verò victima in ipso introitu
immolari iubetur. Sed si cuiusquam timorem conuersationis
sue indicat infirmitas, si cuiusquam præsumptionem repu-
nit & retardat, nonne eius potissimum quem præteritorum
facinorum remordet conscientia? Quid est igitur quòd pec-
catoribus tanta accedendi libertas conceditur, quum ij qui
quanuis magnis virtutibus vacuam, innocentem tamen
recolunt transcurrere vitam, longius stare præcipiantur.
Sed hæc est sacræ consuetudo scripturæ: quia penè vbique
peccatores si reuerti voluerint, in spem reuocare conatur.
Inde est quòd sæpius eorum proponit exempla, in quibus
cum prius abundasset peccatum, superabundauit & gratia.
Vel ab statu iustitiæ miserabiliter lapsi, fructuosa postmodum
pœnitentia primam meritorum gratiam transcendunt. Hinc
est etiam quòd ipse dominus Iesus surgens à mortuis nec
genitrici sanctissimæ se primitus manifestauit, sed sicut
et uangelista, primò apparuit Mariæ Magdalenæ de qua ex
vij. dæ. Et hoc totum agitur vt spem misericordiæ recipiant
qui malorum suorum memoria perturbati citò poterant des-
perare. In iis verò in quibus innocentia commendatur,
cauta reprimenda est præsumptio: qui adeo sibi quòd ma-
gnorum criminum conscientia non vrgentur blandiri se-
lent, vt licet ad omne opus bonum pigri, ingressum tamen
supernum sibi patere non dubitent. Sequitur: Tollentque
ex ea filij Aaron in partem ignis domini adipem qui operit
ventrem, & qui tegit vniuersa vitalia. Quicumque enim
veteris immunditiam derelinquit, si non vult ad ea relabi que
deserit, in primis necesse est vt ventrem restringat, ne forte
dominante gulæ vitio per carnis illecebram quicquid foris
aggressus fuerit perdat. Muros enim Hierusalem prin. co. dæ.

Quòd adipe suo vescitur qui laudibus pro-
priis delectatur.

Omnis adeps domini erit iure perpetuo in genera, &c. h. v. nec adipem, nec san. o. co. Non omnem adipem sicut omnem sanguinem generaliter comedere vetat. Adeps autem mortuorum legis præcepto in vsus cedit humanos. sed hoc dictum est de adipe bouis & ouis: sed mysterium requiramus. Adeps hostiæ deuotionem insinuat offerentis. Hunc domino incendit, quisquis in sancti executione propositi diuinam gratiam ardentè expetit, qui Dei non suam in suo opere gloriam querit. Qui verò munus Dei sibi applicat, qui se, non muneris largitorem laudari affectat, adipe suo vescitur, quia deuotionis suæ laudibus saginatur. Nec adipem ergo, nec sanguinem omnino comederis: quia nec prauis operis appetitum recipere debes, nec tibi si quid boni eggeris applicare.

RICARDVS.

Qualiter satisfaciatur, qui in corrigendis vitiis modum discretionis excesserit.

Sacerdos pro peccato ignorantia of. vitulum. Sacerdos, vnctus prælatus, charitate erga proximum pius, & erga Deum deuotus. Eiusmodi sacerdos quanto subiectos verius diligit, tanto eorum errata vehementius insectatur & odit. Sed sæpè dum eorum culpas minus discretè percutit, dum percussorum vires pensare nescit vel negligit, charitatem in eis minus cautè feriens extinguit. Per ignorantiam itaque peccat, quando malum vnde debuerat amputare accumulatur. Sacerdos igitur qui indiscretè agendo dum bonum intendit per errorem delinquit, vitulum pro peccato suo offerat, & obediendi potius quàm imperandi desiderium de cætero habeat, qui creditum sibi regiminis officium ad plenum prout oportet dispensare non posse per experientiam probat. Offert igitur vitulum de armentis, qui fieri iam optat quasi vnus ex subiectis. Notandum sanè quòd non bouem sed vitulum iubetur offerre: ne pastorem curam quam semel accepit, audeat temerè & inconsultè abicere.

BRVNO.

Quòd mors Christi apud patrem misericorditer interpellat. Cumque intinxerit sacerdos digitum in sanguine, asperget eum septies coram Domino, contra velum sanctuarij. Sacerdos iste Iesus est, qui per proprium sanguinem introiuit semel in sancta,

ibique eum spargere non cessat mortem suam patri offerendo, pro nobis interpellando, atque omnium hominum, genus sui sanguinis aspersione sanando, Sed quare septies quia septem sunt dies. Quod enim septies fit, omni tempore fit. Septies ergo spargitur sanguis vituli quia vsque ad seculi consummationem spargitur sanguis Christi. Hoc autem contra velum sanctuarij, id est contra Dei ipsius oculos, maiestatem, atque presentiam.

RADVLPHVS.

Quod maiorum crimina pœna sint maiore punienda.

T Si peccauerit princeps & fecerit vnum è pluribus per ignorantiam quod lege domini prohibetur, & postea in el. pec. f. of. ho. c. d. i. item de capris immaculatum. Principem quemlibet ex doctoribus & sanctioribus hîc appellat. Verum alia hostia principi, ac cuiuslibet de populo terræ imponitur. Principis enim quantum scientia maior & sanctitas eminentior, tanto si peccauerit reatus vehementior erit. Seruus namque sciens voluntatem domini & non faciens, pl. v. m. Principis itaque reatum maiorem durior necesse est pœnitentia subsequatur. Hircus ergo ei lex deputat, non capram: vt quia prius in mandatis domini viriliter egerat, vnde & principis honoratus est nomine: nunc postquam à iustitiæ culmine inimici subreptione siue proprio vitio deiectus est, sorti se zelo contra se ipsum erigat, & in criminis sui vindicta non foeminam formidare exhibeat, & postea intelliget peccatum suum. Ego peccati notitiam non eam hîc accipio qua vtriusque male agit scit peccatum esse quod agit: sed eum peccatum veraciter cognoscere aestimo, qui peccatum quam perniciosum sit, quantave pœna plectendum pauido corde perpendit. Sicut enim non cognoscit Deum qui non eum vt dignum est diligit: teste Ioanne: Qui dicit se nosse Deum & mandata non custodit, est: sic nec peccatum cognoscit, quisquis non dignam odij vicem rependit. Qui ergo sic suum cognoscit peccatum, offert hostiam hircum de capris immaculatum id est sic perpetrata crimina plangat, vt plangendo de carere non committat. Sequitur: Ponetque manum super caput eius. Non enim coactam sed spontaneam agere pœnitentiam oportet, nec humano timore ad hoc compelli, sed amore diuino & propria salutis intuitu prouocari.

Quod perfecte pœnitentes innocentium meritis coram

Cumque immolauerit eum in loco vbi solet maclari ho. co. do. V
imm. quia pro peccato est. Videtur pœnitentiæ meritum sicut
 de capra dictum est interim commendare. Scripturæ quippe
 sanctæ intentio est peccatoribus si conuerti voluerint spei
 fiduciam reformare. Vnde etiam lex hircum, qui pro pec-
 cato offertur, in loco holocausti immolandum decreuit: vt
 scilicet peccatores si dignos pœnitentiæ fructus attulerint,
 eundem cum iis qui perfectionis iter ab initio gradiuntur, me-
 riti gradum adepturos se esse confidant. Vnde in Ezech.
 Porta ad Aquilonem ea omnia quæ porta ad Orientem ha-
 bet, perhibetur habere. Omnes enim qui ab vtero in inno-
 centia perstiterint, portam ad Orientem habent: quia eis
 regni cœlestis aditus à lumine quod acceperunt patet. Et
 omnes qui in peccatis postmodum lapsi torporis sui frigore
 sunt depressi, si per pœnitentiam redeant, portam ad A-
 quilonem habent: quia eis etiam post peccati sui frigora regni
 aditus per misericordiam patet.

Quod sacerdotis sit ei quem verè pœnitentem nouerit
 veniam impetrare.

Cum igitur immolauerit princeps in lo. ho. tin. sa. di. in san. hostie X
pro peccato tangens cornua altaris ho. & r. f. a. b. eius. Sacerdos,
 aut Christi aut præpositi cuiuspiam typum tenet. Sanguis
 verò hostiæ pro peccato, lachrymæ sunt peccatoris & affli-
 ctio. Non est autem negligenter transeundum quòd sangui-
 ne isto prius cornua altaris tinguntur, deinde quod reli-
 quum est, ad basim eius funditur. Per altare præsentem ec-
 clesiam, per cornua altaris prælatos, per basim ipsius, Chri-
 stum dicimus figurari. Docemus quippe per hanc sanguinis
 partitionem luctu & afflictione nostra primum satisfaciend-
 um doctoribus. Deinde per eorum absolutionem ad diui-
 nam indulgentiam pretingendum. Eis quippe dictum est:
 Quodcumque ligaueritis super terram, &c. Ad hos itaq; ac-
 cedendum est, vulnera per confessionem pandenda, flendum
 coram eis, vt altaris cornua sanguine nostro tingantur & fle-
 tibus nostris ad compassionem flectantur: sicq; cõmissa nostra
 & meritis lauet, & potestate relaxent. Decet enim peccatorè
 hæc humilitas, vt sine mediatore aliquo iusto petere indul-
 gentiam non præsumat. Verù hoc solum nec debet, nec potest
 sufficere: imò quod reliquum est sanguinis ad basim altaris fun-
 de: vt scilicet apud Deum pro te quod potes facias, gemas coram

illo: quia spiritus contribulati sacrificium illi nõ defistas obferre. Hoc autem sacerdos facere dicitur digitum suum in sanguine tingens: quia vel Christus spiritus sui intinctus, vel prælatus suis orationibus & doctrina nos docet quid agere debeamus, & iuuat vt explere possimus.

Quòd affectus noster nulli debeat turpitudini adhærere.

Cap. 5.
Y



*N*ima qua te. a. im. sue quod oc. est à bestia, aut per mor. vel quodlibet aliud rep. & o. f. immun. sue, rea & deli. Anima immundum tangit, quando alio no peccato consentit. Occisum autem à bestia eum intelligimus, qui inimici suggestionem libetur in peccatum. Per se autem moritur, quisquis propria liberatione iniquitati subiicitur. In reptilibus verò illi expiuntur, qui toto corpore terræ adhæreres, tota vita, intentione terrena sequuntur. Horum igitur omnium talis immundus est. Verùm non sine causa impositum existimò: oblita fuerit immunditiæ suæ. Si enim tetigerit immundum & immunditiæ suæ oblita non fuerit, nunquid non imunda erit? Sed nota quia parcitur fragilitati humanæ. Quis enim qui nesciat humanorum affectuum inuito nõnunquam etiam ipso qui patitur, labilem discursum? Si igitur repetit affectus tuus ad aliqua illicita se inflectat, quod est eum mortuum tangere, si tu sentiens statim repugnaueris, non immundus es: imò si viceris, corona donaberis. Si verò libenter in ea moratus fueris, etiam si opere non expleas, pollueris. Hæc est enim obliuio de qua lex loquitur: Obliuio enim est parui pendere.

Quòd qui carnem suam affligere proposuerit, non debet à proposito resilire.

Z Anima qua iurauerit vt vel malè quid faceret, vel benè, obliuio imelle. pec. Scilicet agar pœnitentiam pro peccato. Quis mala agere proponit, certum est quia nutu ipso quod iniquitatem affectat, delinquit. Verùm si malum animi propositum vsque ad opus perduxerit, peius facit. Perseuerantia enim in malo, non continentia, sed pertinacia: nec des, sed incorrigibilis perfidia dicenda est. Hic tamen malum non pro culpa, sed pro pœna accipitur: cum quis scilicet peccata sua indicans, carnis suæ afflictionem Deo vouit. Malè ergo sibi facit quisquis, quia Deum contempserat, irac

iratus pœnas debitas à se exigit & retorquet. Benè verò agere, est vitiiis abrenunciando, bonis operibus insudare. Si autem oblita voti sui postea intellexerit. i. si negligens reddere quod vouerat, postea super hoc ipso se reprehenderit, agat pœnitentiam pro peccato: digna scilicet satisfactione diluens quod neglexit: & offerat agnum de gregibus, siue capram. Tanquam diceret, quod prius vouerat & nondum reddiderat, reddat. Malè & benè faciat carnem affligens, & bonis operibus insistens. Hæc nanque est ovis & capra, bonorum operum executio, & malorum punitio. Nec contrarium videatur, quòd siue ovis, siue capra offerri iubetur, cum nos vtrunque dixerimus offerendum. Siue enim, aliquando copulatiuum est: vt cum dicimus: Siue serui, siue liberi, omnes vnum sumus in Christo, id est, serui & liberi. Et in hoc eodem libro: Vestis linea, siue lanca quæ lepram habuerit, aut certè pellis, vel aliquid ex pelle confectum est ostendetur sacerdoti. Hic enim Siue aut Vel, pro &, particula accipiuntur.

De sacrificiis turturis & columbarum.

Sin autem pecus of. non po. of. d. tur. vel duos pullos columbarum, vnum pro peccato, & alterum in holo. Magna hominum erga Dei cultum & suam salutem negligentia, sed maior Dei erga homines longanimitas & misericordia. Ecce enim cum peccatoribus pœnitentiæ & vitæ correctioris remedia ostensa sunt, si quis salutis iter aggressus defecerit, & in suo proposito segnior factus, bonum quod inchoauerat implere distulerit, diuina adhuc patientia supportatur, & quàm diutius viuit, expectatur vt impleat quod promisit. Si verò morte imminente aut graui infirmitate, incumbente exequendi voti facultas adempta fuerit, nec sic deseritur. Sed si vel tunc conuerti voluerit, via illa ostenditur qua saluetur. Offerat enim duos turtures vel duos pullos columbarum. Turtur & columba, pro cantu gemitum habent. Qui ergo nec seipsum affligere, nec iustitiæ opus exequi sufficit, vt promiserat gemat, duplicem autem gemitum cum habere oportet: siue quia malum egit quod non potest digna satisfactione abluere, vel quia bonum quod Deo vouerat non vacat explere: & hoc est vnum pro peccato, & alterum in holocaustum offerre. Sequitur: Et dabit eos sacerdoti. Vnde ostenditur, non nisi per prælatos, aut certè per sum-

summum pontificem Christum si illi defuerint, peccatorum satisfactionem acceptari posse. Qui primum offerens pro peccato retorquetur caput eius ad pennulas ita vt collo hæreat, & non penitus abrumpatur. Quid per pennulas, nisi virtutes animæ significantur, quibus illa ad cælum volat? Caput ergo retorquetur ad pennulas, quum mens quæ hominis caput est, pro peccatis suis anxia dolet: talem execrans dulcedinem vitiorum, virtutum concipit appetitum. Ita, inquit, vt collo hæreat, & non penitus abrumpatur. Dignum quidem est vt qui vitam totam in delitiis egit, saltè iam morte vicina caput secernat à corpore mentis: scilicet in intentione à carnis voluptatibus procurandis auertat. Nec tamen penitus abrumpatur: vt carni scilicet in necessitatibus non in defideriis seruiatur.

Quòd in fine pœnitentibus nec certa damnatio, nec certa indulgentia promittitur.

B *Quod si non quiverit manus eius of. duos turtures vel duos pullos columbarum, of. pro peccato si. partem ephi de.* Per similitudinem hinc cogitationum subtilitas designatur, quæ per confessionem sacerdoti humiliter aperitur. De hac autem decimam partem ephi offerre præcipitur. Quid in denario, nisi perfectio intelligitur? Dignum est enim vt qui peccatorum suorum confessionem facit, consumet eam omnia quæ reuocare ad memoriam potest domino pandens: non alia prodens, alia abscondens. Non mittat in eam oleum, nec thuris aliquid imponat: quia pro peccato est: tradetque sacerdoti. Quòd oleum in ea non mittitur, inde est, quòd iis qui eiusmodi sunt, certa misericordie spes nõ promittitur. Confessio nanque quam nullus comitatur fructus boni operis, quàmque interni gemitus non commendat, incertum est verum à domino recipiatur. Vnde beatus Augu. in quodam sermone ait: Agens pœnitentiam ad vltimum & reconciliatur. Securus hinc exeat, ego securus non sum. Nunquid dico damnabitur? Non dico: sed non liberabitur. Vis te à dubio liberare? Age pœnitentiam, dum sanus es. Nec thuris aliquid imponas. Thus orationis formam habet, sicut scriptum est: Dirigatur oratio mea, &c Cum ergo thus prohibetur imponi, quasi orationis fiducia homini denegatur. Qui enim peccata sua nec probabilius viuendo corrigere, nec tamè ea dignè deslere potest: puto verecundiã exigit, vt indignum se diuina

diuina misericordia iudicet, nec impudenter & quasi libera fronte eam sibi conferri exoret. Petat tamen, sed quasi non petendo speret, sed desperando, dum & se indignum veniam confitetur, & tamen sola Dei misericordia fieri posse credat vt saluetur. Sicq; nos Deū rogantes dicimus vt dimittat quę conscientia metuit, & adiiciat quod oratio non præsumit.

Quid agere debeat sacerdos pro eo qui in fine tantum confitetur.

Qui plenum ex toto pugillum hauri cremabit super al. in me. e. qui obtulit rogans pro illo & expians. Reliquam vero partem ipse habebit in munere. Quanto minus vnusquisque de suis confidit meritis, tanto magis indiget vt iuuetur alienis. Quapropter bonus pastor qui subditi penè desperati recipit confessionem, intercessionis suę beneficium misericorditer illi impendat, vt apud Deum si fieri possit pro eo obtineat, quod reus ipse meritis suis obtinere se posse desperat. Hoc est ergo quod dicitur de simila oblata: Plenum pugillum hauriat, & super al. cremab. in memo. eius qui obtulit, qui peccatoris confessione recepta, & cognitis eius criminibus, si charitatis flamma in altari cordis succenditur, necesse est vt periclitanti compatiens pro diluendis eius criminibus saltem breui tempore coram domino vsque ad lachrymas compungatur. Rogans pro illo & expians. i. quantum in se est expiare contendens. Reliquam verò partem, &c. Meritò in peccatoris confessione partem accipit improprie, s. mercedis lucrū: illam retorquēs, quę vt acceptabilis fieret, suis precibus eam iuuat.

Quòd in omni bono opere perseuerantia requiritur.

Cap. 6.



Hæc est lex holo. Cremabitur in al. tota nocte vsq; mane. Intelligendū est, quod quacunq; hora diei, siue mane, siue vespere holocaustū incenderetur, sequenti nocte tota super altare relinquebatur. Nobis verò innuitur, vt si holocaustū nosmetipsos Deo obtulerimus, si flāma sancti amoris ardere cœperimus, perseueremus: nec præ abundantia iniquitatis refrigescat charitas nostra, nec extinguatur in nocte lucerna nostra. Lucerna quippe nostra ipsa charitas est: quia præceptū do. lu. il. oc. Ipsa enim quo gressum tēdamus operis intus nos erudit: & dū quę agimus aliis ostēdit, quo sequi debeant eisdem accendit. Si igitur post tenebras noctis præsentis æternum nobis mane oriri cupimus,

pro custodia huius lucernæ sollicitè vigilemus : quoniam si quis hîc dum adiuuit in conspectu hominum ignis sui flammam seruauerit , post vocationem suam decedentibus tenebris & vero mane illucescete, sub Dei præsentia in æternum fulgebit. Vnde scriptum est: Stellæ quoque dederunt lumen in custodiis suis. Vocatæ sunt & dixerunt, Assumus, & luxerunt ei cum iucunditate qui fecit eas.

De statu sanctorum post mortem.

E *Vestietur sacerdos tunica & femoralibus lineis, tollétque cineres, quos vorans ignis exussit, & po. iuxta alt. spo. pri. vesti. indutisque aliis ef. e. extra castra, & in lo. mundi. vsque ad fauillam consumi faciet.* Magna hîc sacramenti profunditas. Magna spes reposita mortalibus. Magna consolatio morientibus. Si enim in crematione illa quæ in altari fit, labor vitæ nostræ accipitur, quandiu feruentes spiritus nos in sanctis operibus exercemus: quid cineres, reliquiæ scilicet illius cremationis, nisi quod post vitam vnicuique nostrum restat designam? Notum est quia iustorum corporibus in pace sepultis, animæ quoque eorum in manu Dei sunt. Et quia beati mortui qui in domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus vt re. à la. f. Hæ sunt iustorum reliquiæ: quoniam sunt reliquiæ homini. pa. Cineres itaque ab altari deponuntur: quoniam iusti à labore in requiem suscipiuntur. Cineres ad Orientem collocantur: quia iustis (vt ait Iob) Meridianus fulgor consurgit ad vespèram: ad occasum s. vitæ præsentis claritas subsequens. Et quum putantur consumpti, oriuntur vt Lucifer. Inde est quod sanctorum obitus Natalitia nominantur: quia quod sunt infanti angustiae materni uteri ad huius aëris libertatem, hæc est iustis huius conuersationis ærumna ad futuræ gloriæ amplitudinem. Locus quoque in quo cineres deponuntur, iuxta altare est: quia secundum vitæ præsentis meritum retribuitur vnicuique post obitum. Non elongantur cineres ab altari: quia nec homines à suis meritis disjunguntur, sed sequuntur eos opera eorum, & recipit vnusquisque prout gessit in corpore siue bonum siue malum. Sacerdos qui cineres deponit, tunica & femoralibus lineis induitur: quia Christus qui districtione sententiæ suæ morte mulctat homines, vt suos morientes consolaretur, terrenum corpus assumpsit in quo & ipse moreretur. Sequitur: Et indutus aliis vestimentis, efferet eos extra castra

stra. Quid est cineres extra castra ferre, nisi iustos post animarum suarum requiem, post corporum suorum resurrectionem, in alterius vitæ gloriam transfigurare? Sacerdos vestem mutat, qui hæc agit: quia Christus non in forma seruili in qua prius despectus apparuit, sed in maiestatis suæ gloria, vt seruos suos glorificet, apparebit. Cineres verò in locum mundissimum effertur, & ibi vsque ad fauillam consumuntur. Quis est locus mundissimus extra castra, nisi perfecta beatæ ciuitatis illius mundities, omnem excedens huius temporis sanctitatem, quæ in hac vita à quoquam nostrum acquiri potest? Tunc enim Christus exhibebit sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam a.r. Ibi ergo prius sanctorum cineres consumuntur: quia nec in corporibus sanctorum vlla relinquetur corruptio, nec in animabus vitij turpitudò.

In quibus religiosi animus debeat occupari.

Reliquam partem simile co. Aa. & si. eius absque fer. & eo. in lo. sanctuarij tabernaculi. Hoc de lege sacrificij & libamentorum dicitur, Aarō cum filiis suis, Christum cum membris suis significat. Istitis similitudine reliquæ comedendæ decernuntur: quia sancta mens post orationis & lectionis studia, quibus Domino se præsentat & amore illius inflamat, cum proximorum utilitatibus se impendit, in vsum eorum cedens, quasi ab eis comeditur, quando in suarum necessitatum providentiam remedium eis confertur. Et comedent eam absque fermento, vt scilicet mens religiosa cum proximorum curam suscepit, cum eorum vrbibus se contulerit, simplici intentione hoc faciat: vt nec culpas redarguens iræ suæ libidini seruiat, nec necessaria proximi procurans, vanæ gloriæ deseruiat. Et comedent eam in loco sanctuarij tabernaculi: quia studium animæ religiosæ, quæ se à mundi actibus sequestrat, non in secularibus, sed in iis solam quæ ad Deum pertinent, debet proximis exhiberi. Cum igitur nuptiarum causa tractatur, quum augendæ pecuniæ, quum bonorum seculi huius acquirendorum ratio habetur, indignum est vt mens Deo consecrata, quæ ipsa possidere negligit, aliis studeat procurare. Conceditur tamen eis in his etiam quæ carnis sunt, si necesse fuerit, curam proximorum habere, sed sicut sui in necessariis duntaxat: vt scilicet in huiusmodi proximorum fulciant infirmitatem, non expleant voluptatem.

Quòd fermento carere debeat quicquid Domino præsentatur.

G Ideo autem non fermentabatur, quia pars eius in Domini offertur incensum. Quæ sit huius similæ partitio superius diximus: geminum scilicet studium, propter geminam dilectionem Dei & proximi: vt aliquando vacemus Deo, lectiõni & orationi studentes: aliquando verò proximorum curam pia sollicitudine procuremus. Necessè est autem vt mens quæ subinde ad Deum recurrere & incensum ei orationis offerre desiderat, circa ipsa fraterna obsequia azimam se ei exhibeat. Simila igitur nostra ideo fermentari non debet, quia de illa partem Domino incendi oportet: alioquin nisi fermento purgetur, indigna est quæ Domino præsentetur. Fit hîc utilissima conuersa. Sicut enim simila ista idcirco à fermento purganda est, vt pars coram Domino possit incendi: sic econuerso ideo sæpius Domino præsentanda est, vt à fermenti cõmixtione valeat sequestrari. Anima enim quæ frequenter ad orationem se confert, compunctionis machina super se leuata, & spiritu sancto illuminata, ibi discit quàm pia affectiõne proximis subueniendum sit, & quanta sollicitudine interius secretum ab omni fermento mundandum sit. Quòd si etiam intentio in aliquo fuerit deprauata, ibi citò deprehenditur, ac facillè emendatur.

BRVNO.

Quòd non intercisã sed continua debeat esse sanctificatio sacerdotum.

Hæc est oblatio Aaron & filiorum eius, quam scilicet de deo in die vnctionis suæ: Decimam partem ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno, medium eius mane, & medium vespere: quæ in facta. o. con. fri. Hanc oblatione sacerdotum & episcopi in die vnctionis suæ præcipiuntur offerre: id est in sempiternum sacrificium. Nò igitur vno sed omni die episcopus & sacerdos inungi & sanctificari & seipso melior fieri debet. Offerant autem similæ decimam partem ephi. Quid per simillam, nisi sacerdotis carnem intelligimus? quæ dum compunctionis molis teritur & affigitur, suo bono exemplo quasi quodam cibo nutrit. Qui autem decimam partem offert, seipsum penitus totum offert: quia omnis homo decima est. Sed quia mane & vespere diem & noctem significat, medium suæ oblationis mane, & mediũ vespere sacerdos offerre debet, vt die & nocte, id est omni

tempore, ab hac immolatione non desistat.

RADVLPHVS.

Quòd prælati mens à iustitia debeat absorberi.

Omne sacrificium sacerdotum igne consumi. nec quis. co. ex eo. Quid H
 est quòd sacrificium sacerdotum igne consumi præcipitur, nisi quòd mens boni pastoris amore iustitiæ penitus absorbenda docetur? Tunc acceptabit, inquit, sacrificium iustitiæ. Mens itaque quæ iustitiæ legibus totam se subdit, sacrificium suum igne consumit. Ab eius esu omnes prohibentur: quia illicitum est vt à pastore pro adipiscenda cuiuscunque hominis gratia à iustitia declinetur. Comedit ergo simillam pastoris, qui eum à regula veritatis ad suæ prauitatis inflectens patrociniū de eius consensu voluptatem capit. Notandum autem quòd eum dicitur: Nemo comederit ex ea: etiam ipse à suæ similitudine comestione arcetur. Sicut enim alienæ peruersitati obtemperare non debet, vt à iustitia declinet: sic nec in iudicandis subditis suæ libidini deseruire.

De veræ pœnitentiæ dignitate.

Ista est lex hostiæ pro peccato in loco vbi of. ho. imm. co. do. Hæc I
 dignitas pœnitentiæ superius vbi capram ovis hostiæ iunxit, satis describitur. Sanctum sanctorum est. Sacerdos qui offerret, comederit eam in loco sancto, in ostio tabernaculi. Hoc est in quo sacrificiis eam coarquat. Vnde & sacrificium in sequentibus nominat. Sanctum, inquit, sanctorum est. Peccatorum pœnitentia ideo Sancta sanctorum dicitur: quia nonnunquam post multiplices lapsus resipiscētes, & iustitiæ sedatores feruētissimi, & ipsius iniquitatis cui succubuerūt expugnatores validissimi, quòdque vtrūque bonum amplius cōmendat pro præteritorum conscientia humiles & pauidi inueniuntur. Sacerdos qui offert hostiā, comederit eam in loco sancto. Quis est sacerdos qui hanc hostiam immolat, nisi qui per doctrinam suam peccatorem ad pœnitentiā vocat? Iste ergo hac hostia vescitur, dū super peccatoris cōuersione plurimū delectatur. In loco autem sancto hostiā pœnitentis comedere, est eum qui à peccatis suis auertitur non iam damnandum credere, sed in sanctorum numero cōputare. Sequitur: Quicquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Ille huius hostiæ carnes tangit, qui affectum suum pœnitentium humilitati coniungit. Qui verò tangit, sanctificatur: quia quicumque eos imitatus fuerit, ipse quoque à peccatorum suorum nexibus relaxatur.

SVPER LEVITICVM.

Quòd virtus confessionis abluit quicquid ex confitentis
 K compafsione sordium contraxerit mens prælati.

Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto. Dicit beatus Grego. à bonis pastoribus viscera materna subdntis exhibenda: vt si fortè eos tentationibus infestari contigerit, ad eos quasi ad portum salutis confugiant, nec eis peccatorum suorum reuelare vulnera vereantur. Fit autem plerunque vt pastoris conscientia auditis subditorum tentationibus & ipsa tentetur, & velut aqua aliorum manus abluens, vnde eas mundat, ipsa sordiderur. Quod tamen doctõribus non nimis formidandum est. Nam tanto citius à suis liberantur, quanto misericordius aliorum tentationibus fatigantur. Dicatur itaque de hostia pro peccato: Si de sanguine, &cæ. Sanguis enim huius hostiæ, opera sunt corruptionis quibus peccator succubuit. Libera me, inquit, de sanguinibus, &cæ. Hæc itaque quum per confessionem pastori deteguntur, plerunque licet ad corpus non vsq; transeant, tamen vestem aspergunt: quia quanuis consensum non imperent, excitant appetitum. Quod enim vestis ad corpus, hoc ad consensum est apperitus. Vestis sæpè sine noxa corporis aut maculatur, aut scinditur: sic & appetitus plerunque absque salutis humanæ dispendio consensu viriliter resistente per illicita multa raptatur. Lauanda igitur est vestis: sed in loco sancto poterit lauari: quoniam qui non suo vitio, sed sola compafsione vt proximo fluctuanti subueniat, huiusmodi perturbatione vexatur, non necesse habet donec se expiet à sacris sacrificiis sequestrari. Et lauat ergo vestem suam, & in loco sancto est: quia illecebra carnali qua exterius afficitur, pro viribus sine dilatione se purgat, sed tamen quòd hanc pugnam sustinet, augmentum est ei retributionis, non imminutio sanctitatis.

GALFRIDVS.

Quòd per vasa fictilia & ærea nostrum corpus & anima designatur.

L *Vas fictile in quo hostia pro peccato cocta est confringetur.* In lege vasa fictilia iubentur conterì, sed ænea conficiantur sicque purgari. Vasa nostra sunt corpus nostrum & anima, in quibus quali in duobus vasis carnes sacrificij eo quimus, quum in altero digna pœnitentiæ opera facimus, in altero internæ charitatis hostiam immolamus. Vnum conteritur, alterum

confricatur: quia corpus exercitio pœnitentiæ frangitur, anima quasi quædam spiritualis exercitij lima clarificatur. Hinc Apostolus ait: Exterior homo noster corrumpitur, sed qui inius est renouatur de die in diem. Dum fricatur nanque animus ad vnei vasis exemplar, non solum malitiæ deponit æruginem, sed incalescit etiam, & maiorem suscipit claritatem: vt tanto amplius in amore veritatis proficiat, quanto eū expressius ab omni nigredine prauitatis exercitatio spiritualis expurgat. Ita ergo nostra purganda sunt vasa, vt ad suscipiendum oleum gratiæ spiritualis omnimodè inueniantur idonea: munda videlicet maceratione pœnitentiæ & lauacro castitatis, solida operatione spiritus & glutino charitatis, alioquin non poneret Deus oleum suum in vasis nostris, si in eis vel maculam inspiceret, vel scissuram: quia nec dat sanctum canibus, nec ante porcos proiicit margaritam. Qui sunt autem canes, nisi qui se inuicem mordent & comedunt vt ab inuicem consumantur? Qui verò porci, nisi qui cœno libidinis volutantur? Odibilis autem maximè canis reuersus ad vomitum: sed & sus lota in vultubro luti: videlicet qui in prioris malitiæ rabiem de charitatis tranquillitate se deiecit, vel in pristinæ libidinis immunditiam de puritate castitatis immergit.

BRVNO.

Quòd Christiani cor, Christi sanguini semper debeat innatere.

Hæc est lex hostiæ pro delicto: Sancta sanctorum est. Idcirco vbi mactabitur holocaustum, mactabitur & hostia pro delicto. Sanguis eius per gyrum altaris fundetur. Fundamus charissimè huius hostiæ sanguinem per gyrum altaris: vt semper corda nostra in Christi sanguine narent, & nunquam eius passionis obliuiscamur.

RADVLPHVS.

Quòd non sit magnum eorum carnalia metere, quibus spiritualia seminamus.

Sacerdos qui offert holocausti victimam, ha. pel. eius. Pellis holocausti quæ est, nisi exterior huic mundo renunciantium substantia? Pellem, ait, pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua. Qui ergo proximum sua exhortatione ad cœlestia pertrahit, terrenam eius substantiam in vsu proprios legali decreto habebit. Non est enim magnum, si

spiritualia illi seminet, & gius carnalia metat. Hoc iam in omni holocausto faciendum statuitur non bouis solùm aut ouis, sed maximè auium: non illorum legalium, sed spiritualium. Qui enim sapientiæ student, & intelligentiæ pennis ad Deum volant, hi maximè à terrena possessione & exteriori occupatione expediendi sunt, vt fiat in eis quod scriptum est: Vacate & videte, quia ego sum Deus.

Quòd Deo bonum non placeat, quod mali commixtio fermentauit.

Cap. 7.
O



*Arò quæ aliquid tetigit immundum, non co-
sed combu. igni.* Hoc de carne hostiæ quæ voto vel sponte offertur præcipitur. Caro igitur victimæ nostræ tunc tangit immundum, quum opus pietatis flagitij alicuius aut facinoris crimini admiscetur. Sed hæc non comeditur, imò comburitur igni: quoniam elemosynæ vel cætera opera pietatis quæ alicuius criminis admixtio polluit, à Deo non suscipiuntur, quin potius æternis ignibus deputantur. A patribus hoc obseruatum est, vt quicumque capitalis alicuius culpæ reus publicè conuinceretur, donec resipisceret, oblationes eius ab ecclesia nõ susciperentur.

P Quòd sanctorum vtilitatibus etiam malitia militat aliena. *Adipem cadaueris mortui & eius animalis quod à bestia captum est ha. in vsus va.* De morticino & à bestia capto supra dictum est, nunc de eorum adipe videamus. Adipes eorum sunt varij effectus. quibus amatores huius mundi qui Deo mortui sunt, rapiuntur. Hos comedere quidem non debemus, quia eorum praua desideria ab omni munda conscientia repellenda sunt: in vsus varios habere præcipimur. Huiusmodi quippe homines sibi inutiliter viuunt, sanctorum tamè vtilitati deseruiunt. Verbi gratia: Non possunt sibi multi filiorum Dei domos ædificare, non possunt arare & serere, nec vestes sibi texere valent. Cùm his igitur indigeant, nec tamen hæc sibi valeant præparare, prouidit misericordia diuina, quæ etiam malis benè vti solet, vt essent aliqui seculi amatores, qui licet carnali intèntione hæc didicerint, accepto tamen pretio in huiusmodi seculi necessitatibus obsequantur. Ipsi quoque qui ira & odio contra bonos deseruiunt, bonorum militant vtilitati, dñi patientiæ virtute exercitatis premiã æternã

æterna multiplicant. Inde nan que est quòd ipse humani generis inimicus, dum contra Christianum nomen infremuit, tot martyrum millia sua insania coronauit.

Quòd prælati in cunctis operibus suis non suam debeant querere gloriam, sed auctoris.

Sanguinem omnis animalis non sit in cibum tam de auibus quam de pecoribus. Doctores sancti cum eruditione sua quemquam ad scientiæ studium prouehunt, quasi spiritualementem offerunt: Huius autem sanguinem non comedunt, quia amorem discipulorum non conuertunt in se, sed ad Christum transmittunt. Planè enim iram sponsi prouocat puer, qui ad sponsæ ministerium deputatus, loco sponsi amari se affectat. Vnde beatus Apostolus, fidelis minister ecclesiæ: Non nosmetipos prædicamus, sed Iesum Christum Deum nostrum. Sed nec pecorum siqua Deo immolant, sanguinem edunt: quia cum simpliciores erudiunt, pestem cupiditatis quam de eorum cordibus excludunt, & ipsi quoque à se abiiciunt. Castigo, ait, corpus meum, & in seruitutem redigo, &c.

De sacerdotalibus indumentis.



Umque lauisset Moyses si. La. vest. pon. subucula lineam. Nota quòd sacerdotes induturus prius eos lauat congruo satis ordine: vt quicumque ad sacerdotium accedunt, primò præcedentium delictorum veniam consequantur. Primò deponant sordes vitiorum, & sic demum suscipiant ornamenta virtutum.

De subucula.

Prima in vestibus sacerdotalibus subucula linea ponitur.

Linum quod de terra originem ducit, & multo labore multaque industria natiuum deponit calorem, vt ad hunc quem in veste habet perducatur candorem, virtutem exprimit castitatis. Caro siquidem nostra ab ipsa parentum propagine corruptelam trahés, multa nostra vigilantia opus habet, vt eam cum qua nata est immunditiam abiicere, & honestatis nitorem valeat possidere. Sed quia non solùm cum labore acquiritur, sed & cautelam multam exigit vt acquisita seruetur, subucula induta, subditur: Accinges eum baltheo.

De baltheo.

Quid enim per baltheum quod subuculam lineam astringit, nisi virtutis ipsius custodia designatur? Neque enim cū

SVPER LEVITICVM.

remissione & negligentia castitas poterit retineri : sed cohibendus est visus, obstruendus auditus, lingua refrænanda, ipsa etiam cogitatio à noxiis euagationibus restringenda. Sequitur. Et indues eum tunica hyacinthina. Hyacinthus, aëris præfert colorem. Quid ergo per tunicam hyacinthinam, nisi cœlestis conuersatio exprimitur? Dignum est enim vt pontifex eum corruptionis opera declinat, etiam à mundi huius tumultibus in quantum licet se subtrahens, militiæ diuinæ aptum se præbeat. Nemo quippe militans Deo implicat se negotiis secularibus. Et superhumerales imposuit. Quia in humeris onera portare solemus. Per humerale patientiæ virtus intelligitur, quæ proximorum vitia quandiu corrigere non potest, animi longanimitate consuevit portare. Qui enim locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare : vt ipse sua mansuetudine iram sœuientium mitiget, & peccatorum vulnera in aliis ipse vulneratus afflictionibus sanet.

De rationali.

§ *Quod astringens cingulo aptauit rationali in quo erat doctrina & veritas.* In pectore Aaron rationale vitis ligantibus imprimitur, quatenus pontificis cor nequaquam cogitationes fluxæ possideant, sed ratio sola constringat. In hoc autem rationali doctrina & veritas esse perhibetur quia doctrina veritatis in pectore pontificis debet esse reposita, vt scriba doctus in regno Dei : & cum optimum fuerit, proferat de thesauro suo noua & vetera. Sed norandum diligenter, quod superhumerales & rationale aptata sibi inuicem & cingulo constricta narrantur. Nam neque patientia sine doctrina, nec doctrina absque patientia subsistere potest. Doctrina enim viri per patientiam noscitur. Sequitur. Cydarii quoque textit caput. vt in exhibitione operum visibillum de cordibus munditia conueniatur. In omne quod agimus, mens potius discutienda est, quàm vani operis superficies. Si enim oc. tu. fu. simplex, &c. Et super eam contra frontem posuit laminam auream consecratam in sanctificationem. Legalis pontifex in fronte Dei nomen lamina insculptum portabat. Nostri verò pontifices non nomen quantum literis deformatum, sed rem tanti nominis in vultu præferunt; cum mentis verticem à terrenarum rerum cogitatio-

ne erigentes radios in se solis æterni suscipiunt: vt si non per naturam; tamen per gratiam Deo iam vniti diuinitatis ipsius participium sumant. Vnde & tantam proximis sanctitatis virtutem exhibent, vt tanquam diuini nominis titulum fronte præferant, quicumque eos perspexerint, Deum in eis habitare non dubitent.

Quomodo septiformis gratia sacerdotalibus conueniat indumentis.

Septem posuit or sac. Quia septem sunt spiritus sancti dona, quæ quomodo sibi conueniant videamus. In linea quæ T
exteriorem munditiam significat, timorem accipe. Primus est enim eius progressus, si non affectus, saltem opera corruptionis abiicere. Sed quoniam virtus ipsa castitatis ne dispereat munienda est, accedit consilium sensus cohibendi. Et hic est baltheus. In tunica verò hyacinthina speciem habes fortitudinis & illius cœlestis firmani, cum anima proiectis aquis inferioribus terrenæ occupationis spiritualibus studiis tanquam aquis superioribus decoratur. Iam in superhumerali quid nisi pietas intelligitur? Piū est nanquæ dum proximo succurrere vis, eiusdem vitia donec corrigatur æquanimiter tolerare. Quinto loco ratione manifestæ scientiæ formam tenet. In cydari quoque quæ interioris munditiæ typus est, intellectus apparet. Beati enim mundo cor. &c. Quæ domini sententia & ipsa in Euangelio sexto loco posita est. Restat lamina aurea in qua figura sapientiæ manifestè signatur. Aurum enim diuinæ contemplationis claritatem designat. Illius ergo frons lamina aurea adornatur, cuius facies interior lumine speculationis diuinæ perfunditur. Sed quoniam multi fuerunt, qui cum cognouissent Deum, non si. d. g. aut g. e. quibus nihil profuit Deum cognouisse, nec honorasse: idè lamina pontificis consecrata dicitur, vt in sanctorum cordibus dilectioni societur, per quam & consecretur.

B R V N O .

Quòd ampli pectoris sacerdos esse debeat, qui tanta continet sacramenta.

Tulit Moyses pectusculum, eleuans illud coram Domino de a- V
riete consecrationis in partem suam. Idè Moyses sibi pectusculum vendicat, quia pectorosi & sapientes pontifices esse debent. Magnum enim pectus habere oportet, qui hæc tanta seruare

SUPER LEVITICVM.

seruare debet & reponere sacramenta. Sed quare coram domino pectus eleuat, nisi vt corda & pectora nostra semper sint leuata ad cœlestia contemplanda?

R A D V L P H V S .

Quòd per Christi sanguinem à peccatis quæ cauere non possumus, abluamur.

X *Sumens Moyses vnguentum & sanguinem, qui erat super al. aspersit super Aaron & vestim. e. & super fi. e. & vestes eorum. Quid tibi vult hæc vnguenti sanguinisque aspersio? Nonne iam Aaron vnctus fuerat, & filiorum illius manus consecrate? Quid ergo rursus vnguento aspergitur? sed nota grande & vtile mysterium. Omnis homo quauis iam sanctificatus sit aut baptismo aut quolibet alio sacramento, quandiu viuít inter tentationes huius seculi, non potest esse sine peccato. Si tamen confessi fuerimus (ait beatus Ioannes) delicta nostra, fidelis est & iustus vt dimittat nobis de n. & pur. v. ex. o. i. non tantum præterita, sed & si qua contraximus ex hac vita: quia non potest homo quandiu carnem portat non habere vel leuia peccata. Sed quomodo fiet ista purgatio? Sanguis, inquit, Iesu purgabit nos ab omni peccato. Ergo si peccas (nec enim potes omnino cauere quin aliquando pecces:) continuò vide, continuò displiceat, continuò damna. Manet super altare vnguentum. Manet sanguis quo aspergaris & purificeris. Est enim in ecclesia gratia spiritus sancti, est fides passionis Christi, per quam peccati tui veniam consequaris. Hanc quotidianæ penitentiae purgationem significauit & illa pedum lauatio, quam Dominus in cœna discipulis exhibuit. Dicatur ergo: Sumens Moyses vnguentum & s. & c. Vestimenta sacerdotum, sunt opera iustitiæ, quibus coram omnibus adornantur, sicut scriptum est: Sacerdotes tui induantur iustitia. Sed quoniam hæc aliquando peccati macula polluantur, necesse est vt in hac aspersione mudentur. Asperguntur verò sacerdotes cum vestibus, quando & eorum conscientia à reatu prauæ cogitationis, & eorum conuersatio à reatu prauis operibus absoluitur.*

Quòd Christianus toto vitæ suæ tempore non aduersus frangi debeat, nec prosperis eleuari.

Y *De ostio tabernaculi non exibitis vij. diebus, vsque ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestra. Septem enim diebus finitur*

fnitur consecratio. Septem dies omnem præsentem vitam designant, quæ vii. diebus voluitur. In loco ergo sancto demoratur, quisquis operibus occupatur. Præcipitur autem sacerdotibus ne de loco sancto exeant vii. diebus: id est, ne quandiu viuunt ab obseruatione diuinæ legis recedant. Vii. inquit, diebus fnitur consecratio. In hac enim tantum vita sanctitas acquiri potest: transacta autem vita præmium recipitur sanctitatis. Sequitur: Die ac nocte mane. in taber. obser. custo. domini, ne mori. Diè ac noctem prosperitatem & aduersitatem intellige. Sunt quidam qui per diem de loco sancto exeunt: quia nimium temporalium rerum abundantia aut extolluntur, aut intemperanter videntes corrumpuntur. Per noctem verò de tabernaculo exit, qui inimici tentationibus fatigatus à iustitia recedit. Sed die ac nocte manendum in tabernaculo lex præcipit: vt scilicet nec prosperitas nos corrumpat, nec aduersitas frangat.

Quòd spiritus sanctus iustorum sacrificia
soleat inflammare.

Apparuit gloria Domini o. multi. & ecce ig. e. à do. de. ho. & Z
adipes qui erant super al. Quod cum vidissent turbe, laudauerunt
Dominum vuentes in facies suas. Ignis egressus à domino, spiritus sanctus est qui à patre filioque procedit. De quo ipse dominus: Ignem veni mittere in terram. Hic ergo ignis in terram missus, id est hominibus datus, holocausta vorat, quia perfectorum corda in suum amorem rapiens, & ab affectibus mundanis secernens omnem eorum virtutem & studia ad diuinam transfert militiam. Adipes. verò pacificorum, non tamen ipsas hostias pacificas vorat ignis iste: quum mentes religiosorum secularium in affectum diuinæ dilectionis accendit: non tamen ea integritate vt à mundanis negotiis prorsus alienare, & spiritualibus se studiis velint occupare. Cum autem religio diuina tam in prælatis quàm in subditis floret, hæc Dei gloria quam videntes homines non possunt non glorificare & laudare tanti muneris auctorem. Ruentes, inquit, in facies suas. In faciem cadunt, qui sponte sua se deiciunt.

Quòd per illatam peccantibus vltionem hominibus Dei sanctitas innotescat.

San.

Cap. 10.

A



*Anctificabor in iis qui appropinquant mihi, & in con.o. p.g. Sanctificatur apud homines Deus, quum se sanctum esse demonstrat. Quomodo autem sanctitatem suam Deus hominibus apperuit, nisi quum de peccatoribus vltionem capiens se eorum nequitiae non consentire ostendit? In iis autem qui appropinquant ei primum iudicat dominus, vt quia aliis quod suum erat non sunt norma viuendi, ad aliorum correctionem diuini in seipsis censuram representent iudicij. Vnde & alibi per Prophetam ait: **A** sanctuario meo incipite, vbi & Felchias princeps populi repente mortuus introducitur.*

PETRVS RAVENNAS.

Contra vitium ebrietatis.

B *Dixit Dominus ad Aayon: Vinum & omne quod inebri. potest non bib. tu & fi. t. quando intra. in taber. testi. Hoc praecipuum post mortem Nadab & Abiu datum est, vt cunctis innotesceret quod ebrietas eorum mortis causa extitit & erroris. Cum enim contaminare externo igne altare praesumunt, ipsius altaris consumuntur incendio, vt sumerent de sacrificio poenam, qui fecerant de propitiatione peccatum, quod peccatum illis suscitabat ebrietas. Nam vini odor odorem fugarat ineesi, & ebrietatis ignis flammam prouocarat altaris. Vnde quia alienati vino alienum portauerunt ignem, mox diuino igne referuntur extincti. Ebrietas in alio crimen est, in sacerdote sacrilegium: quia alter animam suam necat vino, sacerdos spiritum sanctitatis extinguit: contradicente Apostolo: Spiritum nolite extinguere.*

STEPHANVS.

De officio praelatorum.

C *Quando intrabitis taber. Nota quod tribus de causis Aaron ingre. tab. ad vic. fa. ad lu. ac. & ad thy. a.do. Sic & praelatus ecclesiae facere debet. Quando ad peccatorum destructionem ecclesiam intrat, tunc ad victi. fa. Quando ad exemplum inuitat auctoritate patrum, lucernas accendit. Quando in virtutem proficere facit, tunc thymiana super altare incendit.*

RADVLPHVS.

Quod illos imitari debemus, qui scientiam quam corde ruminant, opere manifestant.

Omne animal quod habet vngulam diuisam & ru. in pe. co. **D**
 Cum ruminatione cibi cœlestis & pes diuidendus est, vt
 distinctio boni & mali, super qua mens nostra per legem
 diuinam inbuitur, in operibus quoque nostris manifestetur.
 Comedimus ergo munda animalia, quum iustorum
 exempla considerantes, eorum sanctitatem pro viribus in
 nostræ conuersationis corpus trahimus. Comedenda itaque
 sunt animalia quæ & ruminant & vngulam findunt: quia
 illi soli imitatione digni sunt, qui diuini verbi meditatione
 quid agere, quid non agere oporteat edocti, discretionem
 illam quam intellectu perceperunt, in actibus quoque
 suis ostendunt.

GALFRIDVS.

Quòd nostra debeamus iugiter nouissima memorari.
Omne animal quod habet vngulam diuisam & ru. in pe. co. **E**
 Vngula nostra, finis noster est: quam non findimus, si nouissima
 non prouidemus. Non enim vnum est nouissimum
 hominum, non est vnicus finis noster, sed diuisus in partes,
 & per partes valdè contrarias. Prouidet autem nouissima
 & vngulam findit, qui circa eandem diuisionem sedula intentione
 versatur, qui in litera Pythagorica esse se meminit,
 & adhuc in ipsius literæ hasta positum ad diuisionem
 eius velociter cogitat peruenturum. Dico autem secundum
 quòd pueri dicere solent, cum à pueritia ad intelligibilem
 peruenitur. ætatem. Sed tota hæc vita est puerilis, nec intellectu
 agitur, sed in fide. Interim ergo vngulam findit &
 nouissima prouidet, qui in operibus suis diuisionem hanc,
 & hæc diuersa nouissima memoratur, & primo versat quam
 sit diuersus interitus hominis & iumentum. Quamlibet fortis
 & velox equus ignoratam viam minus facillè currit: & nos
 quomodo exeuntes ad dexteram ibimus sine offensione, nisi
 prius frequentauerimus viam?

RADVLPHVS.

Quòd solus quietis amor dignè terrena
 valeat ministrare.



Dicitur quod habet pennulas & squamas tam in mari **Cap. II.**
 quam in fluminibus & stagnis co. Pisces qui pen- **F**
 nulas habet, dare saltus super aquas solèt. Squa-
 ma verò, eorundem piscium tegumenta sunt,
 & quasi ad repellendum impetum fluctuum pisci-

SUPER LEVITICVM.

bus concessa. Munienda est ergo mens quodam rigore virtutis, vt occupationis appetitum si fieri potest nunquam ad se admittat: vt etiam cum laborat, quiescendi desiderium semper retineat. Solus enim est, qui etiam exteriores curas recte administrare valeat amor quietis. Notandum verò quòd pisces isti aut in mari aut in fluminibus, aut in stagnis esse perhibentur.

De triplici aquarum natura.

- G Hæc enim triplex aquarum natura triplicem mentium nostrarum statum designat. Sumus enim mare, quum apud nos tædio tabescimus. Flumina, quum desideriorum motu ad aliquid tendimus. Stagnum, quum in rebus quæsitis & acquisitis quasi securi quiescimus. Siue ergo in mari, siue in fluminibus, siue in stagnis pisces fuerint, nisi pennulas & squamas habuerint, mundi esse non poterunt: quia quolibet horum statu mens detineatur humana, nisi subinde se ab huiusmodi cogitationibus explicuetit, & veritatis reddiderit contemplationi, fidei integritatem & iustitiæ rectitudinem conseruare non poterit.

BERNARDVS.

De tribus generibus piscium, quos mundos legis discernit auctoritas.

- H *Omne quod habet pen. & squa. tam in mari quàm in fluminibus & stagnis eo.* Habet enim hoc mare magnum & spatiosum manibus, pisces mundos, & dominica dignos mensa: quia & ex his qui in seculo versantur, reliquit sibi multa millia, quos Apostolica sagena trahit: vt quum educta fuerit, segregentur à malis. Habet & flumen pisces mundos, quicumque fideles inter dispensatores inueniuntur. Fluiuius quippe est prædicatorum ordo non in eodem permanens, sed extendens se & currens vt diuersas irriget terras. Sunt & in stagnis mundi pisces, qui in claustris seruiunt Deo in spiritu & veritate. Et merito stagnis monasteria comparantur, vbi quodammodo incarcerationati pisces euagandi non habent libertatem, scilicet parati semper ad epulas spirituales, dicant singuli intra se: Quando veniet qui me deserat? Cunctis diebus quibus, &c. Hi igitur sunt mundi, si squamas & pennulas habent. Sunt squamæ multæ, sed vna ex eis quodammodo lorica contextitur: quia vna est patientiæ virtus, licet singulis tribulationibus exhiberi singulas videamus. Iam verò sicut
squamas

squamas ad patientiam, sic pennulas ad hilaritatem referamus. Hilaritas quippe leuat & subleuat, vt saltus quosdam dare videatur quisquis exhilaratur. Vt autem duas habeamus pennas, duplex nobis hilaritas quærenda est. Et fortè propterea docet Apostolus (ille enim verè pennas habebat, quibus & vsq; in tertium raptus est cælum & volauit etiam in paradysum) nō solū in spe, sed in tribulationibus gloriari. Prorsus sublime volat, quem non modo futurorum bonorum expectatio, sed presentium quoque malorum exhibitio ipsa delectat.

STEPHANVS.

Piscis habens squamas & pennulas, asper est non tamen lubricus. Asperitas piscis, maceratio est carnis. Lubricitas, sua perflua cura eius.

RADVLPHVS.

Quid aues significant, à quarum esu verus Iudæus legis imperio prohibetur.

Hæc sunt quæ de auiibus comedere non debetis: Aquilam, &c. K
Per aues, dignitatum temporalium sublimitas designatur. Quia verò dignitas ipsa vitium non est: sed nisi diligentius caueatur, vitiorum nutrix est: honores quippe mutant mores idcirco auium differentia datur: vt in eisdem honoribus qui probabiles, qui verò improbandi sunt, certis indiciis cognoscantur. Ab immundis autem cœpit, vt multitudinem reproborum poscentium demonstraret. Inæstimabile est enim quantum vitiis incrementum præbeat licentia potestatis.

De aquila.

Aquila ergo quæ inter cæteras altiora volando petere solet, superbiam exprimit potentium. De quibus scriptum est: Posuerunt in cælum os suum.

De halixæto.

Halixætus rapina pascitur, sed quia viribus destituitur, minutis tamen auiibus quibus præualet infestus existit. Sunt huius generis quamplurimi, qui in solos pauperes violenti ostendunt in aliis non voluntatem sibi deesse, sed potestatem.

De miluo.

Miluus quum rapere voluerit improuisus adest, & ferè in omni rapina sua maxime insidijs nititur. Sunt in

SVPER LEVITICVM.

prædonibus multi similes, qui vbi viribus non fidunt, incautis insidiantur.

De vulture.

N Vultur rixis & bellis gaudet propter cadavera præliorum, intantum vt etiam sequatur exercitum. Quibus igitur vultures isti comparandi sunt, nisi iis qui seditiones vrbium affectantes, principum sequuntur exercitus, vt quorum prosperitati molesti esse non poterant, fortiorum viribus confectos expolient?

De coruo.

O Coruus verò avis nigra cadaueribus inhians, eorum typum gerit, qui per infidelitatem, siue per carnis immunditiam decolorati erga seipsos priuinitus homicidæ etiam mortibus pascuntur alienis.

De laro, mergulo, & cygno.

P Larus, animal est & in aqua & in terra viuens: quia sicut avis quidem volat, vt aquatile autem natat. Sunt autem & inter militares huius generis quamplurimi, qui tunc militia laboribus atteruntur, & quasi in arido versantur: nunc verò petulantia luxu, atque luxuriæ resoluuntur. Natura merguli hæc est, vt aquis se immergat, & sub vndis diutius immoretur: eos utique designans qui voluptatibus carnis suæ penitus absorbentur. Cypnus verò candoris eximij, qui protensione longi colli ex altitudine terræ atque aquarum cibum trahit: eorum præterdit speciem, qui vestitus sui splendore plus æquo gloriantes, de sola terrenarum rerum abundantia contemptis cælestibus consolationem accipiunt.

De caradrio, vpupa, & vespertilione.

Q Caradrius avis garrula, nimiam quorundam redarguit loquacitatem. Vpupa, quæ nidificat in stercorebus, gemitum in cantu simulat: eorum præfert speciem quos terrenis inhærentes tristitia seculi grauat. Vespertilio circa terram volat & uespera tantum, vnde nomen accepit. Pennis etiam pro pedibus vtitur quando ambulat. In isto ergo satis congruenter expressi sunt, qui seculari scientia præditi circa terram volant: quia sola terrena sapiunt, meridiemque diuinæ cognitionis ignorant. Cùmque incedendum quoquam fuerit, pennis vehuntur pro pedibus: quia in secularibus proficere cõtantes, eandem sententiam non ad alios faciunt nisi ad luera conuertunt.

De bruco.

Quicquid ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet long. R
retro. crura. per quæ salit super terram, comedere debetis: ut est brucus.
 Omnes qui terrena facultate subnixi sunt, quasi super quatuor pedes incedunt. Si tamen de eadem abundantia sua non præsumunt, nec affluentibus diuitiis cor apponunt, sed iuxta Apostoli sententiam quæ retro sunt obli. in ante. se ex. Isti quasi longiora retro habent crura, per quæ saliant super terram: quia per spiritum adiuti à posterioribus se suspendunt, & mentem ad æterna sustollentes salutarem faciunt saltum. Brucus verò quem lex nobis proposuit exemplum, cum sit modicæ quantitatis & fuscæ coloris, eorum nobis præterdit speciem, qui in religionis habitu constituti si temporalibus subleuentur honoribus, nec mentis deserunt humilitatem, nec habitus sui mutant deformitatem.

De chamæleonte.

Hæc inter polluta reputabuntur de iis quæ mouentur in terra, mu- 9
stella, & mus, & crocodilus, chamæleon, &c. Chamæleon non habet vnum colorem, sed diuersa est varietate respersus, vt pardus: cuius corpusculum secundum colores quos videt, facillima conuersione variatur, quum aliorum animalium non sit ita ad conuersionem facilis corpulentia. In infirmitate mansuetum se esse fingit, quum sit valdè immanis animal. Agnosce in omnibus chamæleontem. Sunt enim plerique qui omnibus placere cupientes, vniuersorum se voluntati conformant, facillimæque conuersione variati diuersos alternant colores, dum scilicet cum irascentibus irascuntur, detrahant eum detrahentibus: & eiusdem ipsius quem prius vituperando depresserant, mox si assit qui laudet, laudibus fauent. Huiusmodi homines quandiu nulla potestate præditi sunt, immoderata adulatione omnibus blandiuntur. Quibus tamen si potestas contigerit quæ in cordibus eorum ponitur, crudelitatem continuò manifestant. Testis est Absalon, qui ante regni peruasi tyrannidem omnibus blandum se exhibens adulabatur. Mox verò vt principatus culmen arripuit, scelestissimus parricida quantum in ipso fuit, nec patri pepercit. Sic tuto serpens etiam pestifera trahatur, dum riget frigore: nec tamen desunt illi venena, sed torpent. Multorum crudelitas, & ambitio, & luxuria, ne paria pessimis audeant, fortunæ fauore desti-

tuuntur : eadem velle cognosces, da posse quantum volunt,

STEPHANVS.

De adulatione.

T Chamæleon, animal est variis coloribus pictum, &c. Cru-
dele, mansuetum se simulat : denique colorem rei cui se iun-
git recipit. Chamæleon igitur adulatores non incongruè
signat, qui ita omnibus se confoimant, vt secundum varios
status hominum alias & alias species induere videantur. Hinc
Hier. Manus misericordium mulierum coxerunt. paruulos
scilicet. Et benè per mulieres adulatorum mollities figura-
tur. Qui paruulos decoquunt, qui infirma facta diuitum seu
potentum vanis laudibus eleuant, & extollunt. Quorum os,
ma. & a. ple. est, quanuis benedicere videantur. Vnde : Vah
vobis quum benedixerint vobis homines.

De cupiditate.

V Per talpam quæ cæca est, & terra quam effodit operitur
& obruitur, designantur auari, qui suis sæpe diuitiis oppri-
muntur, Vnde Iob : Impius absconditur in puluere suo.

RADVLPHVS.

Quòd prædicatores ob auditorum utilitatem possunt
innoxie tractare de noxiis.

X *Fomes, & cisterna, Et omnis aquarum congrega. munda erit.*
Contraria videtur lex loqui. Si enim quippiam per appo-
sitionem morticinorum cõtaminari potest, quid magis quam
cisterna in quam cadauer delapsum cum putrefactum fue-
rit, totam aquam illam corruptione sua abominabilem red-
dit? Sed literæ imbecillitas ante spiritum nos mittit. Fon-
tes enim sunt doctorum mentes, in quibus bibita aqua,
quam dedit eis Iesus, factus est fons aquæ salientis in vi. 2.
Ipsi quippe aquas spiritualis scientiæ, sancto spiritu mini-
strante in cordibus suis concipiunt, quas linguarum meatu-
bus postea minus eruditus infundunt. Per cisternas verò &
aquarum congregationem, auditores eorum congruè deli-
gnantur : quia veritatis dogmata quæ à doctoribus perci-
piunt, fideliter apud se congregant & conseruant. Sed quo-
niam incumbit prædicatoribus sanctis necessitas, vt non so-
lùm de virtutibus, sed etiam de vitiis disputent, coguntur
in meditatione sua vtraque suscipere : vt quod de ipsis aliis
loqui debeant, antea mente pertractent. Suscipiunt igitur
intra seipos morticina, nec tamen polluuntur : quia repre-
hensibile

hensibile non est, si idcirco vitia inuestiges vt extirpes, si eo animo manu etiam apprehendas, vt euellas. Vnde & sequitur: Si ceciderint super sementem, non polluent eam. Sin autem quispiam sementem aqua perfuderit, & postea ea morticinis tacta fuerit, illicò polluetur. Non enim reprehensibilis pollutave iudicatur scriptura, quæ styli sui serie turpitudines huiusmodi comprehendit. Cur autem non contaminetur scriptura, breuis est responsio, quòd scilicet immunda tangens, non fuerit aqua perfusa. Sancti quippe viri qui talia nobis scripserunt, non malo animo mala tractabant: & ab eorundem criminum delectatione velut exiccati cum posterorum memoria traderent, non nos ad similia prouocare, sed à similibus reuocare studebant. In communi etiam locutione interest plurimum quo animo quisque quid dixerit. Nam si obiurgans alium ad hoc solùm vè corrigat, peccata sua ei obiiciat, non peccat. Si autem quisquam aqua sementem perfuderit, & postea morticinis tacta fuerit, illicò polluetur. Si enim ad hoc aliena vitia loquaris vt persuadeas, si ea intentione fratri quod peccauit obiicias, vt abiectiorem non correctiorem illum efficias, aqua prauæ delectationis infectus morticinum tetigisti, & pollutionem eius tibi contraxisti.

Quibus oblationibus mulier pariens expietur.



*M*ulier que sus. se. pe. mas. vij. di. immunda e. &c. Considerandum est quid sibi velit quòd ex decreto legis alia temporis quantitas parientibus masculos, alia iis quæ fœminas parturirent, indicitur, & quòd ipsa oblatio diuersa pauperibus & diuitibus imperatur. Nam quæ fœminam parturiret, necesse habebat vt spatium temporis duplicaret. Illa verò quæ neutrum pariebat, sed steriliis permanserat, reproba erat & maledictio legis obnoxia. Et primùm quidem in his legalibus institutis nostræ miseræ conditionis & originis admonemur, qui in peccatis concipimur, in doloribus parturimur, tanta culpa ipsum comitante, imò quasi operante conceptum, quæ enixæ matri & templi præcludat aditum, & cuiuslibet sacræ rei interdicitur attactum. Statim enim mulier est in culpa dum concipit: & quæ se nondum intelligit matrem, sola eam conceptio efficit peccatricem. Nam

Cap. 12
Y.

in partu iam non est culpa, sed pœna. Quid est ergo quod non statim vt concipit, sed postquam peperit prohibetur à templo, quæ non pro partu, sed pro conceptu obnoxia fit peccato? Ni fallor hinc docemur, quod non prius sit iudicandum, de culpa quàm pateat: nec statim repellendum eum à nobis qui concepit dolorem, antequam peperit iniquitatem. Alius verò considerantes inspiciamus quid specialiter significet mulier quæ suscepto semine masculum parit, quidve illa quæ fœminam: quid ea quæ pro vitio sterilitatis legis maledictum incurrit. Sicut ex euangelio didicimus: Semen est verbum Dei. Mulier ergo quæ suscepto semine masculum parit, illam significat animam, quæ diuini verbi semine fœcundata, perfectionem virtutum quasi masculinam sobolem ex interna conceptione producit, nihil molle, nihil habens in sua conceptione fœmineum: sed quod pro robore fortitudinis & virtutis masculini partus formam quandam præferat & exemplum. Illa verò quæ fœminam parit, illam animam significat, quæ etsi de semine verbi aliquem fructum proferat, remissas tamen & debiles actiones nullo virtutum culmine, nulla virilis fortitudinis perfectione consummat. Porro mulier sterilis, animam illam significat quæ semen verbi suscipit, sed boni operis fructum aliquem non producit. Quia verò anima quæ masculum parit, multas interdum subreptiones patitur, quibus partus sui puritas maculetur: necesse habet studio suæ purificationis intendere, vt in sanctuarium Domini solennis postmodum valeat introire. Septem ergo diebus immunda permanet, vt peccatorum suorum maculas toto tempore vitæ præsentis expurget. Hoc enim tempus quia septem diebus voluitur, per eosdem septem dies meritò figuratur. Debet etiam xxx. diebus, videlicet tribus denariis à templi limitibus abstinere, id est ante ingressum sanctuarij trinam transgressionem cogitationis, locutionis, & operis, quæ per triplicem vndenarium designatur, dignis pœnitentiæ fletibus expiare. Sic enim quadraginta diebus iuxta legitimum tempus purgationis impletis, id est præsentis vitæ spatium sub digna pœnitentia consummato, secuta iam poterit felix anima ad atrium templi celestis ascendere, & operis sui fructum quasi natum sibi filium Domino præsentare. Illi autem animæ quæ fœminam parit, ad legitimam purificationem implendam spatium huius temporis

poris duplicatur, vt duplicem habeat pœnitentiæ luctum, quæ duplicem commisit in remissa conuersatione reatum. Cum enim ille qui ad culmen perfectionis viriliter nititur, vix vnquam aliter quàm alicuius subreptionis casu labatur: is qui remissè & molliter viuuit, culpam duplicis reatus admittit: quia & subreptione labitur, & propria negligentia à consummatione boni operis impeditur. Vnde fit vt eum purgationem suam vna septimana, id est vitæ præsentis tempore segniter viuendo non impleat, secundam etiam septimanam, spatium videlicet post eius obitum vsque ad diem iudicij prorogatum, ad consummationem perfectæ purificationis assumat. Similiter etiã ei triplex ille vnderarius geminatur: eo quòd trina illa transgressione tam per subreptionem quàm per negligentiam labitur, vt meritò ei duplicetur temporis pœna, quæ duplici peccauit ex culpa. Videat autem ne tertium adiiciat, ne videlicet subreptioni & negligentiae vitium quoque propriæ prauitatis adiungat. Iam enim funiculus triplex difficilè rumperetur: & forsitan illud peccatum incurreret, cuius nec hic, nec in futuro ventam obtineret. Interim verò neutri licet aliquid sanctum tangere, donec diebus purificationis impletis in sanctuarium Domini valeat introire. Consideret igitur vnusquisque qualem habeat partum, præuideat etiam quid habeat offerendum: vt ex hoc munus oblationis præparet, ex illo tempus purgationis obseruet. Sicut enim aliud tempus purgationis habet quæ masculam, quàm quæ fœminam parit: sic aliud offerre præcipitur quæ diuitiis affluit, quàm quæ subiacet paupertati. Illa enim offerre debebat agnum anniculum in holocaustum, & pro peccato turturem vel columbam. Hæc autem cuius manus agnum inuenire pro paupertate non poterat, columbas tantum vel turtures offerebat. Per agnum ergo, veræ innocentiae designatur effectus: quam hostiam ille solus offerre poterit, qui nec sibi nocet, nec alterum lædit. Iungitur autem huic oblationi turtur vel columba: vt agno in holocaustum dato, auis offeratur nihilominus pro peccato. Licet enim tantum profecerit, vt agnum anniculum, id est perfectæ innocentiae offerre possit effectum: quia tamen scriptum est: De peccato repropitiato noli esse securus: necesse habet etiam qui eiusmodi est, vt pro eo quòd se aliquando deliquisse commemorat, columbæ vel turtaris

SVPER LEVITICVM.

oblationem adducat : scilicet vel vt læsæ castitatis damnum turturis gemitu desleat, vel iniquitatem in proximum peperatam murmure columbino deplangat. Possumus etiam in hoc loco per agnum intelligere Christum : quem ille quidem offerre dicitur, qui eius innocentia puritatem moribus & actibus imitatur. Is verò cui non suppetit agnus anniculus, offerat pro eo turturem vel columbam : vt cum perfecta innocentia habere non possit effectum, habeat vel affectum, Quia sicut in agno effectus innoxij operis, sic & in aue affectus intelligitur innoxia voluntatis.

BRVNO.

Quòd Christianus mortem Christi suo debeat in corpore circumferre.

Z Quòd si non potest offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum : vnus in holocaustum, & alterum pro peccato. Christus & turtur est, immò turturis, id est ecclesie caput : & pullus columbae, quia ecclesie filius. Ecclesie nanque filia virgo maria est, cuius ipse Christus filius est. Offert igitur homo duos turtures, vel duos pul. col. Christum videlicet & seipsum in holocaustum, illius passionis agendo memoriam, se pro peccato macerando, & agendo penitentiam.

RADVLPHVS.

Quòd peccata leuia inquinant quidem hominem, non damnent.

Cap. 13.

A



Quòd si obscurior lepra fuerit, & non creuerit in cute, munda eum sa. quia scabies est. Si obscura fuerit lepra, & non cre. in cu. id est, si nulla criminis obiecti facta fuerit euidencia, nec hominis conscientia loquendo vel operando corruptionis suae suspicionem auxerit, mūdabit sacerdos, quia scabies est. De scabie notū est quòd facillè homini accedat, facillè recedat. Quæ licet molesta sit corpori, nīl tamen avertit quod lepræ contagio debeat comparari. Ita sunt & peccata quædam leuiora & quotidiana, quæ non intentione malitiosa, sed aut infirmitate, aut ignorantia sæpè committimus : vt est intemperans, & effusa lœtitia, lasciuia dissolutio, incircumscrip̄ta locutio, quæ nec quid cui loquatur vt opus esset discernit. Hæc & his similia licet mortifera non sint, humanæ tamen conuersationis spiritum

ritum deturpant, & grauioris etiam mali nonnunquam suspicionem proximis ingerunt. Sacerdos igitur qui personam examinandam suscipit, postquam nil criminofum deprehendit in ea, mundare eam debet: id est mundam reputare. Et si enim quispiam leuitatis arguitur scabies ista est vtique non approbada: nec tamen lepra est à castris sanctorum eiicienda.

STEPHANVS.

Nota quòd leprosus duabus vicibus recluditur: quia B
sacerdos debet conseruare subditum à peccato voluntatis & actus.

RADVLPHVS.

De variis lepræ generibus.

Plaga lepræ si fuerit in homine, add. ad sacer. & vi. c. C
color albus in cute fuerit, & ca. mu. af. ipsa quoque caro viua ap. lepra: re. iud. atque inoli. cuti. Videtur quidam iniquitatis processus à legiflatore expressus, quum prius carnis tantummodo, deinde viua carnis lepra describitur. Sunt enim nonnulli qui peccandi affectum deliberationemque suscipiunt, & per hoc iam leprosi dicendi sunt. Sed cum deprehensi fuerint & reprehensi, cum à castrorum ambitu, id est fidelium cœtu fuerint separati, citò seipfos erubescunt, & poenitentiam sui gerunt. Omnis igitur qui eiusmodi est, iam in carne lepram habet, conscientia scilicet deprauata: sed nondum in viua carne, quippe quæ tam citò moritur, & ab eo quod malè proposuerat tam facilè reuocatur. Dicatur ergo Plaga lepræ, &c. Albedo hæc in corporibus, ex morbo, non ex natura contingit. Ita & in moribus, ex alienatione charitatis & cõtempus iustitiæ quasi quidam diuersus color procedit. In scapulis itaq; quæ à naturali colore deficiunt, mentis intelligitur deprauatio, quæ iam longa consuetudine circa iniquitatis affectum induruit, quæ post concupiscentias suas sine retractatione aliqua toto impetu ruit. Vnde & qui eiusmodi est, non sacerdotis exigit discussionem, sed indubitatam separationem meretur.

De lepra mundissima.

Si autem effloruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem
eum à capite vsque ad pedes, quicquid sub aspectu oculorum ca- D
dit, considerabis eum sacerdas: etenim lepra mundissima iudicabitur, eo quod omnis in eum candorem versa sit: idcirco homo mundus erit. Quia conflurgunt aliquando contra bonos testes iniqui, &

mentitur iniquitas sibi, quando loquuntur homines aduersus iustos iniquitatem. Est enim lepra calumniæ & falsæ criminationis, quam legislator prætereundam minimè iudicauit. Hac quippe nec ille sanctus sanctorum carere potuit, immò noluit, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, & ab omni reatus contagio liber fuit. Esaias namque ait: Et nos putauimus eum quasi leprosum & per. Hinc ipse per Psalmistam ait: Ego sum ve. & non ho. op. ho. & ab. ple. Qui enim se plebis abiectiōem insinuat, quem omnes scilicet à se abicerent & excluderent, quid aliud nisi leprosum pronunciat? Quæ tamen lepra in cute non in carne fuit: quia sceleratorum vocibus infamari vt reus potuit, sed conscientia eius peccatum nesciuit. Discurrere itaque in cutis superficiei potuit, sed carnem eius nunquam violare. Res nanque discurrens nunquam figitur, nec locum inuenit in quo stabiliatur. Insidiabantur enim quotidie omnium bonorum inimici Iudæi quærentes rapere aliquid saltem ex ore eius vt accusarent eum. Sed conuicti rei ipsius euidentia, & sapientiæ diuinæ vocibus confutati, palam profitebantur dicentes nullum vnquam hominem sic loquutum fuisse. Lepra tamen conuictorum & criminationis quæ ab aduersariis ingerebatur, omnem carnem cooperuit à capite vsque ad pedes: quia omnia quæ per eum geriebantur, sine stre interpretantes opinionem illius decolorare prout poterant nitentur. Vnde & sponsa ipsius quæ est ecclesia, de se ipsa testatur dicens: Nigra sum, sed formosa. Ac si aperte dicat: In cute quidem mea aduersariorum conuictis lepræ deformitatem sustineo. In conscientia tamen secreto sanctitatis quaquauersum perquirens effloruerit, id est gloriandi occasionem eis qui hæc propter iustitiam patiuntur, & sine culpa sua infamantur, præbuerit, & operuerit omnem carnem à capite vsque ad pedes, quicquid tub aspectu oculorum cadit. Omnia quippe quæ à iustis etiam laudabiliter geruntur, maledicorum linguis suscantur, & sinistra interpretatione deprauantur. Considerabit eum sacerdos. Neque enim decet iudicem popularibus opinionibus fidem accommodare, sed propius accedere, & tunc diligenter examinare. Cum igitur lepram florentem deprehenderit, teneri hominem lepra mundissima iudicabit. Mundatur quippe potius homo, ac per patientiam mentis crescit, quam sine crimina

perpetratione, criminis suspitione laborat. Eo quòd, inquit, omnis in candorem versa sit, & idcirco homo mundus erit. In candorem lepra vertitur, quando persona quæ nigra videbatur, deformitate infamie, candida & formosa deprehenditur rei cognita veritate.

De lepra carnis & cutis.

Caro & cutis in qua hylcus natus est & sanatus, & in loco hyl- E
ceris cicatrix appareat alba siue subrufa, addu. homo ad sa. Et caro & cutis hylcere læditur, quum & intus hominis conscientia flagitij perpetratione corrumpitur, & fama exterius dehoneltatur. Hoc verò hylcus si per pœnitentiam sanatus fuerit, potest fieri vt in cicatrice macula appareat alba siue subrufa. In albedine voluptatum blandam superficiem, in rubore verò malitiosæ mentis & aduersum proximum infamientis formam intelligimus. Fieri autem solet, vt ex vno malo vtrunque nascatur. Cùm enim quis ad immunditiam cui renunciarat fuerit reuersus, iam post concupiscentias suas effrenus effectus, omnes qui sibi obstant, qui redarguunt, inimicos attendit & persequitur, & si facultas suppetat, morti tradere non cunctatur. Hic talis si repertus fuerit, adducetur ad sacerdotem: id est, sacerdotis iudicio immundus iudicabitur & infamis.

Quòd de iis quæ nobis superfluum, debemus pauperibus subuenire.

Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus ac mundus est: & F
si à fronte ceciderint pili, recaluaster ac mundus est. Capilli superfluum corpori, vnde & meritò terrenam substantiam designant. Quæ dum ad vsus necessitatis superfluit, etiam abscissa non sentit. Horum itaque capillorum iure laudatur imminutio: quum ex abundantia præfenti nonnulla nobis subtrahimus, & Christi pedibus, sanctis scilicet, qui membra eius sunt & adhuc in terra versantur, ea ministramus. Si quis verò perfectus esse cupiens, vendat omnia quæ habet, & det pauperibus, & iuxta præceptum Apostolicum, habens victum & vestitum his sit contentus: hic aciem vultus sui ad videnda quæ Dei sunt, terrenarum facultatum obumbratione nudauit. Et primum quærens regnum Dei, ab intuitu suo omnia ista remouit, solâque cœlestia mentis suæ oculis præponit. Adhærerent tamen ei sed in posterioribus capilli; dum non voluptas, sed necessi-

tas quædam suggerit providenda, sine quibus transigi nequit vita humana.

Quòd duo in dandis eleemosynis sint cauenda.

G Sin autem in caluitio seu in recaluatione albus vel rufus color fuerit exortus, & hoc sacer los viderit, condemnabit eum haud dubie lepra quæ orta est in caluitio. In blanda visione albedinis, blandimenta supra ostédimus exprimi voluptatis. Rubeus verò color sanguineam habet speciem, & malitię iniuriarumque præfert imaginem. Hæc duo itaque præcipuè in facultatum distributione cauenda sunt, inanis scilicet libido gloriæ, & crudelitas rapinarum. Nam de vana ostentatione quòd per eam eleemosynæ nostræ depereant, dominus ipse testatur dicens: Cùm facis eleemosynam, &c. Quam verò omnia quæ de rapinis offeruntur execrabilia sint apud Deum, in Ecclesiastico legitur: Dona iniquorum non probat altissimus, nec in multi. sa. e. propitia. peccatis.

B R V N O .

De lepra triplicis indumenti.

H Vestis lanea, siue linea, quæ lepram habuerit in stamine atque subtegmine: aut certè si pellis, aut quicquid expelle confectum est, si alba aut rubra macula fuerit facta, lepra reperi. Quid per vestem nisi carnem? Hac enim induitur anima. De hac ueste ait Propheta: Vestimentum mixtum san. e. in con. & ci. ignis. Est autem hæc vestis in coniugatis lanea, in virginibus linea & continentibus, in cæteris autem omnibus pellicea est. Lana enim de carne oritur & carni adhæret. Linum verò extra carnem, & à carne alienum est. Pellis autem caro mortua est. Et eadem de coniugato dicitur: Quia adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Virgines verò quasi longè à carne, carnis nesciunt voluptates. Cæteri verò quasi mortua caro ipsam suam corruptionem nec sentiunt, nec intelligunt. Huius autem vestimenti lepra quantum multiplex sit, maxima tamen & specialis fornicatio intelligitur. Omne, inquit Apostolus peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Tanto enim omnibus corporeis vitiis hoc vitium maius est, vt ei cætera comparata esse vitia nō videantur. Hæc igitur lepra quia non solum fornicatores & adulteros, sed etiam virgines & continentes & coniugatos sæpè corrumpit, in lanea & linea & pellicea veste inuenitur. Hu-

Ius autem signa sunt macula alba vel rufa. Sæpè enim fornicatores pallore & rubore deprehenduntur, quoniã & timore & amoris igne inficiuntur.

RADVLPHVS.

Quòd idem sit finis & carnalis illecebræ & deprauatæ virtutis.

Pollutum iudicabit sacerdos vestimentum, & omne in quo fuerit inuenta: & idcirco comburetur flammis. Hoc de lepra vestium vel pellium dicitur. O igitur sententia non exponenda, sed timenda! Ecce eadem est consummatio deprauatæ virtutis quæ illecebrarum carnalium aut infidelitatis. Ad eundem redit finem superba continentia, & carnalium voluptatum immunditia. Quod nãque impiis & contaminatis in fine dicendum est: Ite maledicti in ignem æternum.

Quòd quædam eo quòd superbiam generant, possint salubriter ad tempus intermitteri.

Sin autem obscurior fuerit locus lepræ, postquam vestis est lota, abrumpet eam, & à solido diuidet. Locus lepræ, intelligitur quicquid homini superbiendi materiã dedit. Quidam enim abstinentia, alij eloquẽtia, alij verò honoribus extolluntur; & omnino quicquid illud est in quo cæteris excellentior apparet, nisi custos sollicitus humilitatis fuerit, materiam ei tribuit superbiendi. Si ergo tale illud est quod rationabiliter possit ad tempus subtrahi, si locus lepræ fuerit subobscurus, vt sacerdos incertus nec condemnare eum præsumat, nec de sanitate illius adhuc certitudinem habeat, expedit homini vt munere eodem priuetur, & quasi manu vel dextro pede abscisso seruet corpus suum ne gehennæ tradatur.

Quòd frequenter inde crescat superbia, vnde minui credebatur.

Quod si vltra apparuerit in his locis que prius immaculata erant lepra volatilis & vaga, debet igne comburi. Vt patrum testatur auctoritas, Superbia est quæ & prima hominem corruptit, & nouissima ab eo recedit. Difficilis quippe eius curatio est. Ex contrariis etenim sæpè exoritur causis. Videbis hunc præ diuitiarum affluentia, alium præ contemptu superbientem. Hunc fusca vestis, illum purpura & byssus extollit. Hic eloquentia tumens omnes mutos iudicat & elingues, ille taciturnitatem habens cunctos de loquacitate condemnat, Superbia igitur est (vt diximus) quæ post-

quàm mentem possidere cœpit, vix extirpatur. Nam frequenter inde augmentum capit, vnde minui credebatur. Ecce enim præcipit lex, vt postquam in vestimento lepra apparuerit, locus lepræ à solido diuidatur: & quicumque superbus deprehensus fuerit, ei (si fieri potest) elationis materia subtrahatur. Inuenies tamen qui nihil hac diligentia remedij consequatur. Nam si fortè pro abstinentia gloriatur, subtracta ei ieiunandi facultate tumet cogitatione, dum se tantæ virtutis attendit quam opus refrænari: alios verò tam dissolutos & desides quibus etiam stimulis additis vix canonica continentia valeat suaderi. Item si pro doctrina sua elatus docendi priuetur officio, sola cuius sibi conscius est inflatur scientia. Et si quis loco ipsius hoc opus susceperit, quicquid dicere potuerit paruipendit. Hæc est lepra volatilis & vaga, quæ hinc euulsa alibi protinus oritur, & sedes mutans nullam certam occupat in qua extirpetur. Hanc ergo condemnat lex dicens: Quia postquam deprehensa fuerit, debet igne comburi.

HVGO DE FOILL.

Quomodo duo passeres spiritualiter immolentur.

Cap. 14.
M



I quis mundatus fuerit à lepra, of. d. pas. è quibus imolet vnū sa. in va. sic. super aquas viuas: alterum vero intingat in san. pas. immo. & eum liberum in agrum auo per. Duo passeres sunt corpus & anima. Vas fictile, fragilitas carnis moribundæ. Aquæ verò viuæ, scientia diuinæ scripturæ, quæ nobis præstant spirituales potum & ablutionem. Duos passeres offerimus, cum Deo corpus & animam consecramus. Quòd verò vnus passer immolabatur retorto ad pennulas capite, ita vt sanguis effunderetur, nec tamen caput à collo penitus abrumperetur designat quòd ita caro nostra affligenda est per abstinentiam, vt non penitus extinguatur. Quòd verò alter passer liber in agrum auolare permittitur, moraliter designatur quòd anima nostra carnalibus concupiscentiis edomitis, pennis contemplationis sit ad cœlestia subleuanda.

STEPHANVS.

Nota quòd in sacrificio quod fit in emundatione leprosi, de quantitate tacet agnorum, sed similia oleatæ exprimit quantitatem. Similia oleo conspersa, est misericordia. i. elemo.

emofyna:agnus,munditia. quia in faciendâ cleemofyna potest esse meta, sed non in munditia.

RADVLPHVS.

Quibus gradibus spiritualis emundatio consummetur.

Cumque lauerit homo vestimentum s.ra o.p.cor. & la. aqua. **N**
 Pili corporis raduntur, cum opera inutilia quantum possibile est amputantur. sed & homo ipse post vestimentorum suorum ablutionem aqua lauat, si operibus illicitis à quibus se exterius obseruat, in conscientie secreto consensum non præbeat. Post hanc autem mentis & corporis sanctificationem, quid de homine isto lex præcipiat audiamus. Purificatus, inquit, ingreditur castra, ita duntaxat ut maneat extra tabernaculum suum septem diebus. Homo iam purificatus castra ingreditur, cum in sanctorum societatem, à qua prius merito suæ iniquitatis fuerat eiectus, recipitur. Sed quid est quod in castra receptus adhuc à tabernaculi sui mansione excluditur? Tabernaculum ergo vniuscuiusque, sua conscientia est. de hoc tabernaculo per Psalmistam dicitur: Ingrediar in locum taberna. ad. &c. Hoc tabernaculum quam admirabile sit nullus agnoscit, qui nondum illic intrauit. Vix autem quenquam reperies, qui ad cor suum redire, & secum valeat habitare. Septem igitur diebus homo iste qui emundatur, manet extra tabernaculum suum: quia donec purgata mente & sedatis perturbationibus ad sabbatum tranquillitatis pertingat, tabernaculum non præbet ei sua conscientia in quo requiescat. Sequitur: Et die septimo radet capillos capitis, barbâque & supercilia ac totius corporis pilos. Capilli qui de capite fluunt, subtilissimæ veritatis intelliguntur inquisitiones quæ de mente procedunt. Hos autem radunt qui cum Apostolo dicunt: Non quod sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis, quasi e. n. sed. s. n. de. est. In barba verò virtus exprimitur. Quam illi benè radunt, qui sibi de propriis viribus fiduciam subtrahunt. Qui ergo capillos, qui barbâ radunt, consequenter & de superciliis id faciunt: quia qui nec operis virtutem, nec ingenij subtilitatem sibi attribuunt, superbiendi materiam à se remouent & abscindunt. In superciliis enim superbia designatur: vnde à quodam dictum est: Non est necesse superbis assidere liminibus, & graue supercilium & contumeliosam etiam humilitatem pati. Restant pili cor-

poris, qui cum in prima purificationis die iam rasi essent, hic iterum rasi præcipiuntur, nimirum aliud in prima, aliud in septima die portedentes. Ibi enim operum carnalium leuitatem, hic autem vitiosorum affectuum importunitatem, & cogitationum inutilium superfluitatem designant. His enim gradibus ad perfectionem venit. Notandum tamen quod pili rasi præcipiuntur, non euelli. Quamlibet nanque hominem virtus sanctæ conuersationis euerit, adhuc ei de vetustate vitæ nascitur, quod & tollendum & quotidie pro viribus amputandum sit.

Quod quilibet verè pœnitens debeat fraternæ orationis remedia mendicare.

- *Rogabis pro eo sacer. co. do & fa. sa. pro peccato.* Quod sacerdos pro eo rogare præcipitur, frequens est in hoc volumine, quotiens à commissis homines emandantur. In quo vtiliter docemur, nullum reum qui veniam adipisci desiderat, sua satisfactione debere esse contentum: sed intercessores alios adhibere, aliorum interuentu diuinam misericordiam reconciliare. Sic Iob pro amicis aduocatus accessit, & quod generale est, genus humanum non nisi sanguine mediatoris propitiationem inuenit. Verùm quid est quod in expiatione huius leprosi post rasionem pilorum, post ablu-tionem vestimentorum, in quibus peccatorum expiatio designatur, post etiam expiationem delictorum sacrificium pro peccato præcipitur offerendum? nisi vt doceatur homo postquam à peccatis mundatus, postquam à delictis sanctificatus est, etiam si iam cum Apostolo dicere possit: Nihil mihi conscius sum: præterita sua crimina ad memoriam reuocare: vti in præsentem non inuenit vnde conscientia mordeatur, præterita recordans & se humilitate custodiat, & gratiarum hostiam illi per quem inimici potestatem euasit offerat? Sacrificium ergo pro peccato offerre, est ex recordatione peccatorum memoriam humilitatis semper exquirere. Vnde & superbia decætero non audeat erigere caput.

RICARDVS.

- P Quod peccati vesperæ statim mane veniæ subiungatur.
Et ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperam. Qui-cunque ergo peccauerit, lauet vestimenta sua, pœnitentiam agat: & lachrymarum confessionisque aqua perlatus im-mundus

mundus erit vsque ad vesperam . Citò mundatur qui pœnitentiam agit : nisi longum tempus iniungitur , à mane vsque in vesperam dimittuntur peccata , vna enim eadèmq̃ hora ortum & occasum , mane & vesperam peccatum habere potest , si statim vt peccat homo corde pœniteat .

RADVLPHVS .

Quòd doctoris conuersatio ex qualibet sui parte debeat esse munda .



Vir de quo egre semen coitus , lauit aqua omne corpus su . & immundus erit vsque ad vesperam vestem & pellam quam habuit , la. aqua , & immunda erit vsque ad ves . Ad doctores pertinent quæ dicuntur , qui aut virtutis præterunt imaginem , aut virtutis exhibent veritatem . In coniunctione verò carnali vir & mulier vna caro efficiuntur . Porro in collatione spiritali doctor & auditor in vno spiritu copulantur . Dum enim ille ad loquendum procedit , iste ad credendum accedit , vna eadèmq̃ voluntas in vtrisque formatur . Vir ergo de quo semen verbi diuini ad sæcundandas audientium mentes egreditur , lauit aqua omne corpus s. vt s. iuxta possibilitatem fragilitatis humanæ in omnibus suis actibus irreprehensibilem se studeat exhibere , cuius officij est aliorum vitia reprehendendo corrigere . Turpe est enim vt qui prædicat non furandum furetur , qui dicit non mœchandam mœchetur . Quia tamen nemo est qui possit gloriari castum se habere cor , & in multis offendimus omnes , immundus erit vir iste vsque ad vesperam . i. vsque ad huius vitæ exitum . Non igitur diuinum semen cuius minister est , immundum eum reddit : sed immunditiam suam illi ostendit . Dum enim pro ædificatione proximorum lectioni meditationique insistit , discerni diligenter cum ad docendum venerit , quid hortetur , quid arguat , quid laudet actum , quid arguat perpetratum : studiisque tam salutaribus mens illustrata seipsam perspicacius intuetur , multaque apud se reprehensibilia deprehendit , quæ nunquam attingeret , nisi docendi necessitate ad hæc discutienda vigilare cœpisset . Homo itaque iste qui lotus vsque ad vesperum immundus manere perhibetur , non solùm corpus suum , sed & vestem & pellem qua indutus est lauare præcipitur . Quid ergo per vestem nisi virtutum ornatus , quid per pel-

Cap. 15.

Q

SVPER LEVITICVM.

lem nisi vitiorum mortificatio designatur? Vtraque autem hæc purganda sunt, vt nulla praua administratione contaminentur. Doctor itaque qui alios edificare studet, non tantum verbo, sed maximè exemplo, si habet vestem, si pellem, lauet vtranque: vt sicut erubuit nudus incedere, sic etiam caueat nuditatem sordidis vestibus operire. Et vestis tamen & pellis immunda maneat vsque ad vesperum. quia quandiu vitæ huius viam incedimus, indumenta etiam lota quantalacunque pulueris suspitione scdamus.

STEPHANVS.

De sumenda eucharistia.

R *Si steterit san. & su. ces. &c.* Argumentum quod licet quis habeat in conscientia quòd iterum non peccet, tamen ad eucharistiam non statim accedere debet, imò prius debet se discutere & probare. Item non statim post cessationem fluxus accedit sanguinaria ad tabernaculum: ita licet poenitentia viuificet gratiam priorem, tamen non ita citò post poenitentiam redit in statum pristinum, imò necessarius est vsus & consuetudo boni operis, vt patet in cæco illuminato qui prius non clarè vidit.

De circumspectione loquendi.

Cap. 16.

S



Sumptio que thuribulo Thuribulum dicitur hic lingua saluatoris igne spiritus sancti inflàmata. Thuribulum est inferius clausum, superius perforatum, hoc Paulus exponit dicens: Omnis sermo ma. de o. v. non procedat. Ecce inferius clausum. Sed si quis bo. e. ad e. fidei. Ecce superius perforatum. Item superius non est apertum, sed perforatum: quia verbum non repentè vel indiscussè procedere debet de ore tuo, Prunæ autem sunt verba sacra & spiritualia, quibus lingua Christi repleta fuit.

RADVLPHVS.

Quòd non solùm operis, sed & voluntatis malitia iram domini mereatur.

Cap. 17.

T



Omo quilibet de domo Israel & de aduenis qui peregrini. imer r. si co. san. obsr. fa. me. contra. animam illius, & dis. e. de po. s. quia anima carnis in san. est. & ego dedi illum vobis, vt super altare meum expectis pro animabus vestris, & sanguis auisus piaculo. fit.

fit. Vehementer truit si quis ad tantum tonitruum surdus non fuit. Obfirmabo, inquit, faciem, &c. Ecce quàm graue fit comedere sanguinem, & Dei præterire mandata. Sanguis, vt superius diximus, carnalem significat appetitum. Deus autem non solum quid agam, sed etiam quid appetam discernit. Antequam ergo quicquam mali exterius operemur, si sanguinem sorbuimus, si iniquitatem corde concepimus, mente à Deo alienati, inimicitias eius incurrimus. Hoc est quod dicitur: Qui comederit sanguinem, &c. Nota tamen quòd non ait contra eum, sed contra animam illius: quia vbi iusti remunerantur, ibi etiam impij puniuntur. Canitur enim in Psalmo: Quis est homo qui timet dominum? Ac deinde: Anima eius in bono demo. Cùm igitur audimus quia anima carnis in sanguine est, & iuxta carnis sententiam verum est: quia caro per sanguinem viuit, & iuxta figuram in appetitu prauis operibus fomes consistit carnalis conuersationis. Funde sanguinem, & caro morietur: tolle malam voluntatem, nec erit qui mala operetur. Perpende igitur quàm rationabile sit vt Deus iustus qui odio habet iniquitatem, eum sanguinis exeret: in quo totius iniquitatis deprehendit originem. Et ego, inquit, dedi illum vobis, vt super al. m. ex. pro a. v. & sanguis pro animæ piaculo sit. Sanguis itaque qui comestus est. Deum exacerbat: quia sicut iniquitatis consensus Deo execrabilis est, sic renunciatio placabilis.

De detractionis vitio.

Non eris criminator & susurro in populo. Criminator dicitur, qui alieno delectatur improperio, & interdum etiam quæ non nouit libenter proximis crimina imponit. Cùm autem scriptum sit: Iustus in principio ac. est. s. manifestum est quàm odiosum sit, vt quis vitiorum suorum negligens aliena sollicitus inquirat, agnita insultando proferat, ea etiam quæ sibi non elucet, tanquam iam probata sint, criminandi voluptate vera esse decernat. Susurrones verò sunt qui in faciem blandi, proximorum mala latenter aliis insusurrant, de quibus Salomon: Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui detrahit. Et Apostolus: detractores Deo odi.

Cap. 19.
V

STEPHANVS.

Non stabis contra sanguinem proximi tui quasi cum alio. Id est X.

Sicut non debes nocere ei per te, ita nec cum alio per consensum. Vel sic: Non sta. contra san. prox. t. Ego Dominus. Quasi, hæc præcepit ille qui sanguinem suum fudit pro te. Ergo propter illum cessare debes à sanguinis effusione.

GALFRIDVS.

Quòd fide & moribus Christo christianus debeat conuenire.

Y *Non co. facies in. t. cum al. generis a.* Alterius generis animantia diuersas intelligi uolunt infidelium sectas. Cum quibus coire, est eorum moribus conuenire. Nec dubium quin ex magna iam parte sacerdotum incuria, ignorantia, iniustitia, inconstantia, intemperantia, cum alterius generis animantibus fecerit sua coire iumenta. Alioquin quid putamus, unde hæc soboles tam prodigiosa prodierit? Homines dico sacramentis diuinis imbuos, & flagitiis execrabilibus deditos. Coierunt & præualuerunt in malum, ut penè grauiora fidelium hodie crimina videantur, quàm olim fuere Gentilium. Item diuerso semine serit agrum, qui quod uerbis prædicat, factis negat. O uestem duplicem contritione duplici contendam! Plane lineum stamen, sed subtegmen lanæum habet, nam lini candor, subtilitas, fortitudo, officium spirituale commendat. Lanæ grossitudo, mollities & origo, carnalia opera repræsentat. Discrepat & disidet à subtegmine stamen, sed utrunque lepra contaminat. **RADVLPHVS.**

Quòd uerbo prædicatoris debent etiam opera consonare.

Z *Agrum non seres di. se.* Ager sancta est ecclesia, cui per Apostolum dicitur: Dei agricultura estis, Dei ædi estis, Diuersum itaque semen in hoc agro seminat, qui super cathedram Moy si constitutus dicit & non facit: bona loquitur, & contraria operatur: uerbo triticum spargit, exemplo autem suo peccati sementem in discipulorum cordibus iacit.

Quòd qui corde sordet, & facie nitet, ueste duplici vestiatur.

A *Vestem qua ex duobus contexta est, non in duas.* Vestis adulterina & reprehensibili duplicitate commixta, est biformis habitus mentis & corporis: cum munditiam exterius, scilicet coram hominibus simulamus, immundos autem nos interius diuinis oculis exhibemus.

Quòd non sit de bonorum operum nouitate præproperè præsumendum.

Cum

Cum ingressi fueritis terram. & plantaveritis in ea ligna, postquam auferitis præputia. **B**
 Poma quæ geruntur in ea, nec edetis ex eis. Quarto anno omnis fructus eorum sanctificabitur, laudabilis Domino. Quinto autem anno congregantes poma quæ proferunt. Terra promissionis, vnicuique nostrum anima sua est. De hac quippe dicitur: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Ab hac terra longè peregrinantur quicumque illecti voluptatibus corporis, A Egyptiacæ seruitutis iugum ignominiosum ferunt, & repromissæ patriæ fertilitatem nondum intelligunt. In hac autem terra ligna pomifera plantantur, cum euulsis ab anima vitiorum spinis, virtutum plantariis inseruntur. Ex his enim cum mentem occupauerint, laudabiles prodeunt fructus, quorum tum auferimus præputia, cum ad primam eorum apparitionem nostra gaudia temperamus, nec laudare præsumimus quorum qualitatem nondum discernimus. Quidam enim bona non benè faciunt, quia non Dei gratiam, sed humanam laudem requirunt. Fructus ergo noster donec creatori nostro consecretur, immundus est: quia nisi illi offeras quod operaris, fructus tuus nullam tibi potest præstare fiduciam. Comeditur panque quod approbatur, & quod operantem certæ suæ remunerationis expectatione consolatur. Anno verò quarto sanctificatur, laudabilis Domino. Quaternarius numerus, soliditatis & perseverantiæ figuram tenet. Quadrum quippe in quocunque latere vertetur, solidè stat. Tuuc ergo fructus nostri sanctificantur, cum verè in iustitia solidamur: cum scilicet nihil de nostra virtute præsumimus, sed totum quod habemus, quod possumus, de ipsius misericordia confitemur. Quinto autem anno congregantes poma quæ proferunt. Comedis fructus tuos, cum super bono quod agis gratularis. Sed tunc demum periculosa non erit lætitia tua, si primitus Deo fructus eosdem sanctificaueris: ut discas cum humilitate gaudere, cogitans quia vnde gaudes dona ipsius sunt, non merita tua: ut si gloriaris, in Domino glorieris. Notandum autem quod dicitur: Congregantes poma quæ proferunt. Verè enim ille congregat, qui licet crescat in virtutibus, humilitatem tamen sollicitè conseruat.

Quod non exprobrandum peccatori ad poenitentiae remedia fugienti.

Si habitauerit aduenia in terra vestra, & moratur super vos. **C**

ne ex. ei: sed sit inter vos quasi indigena, & diligetis eum quasi vosmetipsos. fuisitis enim & vos aliquando aduena in terra Aeg. O præceptum pietatis! O digna sacris legibus institutio! Forsitan aliquis dixerit iam hæc prophetice Iudæos argui, quòd in fine temporum Gentes ad fidem accedentes repellere voluerunt, & pristinos errores suos vel exprobrare cœperunt. Et probabile satis est hoc etiam intendisse scriptorem. Sed prima literæ superficies tanta benignitate plena est, vt lectorem statim ad se trahat, & ad inuestigandum aliud pigrum efficiat. Vbi tamen non illum solùm acceperim aduenam qui transit de gente in gentem, sed maximè adolescentem illum qui patre relicto profectus est in regionem longinquam, iam quasi alienus à Deo effectus, & à sanctorum sorte separatus, si redire voluerit quicumque huiusmodi est, & ad paternam pietatem recurrere, quasi aduena futurus inter nos, non exprobremus ei: sed sic habeamus eum quasi indigenam, & diligamus illum tanquam nosmetipsos: vt hac nostra benignitate recreatus, quotidie ad meliora proficiat.

GALFRIDVS.

Quòd sacerdos debeat bona coram Deo & hominibus prouidere.

D *Sancti erunt coram Deo, & non pol. no. eius. Hoc de sacerdotibus in lege mandatur, vt videlicet sancti sint coram Deo, & coram hominibus non pol. no. eius. Sancti opere & veritate, nec opinione nomen polluant sanctitatis. Vt quid hæc? Incensum, ait enim, Domini, & panes Dei sui offerunt. Incensum ad sacrificia & orationem, panes ad prædicationem verbi Dei arbitror referendos. Vt ergo apud Deum acceptabile sit sacrificium vel oratio, sanctos esse necesse est coram Deo. Vt apud homines nõ sit contemptibile verbum prædicationis, prouidere bona est necesse coram eis, apud quodum quocumque modo prædicatorum vita sordescit, ipsa quoque doctrina vilescit. Propter quod non immeritò subinfertur: Et ideò sancti erunt, non sicut prius dictum fuerat coram Deo, sed simpliciter vt intelligatur apud Deum & homines. Sancti, inquit, erunt coram Deo, culpam coram hominibus declinantes, & etiam notam culpæ: & non solùm esse, sed etiam cautè viuentes.*

STEPHANVS.

De prælatis.

E *Scorum & vile prostibulum non du. xx. Hoc est quod Rebecca*

becca ait de Iacob filio suo : Malo mori, quàm filius meus ducat vxorem de alienigenis. Scortum communicat pluribus. Vnde per hoc cōuersatio secularis accipitur, quam multo imò ferè omnes sequuntur. Sacerdos ergo scortum in vxorem ducit, quando vitam communem quam sectantur alij imitatur. Nec etiam quæ repudiata est à ma. Repudiatam ducere, est vitam etiam laicis abominabilem consecrari. Vnde in Exo. Aduena qui tecum moratur in terra, superior te erit: ipse scenerabitur tibi, & non tu ei.

RADVLPHVS.

Quòd cuius vita despicitur, restat vt prædicatio eius contemnatur.

Omnis qui habuerit maculam de se. A. sacer. non ac. off. hostias Domino, nec panes Deo suo. Quæ sint hostiæ quæ à sacerdotibus debeat offerri Apostolus breuiter innuit dicēs: Obsecro vos per misericordiam Dei vt exhi. cor. v. h. vi. s. d. p. Hostiæ itaque sunt, qui carnis vitam Deo immolant, vt deinceps melius viuant. Panes verò iidem ipsi sunt, sed iam iustificati & alienati à carne & sanguine, postquam illius iustitiæ conformantur, qui de seipso testatus est dicens: Ego sum panis viuus qui de cælo descen. Sicut enim qui in carne sunt, Deo placere non possunt: sic qui spiritu Dei aguntur, iam diuinæ mensæ idonei puritate mentis suæ Dei cibis efficiuntur, Has hostias, hos panes illi sacerdotes Deo offerunt, qui verbo & exemplo suo prius eos ab iniquitate conuertunt, & iam imitati qualiter in religione proficiant, instruere nō desistunt. A quo officio illi iure repelluntur qui maculas habēt, & quicumq; vitiis suis adhuc deseruiunt, in loco eminentiore cōstituti præesse possunt sed prodesse vix possunt. Nam etsi fortassis officio exigente bona docere cogātur, auditores (vt est humana perueritas ad malum prona) citius imitātur mores aliter loquentis, quàm obediunt monitis aliter facientis.

Quòd sola charitas sanctificat operantem.



Mnis alienigena non eo. de sanctificatis. Alienigenam vocat, à fide Christi extraneum. Inquilinus sacerdotis & mercenarius non vescuntur ex eis. Sola charitas Dei & proximi sanctificare hominem potest. vbi verò cupiditas regnat, sanctificatio nulla est. Sanctus nanque spiritus amor est: & omne opus

Cap. 22.
G

SVPER LEVITICVM.

ex huius amoris radice si nascitur, ab eodem spiritu non sanctificatur. Inquilinus & mercenarius qui in domo dei hospes est migraturus, qui Deo seruiens non æternam salutem sed transitoriam ab illo quærit mercedem, sanctificata non edit, quia licet iustorum forsitam habeat opera, dum non diuina dilectione sed sua trahitur ambitione, iustitiæ sanctitatem in sua actione non recipit. Quem autem sacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis. Emitur seruus à sacerdote, cum data sibi pecunia animus peccatorum ad Dei seruitutem cõuertitur. Vernaculus verò est qui sua spõte vel proprio ductus ingenio hanc sibi seruitutem imponit. Quòd à religionem professis tam obedientiæ quàm perseverantiæ perfectio requiratur.

H *Bouem & ouem aure & cauda amputatis voluntariè offerre potest, votum autem ex his solui non potest.* In aure itaq; obedientiam, in cauda verò quia finis est corporis, intellige perseverantiã. Si enim homo quis in proposito suo vsque ad finem non permanet, caudam non habet; si arbitrio suo velit viuere, nec alteri subditus esse, etiam nec aurem habet. Si tamen huiusmodi hostiam sponte sua offerat, placere poterit.

STEPHANVS. De perfectione.

I *Bouem & ouem, & capram.* Hæc est iustorum oblatio. Vnde & ab his tribus solent à Domino commendari. Vnde erat Iob vir simplex & rectus ac timens Deum. Simplex, ecce ouis. Rectus, & bos. Timens Deum, ecce capra.

RADVLPHVS.

Quòd à Dei sacrificio remouetur, quem ad bonum operandum verbi Dei memoria non fecundat.

K *Omne animal quod vel contritis, vel scelis, vel tunsis, ablati si que sticulis est, non off. do. & in t. v. hoc omnino ne faciatis.* Est in vno quoq; homine quodammodo coniugalis copula, dum ratio mariti personam tenet, voluntas verò vices vxoris exercet. Maritus verò iste quasi fontem seminis gestat, si memor diuinorum eloquiorum seruat apud se vnde volutate gravidã reddat, & desiderium illi bonæ operationis infundat. Hæc est fecunditas filiorum, si volutatas ad benè operandũ inflexa in fructum prorumpat iustitiæ, paries filios ex quibus secundã videat generationem, æternam scilicet in regno Dei percipiens retributionem. Sicut scriptum est: Et videas si. fi. t. pa. f. l. f. Homo igitur qui sibi diuini verbi memoriam perdidit, eunuchus est appuratus

putatis testiculis. quia non habet vnde mentem suam grauidam reddat, nec habet vnde illi benè agèdi affectum iniiciat. Contritos verò, vel tunfos, id est laesos testiculos habet, qui memoriam quidem verbi Dei possidet, sed in efficacem, dum graue iudicans quod iubetur, ne surgere audeat timore conteritur: aut fortè dum vitiorum passionibus languet, nec surgere mens ægra conatur. Huiusmodi ergo animal idoneum non est ad dominicam oblationem, cuius nullius boni operis habere studeat fecunditatem.

Quòd qui in carne sunt, Deo placere non possunt.

Bos, & ovis, & capra, cum genita fuerint, septem diebus erunt sub ventre matris suæ: die autem octauo & deinceps poterunt offerri Domino. Cùm gemina sit homini collata natiuitas, prima qua mundo huic nascitur, secunda qua in Deum renascitur, duplex hïc patet intellectus: vt illam dicamus matrem quæ prima nos abluit, carnalem scilicet conuersationem, cui se renunciasse gloriatur Apostolus dicens: Cùm autem placuit ei qui me segregauit, &c. Et matrem dicamus ecclesiam, quæ quos prima morti genuit, regenerando vitæ restituit. Si ad primam igitur natiuitatem respicimus, omnes nos sub vberibus matris septem diebus sumus. Quia quando vitam istam quæ septem diebus agitur solam diligimus, solis pascimur vberibus carnis, præter cuius voluptates nil appetimus. Sed toto hoc tempore domino offerri non possumus. respuit enim ipse huiusmodi oblationem, testante Apostolo: Quia qui in carne sunt, Deo placere non possunt. A die verò octaua & deinceps nostra oblatio non respuitur: quia qui (quis futura vitæ fidem receperit, & contemptis præsentibus æterna quæsierit, iam placet creatori, cùm sub promissionis eius expectatione cœperit iustificari. Videamus & de matre ecclesia quomodo sub vberibus eius constituti ad oblationem dominicam minus sumus idonei. Quibusdam dicit Apostolus: Tanquam paruulis in Christo lac vo. p. d. non e. Nondum enim poteratis, sed necdum quidem potestis. Quòd verò septem diebus his nos oporteat vberibus enutriri, docet idem Apostolus, cùm causam nostræ imbecillitatis subiungit dicens: Adhuc enim carnales estis, id est carnis nostræ sensibus dediti. Tanquam diceret: Nondum septem dierum spatium excessistis, quandiu mentem vestram rerum temporalium phantasmatis occupatis. Die verò octaua

SVPER LEVITICVM.

tandem domino poterit præsentari, cum renouatus spiritu mentis suæ & spiritualis effectus ad inuisibilia contemplanda surrexerit & amanda.

S T E P H A N V S .

De pœnitentia.

M *Bos, & ouis, & capra, cum ge. su. &c.* Mater, est pœnitentia. fœtus, opus pro peccato: quia enutrirî debet lacte pœnitentiæ. Bouem autem eadem die cum matre offerri, est in prima die susceptæ pœnitentiæ se perfectum reputare.

R A D V L P H V S .

N Quoddam facilius mala actio quàm affectio resecetur. *Sine illa bos, siue illa ouis, non immolabuntur vna die cum fœtibus suis.* Quid quæso contrarietatis affert sanctificatio filiorum, vt non eadem die possit fieri & parentum? Iuuenes, inquit, & virgines, se. cum iun. lau. no. do. Omnes pariter admittit, qui omnium vitam quærit. Cur ergo in oblatione dominica matres cum fœtibus cõuenire non possunt? Quæramus aliàs huius capituli intelligentiam, redeamus, ad nos, & inueniemus in moribus, quod in diuersitate personarum inuenire non possumus. Paulò ante (si benè recolimus) tractatum est quoddam iusti mens verbo Dei grauidata parit, cuius bona voluntas in sanctas actiones prorumpit. Hæc est mater, hi sunt fœtus illius quos Deo immolat, cum in exteriori conuersatione sua quicquid Dei legibus contrarium inuenit, pro posse suo trucidat. Sed cum iam lingua cessat à periurio, manus à furro, gula crapulam ebrietatèque repellit, cum iam corpus fornicationi subtrahitur, & omnis actio nostra iuxta legis diuinæ regulam castigatur: tunc primum vitia altis sensibus radicata, quia prorumpere prohibentur, intus fruiunt, & mentem renitentem suis tentationibus lacestant. Iam igitur fœtus suos domino mater ista maectauit, sed circa seipsam grauis ei labor est: quia voluptatum memoriam quibus diu spõte se subdidit, cum ad Deum tendere nititur, etiam inuita gemensque molestissimam sentit. Quasi ergo consolans nos spiritus Dei, ne desperet cum cum in affectibus suis tantam contradictionem offendit: Bos, inquit, vel ouis non immolabuntur vna die cum fœtibus suis. Tanquam diceret: Cum recepta in verbis actibique disciplina insurgentia contra vos vitiorum certamina sustinetis, nemo terreatur; noui abscondita cordium vestrorum,

rum, imbecillitatem virium vestrarum: fieri non potest vt vna die mater cum fœtibus imoletur.

GALFRIDVS.

Quòd Deo sit quicquid boni agimus ascribendum.



Um ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, & mes. se. fe. ma. spi. pri. mes. v. ad sacer. & c.

Cap. 23.
O

Terram hanc ingredimur, cum ad contemplanda bona eius, illa scilicet de quibus dicitur: Credo vide. bo. do. in ter. vi. auiditate mentis & cogitatione leuamur. Segetes terræ illius metimus, & quosdam manipulos primitiarum facimus, si de suauitate paternæ patriæ aliquid prælibantes, initia saltem earum quæ ibi sunt, consummare, virtutum meritum, deuotis affectibus colligamus. Est autem exitus terræ illius manipulus castitas, quandiu dignas ex Dei munere supernæ messionis habet primitias, quas sacerdoti offerat consecrandas. Pudicitia enim carnis ad primitias resurrectionis, & vita cœlebs ad gloriam pertinet cœlestem. Est alius terræ illius manipulus, communis vitæ sine aliqua proprietate societas. Tertius manipulus est de quo dicitur: Pacem meam do vobis, pacem me. re. vobis. Bonam ergo segetem terræ promissionis, immò bonas primitias bonæ segetis metunt, quicumque continenter, communiter, concorditer viuunt. Quia verò manipuli tales ex illo vno prodeunt grano frumenti, quod cadens in terram mortuum est, & fructum attulit: eidem ipsi sacerdoti nostro eosdem manipulos offeramus, eius videlicet ascribendo gratiæ, quicquid interim de cœlesti contingimus messione. Eleuabit enim illud coram domino, vt acceptabile fiat pro nobis altera die sabbati: & sanctificabit illud, cum Deo patri virtutum nostrarum flagrantium exhibebit, vt mereamur exinde perpetuæ quietis tranquillitate donari. Quid verò sibi vult altera dies sabbati, cum legislator alteram non promiserit? Sed iuxta literam Iosephus docet secunda die azimorum offerendos ritè manipulos primitiarum: vt non dies vna, sed solennitas tota dicta sit sabbatum. Vnde post paululum in eodem libro præcipitur filiis Israel: Mense septimo septima die mensis erit vobis sabbatum memoriale clangentibus tubis. Quia ergo tota solennitas Paschæ erat sabbatum eius: die

altera, id est secunda, primitiarum erat oblatio celebranda. Est autem in hac vita quoddam sabbatum, sed non magnopere cupiendum: quia nulla ibi penè tranquillitas, ibique perstrepat mundi sævientis iniquitas. Altera die sabbati requies est futura. Siquidem vera requies illa solis à quibus præsens fuit repudiata debetur.

B R V N O .

Quòd oblationi manipulorum agnus & simila, vinum & oleum sunt iungenda.

P Sequitur in Leuitico: *Eodem die quo manipulus fuerit consecratus, cadetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum Domino, & libamenta offerentur cum eo dua decima simila conspersa oleo, liba quoque vini quarta pars hin.* Per agnum patientia denotatur. Oportet ergo vt nos cum aliarum virtutum frugibus huius agni patientiam offeramus: quia debilis virtus boni operis, quam non roborat patientia tribulationis. Sciendum autè quòd in sacrificio agnus immaculatus exigitur: vt illa videlicet tribulatio nostram patientiam operetur, quam nulla dehonestatio reprobæ vitæ minuit, sed sola persequentis impietas nobis immaculatam ingessit. Debet etiam agnus esse anniculus, consummata scilicet & perfecta patientia, vt vsque ad finem perseueremus. Per duas decimas simila, contritio cordis & satisfactio operis designatur. Est autem vtraque oleo conspengenda: quia & contritioni cordis & satisfactioni operis spes veniæ est inseparabiliter coniungenda. Has duas similes de tritico nostro, id est de fructu proprio offerimus. Superest tamen si dispensandum cum seruis illud accepimus, vt de tritico verbi Dei duas similiter decimas offeramus, quæ sunt exhibitio sermonis & exhibitio operis. Tunc enim in sermone proficimus, si exemplum pariter boni operis exhibemus. Sit autem vtraque hac simila conspersa oleo, non corrupta veneno, & verbo Dei & operibus sanctis nullius admisceatur amaritudo nequitiae, sed gratiæ semper oleo infundatur. Liba vini, affectum innunt gaudij: quòd spe gaudentes haberi conuenit, quos molestia tribulationis affligit. Vnde non plenam vini mensuram, sed quartam solummodo partem exigimur, quia cum quatuor sint affectiones animæ, timor & desiderium, dolor & gaudium, quartam solummodo mensuræ partem offerimus, cum quarta tamen affectione gaudemus.

RADVLPHVS.

Quòd tam intentionis quàm actionis lucernæ sint
charitatis oleo concinnandæ.



Præcipe filiis Israel vt aff. tibi oleum de oliuis Cap. 24.
pu. ac lu. ad concinn. lu. iugiter extra ve. Q

testim. in taber. fœderis. Principalis sanctorum lætitia non de vsu præsentium, sed de spe nascitur futurorum. Spes autem ipsa vt non fallat expectantes, per bonorum operum exhibitione solidanda est. Præcipe filiis Israel, &c. Si enim cum gratia spiritus sancti ad legem accesserimus, implere poterimus quæ audimus. Quòd si de viribus nostris præsumimus, litera occidit nos: quia de iustitia edoctos ad exequendum præuaricatores reddit inualidos. Oleum igitur afferendum est ad legem: sed non qualecunque oleum, sed oleum de oliuis purissimum ac lucidum. Charitas nanque illa à nobis exhibenda est, per quam omnes sanctificati sunt qui fuerunt quasi oliuæ fructiferæ in domo Domini: charitas Dei & proximi, quæ in cordibus electorum lucet, iuxta quod scriptum est: Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Qui enim odit fratrem suum, in te. est, &c. Ad quid autem afferatur hoc oleum, manifestat cum subdit: Ad concinnandas lu. iu. Scriptum est: Lucerna corporis tui, est oc. t. & Luceant opera vestra bona, &c. Lucerna itaque interius est simplex intentio quæ mentem Deo lucidam reddit: & lucerna exterius opus bonum, quæ imitari volentibus iustitiæ viam ostendit. Vtraque hæc lucerna oleo charitatis nutritur: quia dilectio & sanctæ actionis lucem emittit, & in ipsa actione mentem à duplicitate custodit. Cum his lucernis spei nostræ solennia celebremus, sicut scriptum est: Sint lumbi v. pre. & luc. ar. &c. Sed vbi ardere debent lucernæ istæ? Extra velum, inquit, testimo. in taber. fœd. Quandiu enim in hoc corpore peregrinamur à Domino, illa interna gaudia credere possumus, videre non possumus, nube carnis obsistente visumque intercludente. Velum igitur testimonij prætenditur oculis nostris, dum ea quæ scriptura futura prædicit credimus, illuc tamen visum traicere non valemus.

Quòd nemo nisi post diuinæ meditationis instantiâ prædicatoris sibi vsurpare debeat officium.

Accipies simlam, & coques ex ea xij. panes, qui singuli habebunt
R *duas decimas: quorum senos alteriussecus super mensam purissimam coram Domino statues.* Per simlam subtilitatem cogitationum puritatēque superius diximus designari. Simila verò cum conspersa fuerit, igne adhibito ad panis soliditatem perducitur. Sic etiam & mens bona cum à dispersione & leuitate superfluarum cogitationum diuinæ coagulo discretionis in vnum redacta fuerit, & circa vnum occupata, assiduæ meditationis igne decocta robur virtutis accipit. Mente nanque decoquimus, quicquid subtilius cogitamus. Vnde quidam sapiens ait: Alimenta quæ accipimus, quandiu in sua qualitate perdurant, & solida innatant, stomacho oneri sunt. At cum ex eo quod erant mutata sunt, tunc demum in vires & in sanguinem transeunt. Simila ergo donec coquitur, non est apta ad cibum. Cocta autem in panem transit, & homines pascit. Pari modo iustorum rudimenta ad docendum non sunt idonea. Postquam verò meditatione assidua studioque feruenti scientiæ vires addiderint, iam idonei sunt ad docendum. Panes igitur sunt, qui doctrinæ pabulo quam plenius assequuntur sunt, proximorum mentes reficiunt.

Quanti periculi sit psalmodiam sine mentis intentione labiis personare.

S *Accipies ergo, inquit, simlam, &c.* Quid ad hæc dicitis vos qui labiis Deum honoratis, cor autem vestrum ab ipso longè est? Vos aërem istum impletis verbis, corde vacui. Cantica omnia diuina sine sensu percurritis, & cum multum labor in ore vestro sit, anima tamen vestra fraudatur bonis. Culmus stans, dicit, non est in eis, germen non faciet farinam. Vestra quippe psalmodia nec spiritualem affectum germinat, nec sacræ meditationis farinam creat. Meditatio sola est quæ mentem mutat, spiritui vires præstat. Ex simila nanque (vt dictum est) panis coquitur: quia exercitatione interiori robur mentis acquiritur. Beatus enim vir qui in iustitia meditabitur, & in sensu co. ci. dei. Cibabit illum pane vitæ & intellectus. Sicut ergo de vite amputantur palmites qui infructuosi videntur, vt fructuosus spatiositas amplior relinquatur: (paucorum nanque fecunditas sterili multitudini longè antefertur) sic iuxta Apostolicam sententiam longè

gè vtilius esset pauca cum ædificatione proferre, quàm reuerenda spiritus sancti oracula sine fructu mentis inò cum Dei contemptu breui temporis spatio confusè transcurrere. Psallentes, inquit beatus Augustinus, intelligere debemus quæ proferimus, vt humano more non quasi auium voce cantemus. Vos quam multa dicatis attenditis, nec qualiter dicatis perpenditis: quasi non melius sit homini qui vnum panem in manibus habet & illo vescitur, quàm asino qui centum forsitan portat & nullo reficitur. Respexistis ad maius, & ecce factus est minus. Prophetica exprobratio ista est. Intulistis, inquit, in domum, & dixistis: Ecce de labore, & exsufflaui illud, dicit dominus exercituum. Quod enim precium ponere existimatis stipulæ quæ spicam nō habet? Quomodo placituras Deo psalmodiam putatis, in qua vox quidem orantis præterdit speciem, mens autem sine fructu est? Sed ad propositum reuertamur.

Quòd prædicatores sacræ legis meditationi debeant inferuire.

Accipies ergo simlam, &c. Panes igitur isti duodecim fieri præcipiuntur, vt Apostolicus in doctoribus reperiatur numerus, & in eorum doctrina sanctorum patrum auctoritas conseruetur. Habent singuli panes decimas suas dum sancti prædicatores per geminam dilectionem, Dei scilicet & proximi, legis decalogum complent. Seni altrinsecus panes ponuntur, id est, duo & duo: vt prædicationis ecclesiasticæ consonantia præsignetur. Hinc etenim dominus Iesus binos ad prædicandum discipulos misit. Hinc Moyses in dispositione tabernaculi binas singulis tabulis bases substituit. Tabulæ nanque tabernaculi, fidei sunt doctores, quorum virtute celestis fabrica erigitur. Qui singuli binis basibus fulciuntur, dum ea quæ prædicant consona Noui testamenti auctoritate confirmant, ædificati (secundum Apostolum) super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Mensa autem super quam hi panes ponuntur, sacra scriptura est, quæ & nobis est spiritalis refectio, & contra quolibet tribulationes proposita ad solamen. Quæ rectè purissima dicitur: quia eloquia domini elo. cal. ar. ig. ex. pro. ter. pur. sep. Super hanc igitur statuuntur doctores, cum à negotiis secularibus expediti lectioni vacant, atque in ea hauriunt, quod postea aliis prædicando refundunt. Coram domino statuuntur:

SVPER LEVITICVM.

quia per hæc studia diuinis se aspectibus acceptabiles red-
dunt.

RICARDVS.

De mysterio anni iubilei.

Cap. 25.
V



Sacrificabis mihi annum quinquagesimum. &c. Si septem septies ducimus xlix. proculdubio effici-
mus. Hic vtique ex diuino præcepto festiuus du-
citur, & qui hunc sequitur, iubileus vocatur.
Per septem, mentis tranquillitatem intelligimus,
pro eo quòd diem septimum requiri cognouimus deputa-
tum. Item quia per vii. dies totum tempus euoluitur, per
vii. cuiuslibet rei plenitudo vel perfectio figuratur. Sanctus
enim spiritus legitur septiformis. vnde & per septem, gratia
sæpè intelligitur spiritualis. Septem igitur in vij. ducitur,
quando plena perfectaque mentis requies possidetur. vel
quando mens cuiuslibet post plenam requiem ad gratiam
spiritualem attingit. Qui verò iam meruit spiritualium gra-
tiam cum plena mentis tranquillitate possidere, videtur quo-
dammodo annis septem septies reuolutis iam quadragesimū-
nonum apprehendisse. Post hos annus quinquagesimus se-
quitur qui iubileus dicitur: quia post edomita carnis bella,
post percepta spiritus sancti charismata, cum mens quæ sit,
qualis ante fuerit ad memoriam reuocat, magno nimirum
gaudio exultat. Hoc anno possessio omnis ad dominū pro-
prium reuertitur. Hoc anno seruus Hebræus pristinae liber-
tati restituitur. Tunc terra consueuerat sabbatizare, tunc po-
pulus terræ otio & conuiuio vacare. Tunc carnis nostræ ter-
ra sabbatizat, quando eam carnalia desideria vltèrius non fa-
tigant, cum eam spiritualia exercitia ex ipsa consuetudine
iam delectant. In hoc anno vnusquisque ad suam possessione-
nem redit: quia si virtutum quælibet de sua possessione ali-
quid in alio tempore minus habuerat, ex Dei munere saltem
in hoc anno recipiat, vt mens hominis in iubilum versa in
Dei laude perfectè rapiatur & plenè. In hoc anno seruus He-
bræus ad libertatem redit, qui prius ad libertatem exire non
potuit. Hebræus transiens interpretatur, & qui facit pecca-
tum, peccati seruus esse conuincitur. Transeunte itaque ani-
mi effectu de concupiscentiis carnis ad concupiscentias spi-
ritus, & dicitur & est Hebræus. Quando verò amplius dele-
ctationi prauæ non substernitur, desinit esse seruus. In hoc
anno

anno plebs Israelitica otio & conuiuio vacat, quia mens contemplationi dedita, quæ delicia spiritus sunt, auida prægustat. Tuis hoc anno canere debemus. Nam æterna præmia vel tormenta amplificare cogitando sapius vel loquendo debemus, ut in intentione nostra immobiles durare possimus. Cito enim mens pondere laboris frangitur, cito ad malè dulces quas reliquerat delectationes reuertitur: quæ præmia bonis quæque tormenta malis sint posita in futuro non recordatur.

RADVLPHVS.

Quòd per præsentem laborem, & animarum requies, & corporum immortalitas obtinetur.

Quòd si dixeris, Quid eo an. vii. si. n. se. neque colle. fru. n. da. lo. beue. n. v. an. vi. & fu. f. irium an se qua. anno vii. & com. ve. fru. vsque ad nonum. annum. Dabo benedictionem, &c. Hæc est benedictio qua benedicuntur omnes qui timet dominum. In vi. quippe anno sumus nos præcipue, qui & sextam huius mundi ætatem agimus, & sub senario sancti operis exercitio laboramus. Labor noster si secundum Deum est, seminis locum tenet: fructus huius seminis, messis ipsius est: sic enim habet: Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Pascit igitur sextus annus sua fruge prius seipsum, postea duos annos sequentes: quia etiam hic habent iusti fructum suum in sanctificationem in loco diuinæ pascuæ collocati, dum reficiuntur pane iustitiæ, sinem autem vitam æternam. Porro vita æterna duos annos facit. Primum ante corporum resurrectionem, dum iam requiescunt animæ iustorum. Secundum post corporum reparationem. Sed vterque iste annus anni sexti frugibus locupletatur, dum per laborem præsentem & animarum quies, & corporum immortalitas obtinetur. Verum quod nunc seritur, octauo anno sumitur, quia cū spe resurrectionis moritur iustus, & mortis suæ amaritudinem expectatione futuræ beatitudinis consolatur. Et comedunt veteres fruges vsque ad nonum annum. Vetustas hic non pro corruptione ponitur, sed pro antiquitate. In nouario autem ter terni inueniuntur, quæ est quadrata figura. Quòd verò quadratum est, ex omni latere stare potest. Cibus ergo spiritualis ad quem iam hic ex quantulacunque parte pertingunt animæ iustorum, dum renouantur de die in diem, & sanctis saginantur affectionibus, multo illis vberius

post mortem datur, cum deposita sarcina carnis à seruitute pristina releuata veritatis perceptione magna quiete & bonorum spirituum societate lætantur. Hæ sunt igitur veteres fruges, quibus vsque ad nouum annum vescuntur filij Israël: quia hæc interim prima stola contenti sunt sancti, donec beatam etiam in suis corporibus percipiant immortalitatem & gloriam.

Quòd nullus exigit à proximo, qui ea non commiserit in exemplo.

Y *Non accipies à fratre tuo vsuras, nec amplius quàm de. Time Deum t. vt viuere possit apud te frater tuus.* Qui sunt qui vsuras à fratribus exigunt, & amplius quàm dederunt, nisi qui ad ea discipulos cogunt, quæ ipsi non faciunt, quorum scilicet exemplum non prærogauerunt? Quos ipse dominus arguens, Alligant, inquit, o. gra. & impo. &c. Time ergo, inquit, Deum t. vt viuere possit apud te frater tuus. Notandum quòd cum timendum se in hoc facto Deus insinuet, tunc proculdubio offenditur, si frater infirmus nimio pondere præfocetur.

Quòd gratiam spiritus & bonorum operum copiam mandatorum obedientia mereatur.

Cap. 26.

Z



I in præcep. m. ambu. & man. me. custo. & se. te dabo vobis plu temp. s. & ter. g. g. ger s. & po. ar. re. Pluuia ista visibilis & bonis & malis communis est. Sed est quædam pluuia quam soli nouerunt iusti. De qua scriptum est: Pluu. no. seg. d. h. t. Hæc sancti spiritus perfusio intelligitur, cuius etiam abundantia fluminis nomine designatur, dicente domino: Qui in me credit, flumina de v. e. f. a. v. Hanc igitur pluiam, hunc spiritalem rorem qui ab illis solis sentitur, quorum mēs interius inebriatur, promittit Deus obtemperantibus sibi, sicut ipse ait: Si diligitis me, man. m. ser, & ego r. pa. & a. pa. da. vo. Datur autem pluuia ista temporibus suis: quia nonnunquam vtiliter subtrahitur spiritus sancti gratia, vt homo sibi relictus quid per se possit intelligat: & iterum tempestiuè redditur, ne vsque quaque deferret intereat. Postquam autem dominus hanc suauitatem nobis infuderit, continuò terra nostra dabit fructum suum. Terra verò quæ pluiam istam non suscipit, nunquam iustitiæ fructum gignit. Et pomis arbores re. In arbore & umbra est, qua

quæ à solis ardore protegit, & fructus qui pascit. Arbor est igitur fructifera, quisquis proximis indigentibus & fructum suæ liberalitatis & umbram exhibet protectionis.

PETRVS RAVENNAS.

Quo ordine sit in studiis spiritualibus procedendum.

Apprehendet mesium triturata vin. & ap. vin. se. Legendo & A
meditando metimus. Orando & contemplando vindemia-
mus. Operando & prædicâdo seminamus. Et est hic quidem
ordo rectus & competens, vt primùm vel per lectionem di-
scamus quid postmodũ agere vel vitare debeamus. Sed quia
quæ scimus bona per nos implere non possumus, prius ora-
tione fusa diuinum auxilium impetrare debemus, & tunc ad
bona agenda viriliter properamus. Apprehedet, inquit, mes-
sis vin. & vin. se. quâdo s. ex occasione lectionis legentis mēs
compungitur ad orationem, & ex fusa oratione roboratur
postmodum ad operationem.

STEPHANVS. De studio scripturarum.

Tunc placebunt terra sabbata sua. Terra est sacra scriptura, B
quæ gaudet reliquiis spiritualis intelligentiæ. Ille ergo sab-
batizat in terra, qui sacram scripturam ad spiritualem doctri-
nam conuertit. Sunt autem quidam qui eam ad lucrum tem-
porale retorquent. de quibus per Esaiam conqueritur domi-
nus: Seruire, inquit, me. se. in. pec. v. laborem mi. præ. iniqui-
tas vestra.

RADVLPHVS.

Quòd Deo non placeat, si minus quàm nouerimus per-
soluamus.



Nimal quod immo. po. do. si quis voue. san. erit. & Cap. 27.
mu. nō po. Id est, nec melius malo, nec peius bo- C

no. In primordiis conuersationis homo pos-
tus à modicis incipit, & nunc aliquid boni ope-
ris, nunc pro satisfactione præteritorum deli-
ctorum aliquam carnis afflictionem Deo promittit. hoc enim
est animal bonum siue malum. Congruè siquidem per ani-
malium figuram opus bonum intelligitur, quòd per hoc ani-
male corpus impletur. Malum autem animal afflictio carnis
intelligitur, quòd scilicet patienti molesta sit, non quòd di-
uinæ legi contraria. De hoc malo sic Salomon ait: Malum
est, malum est, dicit omnis emptor, cum recesserit, tunc glo-
riatur. Quicumque enim per temporales tribulationes vitam

SVPER LEVITICVM.

emit æternam, ad præsens molestum est illi quod patitur. Sed cum hoc quod desiderat adeptus fuerit, tunc gloriabitur. In tantum igitur omnis apostasia Deo execrabilis est, vt quicquid semel sanctificatum fuerit, non patiatur ad id quod fuerat reuocari, sed omnem excludit mutationem. Animal quod sibi vouetur hoc exigit. Et ne aut melius malo, mitior scilicet quàm in voto fuerat carnis castigatio: aut peius bono, minor videlicet quàm promissa est boni operis executio, voti locum suppleat, interdicit.

Quòd charitas siclus Sanctuarij nominetur.

D *Omnis estimatio siclo sanctuarij estimabitur.* Siclus viginti obolos habet. Siclus sanctuarij typum charitatis præterdit. Ipse nanque denarium in obolis suis geminat. Et charitas duobus præceptis suis legem consummat. Non igitur gloriatur Cain, offerens munera de fructibus terræ suæ, non confidat hypocrysis per diem affligens carnem suam, saccum & cinerem sternens, quæ se commendat tonsa cute, dentibus atris, dum vult libertas dici mera, veràque virtus. Solo siclo sanctuarij omnis oblatio nostra ponderatur: nec considerat Deus quantum à nobis accipiat, sed ex quanto. Affectionibus interioribus omni iure actionum præciū datur: & quicquid sine charitate fit, pro nihilo reputatur.

E *Quòd nos Dei gratia semper & præueniat & sequatur.* *Omnes decima terræ, siue de frugibus, siue de pomis, Domini sunt, & illi sanctificantur.* Numeri sui plenitudinem denarius continet: & sicut numerus idem ab vno incipit, sic & in decimo cõsummat. Cũ igitur dominus & primogenita & decimas suas esse testatur, mysticè nos docet ab ipso esse quòd ad bonum surgimus, ab ipso si vsque in finem perseveramus. Quod tamen ipsius est nos redimimus, & nostrum facimus, si omnè curam subinferentes, gratiam illius apud nos perire non sinimus, & si humiliter confitemur eius esse muneris, si cursum nostrum sine laudabili perficiamus. Hoc igitur subiungit: Si quis autem voluerit redimere decimas suas, addat quintam partem eorum.

Explicitus est Leviticus.

INCIPIVNT NUMERI.

STEPHANVS.

De prælatis.



lij Leui nō sunt numerati cum aliis: quia vitā
prælatorum debet excellere vitā subditorū.

Cap. 1.

G

De officio prælatorum.

At per gyrum tabernaculi figent tentoria. Ex
qualibet parte tabernaculi erat aliqua pars tri-
bus Leui: & ita nostri sacerdotes debent esse
ex qualibet parte tabernaculi: quia si eos vocat pauper, de-
bent occurrere ac si eos diues.

De discretione.

Et nouissimi proficiscuntur. Nota quòd filij Dan vltimi pro-
ficiscuntur. sic necesse est, vt etiam bona opera nostra iudiciū
subsequatur, ne fortè palea lateat inter grana.

H

De inani gloria.

Vinum & sicera, &c. Vinum est apertum peccatum, sicera
& alia huiusmodi, vmbra & simulatio sanctitatis. Ace-
tum ex vino. Per acetum acedo, & vetustas peccati præteri-
ti. Acetum igitur bibit, qui quasi canis ad vomitum, corrup-
tione veteris nequitie delectatur. Vuas recentes vel siccas.
Vua est peccatum. vnde: Vua eorū, vua fellis, & bo. a. In vua
duo sunt, vinum & acinus. sic & in peccato duo sunt, immū-
ditia & delectatio. Vuas recentes comedere, est apertè & pu-
blicè peccare, & in nouo peccato delectari. Vuas siccas &
passas comedit, qui dum pallorem præterdit in facie, de ab-
stinētia sua gloriatur in mente.

Cap. 6.

I.

De humilitate.

Nota quòd post expletum votum Nazareus capillos ra-
dere iubebatur: hoc est quòd cum aliquis ad perfectionem
venerit, tunc se primò reputet inchoasse.

K

GALFRIDVS.

Quid altaris vinctio, quid ducum oblatio designent.



*Biulerunt duces in dedicatione altaris, in die qua vn-
tum est, oblationem suam ante altare.* Non dedigna-
tur Deus altare suum, quod sumus nos, dedicare
ibi per dona principum, cum illud inunxerit per
seipsum. Nam quòd singuli quique diebus sin-
gulis in ipsa sibi met oblatione non dissimili succedunt, hoc
nobis innuit novos quotidie duces in populo Dei ad officium
idem instituti, in quo præcesserunt qui decedunt. Illorum igi-

Cap. 7.

L

tur omnium prima oblatio acetabulū fuit. Triste principii, sed vtile, praesertim dum importunus & periculosus feruor temporis instat. Vnde & Ruth Moabitidi concessum est vt intingeret buccellam suam in aceto, ob duplicem austum temporis pariter & laboris, appposito messoribus Booz edentibus acetabulo. Siquidē prima omnium necessaria est acerbā quēdā & molestioris acrimoniae plena carnalium cohibitio voluptatum, ipsis maximē quos videtur adhuc concupiscētie grauior austus vrgerē. Appendit autē hoc acetabulū cxxx. siclos. pudicitiam vel omnino cœlibē, vel si quis illam necdum potest capere, coniugalem. Legimus enim in cōmentariis euangeliorum coniugatis xxx, lx. viduis, virginibus centesimum fructum tribui: sed videntur duo nouissimi sub vna hoc loco significatione cōcludi. Offerenda est phiala post acetabulum. Post voluptatū cohibitionem, persuadēda etiam diuinorum obedientia mandatorum. Nec ducis est cyathum offerre. sed phialam, videlicet non exilem, sed vberē exhibere doctrinam. Cæterū meminisse debemus duces istos nec vinū in phiala, nec acetū in acetabulis obtulisse. vasa exhibent, verba ministrant. Nam implere ea & efficacia facere, dare s. voci suę vocem virtutis, non humani officij, sed gratiæ est diuinæ. Animen plena offerunt vasa, non vacua sicut quidā, qui nesciunt de quibus loquantur, neq; de quibus affirmant. Inuenire etiam apud alios similia quidem, sed oleo non conspersam: vilem videlicet, sed absq; vlla gratiæ spiritalis infusione scientiam. Cæterū altare vnctū nec vasa vacua, nec similia aridum recipit: quia mens deuota nec inania verba, nec sterile scientiam diligit. Offerenda igitur similia & conspersa oleo in vas argenteis, vt in verbis prædicationis nō modò subtilis inueniatur scientia, sed ipsis auditoribus aliquid taptat gratiæ spiritalis. Sequitur: Mortariolum aureum plenū incenso. Nō mirum populi ducem argentū solum offerre, eloquium sibi exhibere non cōuenit. Nec mortariolū quærat aliud quā seipsum. Et quā dura necesse est in mortariolo cōterantur. Quanta sustinet, quanta tolerat, quātis subiacet transfusionibus & pressuris. Nimirū dicere illi necesse est, imò vt dicere possit: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quia verò charitas non inflatur, congruē satis non mortarium, sed mortariolum appellatur. Sic nimirum triplex quidem virtutum sibi cooperantiū gratia charitatis, patientiæ & humilitatis sub vna obla-

tione mortarioli cōmendatur. Est enim per charitatem con-
 cauum, velut quodam sinu tundenda quæq; recipiens: per pa-
 tientiam forte vel firmū, nec in ipsa tusione deficiens: per
 humilitatē modicū, & appellationē mortarioli nulla anno-
 tate despiciens. Nec mirabitur aureū dici, qui eiusmodi mor-
 tarioli precii æstimare potuerit, imò qui nouerit saltem di-
 gnè mirari. Siquidē non tā præstat aurū argēto, quā eiusmodi
 charitas fortis, & humilis quantumlibet benefonanti prædi-
 cationis eloquio. Aliter quoq; solet per aurū sapientia defi-
 gnari, quæ quidem admodū necessāria est in homini exerci-
 tio positis, & in officiū mortarioli deputatis. Ardua enim res
 multorum feruire moribus: nunc acetabulū, modò phialam,
 modò sese etiā mortariolū exhibere, postremò etiam quod
 est maximè necessārium confugere ad orationis auxilium: &
 vbi suam viderit non præualere industriam, incensum quoq;
 post simillam, post auri precii, post mortarioli patientiam ad-
 hibere. Et si verè fuerit aureum, si modicū, si mortariolū sicut
 dicitur danda utiq; opera, ut incenso impleatur. Alioquin nō
 modò humilis non est, sed nec sapiens, si de sua sapientia vel
 virtute præsumit, & nō potius ad orationis studiū præsertim
 in tanta, & tā multiplici necessitate recurrit. Sed neq; ad hoc
 sapiat, ut faciat mala. Siquidem x. siclos ad exemplum pariter
 & meritum in eodem mortariolo opus est inueniri, in obser-
 uatione s. decalogi: per quam nec à suis quos tolerat audito-
 ribus despici, & à Deo quem inuocat debeat exaudiri. Sequi-
 tur oblatio animalium: Et offert vnusquisq; bouem, arietem,
 agnum, hircum. Primū nanque oblati intelligitur à singu-
 lis duobus ex his singulis animantibus tantum vnus. Et quis
 est iste vnus? Ni fallor, Christus est, in parabolis Salomonis,
 vir inuentus in mille, & electus ex millibus. Ipse igitur bos
 in vita, aries in doctrina, patientia, & innocentia agnus fuit,
 idem etiam tanquam hircus pro peccato non suo quidem,
 sed totius multitudinis immolatus. Hunc offert bouem, &
 bouem de armento, qui ex patribus ortum terræ incolam sub
 lege factum, sed qui parem non habeat, legis iugum singula-
 riter ferentem pro suis tamen viribus imitandum repræsen-
 tat. Offert arietem ducem gregis, quotiens & hoc indicat
 quam singulariter docuit, qui singulariter vixit. Nimirum
 quàm imitandus in vita, tam sequendus est in doctrina. Bos
 vnus, & vnus aries, oues alias atque alias post se trahens, ut

SVPER NVMEROS.

fit vnus grex, & vnus doctor vnus gregis. Offert etiam agnum vnum, qui eiusdem proponit innocentiam, & mansuetudinem singularem. Agnum sanè anniculum in eandem iugi perseverantia & perfectione virtutum. Atque hæc omnia in holocaustum quod est totum incensum, sola scilicet charitate ad conuersandum inter homines factum hominem, ad dirigendum hominum mores hominum ducem, ad conuertendum etiam nocentes, vsque ad mortem mansuetum & innocetem. Nihilominus etiam pro peccato offerendus hircus vnus, quanuis idem Moyses videatur significasse hircis duobus, quòd enim nõ poterat idem hircus occidi, & abscindere viuus, sacramentum vnus quantum fieri poterat est exhibitum in duobus. Post vnum verò sequuntur multiplices hostiæ ab eisdem ducibus offerendæ. Post sanctum nempe sanctorum proponenda sunt exempla hominibus hominum etiam cæterorum, licet prorsus inferiora, eo tamen efficaciora ad persuadendum: quia non modò homines similes nobis passibiles, sed tantum homines extiterunt. Boves dicuntur Apostoli fortius cæteris, & fructuosius in cultura agri dominici laborantes. Arietes pastores cæteri, & rectores spiritualium greges ouium per salutaria secũ vitæ pascua deducentes. Hirci in satisfactione pœnitentię post abundantia quoque peccati gratia superabundante viriles. Agni anniculi simplices quique, & innocentes, mansueti & patientes in eisdem virtutibus inter quasilibet mutationes temporũ persistentes, neque enim oportet agnum quemlibet nisi anniculum offerri, patientiam necdum perfecte probatam magnopere commendari. Sed boues duo, arietes, hirci, agni quinque, perhibentur offerri, Quinarius legem propter primi legislatoris verba in totidem libris disputata designat. Binarius eam quæ supra legem est, charitatem, propter eiusdem patris matris duo vbera, id est duo præcepta. Aliter etiam duo boues, vel in prædicatione concordēs inuunt, vel in terrenis etiam actionibus, quod difficile est, pares, vnanimes, sociales. nam & illi qui terram Dei ecclesiam scilicet colere prædicando debuerunt, dum aduersus sese inuicem calcitrant, frequenter exorbitant, & modò arcam fœderis inclinant, modò paruulos quosque suffocant. Post boues igitur duos offerendi (vt dictum est) arietes v, hirci v, agni an. v, videlicet ad exemplum proferendi aliis qui secundum legem Domini eius

ni eius populo præferre, secundum eam vsque ad vitæ terminum innocentiam, & patientiam seruauere.

STEPHANVS.

De prælatis.

Separabis eos de medio filiorum Israel. Quia ministri domini populari disciplina non debent esse con.enti, sed moribus, & doctrina longè ab aliis spectabiles apparere. Cap. 8.
M

PETRVS DAMIANVS.

Quòd qui non abstinit à peccatis, saltem pœniteat de commissis.



Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procul in gente vestita, scilicet phase Domino mense secundo. Primus mensis, tempus est primæ innocentie, & status vitæ incorruptæ post baptismum, & ante lapsum. Secundus mensis, tempus pœnitentiæ post lapsum. Hi per pœnitentiam reparati mense secundo phase possunt celebrare: quia immundi fuerunt super anima propriis scædatis peccatis, vel consensu alienæ iniquitatis quasi contactu mortui contaminati, vel quia procul fuerunt in via quantum in gente sua. Et vt hæc ab inuicem discernentur, immundus super anima intelligi potest, qui grauiam iam commisit: at procul in via, qui scelera committenda disponit. Hic immundus est in conscientia perpetrati delicti, ille procul in via est proposito & desiderio peccandi. Qui rectè dicitur in via esse: quia illuc mente pergit, quò per intentionem cordis tendit. Qui autem mundus est secundum anteaactam vitam, & in via non est, vt deserat iustitiam, hic dignus est primo mense celebrare phase. Dignior quippe est innocentie puritas, quàm pœnitentiæ utilitas. Si quis igitur mundus est, & in itinere non est, & tamen non fecerit phase, exterminabitur anima illa de populis suis. Quibus verbis ostenditur quanto periculo à bono negligatur, quod damnabiliter à malo vsurparatur.

Cap. 9.
N.

RICARDVS.

De duabus tubis argenteis.

Rec tibi duas tubas argenteas ductiles. Duabus constat illum tubis canere, qui nouit nunc Dei promissiones, nunc eius minas digna amplificatione iugiter commendare. Has tubas habemus argenteas, cum nil aliud de his loquimur quàm quod scripturarum auctoritate probamus. Ductile feriendo producit, & tubas ductiles facere iubemur: quia ea in audien-

Cap. 10.
O

SVPER NVMEROS.

tium auribus melius proferimus, in quibus ipsi perfectè compuncti sumus.

STEPHANVS.

De prædicatoribus.

P *Fac tibi duas tubas argenteas.* In tuba tria attendenda sunt. Compositio, sonus, & terror. Compositio, quia in parte quæ ori admouetur angustior est, in parte finali amplior. hoc est, quòd prædicator debet sibi assumere arctiora præcepta, & aliis laxiora, vt semper plus faciat, quàm aliis faciendum imponat. Vnde: Manus meæ distilla. myr. Manus myrrham distillare, est prælatos exemplo sui ad carnis mortificationem subditos inuitare. Et nota quòd dicit distillauerunt: quia tanta mortificatio carnis debet esse in prælato, vt magnum sit subditis si vel stillam modicam valeant imitari. Sonus est in tuba, Vnde: Cla. ne cef. Et terror: quia prædicatio terrorem audientibus incutere debet. Et nota quòd duo sunt genera tubarum, ductiles s. & corneæ. Ductiles, martyres signantur quia facti sunt passionum tursionibus speciosi. Corneæ vero, virgines naturam carnis vt cornu superantes. Bene autem tubæ istæ ductiles sunt, quoad eos qui tribulati sub melleo proficiunt, & laudes resonant. Et argenteæ, quoad illos qui in carne non secundum carnem ambulant. Et duæ propter concordiam charitatis.

STEPHANVS.

De prælatis.

Q Nota quòd vno clangore venerunt principes: quia ad vnius iussionis vo. pe. & an. se. sunt re. Sic & prælati vna sola admonitione debent facere quæ spectant ad cultum Dei. Hoc contra illos potest induci, qui cum audiunt primam campanam, secundam expectant, vel vltimam. Et nota quòd populus prolixiori clangore vocabatur quàm princeps: quia prælati semper primi debent in bono opere inueniri.

BRVNO.

Quòd superbus & potens ad viam iustitiæ verborum sit blanditiis reuocandus.

R *Noli, inquit Moyses ad Chab filium Raguelis, nos relinquere, sed veni nobiscum, & eris ductor noster.* Quid est quòd Moyses Gentilem hominem ductorem exercitus ponere vult, cum ipse dominus ductor erat? Sciendum autem quòd homo vnus & superbus nisi quibusdam laudibus & blanditiis suæ iustitiae consiliis non acquiesceret. vnde & nobis regula datur: Potentes homines & superbos etiam adulationibus ad iustitiam

iustitiam & veritatem conuertere non est peccatum.

STEPHANVS.

De superbia.

Præcessit columna nubis in die. Columna est Christus: quia res
 etus, & firmus, & fulciens iniquitates nostras. Præcessit ergo
 columna nubis in die: quia Christus nulla luce claret illis qui
 se putant esse in die, superbis scilicet & præsumptuosis: & co-
 lumnæ ignis in nocte: quia qui se infirmos reputant, igne sui
 amoris illustrat. Item per nubem & ignem duo Christi ad-
 uentus signantur, quia in primo blandus fuit & humilis. In
 secundo erit asper & terribilis. Aliter, nox, peccator: dies, iu-
 stus. nubes ergo in die, & ignis in nocte: quia dominus iustos
 obumbrat, & peccatores illuminat.

BALDVINVS.

Quòd desiderium verbi Dei delicias soleat fastidire.



*Aedere cepit populum itineris & laboris: locutusque
 est contra dominum & Moysen, & ait: Cur eduxisti
 nos de Aegypto, ut mo. in soli. deest panis, non sunt a-*

Cap. II. 21.
T.

que, anima no. iam nauseat super cibo isto leni. Ver-
 bum Dei nonnunquam ex facilitate intelligendi, vel ex co-
 pia legendi, & audiendi, & ex desiderio ciborum Aegypti
 fastidiosis vilescit animis, & in tædium vertitur: nec sufficit
 eis panis vitæ & intellectus, & aqua sã. & sã. quin panem fur-
 fureum, & aquam turbidam desiderant.

Quòd aliter frangatur manna, aliter conteratur.

Circumibat populus, & colligens manna fran. mola, siue tere-
bat in mortario, coquens in olla, & sa. ex eo tortulas saporis quasi pa-
nis oleati. Quòd circumibat populus colligens manna, signi-
 ficat deuotionem fidelium qui prædicata de Christo mente
 perlustrant, vt spiritualemente refectioem percipiant. Frangi-
 tur autem vel teritur manna duobus modis. vel cum diligen-
 ter discutitur verbum Dei, vt subtilius intelligatur: vel cum
 à nobis proficiendi studio id agitur, vt distinctius custodia-
 tur. Inter manna frangere & manna terere sic distingui po-
 test: vt ad primum pertineant quæ difficiliora sunt vel intel-
 lectu, vel factu: ad alterum verò quæ alterutro modo facilio-
 ra sunt. Terebat populus in mortario manna coquens in ol-
 la. Est olla tribulationis, de qua Hie. dicit: Ollam succensam
 ego video. In olla autem tribulationis per ignem passionis,
 aut charitatis manna coquitur, quando bonum quod in bo-

nis est inter mala quæ patimur magis magis quæ solidatur. Quod tunc quidē fit, cum Deus inter flagella magis diligitur, & propter Deum is etiam qui nos persequitur. Torta autē vel per diminutionem tortula à torquendo dici videtur. Panis igitur pro eo quod torquendo formatur, & formando torquetur, tortula vocatur. Cum ergo lege is verbum Dei pro testimonio fidei vel ædificatione charitatis ad aliud assumptum & quasi vsurpatum, quam ab initio positum esse videatur, memento quia populus. Dei ex manna trito tortulas faciebat. Pro charitate nanq; seruanda sæpenuero pro iustitia quasi contra iustitiam nonnulla attentare necessitas imperiosa cõpellit. Pro hac seruanda sæpè rigor iustitiæ inflectendus est in temperamentum misericordiæ. Sæpè quod indultum est intuitu misericordiæ, reduci oportet in seueritatem disciplinæ. Sæpè tolerandum est minus malum, vt quod grauius est euicetur flagitium. Deniq; omnis iustitia bonorum in presenti quasi quædam inflexio est à summa perfectione: & si fideliter appendatur, inuenitur minus habens. Licet igitur nõ sufficiamus omnes affectiones nostras vt dignum est in Deum dirigere, vt eum toto cordis diligamus affectu: consultius tamen est pro modulo infirmitatis nostræ diligere, quam omnino non diligere. Et si non puras orationes quales debemus, possumus Deo offerre: melius tamen est prout possumus orare, quam omnino non orare. In omnibus igitur quæ agimus, faciamus quod possumus, vt & nobis illud valeat adaptari. Quod habuit, hoc fecit. Verum in omnibus quæ circa alios disponimus, quanuis districtius interdum agendum sit, misericordiam cogitare debemus, vt & ipsi à domino misericordiam consequamur. Sic enim tortulæ ex manna factæ erunt saporis quasi panis oleati.

Cur ros & manna dicitur verbum Dei.

Y Cumque descenderet nocte super castra: ros des par & man. Verbum Dei cum perfuderit, ros est: cum reficit, manna est: cum predicatur, perfudit: cum dignè suscipitur & custoditur, reficit. Manna ergo descendit cum rore: quia verbum Dei in corda fidelium peruenit ex Prophetarum & Apostolorum predicatione. Noctem autem descendit: quia cum quietum silentium te omnia: & n. in. f. c. & c.

PETRVS DAMIANVS.

Quod tam ordinantes quam ordinati vno Dei spiritu debeant vegetari.

Auferat

Auferam de spiritu sancto, & dabo lxx. viris. Notandum quòd Z
 non ait, Auferes de spiritu t. tradésque eis: sed potius Aufe-
 ram & tradam. vt profectò ostenderet, quia non homo homi-
 ni spiritum sanctum tradit, sed solus Deus, qui prout vult
 gratiæ suæ dona distribuit. De spiritu autem Moyfi viris de-
 disse dicitur dominus, vt ordinatores vnum debere spiritum
 habere perspicuum doceatur, quatenus rectores ecclesiæ v-
 num omnes concorditer doceant, atque in vnitare spiritus
 vnanimiter viuant. Sanè in eo quod de spiritu Moyfi tolli
 dicitur, atque aliis dari, nullum Moyses dispendium sui spi-
 ritus pertulisse credendus est, velut si ab ardente lucerna lu-
 men quælibet materia mutuetur, nullo propter hoc lucerna
 proprij splendoris detrimento minuitur.

PETRVS LOMBARDVS.

Quòd per murmurationis vitium anima vitiorum
 lepra perfundatur.



Vrmutauit Maria contra Moysen. Maria ista quæ Cap. 12.
 contra ducem populi Dei murmurat, illam de- A
 signat animam, quæ nec Deum timet, nec ho-
 mines reueretur: quæ contra Deum murmu-
 rat, & suorum præceptis non obtemperat præ-
 latorum. Fœdatur ergo vitiorum lepra, cum eius inobedien-
 tia & pertinacia publicatur. Sed quid faciendum est pastori?
 Clamandum ei est, & dicendum: Obsecro domine sana eam.
 Iubetur ergo eiici extra castra vii. diebus, & sic postea reuo-
 cari. Castrum peccatoris, est eius conscientia: in quo malè
 latet, dum peccatum suum negligit confiteri. Eiicitur pecca-
 tor extra castra per confessionem: sed post vii. dies reuocatur
 data ei septiformis spiritus gratia quæ verè pœnitentibus nõ
 negatur. Sic Petrus egressus est foras & fluit amarè.

STEPHANVS.

Quid sit hostes vt panem deuorare.



Iteu panem poterimus deuorare eos. Hostes sicut pa- Cap. 14
 nem deuoramus, dum frequenti meditatione B
 peccata discutimus & prouidemus, quia per hoc
 animæ nutrimentum paramus. Vnde: Dedisti
 draconem escam populi Aethiopum.

RADVLPHVS.

Quòd contactu sanctorum nemo immunditiam
 contrahat sed conuincat.

Cap. 19.

C



Vnque lauerit qui vacca portauerat cineres vestimenta sua, immundus erit vsque ad vesperum. Hoc etiam dicitur de sacerdote qui eam immolat, & de eo qui eam comburit, & de illo etiam qui aquas expiationis tetigerit. Quae igitur est ratio, cum vacca ista ob expiandum

immundorum maculas immoletur, vt qui eam immolat suus comburit immundus fiat? Quae ratio est, cum cineres tante dignitatis sint, vt non nisi à mundo homine permittantur efferri, ille tamen qui ad eos mundus accesserit portando contaminatur? Si aqua illa cinerum admixtione sanctificata immundos emundat, dum super ipsos aspergitur, qua ratione qui tangit eam, immundus efficitur? Sed patet ratio. Omnis enim qui sancta tractat, non exinde polluitur: sed hac de causa immunditiam suam sollicitus recogitare compellitur. Alioquin si se mundum iudicat, cum Deo approximat, inter superbos reputabitur, & immundos.

STEPHANVS.

De acedia.

D *Venerunt in deserto Syn.* Claustrales sunt in deserto Syn. id est in solitudine claustralis vitae, vbi obseruatur mandatum Dei. Syn nanque interpretatur mandatum. In hoc deserto moritur Maria, quae stella maris dicitur eum per acedia gratia amittitur, & tunc maxime oritur murmur contra praelatos.

De abstinentia.

E *Misit Moyses nuncios de Cades ad regem Edom.* Cum per Edom diabolus figuretur mirum est quod ab eo petitur licentia transeundi. Sed ab eo licentiam petere, est eius insidias vigilanti oculo praevinire, ne videlicet impediatur viam nostram. Aliter per Edom qui pro vili edulio primogenita sua vendit, illi signantur qui propter gulae illecebras aeterna hereditate priuantur. De Cades igitur, hoc est de sanctitate, debemus mittere ad regem Edom: qui cum in frugem melioris vitae proficimus, debemus metiri vires nostras, & carnis nostrae fragilitatem diligentius explorare, quantum scilicet in ieiuniis, in vigiliis, ceterisque corporis exercitiis valeamus. Quod si intentioni tua vires corporis videris respondere, tunc securus esto, quia per fines Edom ad terram promissionis poteris pertransire. Ait itaque: Nosti omnem laborem, &c. Homo cum per poenitentiam se macerat & affligit praeteritorum debet habere memoriam peccatorum, vt eorum

rum

rum interitu, labores pœnitentiæ vel facilius toléret, vel penitus vitpen lat. Et nota quòd per terram Edom erat compendium ad terram promissionis: quia nulli compendiosius ad patriam cœlestem perueniunt, quàm qui mortificant carnem suam, & cogunt eam spiritui deseruire. Sed sunt quidam qui circumeunt Edom opera communia facientes, qui tamen ad Deum perueniunt, quanuis longo circuitu retardentur. Gradiemur via p. Via publica graditur, qui sic sibi prouidet in ieiunio, vt fratri caueat à scandalo. Respondit autem Edom Non transibitis. Sic nimirum, sic solet caro lasciuia & lubrica respondere. Caro enim cum ad s. Dixeruntque filij Israel: Per tritam gradi. viam. In via trita non est copia pabulorum. per viam tritam gradiuntur, qui modico sunt cõtenti, & qui suis vñibus applicant, quòd alij vel respicere dedignantur. Sequitur: Si biberimus. &c. Hoc est, si per aliquam delectationem titubauerint gressus nostri, dabimus precium id est, peccatũ nostrum satisfactione debita puniemus: nulla erit in precio difficultas. quia non æstimabimus pœnam, dummodo transeamus ad gloriam. Sed statim caro egreditur obuĩam spiritui cum carnalium populo voluptatũ, exercitu grandi nimis. Vnde spiritui sæpè metum incutit, & ad vitam redire compellit aliquantulum laxiorem.

De contemptu mundi.

Ardiuit Chananeus, &c. Quanuis à diabolo pluries superemur, nulla tamen debet animum nostrum victoriæ desperatio subiugare. Quia si vouerimus Deo nostro eius ciuitates & munimenta nos penitus deleturos, quæ videlicet sunt delicta, & diuitiæ, & gloria mundi huius, ceteraque occasiones peccandi, non poterit aduersarius impetum nostrum sustinere, sed tradentur hostes in manus nostras.

RICARDVS.

Quòd occultatam superbiam frequenter manifestus arguat lapsus carnis.

Quasi metati sunt filij Israel in camp. Moab. Quoties post superbiam vñi vitio concupiscentiæ substernimur, non tam à natura quàm ex vitio hoc patimur. Vnde Adam postquam contra dominum insolenter intumuit, erubescenda in carne sensisse carnem tegendo monstrauit. Hinc est quòd

Cap. 21.
FCap. 22.
G

SVPER NVMEROS.

contra Moabitas filios Israel castra fixisse pronunciat, & tamen Madianitas non Moabitas supplantasse commemorat, Madian nanque ex iudicio Moab ex patre interpretatur. Tunc Moabitas virtutum acie impugnamus, quando quæ ex præcedenti culpa quasi de patre oriri poterant, resistendo viriliter extirpamus. Tunc Madianitas offendimus, quando ex occulto Dei iudicio in illud vitium permittimur cadere, de quo securos arbitramur nos posse existere.

STEPHANVS.

De compunctione.

H *Vt horti iuxta fluuios.* Licet anima hortus sit, tamen oportet quòd sit iuxta fluuium, scilicet lachrymarù. Nullus enim adeo iustus, quin indigeat pœnitentia. Vnde paterfamilias in vinea fodit torcular, & ædificauit turrim. Ecce licet esset turris in vinea, oportuit tamen esse torcular, scilicet pœnitentiæ. Item: Sedebit dominus confians & emundans ar. &c.

GALFRIDVS.

Quàm meritò beata virgo stellæ nomine designetur.

Cap. 24.

I



*R*ietur stella ex Iacob, &c. Mira res: huminum genus ex limo factum est etiam ante culpâ, & quomodo iam inde stella? Quomodo ex terreno germine siderea proles? Quæ est stella orta ex Iacob, nisi ea quæ nobis nata est virgo Maria, ex progente Abrahamæ, clara ex stirpe Dauid? Stella prorsus magis re, quàm nomine: cuius vita gloriosa vicem dedit seculo. Quàm euidens cœlestis in ea claritas, cœlestis vitæ micat exemplum? Et quomodo non si quis spiritalia spiritaliter intuetur, quâ tum interest inter glebas terre, & stellarum cœli, tantum inter eos qui vitam carnalibus voluptatibus cæcam & sordidam gerunt, & qui gratisimo quodam puritatis splendore coruscant? In quo tamen quæ sola solem reficitia genuit, non humanas tantum, sed angelicas stellas supergressa est vniversas. Nec modò exemplo stella hæc, sed auxilio lucet. Quis enim desperatæ conscientie tenebris obuolutus ad eam supplices leuauit oculos, & non protinus lucem vidit? Ambulemus in vtroque lumine eius, vt non tenebræ nos comprehendant. Attendamus sideris claritatem, vt aliquando valeamus intueri solis quoque splendorem, de quo in prædicta additur prophetia: Et exurget homo de Israel.

Israel. Hæc potissimum orientis stellæ summa lætitia, hæc ipsius gratia spiritalis: quia per eam, & ex ea homo natus est. de quo Propheta: Homo natus est in ea, & ip. funda. eam altis. Quid autem magnum additur? Orietur stella, & ex ea homo. Sed homo iste clarior stellis, & stellarum omnium ipse creator. Nihil ergo mirum si ex humano genere stella oritur, vnde etiam ortus est sol ille qui numerat multitudinem stellarum. Sequitur: Et confringet omnes duces alienigenarum. Non quilibet homo iste est qui multitudinem tantam conterat potestate. Et erit omnis terra possessio eius. Gratias tibi domine qui dignaris possidere & terram, qui factus es spes nostra, faciens vtraque vnum, in te reconcilians ima summis, vt iam cælum homines, & tellus habeat stellas. Nonne enim semen Abrahæ, sicut stellæ cæli? Sed heu, & sicut arena maris. Grauis mixtura, sed deus illas discernit, & vocat nominatim.

Quod reprobis salutis aspernantur consilia, qui seducto-
ribus acquiescunt.

Sequitur: *Hæreditas Seir cedit inimicis suis, Israel verò forti- K
teraget.* Seir ipse est qui Esau, sicut Israel ipse qui Iacob. Cedit igitur inimicis suis Seir qui hispidus est, & pilosus, & crudelis, & superfluous, facinorosus, & flagitiosus. Cedit inimicis, qui non cedit amicis: acquiescit hostili suggestioni, qui amicabili susceptioni impiè reluctatur. Rigidus est non cæcus in vitium flecti, qui monitoribus asper. Hæreditas igitur Seir, & hæres quisque reprobationis Esau, hæres superfluitatis, & crudelitatis illius cedit inimicis. Israel autem electus, atque dilectus, etsi alias lenis & mitis, contra inimicos tamen fortiteraget superans vtiliter & resistens.

R I C A R D V S .

Quod pura mens ad illicitum carnis motum debeat acriter indignari.

Ornauerunt Madianitæ si. s. orna asque in conspectu filiorum Israel posuerunt, vt quilibet concupiscentia victus coiret, & sic omnis Israel iram Dei incurreret. Quod semel historialiter cõtigisse cognoscitur, hoc verus quilibet Israelita frequenter inuisibiliter experitur. Tum hostes ipsius suas ei filias ornatas ostenderunt, quando quasdam rerum concupiscibilium imagines oculis mentis eius obiciunt. In quarum consideratione, si se mens delectationi turpiter substi-

SUPER NUMEROS.

tuerit, proculdubio protectoris sui offensam incurrit. Minus eius præsumptio, qui coram omni multitudine ad Madiantidem introiit: sed hunc Phinees gladius protinus inter illicitos amplexus perdidit. Sed non minus mirabilis quòd separans inter ipsa desideria æternorum, iter lachrymarum & spiria, nunc rerum delectabilium, nunc specierum concupiscibilium phantasias per concupiscentiam respicit: sed fortis zelatoris impetus districtæ increpationis gladio citius extinguit, quicquid illicitus concupiscentiæ ardore merariè derelinquit.

STEPHANVS.

Cap. 26.

M

Pauribus maiorem partem da, paucis verò pauciores. Per terram terrenorum possessio figuratur, in qua qui plures sunt, maiorem partem habent. Si sunt de quibus dicit Salomon: Stultorum infinitus est numerus. Pauciores verò scilicet spirituales, minorem habent partem. Hoc est quòd arca Noë lata fuit in imo, & angusta in summo. Item: Venter tuus sicut acer. tritici. Aliter: de terra promissionis plures id est, pleris precij, maiorem partem habebunt.

De abtinentia.

Cap. 27.

N

Ascende in montem Abarim. Moyses mortuum ascendit in montem: quia tanta debet esse carnis mortificatio in prælato, vt meritò montis nomine censeatur. Vnde: Ibo mihi ad montem mir. Item in monte mortificationis debet fieri speculatio. Vnde: Statue tibi speculam po. tibi. am. Et nota quòd Abarim transitus dicitur: quia transitoria est omnis mortificatio carnis.

De innocentia Christi.

- Nota quòd Moyses terram promissionis intrare non potuit, sed Iosue qui ad aquas contradictionis non peccauit. In quo notatur quòd oportebat humani generis liberatorem & introductorem in cœlestem Hierusalem esse sine peccato. Solus Christus liberare potuit, qui peccatum non fecit. Hinc est quòd ipse dominus ad cœnam suos instruens, antequam de passione subiungeret, hoc præmisit: Veni princeps mundi huius, & in me non habet quicquam quod. Per hoc poteritis scire quòd ego solus sum idoneus ad liberandum, quòd sine peccato sum.

De dulcedine Dei.

Munera mea & data m. obser. Benè competit hæc litera pro- P
posito. Non enim possumus Deum placare, nisi de iis quæ
nobis dedit. Vnde Auguf. Christus dicit: Da mihi ex eo quod
tibi dedi. Habuisti largitorem, fac me debitorem. Habeam
te fceneratorem. vnde: Venite, emi. abs. ar. &c. Ibi enim non
est communicatio, vbi datur suum, & redditur suum.

De duplici oblatione,

Agnum mane offerre, est initium innocetia Deo Cap. 28.
Q
attribuere. Agnum in vespere offerre, est in
proposito innocentia perseverare. Vinum au-
tem cum agno offerre, est cum innocentia com-
punctionem habere. Ex die scilicet quando luna incipit de-
crescere: quia oportet vt à die transitus de Aegypto, id est
peccato, minuantur nobis temporalia, si peruenire optamus
ad æterna.

BRVNO.

Quòd spirituales debeant reddere vota sua.

Vidua & repudiata quicquid vouerint, reddent. Quic- Cap. 30.
R
quid benè vouerint. Nam mala vota frangenda
sunt: quia enim suæ libertatis sunt, & nullius po-
testate premuntur, liberè possunt vouere quod
volunt. Per has autem eas animas intelligere possumus quæ
à mundi huius amplexibus & voluptatibus separatæ, à stultis
hominibus repudiantur, & habentur despectui. Tales verò
quia sapientes sunt, & bona tantùm agere desiderant, quic-
quid vouere voluerint, eorum iudicio relinquatur.

STEPHANVS.

De innocentia Christi.

Exelsa vastate. Nota quòd nullus rex in Hie- Cap. 33.
S
rusalem excelsa attulit, nisi vnus Iosias ille qui
dixit: Discite à me, quia mitis sum & humilis
corde. Nota etiam quòd dicit Vastate.

De amore mundi huius.

Erunt vobis quasi clauis in oculis. Clauus firmiter infixus T
excæcat oculum. Clauus ergo in oculis, est peccatum firmi-
ter inhærens & excæcans animam.

Et quasi lanceæ in lateribus. Lancea, est suggestio diabolica V
qua cor vulneratur. Et ille qui est vagabundus lanceam in
latere portat. Nisi enim lanceas haberent in latere curiales

& clauos in oculis, non ita inquieti essent. Et hoc est quòd Sanson excæcatus posuit est ad molam, Sedecias excæcatus & orbatus filius ductus est in Babylonem.

De fuga seculi.

Cap. 34.
X



Ars Meridiana incipiet à solitudine Syn. Quia contemplatio initium habet à voluntaria paupertate. Bene autem est hæc solitudo, quia summa petit liuor, perflant altissima venti. Quæ est iuxta Edom, id est mundum, qui semper pauperes, id est claustrales persequitur, sicut Laban Iacob. Et habebit terminos contra Orientem mare salissimum. quia ab amaritudine incipit. Graue enim est in principio pro Christo omnia relinquere. Qui circumibunt Australem plagam: quia conseruare debent beneficia Dei nobis exhibita, & maximè claustralibus. Ex forma enim crucifixi tota vite claustralis norma colligitur. Et nota quòd quatuor plagæ in hac diuisione numerantur, quarum finales termini tristitiam signant, quia in omni conuersatione iustorum debet esse habitus communis, & perseverans vsque ad mortem.

De praelatis.

Cap. 35.
Y



Recepit Dominus filiis Israel vt darent Ieuitis subtribuna ad alenda pecora. In quo notatur quòd praelati habent temporalia ad pauperes sustentandos: nec solùm in doctrina, sed etiam in corporali alimonia tenentur subditis subuenire. Vnde & de ciuitatibus Leuitarum sumptæ sunt ciuitates refugij: ad signandum quòd maximè bona Ieuitarum, id est praelatorum, refugium pauperum esse debent. Vnde Hieronymus: Quicquid habent clerici, pauperum est.

De duplici statu hominum.

Z Nota quòd tres ciuitates refugij erant trans Iordanem, & tres citra. & per hos duos terminos duplex status exprimitur, pœnitentiæ & iustitiæ: vt qui esse non potest in vno, saltem sit in altero. Nam tertiam partem stellarum trahit secum cauda draconis. Ciuitatum citra Iordanem hæc sunt nomina: Bosor in solitudine, Ramath, Gaulon: quæ nomina bene conueniunt pœnitentiæ. Bosor quæ erat in solitudine, & interpretatur angustia, significat cellulam monasterij, & sanctorum latebras monachorum. Secunda quæ dicitur mors excelsa, eis conuenit qui moriuntur mundo, & viuunt

viu
del
con
cin
Ior
an
gul
mo
est
bus
san
virg
tur,
Hel
talen

I



facit
rans
tiam
Vnde
ficat.

viuunt

uiuunt Deo. Interpretatur enim visio mortis : quam semper debemus habere præ oculis. Tertia quæ volutatio dicitur congruè, nihilominus exprimit pœnitentes, quorum est in cinere & cilicio volutari. Vel aliter : Tres ciuitates citra Iordanem pœnitentiam signant, que in tribus consistit. In amaritudine cordis, & hæc est Bosor quæ interpretatur angustia. In confessione oris, hæc est Ramath quæ dicitur mors excelsa. In satisfactione operis, & hæc est Gaulon, id est volutatio : quia pœnitens debet in satisfactionis operibus versari. Ciuitates vltra Iordanem hæc sunt : Cades, quæ sanctum sonat, & nomine suo iustorum omnium & maximè virginum exprimit sanctitatem. Sichen, quæ humerus dicitur, prælatos, quorum est præcipuè aliena peccata portare. Hebron, quæ vertitur in socium, copulam significat maritalem. Et hi sunt tres iustorum ordines.

Expliciti sunt Numeri.

INCIPIT DEVTERONOMICVM.

STEPHANVS.



Ate ex vobis viros. Quasi dicat, nolo imperare, sed obedire subditis. Itaque electionem subditis tribuit, sibi retinuit potestatem, ne plebs contemnat aut oderit, si non licuit habere quod voluit.

Cap. 1.
A

De digna pœnitentia.



Eus noster ignis consumens est. Deus ignis dicitur : quia sicut igni nulla materia, sic nec Domino vlla malitia resistere potest. Vel sic : Deus consumit bonos, sicut fornax aurum : & consumit peccatores, id est peccata eorum. Ignis de terra facit metallum, hostes verò deuorat. Item Deus ignis deuorans dicitur : quia spiritus sancti gratia auidè per pœnitentiam deuorat peccatores, & in suam naturam conuertit. Vnde : Dominus mortificat. Ecce ignis consumens. Et viuificat. Ecce ignis deuorans.

Cap. 4.
B

SVPER DEVTERONO.

HVGO DE S. VICTORE.

De virtute obedientie.

Cap. 9.
C



*V*di Israel. Deus tuus Deus vnus est. Ipsum ad-
rabis, & ei soli seruias. Non hoc totum est
de p̄cepto, quia ante p̄ceptum ad obe-
dientiam animus p̄paratur. Audi Israel.
h̄c nota obedientiam. Deus tuus h̄c gra-
tiam. Deus vnus est. h̄c doctrinam. Quod
diceretur, obedientiam exhibe, gratiam intellige, veritatem
agnosce. Audi Israel. hoc est, ausculta, acquiesce. Omnis enim
virtus ab obedientia incipit, quemadmodum omne vitium
ab inobedientia procedit. Frustrā nanque vel inobediens
gratia, vel contumaci doctrina, vel non intelligenti p̄-
ceptum diceretur. Ipsum adorabis, hoc pertinet ad fidem.
Et ei soli seruias, hoc ad operationem.

A D A M.

De disciplina silentij.

D *Audi Israel & tace.* Dum populo Dei lex diuina p̄ponitur, in ipsis suis vitiis de facienda Deo audientia, & de tenendo silentio Israel commonetur. Audi, inquit, & tace. Deus tuus Deus vnus est. Proinde verbi discipulus, aut se falsè profitetur verbi discipulum, aut veraciter tenet & diligit silentij sacramentum. Quid h̄c dicturi sunt quidam tam monachi quàm canonici ordinis professores, qui linguam & labia Dei verbo dedicauerūt, & silentij disciplinæ ex voti obligatione subdiderunt? Nihilominus assidue per multiloquium diffuunt, & laborant omnibus modis ne teneant quod voverunt. Non est in ore eorum veritas, c. e. v. est. Nec potest munda veritas sedere in labiis quæ loquuntur ex abundantia vanitatis. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Quod dicam de his qui venenum aspidum habent sub labiis, super impudenter turpia proferunt, detractionibus venenatis inserviunt, mentiri, periurare, contendere, peruersè interpretari quicquid boni viderint in aliis nullatenus erubescunt. Sepulchrum sanè patēs est guttur eorum. Et de sepulchro gurguribus tot quasi mortuos efferunt, quot mortis exempla aliorum perniciem proponunt, peruersa loquendo, & eadem agitando.

Quod triplex sancti spiritus donatio tres modos inuenit charitatis.

Dilig

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, & ex tota anima **E**
ma. Ad hanc fortè triplicem amoris mensam respicit triplex
 illa spiritus sancti donatio quæ in euangelio inuenitur. Nam
 super dominum baptizatum in columbæ specie venit. Et
 idem dominus insufflans Apostolis spiritum sanctum dedit.
 Et ipse spiritus super Apostolos in igneis linguis descendit.
 Per columbæ speciem, mansueti cordis exprimitur innocen-
 tia, quæ aliena est ab amaritudine fellis. Per insufflationem
 saluatoris, animatur in anima illuminante potentia rationis.
 Per ignem in linguis, ardor exprimitur mentis, qui foris
 eructare non desinit memoriam abundantia expertæ inter-
 rius suauitatis. Ex his aliquantulum innotescit quare datur
 spiritus sanctus. Cùm enim ipse sit dilectio, ad hoc proculdu-
 bio datur, vt per ipsum, & Deus, & proximus diligatur. Ipse
 enim cordis purgat affectionem, vt diligat dulciter: animæ
 rationem illuminat, vt diligat fortiter.

BERNARDVS.

De triplici dilectione Dei.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. **F**
cordis ad zelum quendam pertinet affectionis. Amor
 animæ ad industriam seu iudicium rationis. Amor virtu-
 tis ad animi reflectatur constantiam & vigorem. Dilige
 ergo Dominum Deum tuum toto & pleno cordis affectu,
 dilige tota rationis vigilantia & circumspectione, dilige
 tota virtute, vt nec pro eo mori timeas. Sit suavis affectui,
 contra malè dulces huius vitæ illecebras, & vincat dulce-
 do dulcedinem, sicut clauo clauus expellitur. Sed sic ni-
 hilominus intellectui præuia lux & dux rationi non solùm
 ob cauendas hæreticæ fraudis decipulas & fidei puritatem
 ab eorum versutiis custodiendam, verùm vt cautus quo-
 que sis nimiam ruinam, & indiscretam vehemenciam vita-
 re in tua conuersatione. Sit & fortis & constans amor tuus,
 nec erroribus, nec succumbens laboribus. Hos tibi chri-
 stianæ dilectionis modos Christus exhibuit in seipso. Dile-
 xit enim dulciter, sapienter, & fortiter. Dulce nempe di-
 xerim, quòd carnem induit. Cautum, quòd culpam cauit.
 Forte, quòd mortem sustinuit. Nam quos in carne visita-
 uit, non dilexit carnaliter, sed in prudentia spiritus æmu-
 lans nos Dei æmulatione, non hominis, & sanè saniori af-
 fectu quàm prior Adam Euam suam. Itaque quos in carne

SVPER DEVTERONO.

quæfuit, dilexit in spiritu, redemit in virtute. Plenum cen-
 te omni dulcedine videre hominem, hominis conditorem.
 At dum naturam prudenter selegit à culpa, mortem poten-
 ter propulit à natura. In carnis assumptione condescendit
 mihi, in culpæ vitiatione consuluit sibi, in mortis susceptio-
 ne satisfecit patri. Amicus dulcis, consiliarius prudens, ad-
 iutor fortis. Nisi amasset dulciter, non me in carcere qua-
 sisset illa maiestas: sed iunxit affectioni sapientiam quæ ve-
 rannum deciperet. Iunxit & patientiam qua placaret offen-
 sum patrem. Disce christiane à Christo quomodo diligi
 ipsum, disce amare ipsum dulciter, fortiter, prudenter. Du-
 citer, ne illectus: prudenter, ne deceptus: fortiter, ne oppres-
 sus amore domini auertaris, ne mundi gloria seu uolupta-
 bus abducaris. Dulcescat tibi præ his sapientia Christus, ne
 seducaris spiritu mendacij vel erroris. Luceat tibi veritas
 Christus, ne aduersitatibus fatigeris. Confortet te virtus
 Dei Christus, zelum tuum inflammet charitas, informet
 scientia, firmet constantia. Sic feruidus sit circumspectus, le-
 inuictus, nec teporem habeat, nec careat discretione, ne
 timidus sit. Ergo non abduci blanditiis, nec seduci fallaciis,
 nec iniuriis frangi: toto corde, tota anima, tota virtute dis-
 gere est. Et nota amorem cordis quodammodo esse carna-
 lem, qui magis erga carnem Christi & quæ in carne uer-
 gessit vel iussit cor humanum afficiat. Hic repletus amore
 facile ad omnem de huiusmodi sermonem compungitur,
 nihil audit libentius, nil legit studiosius, nil frequentius co-
 lit, nil suauius meditatur. Inde holocausta orationum tan-
 quam ex adipe vituli saginati impinguat. Astat oranti facta
 imago, aut nascentis, aut Dei lactantis, aut docentis, aut
 ricientis, aut resurgentis, aut ascendentis. At quicquid tale
 currat, stringat necesse est animum in amore virtutum, car-
 nis extirpet vitia, fuget illecebras, desideria sedet. Ego a-
 tior præcipuam inuisibili Deo fuisse causam, quod uoluit
 in carne uideri, & homo cum hominibus conuersari, ut car-
 nalis qui nisi carnaliter amare nesciebant, primo ad salu-
 tatem carnis salutarem amorem affectiones restringeret, atque
 gradatim ad amorem perduceret spiritalem. Nonne in hoc
 gradu adhuc stabant qui dicebant: Ecce nos reliquimus
 omnia? &c. Solo profecto corporalis præsentia amorem
 liquerant omnia, adeo ut futura passionis & mortis ne-
 cessitas

dire quidem verbum æquanimitèr sustinerent, sed nec
 gloriam ascendentis nisi cum graui mœrore suscipere. In
 carnis ergo deuotione interim consoletur, qui iustifican-
 tem spiritum necdum habet, eo scilicet modo quo habent
 qui dicunt: Et si cognouimus Christum secundum car-
 nem, sed nunc i. n. v. Nam alias quidem nec sine spiritu
 Christus diligitur, & si non in illa plenitudine. Itaque vt
 breuiter dicam, toto corde diligere, est omne quod blan-
 ditur de carne propria vel aliena sanctæ carnis Christi amo-
 ri postponere. In quo & mundi gloriam æquè apprehendo:
 quia gloria mundi gloria est carnis: & qui ea delectantur,
 carnales esse non dubium est. Licet verò donum magnum
 vel donum spiritus sit, in carne Christi ista deuotio, carna-
 lem tamen cum dixerim hunc amorem, illius scilicet respe-
 ctu cum quo non tam verbum caro sapit, quàm verbum sa-
 pientia, iustitia, veritas, sanctitas, pietas, virtus, & si quid
 aliud huiusmodi dici potest, & hæc omnia Christus. An ti-
 bi æquè affecti videntur, is qui Christo passio piè compati-
 tur, compungitur, mouetur faciliè ad memoriam horum quæ
 pertulit, atque huius deuotionis suauitate pascitur, & con-
 fortatur ad quæque pia, honesta, salubria, & ille qui iustitiæ
 zelo semper accensus est, veritatem vbique zelat, sapientiæ
 feruet studiis, cui amica sanctitas vitæ, & morum discipli-
 na, cuius mores erubescunt iactantiam, inuidiam nesciunt,
 superbiam detestantur, omnem humanam gloriam non so-
 lum fugiunt sed & fastidiunt & contemnunt, omnem in se
 carnis & cordis impuritatem vehementissimè abominantur,
 omne malum tanquam naturaliter respuunt, & quod bonum
 est amplectuntur? Nonne constat si compares vtriusque af-
 fectioes, quodammodo illum superiorem huius respectu a-
 mare quasi carnaliter? Bonus tamen iste amor carnalis per-
 quem vita carnalis excluditur, contemnitur. Vincitur mun-
 dus, perficitur in eo cum sit rationalis, perficitur cum sit spi-
 ritualis. Porro rationalis tunc est, cum in omnibus quæ o-
 portet de Christo sentiri, fidei ratio ita firma tenet, vt ab ec-
 clestastici sensus puritate nulla verisimilitudine, nulla hæ-
 retica aut diabolica circunventione, aliquatenus deuietur.
 Itémque cum in propria conuersatione illa cautela seruetur,
 vt discretiois meta nulla superstitione, vel leuitate, vel spi-
 ritu quasi feruentioris vehementia excedatur: & hoc est dili-

SVPER DEVTERONO:

gere tota anima. Quòd etsi adiuuantis spiritus vigor tantum accedat, vt nulla vi laborum vel tormentorum, sed nec mortis metu iustitia deseratur, in hoc tota virtute diligitur, & amor spiritualis.

BALDVINVS.

Cur Deus de sui dilectione mandatum totiens inculcauit.

G Diliges dominum Deum tuum *ex t. c. t. & ex t. a. t. & ex t. v. & ex t. o. men. t.* Quid sibi vult hæc verborum inculcatio, tam diligens, tam propensa, & in vno mandato? Vt arbitror ob duritiã cordis nostri curauit Deus hoc verbum tam diligenter mandare, & quasi mandando altius imprimere, sicut fieri solet in duriore ligno cui infigendus est clauus. Nam propter ligni duritiã, non totus clauus statim intromittitur, sed crebra permissione additur, & intrare cogitur donec totus infigatur. Iste sermo quasi quidam clauus est nostris cordibus infigendus. Hoc volens Deus cor nostrum transgredere & penetrare, dicit: Diliges dominum Deum tuum, &c. Et altius infigans ait: Et ex tota anima tua. Et vt interius ad huc admittatur, subdit: Et ex omnibus viribus tuis. Et vt interiora intima perueniat, nouissimè adiungit: Et ex omni mente tua. Et nimis mandauit hoc, quod voluit custodiri in membris. Est & alia ratio. Nam quia amor mundi totum cor nostrum occupat, & omnes cellulas eius implet: de toto corde eiiciendus est amor mundi, vt & princeps huius mundi eiiciatur foras: & ingrediatur amor totum cor sibi vendicans, vt in nouissimis finibus cordis nostri cognoscatur Deus, & remaniscantur & conuertantur ad dominum vniuersi fines terrarum. Sed quomodo toto corde possumus diligere Deum, cum cor nostrum nondum nostrum sit, sed alieni diripiant illud? Multi multiplicati sunt iniqui super ca. cap. m. & cor me. dere. me. Verum si nõ quantum tenemur diligere possumus, saltem quantum possumus diligamus. Nec imitemur iniquum debitorem, qui si nõ sufficit totum soluere quod debet, detrectat solui quantum habet: quasi par culpa sit, nihil soluere, & nõ totum soluere.

Quòd quatuor sint in nobis quæ Dei prouocent charitatem.

H Diligendus est igitur Deus, in beneficiis suis toto corde in promissis tota anima, in iudicijs suis ex omnibus viribus

in præceptis ex omni mente. Sunt autem beneficia Dei, alia conditionis, alia reparationis, alia quotidianæ cōsolationis. Ecce quomodo magnificauit Deus facere nobiscum: multitudine beneficiorum nos obruit, & amorem molitur beneficiis extorquere. Pro his autem beneficiis tantis & tam magnis toto corde diligendus est Deus. Et meritò dandum est ei si quid postulare ipse dignetur. Sed dignatur. ad hominem enim dicit: Da mihi cor tuum. Ex corde vult amari, qui cor sibi petit dari. Tota anima diligendus est Deus in promissis suis, qui magna nobis dedit, sed maiora promisit. Promisit nobis à labore requiem, à seruitute libertatem, à timore securitatem, à mœrore consolationem, à morte resurrectionem, & in resurrectione plenum gaudium & indeficiens. Pro his meritò debet amari à nobis sine modo amoris. Nam promissiones Dei omne desiderium superant. Cùm ergo in cæteris rebus impatientia solet culpari, in expectatione tantæ promissionis laudabilis est vehemens impatientia dilationis. Eum enim qui plus amat, & qui plus desiderat, dilationis impatientia plus cruciat. Hæc autem affectio sancti desiderij significari potest nomine animæ cùm dicitur: Diliges ex tota anima. nec immeritò. Anima enim spiritus est, & spiritu sancto afflata semper desiderat & suspirat, donec in illo respirat ad quem aspirat. In iudiciis suis diligendus est Deus ex omnibus viribus tuis. Boni cùm à Deo flagellantur, alij in flagellis Deum amant, alij ipsa flagella propter Deum amant. Hi in flagellis, hi de flagellis Deum glorificant, & laudant. Illi in tribulatione patientes Deum in iudiciis amant. Illi in tribulatione gaudentes iudicia Dei, quasi quædam beneficia grater acceptant, & in eis exultât. De qualibus scriptum est: Exultauerunt filij Iud. propter iud. do. Sunt & alij qui iudicia Dei in tatum amant, vt non expectata disciplina patris, ipsi se iudicent & puniant, & de quotidianis peccatis quibus carere non potest humana infirmitas, quotidie vindictam expectant. De quibus Apostolus dicit: Si nosmetips. iu. n. vtique iu. Qui autem seipsum iudicat, & quasi reum punit, ipse simul & reus est, & iudex, & minister iudicis. Tota mente diligendus est Deus & in præceptis suis. Mens est quæ in homine principatur, summum & præcipuum locum tenens. sed sicut omnibus quæ sub ea sunt se nouit esse prælatam, ita meminisse debet necessitate. obediendi se Deo fore astrictam.

SVPER DEVTERONO.

Obedientiam sanè quàm ab inferiori exigit, suo superiori æquissimo iure impendit. Væ autem homini qui Deo non obedierit. Pœna enim inobedientia erit illi prævalens ipsi mors. Mors autem sicut terribilis est, ita & odibilis. Quæ quoniam inobedientiæ cohæret, ipsa quoque inobedientiæ æquè digna est odio, sicut & ipsa mors. Per peccatum enim inobedientiæ in hunc mundum intravit mors. Quòd si inobedientia æquè odibilis est vt moï, quia ex ea procedit mors, cur non obedientia æquè diligenda est vt vita, quia ex ea procedit, & in ea perseuerat? Obedientia enim Deo obsequitur & voluntati eius, & vita est in voluntate eius. Caritas autem Dei & obedientia indiuiduo nexu sese complectuntur, & ab inuicem non disunguntur. Hinc dominus ait: Si quis diligit me, serm. me. seruabit. Proinde qui mandatum Dei amat, & voluntatem eius, obedientiam amat. Et qui obedientiam amat, iuberi amat.

CASSIANVS.

Quòd fr enare gastrimargiam, cætera prorsus extinguere vitia debeamus.

Cap. 7.
1



*Q*m introduxerit te Dominus Deus tuus intraviam quam daturus est tibi, & deleuerit gentes multas coram te, Ethaum & Gergesam, & Amor, & Chana, & Phere & Euaum & Iebuzsam, vij. gentes multo maioris numeri quam tu es, & robustiores te, tradideritque eas Dominus tibi, percutes eas vsque ad interuicem.

Quòd multo maioris numeri esse dicuntur, hæc ratio est, quia plura vitia sunt quam virtutes. Et ideo in catalogo quidè dinumerantur septem nationes, in expugnatione verò earum sine numeri ascriptione ponuntur. Numerosior est enim quæ Israel carnalium passionum populus, qui de hoc septenario fomite vitiorum ac radice procedit. De octo siquidem principalibus vitiis vnū certa ratione in hoc catalogo omittitur. Certum est enim octo esse principalia vitia, ex quibus cætera quæ humanum genus infestant procedunt. Hæc enim sunt, gastrimargia. i. ventris ingluuies, fornicatio, auaritia, ira, tristitia, acedia, vana gloria, superbia. Verùm idcirco sub Gentium vocabulo nominata, nunc omnia non ponuntur, eo quod egressis iam de Aegypto liberatis ab vna gente validissima, id est Aegyptiorum, gastrimargiæ scilicet vitio caruisse cognoscitur.

gnoscimur. Quorum etiam terra in possessionem Israël non datur, sed vt eam perpetuò deserat, & egredietur ab ea domini præceptione sancitur. Et idcirco ita sunt moderanda ieiunia, vt non neceffe sit per immoderationem continentiaꝝ reuerti rursus ad Aegyptiam tetram. i. pristinam gulæ & carnis concupiscentiam, quam cùm mundo huic abrenunciaremus abieciimus. Quòd autem illa gens in qua nati sunt filij Israël non penitus extingui, sed tantummodo deseri eius terra præcipitur, hæc verò septem vsque ad internecionem iubentur extingui, hæc ratio est, quòd quantolibet ardore spiritus succenti eremum virtutum fuerimus egressi, vicinitate ac ministerio gastrimargiaꝝ, & quodammodo quotidiano eius commercio nequaquam carere poterimus. Semper enim in nobis edulij & elscarum vt ingenitus ac naturalis viget affectus, licet amputare superfluos eius appetitus ac desideria festinemus. Sic nanque & Apostolus docet: Et curam, inquit, carnis ne feceritis in desideriis. Quod autem in desideriis prohibet, in necessariis mox concedit. Habentes, inquit, victum & vestitum, his contenti sumus. Quod ita figurally in lege etiam mandatur: Non abominaberis Aegyptium, quia incola fuisti in terra eius. Necessarius enim victus corpori non sine vel ipsius pernicie vel animæ scelere denegatur. Illarum verò vii. perturbationum velut omnimodis noxiarum de recessibus animæ nostræ penitus exterminandi sunt motus. De his enim dicitur: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à nobis cum omni malitia. Hoc enim quidam senum sub hoc problematis colore figurans eleganter expressit: Multis, inquit, creditoribus pater meus me reliquit obnoxium. Cæteris ad integrum soluens ab omni conuentionis corū molestia liberatus sum, vni satisfacere quotidie soluendo non possum.

PETRVS DAMIANVS.

Quòd dum leuioribus peccatis succumbimus, discimus nequaquam in grauioribus victoria superbire. Cap. 8.
K



Ostquam affixit te Dominus Deus & probauit, ad extremum misertus est tui, ne diceres in corde tuo: Fortitudo mea & robur manus meæ hæc mihi omnia presterunt: sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipse tibi vires præbue. Sæpè enim mens humana in se &

fortia

fortia superat, & vnum fortasse quod minimum est quavis solerter inuigilet, non expugnat. Quod diuina nimirum dispensatione agitur, ne humana conditio vndique virtutibus splendens in elationem subleuetur: vt in eo quod se superasse fortia quæque considerat, dum vnum non potest dicere conando subigere, non sibi sed illi victoriam tribuat, cuius munere potuit quæ subacta sunt superare. Illi dicitur: *Hæ sunt gentes quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israël.* Israël nanque reseruatīs gentibus eruditur: dum mens nostra in paruis resistentibus discit, quia nequaquam ex se maiora subiecit.

STEPHANVS.

Contra inanem gloriam.

Cap. 15.

L



Ota quòd oues non tondentur in hyeme, sed in æstate, ne asperitate hyemis opprimantur. Hyems est vita præsens, æstas vita futura. Oues in hyeme tondet, qui causa inania gloriæ opera sua ostentat. In æstate verò, qui pro vita æterna laborat.

De humilitate.

M

Quòd si habuerit maculam, &c. Nota quòd immunditiam animalis in se vel mutabatur vel interficiebatur primogenitum. Sed primogenitum animalis in se mundi, si aliquo casu maculam corporis vel velleris haberet, comedebat illud intra vrbis suæ portas, sed redimebat. Hoc est, quicquid leuit est in nostra cogitatione, vel maculosum in nostra conuersatione, vel claudum in operis progressionem, vel cæcum ignorantia mentis, aut aliqua parte deforme, aut debile, non debemus Deo immolare, id est imputare, sed nobis. Quod autem bonum est in nobis, ei attribuere: quia omne datum optimum desursum est, &c. Et nota quòd dicit: *Vescetur eis ram mundus quàm immundus.* Vesci mundo animali, est animam bonis cogitationibus cum proposito benefaciendi nutrire. Immundo autem vesci, est memoria peccati animam refecere. hinc est quòd in benedictione Ioseph dicitur: *Benedic tibi dominus benedictione desuper.* Ecce propositum benefaciendi, Et: *Benedictione abyssi iacentis deorsum.* Ecce memoria peccati.

De misericordia.



Non apparebit in conspectu m. va. i. superbus, qui est vt vesica vento turgida. Vel sic Non apparebis in iudicio ante Deum, in cuius manus horrendum est incidere. Vacuus, bonis operibus. Hic igitur imple manum Christi mendicantis, vt tunc impleat manum tuam. Nam diuites dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt in m. f. Quare? quia nihil posuerunt in manibus Christi.

Cap. 15.
N

Nec phytones consulas. i. ventriloquos. quod facit qui quærit an ieiunandum sit ab eo quem gula illicit.

De prælatis.

Nota quòd omnes ciuitates refugij fuerunt Leuitarum. In quo notatur, quòd cum aliquis peccat, ad sacerdotes confugere debet.

Cap. 19.
P

GALFRIDVS.

Quibus causis homines ab exercitu domini reuertantur.



Si quis adificauerit domum, & non dedi. e. re. de prælio. Dedicatio domus, solennis est quidam ad inhabitandum ingressus. Et sepius quidè intrat & exit, qui domum ædificat: sed donec rota vel ex magna parte sit ædificata nõ dedicat, quia nondum habitat eam. Itaque dum humana exterioribus tantum rebus intenta pariter & distenta malè interim otiosa vagatur, nec secum manet, nec domum habitat cum sancto Iacob: sed cum reprobo Esau nationem captat inanem, & fugacem sequitur prædam transitoria voluptatis. Veruntamen excusabilior illorum necessitas, & inopia miserabilis est, qui necdum sibi domum ædificauerunt. Quomodo enim exigendum ab eis vt secum manent, cum vbi possint habitare nõ habebant? Sic fatui qui vel paruuli in suis necdum mentibus ædificium habent, nec possibile est eis munere domi, cum non habeant domum. Cæterum vbi iam sapere & intelligere quisque cœperit, domum ædificat: nec ad insipientiam sibi si tamen etiam dedicat, & suæ vendicat mansioni. Fundamentum domus istius in propria suis ipsius cognitione subsistit. Parietum interior imprudentia agendorum, posterior in factorum recordatione exigitur. Dextrum & sinistrum facit prosperitatis & aduersitatis cognitio, aut (si placet) discretio quædam iustitiæ &

Cap. 20.
Q

iniquitatis. Culmen domus & tectum in consideratione diuina & fidei ratione consistit. Hinc nempe animus in sublimem porrigitur, & quandam ei exhibet vicem tecti mysterium fidei. Quanti hodie subimet eiusmodi domum ædificare festinant? sed inhabitare dissimulant, affectantes magis facultatem quàm utilitatem scientiæ, & habere domum quàm domus usum. Videas denique domum altam & amplam, apertisque vndique ostiis, & fenestris patentibus, iam iamque obsoletam veterascere, iamque paulatim decidere antequam deducatur. Cuius auctor infelix & insipiens in plateis mendicat, & aliena hospitia circumit, cum domus eius satis miseranda nihilominus pateat alienis. Illic enim nidificant volucres, & immunda quæuis animalia cubant. Illic fures conducunt sibi, illic conueniunt altercatores & impudici, illic symbola faciunt ebriosi. Vide ergo quàm dignus sit qui remittatur ab exercitu domini, & eiiciatur de castris eius, qui domum quidem ædificauerit, sed dedicare neglexerit. Desponsatio vxoris, est votum perfectionis, & professio studij spiritualis. Dicit enim de sapientia quidam, quòd amator sit pulchritudinis eius, & sponsam sibi habere quæsierit. Plantare vineam, est ordinare sagaciter vitam suam, necdum communem facere, de qua vesci licitum sit: non sic communicare proximis fructum vineæ suæ, yti cuius eorum liceat emolumentum capere, & refectionem ex eis. Vineam suam communem facit, qui corripit inquietos, cõsolatur pusillanimes, patiens est ad omnes.

Quòd gaudere in seculo, & regnare cum domino nemo possit.

Cap. 21.

R



Reueneris in via, aut in arbore nidum, &c. Qui nidum humi vel in arbore inuenit, ipse est (ni fallor) qui spem salutis & spiritualis fructus, siue in actione humili, siue in contemplatione sublimi quærens vt pullos teneat, matrem patitur auolare pullorum. Videtur enim hoc loco matris speciem gerere præsens vitæ, pullorum nomine spes futurorum minui præmiorum. Et quodammodo matrem patimur auolare, si præsentis vitæ gaudia fugitiua nõ sequimur, & implumes tenem⁹ pullos eterne beatitudinis sola expectatione contenti. Et quàm vereor ne contra legem quis nostrum dum satagit matrem pariter tenere cum pullis, illam

illan
nia
Ne
terr
mo
nu
dic

iur
ritu
se tr
uers
con

FORIS

bi qu
qui f
diab
con
ne re
con
tis p
aliud
nem

S
v
di

illam quidem vnam vetulam & inutilem sibi rapiat: sed inueniat tandem illos plures, & qui pluris esse debuerant euasisse. Neque enim facile est interim gaudere cum seculo, & internum regnare cum Christo. Quòd si iuxta Apostolum, mortua est viuens in delitiis vidua, quam idem ipse nec minus quadraginta annorum monuit esse eligendam, viuis hodie sexus vel etas in eis quomodo spirat vitam?

STEPHANVS.

Non seres vineam t. di. se. Vineam ex qua nascitur vinum iucunditatis aeternae, est quodlibet festum solenne. Illud feritur diuerso semine, cum in eo quidam luxuriae, alij gulae se tradunt. Vel sic: Vineam, anima: semen, opus. Vineam diuerso semine serit, qui opera sua mundo & Christo placere contendit.

De patientia sanctorum.

Balaam venit de partibus Mesopotamiae Syria ad maledicendum Israel. Quando diues extollitur per diuitias ad pauperes opprimendos. Sed diuitis maledictio. i. pauperum oppressio, vertitur eis in benedictionem. vnde: Fecit dominus medium fornacis quasi ventum foris flantem. Cap. 23.

BRVNO.

Quòd fugienti à facie gladij cum panibus consolationis occurrere debemus.

Non tradas seruum domino suo qui ad te confugerit, habitaque tecum in loco quo ei placuerit, & ne contristes eum. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Huius autem dominus diabolus est. Si igitur talis seruus poenitentia ductus ad nos confugerit, non abiiciamus eum, neque à nostra communione repellamus: sed habitet nobiscum, & in sanctorum coetu conuersetur. Nemo eum contristet, nemo eum de peccatis praeteritis turpiter reprehendat. Hoc enim agere quid aliud est, nisi eum iterum diabolo tradere, & in desperationem inducere? V

STEPHANVS.

Contra inanem gloriam.

Si intraueris vineam, &c. Vuas foras portare, est pro questu, Cap. 24.
Svel vana gloria legere aut praedicare. X

Memento quid feceris Deus. Maria sorori Moys. &c. Ex hoc. Y

loco habes quòd detractores & murmuratores debent per
excommunicationem à castris ecclesiæ separari.

GALFRIDVS.

Quòd de terra viuentium bonà renuntiantibus non blas-
phemantibus & incredulis sit credendum.

Cap. 27.
Z



Vandotrans. Iordanem, eri. la. &c. Sæpius super
hoc transitu Moyses verba fecit ad filios Isra-
gemens quodammodo & suspirans quòd non
pariter ipse transiret. Videtur enim quasi qu-
dam occasione prohibitus, innuitur tamen
quòd neminem ad perfectum duxit lex: quandoquidem
ductos licet populos de Aegypto, minimè tamen in terram
promissionis legislator induxit. Nam & ipsos qui de Aeg-
pto exierant, in deserto nouimus interiisse præter duos. Fi-
liis ergo dicitur: Quando transferitis &c. Et in ipsis filiis non
intelligimur qui successimus patribus veteris testamenti. Ca-
uendum autem ne credamus his qui detrahunt terræ pro-
missionis, videlicet terræ viuentium; & in desperationem
adipiscendæ eius quæ nobis promittitur hæreditatis indo-
cunt. Credendum potius his qui renuntiant meliora, medi-
tationi sanctæ & sacræ deuotioni. Nam & nomina ipsa ve-
rorum ab eadem significatione non discrepant. Caleph enim
totum cor dicitur. Et est filius Lephone. i. nutus. Neque
nim futura illa felicitas pleno interim sermone nobis expri-
mitur, sed innuitur magis in quodam speculo, vel ænigma-
te commendatur. Ex ipso tamen nutu oritur meditatio con-
dis, vt ad eius considerationem omnibus modis intendamus.
Iosue quoque qui saluator dicitur, filius est Naue, id est de-
coris, deuotionem sacri desiderij nobis insinuans, quæ et
considerato decore procedit. Ea siquidem saluat, & sine
meditatio sola non sufficit. Hi sunt duo qui botrum affe-
runt de terra ipsa, per quam plenissima quædam vbertas di-
uinæ dilectionis inuenienda nobis in cœlesti patria com-
mendatur. Additur autem & ficus bona, dulcedo suauissima
iucunditatis: quæ in Psalmo dicitur Torrens voluptatis.
Nam ficus mala valdè, voluptas intelligenda est carnalis.
Per malum granatum, sanctorum communio designatur:
cùm multa grana vnum fecerunt pomum, id est multi fuerunt
vnum. Hæc bona domini quæ visuros nos, & quibus ser-
tuos nos credimus in regione viuorum, cùm in singulis no-
tu

bis dulcedo plenæ felicitatis, inter nos ineffabilis vnio fuerit gratissimæ societatis, supra nos quædam diuini amoris ebrietas mensuram nostram vsque ad superfluentiam cumulabit. Sed iam ad verba Moy. redeamus.

Quòd à iugo legis veteris baptismi perfusio nos absoluit.

Quando in ans. Iorda. &c. Iordanis baptismum significat nam **A** per eum transit lex: quia lex & propheta vsq; ad Ioannem, qui Christum baptizauit. Traducere Moysen conabantur, qui tentauerunt iugum legis imponere baptizatis. Sed cum honore sepulta est lex, & minister eius. Minister circumcisionis Iesus qui venit ministrare non ministrari, per baptismum in hereditatem nos introduxit. quam Deus promisit ei, quem patrem multarum gentium appellauit. Aedificemus ergo altare de lapidibus quos fer. non tetigit.

Quid per quatuor legis altaria designetur.

Altare hoc est ecclesia vel ecclesiæ sacerdotium quod ex **B** viuus lapidibus extruunt baptizati. Sed cauendi sunt lapides secti qui sectas faciunt, heretica vel schismatica prauitate poluti. Potest tamè hoc altare quod præcipitur post Iordanem transitum Domino fieri, altum aliquod nomen sacræ religionis intelligi, quod suscepto baptismate Christi à suis ei fidelibus legislator admonet exhiberi. Nam & saluator ipse post baptismum in montem arduum ieiunaturus ascendit. Nec oportet nos ex materia fragili tanquam ligneum altare construere, sed tanquam ex lapidibus asperioribus, videlicet obseruantis in fame & siti, in laboribus & vigiliis multis. In quibus tamen ferrum cauere necesse est, & seruilem declinare timorem. Alioquin polluentur lapides altaris huius, si eos ferrum tetigerit: nec inueniet gratiam apud Deum, qui seruili vrgente metu & humana quadam violentia quamlibet dura & graui fuerit instituta sectatus. Vt ergo voluntariè sacrificemus Deo propter verba labiorum eius, non ob metum vindictæ corporalis, custodiamus interim vias duras. Nimirum super altare ex lapidibus quos ferrum non tetigerit, in diuinis officiis & studiis spiritalibus holocausta offerimus Deo nostro. In corporalibus verò laboribus, vnde qui viuunt verè monachi sunt, pacificas hostias immolamus. Quorum adeps incenditur, si in eis non seculariter gloriatur: sed qui gloriatur, in Domino gloriatur. Sacerdoti pectus imò pectusculum simul & armum dextrum offerimus, si in-

tionem pariter & actionem nostram eius qui nobis præest voluntate & consilio dirigamus. Neque illud nobis recitandum, quòd altare de terra sibi heri dominus ante præcepit. Ex lapidibus autem non præcepit vt fieret, sed sic fieret vt lapides ipsi nullatenus secarentur instituit. Nempe suadenda magis & commendanda quàm velut ex necessitate imponenda perfectio. Neutrum tamen altare, nec de terra, nec de lapidibus, sed æneum in vestibulo tabernaculi, aureum intus in abditis fuisse describitur. Nec incongruè forsitan altare de terra humilitas pœnitentiæ, ex lapidibus autem professio obedientiæ possit intelligi. A Eris quoq; materia quandoquidem variis conflagrationibus & tunctionibus ad diuersos vsus pro arbitrio formatur auctoris, & in longiora tempora perseverat, iustitiæ exercitium. Auri species, luddium sapientiæ. Vnde etiam in altari æneo carnales hostiæ cremabantur: & vt diximus, foris erat, in aureo quidem intrinsecus solum adolebatur confectum ex aromatibus thymiana. Ad hæc igitur actio & contemplatio pertinent, quæ in veteri testamento per Liam & Rachelem, in Euangelio per Martham & Mariam nouimus commendari.

STEPHANVS. De timore scruii.

- C Nota quòd Hebræi respondebant Amen ad maledictiones, nos verò ad benedictiones: quia Iudæi pro pœna vitanda quam notat maledictio seruibant: nos propter præmium consequendum, quod signat benedictio.

De doctrina christiana.

- D *Facit Dominus cælum aneum.* Mysticè cælum est sacra scriptura. vnde: Extendens cælum sicut pellem. Ad huius doctrinam viuere debemus, sicut nauta qui semper habet respectum ad stellam. Cælum ergo æneum est quando vita nostra tantum est in sono verborum, quando prædicatores verba querunt non opera. Sequitur: Et terram ferream. Terra sunt corda auditorum, in quibus inspergitur semen, i. verbum Dei. Quæ ferrea est, cum dura est & obstinata, nec affert fructum in patientia. Et hoc fit quando cælum est æneum, quoniam cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur.

- E *Ascendit super te aduena.* Hoc nostris temporibus completum esse videtur. Modo enim laici meliores sunt quàm clerici vnde ecclesia quasi hydropica est, quia quicquid religionis habet, in pedibus habet.

Peccauerunt ei. Aliud est peccare Deo, aliud non peccare, & aliud peccare in deum. Dupliciter peccat quis Deo, id est ad honorem Dei: consecutiue s. per gloriam ignoscendi: quia ex peccato sequitur s. p. contritio, ex contritione remissio, quæ est gloria Dei. Vnde: Tibi soli pec. Item: Da gloriam Deo. Vel peccat quis Deo per curam: quia qui peccat, curæ Dei se subdit, quia ab eo salutem sperat. Item peccare non Deo, est quando aliquis sibi peccat, scilicet acquisitiue, id est, ad damnum vel malum suum.

De paucitate sanctorum.

Inuenit eum in terra deserta. Hoc est quod dicit Osee: Quasi **G**ruas in. de. inue. Ifr. In deserto inuentæ sunt aliis dulciores. Denique quia raræ sunt ibi, ideo inuenienti preciosæ.

De dulcedine Dei.



Et studuit eum quasi pupillam oculi sui. Homo pro **Cap. 30**
pupilla oculi tuenda totum corpus exponit, sic **H**
& Christus membra sua morti crucis pro nostra salute exposuit. Moraliter. Homo quicquid potest facere debet, vt pupillam, id est lucem gratiæ in se conseruet.

De dulcedine Dei.

Sicut aquila pronocans ad volandum pullos suos. Nota quod **I**
tribus aibus dominus se comparat, aquilæ, vulturi, & gallinæ, Aquilæ, propter dilectionem: quia præ ceteris aibus diligit pullos suos. Vulturi, propter desiderium penitentiarum peccatorum: quia vultur cadauera diligit & sectatur. Gallinæ, propter compassionem: quia gallina in educatione pullo- rum adeo infirmatur, vt plumis hispida, voce rauca, alis demissa, etiam si pullos non videas, matrem agnoscas.

R I C A R D V S .

Quod vir spiritalis melle redemptionis & oleo beatitudinis faginetur

Constituit eum super excelsum terram, vt eo fruct. agrorum. Quæ **I**
est terra excelsa, nisi vita spiritalis, vita honesta & sancta? Qui sunt fructus agrorum, nisi sensus sententiæ que librorum? Vt suggeret mel de petra, o. q. de s. d. Duo ponit, petram & mel. Et iterum duo, saxum & oleum. Petra saxo est minor, saxo que fragilior. Petra & saxum Christum significat: sed Petra Christum in sinu matris, saxum verò Christum in sinu patris. Mel de petra significat gratiam redem-

SVPER DEVTERONO.

prionis, oleum de saxo durissimo gloriam beatitudinis. Sicut mel præ omnibus quæ comeduntur palato dulcius sapit, sic gratia redemptionis præ omnibus in cordibus electorum dulcescit. Et quomodo oleum cunctos liquores excellit, sic gloria beatitudinis quæ summum bonum est, bona cætera superat & excedit. Talibus ergo fructibus reficitur, qui à domino super excelsam terram constituitur.

STEPHANVS. De pœna reproborum.

- L *Et ait: Abscondam faciem meam ab eis.* Nihil grauius quam Dei visione priuari. Hoc est quod dicitur in sententiis de damnatis, quod nõ magis imò minus dolebunt de suo supplicio, quam quod carebunt sanctorum cõsortio. Sed cõtrã dicitur. Mitissima est pœna eorum qui nullum actuale peccatũ originali addiderunt. Solutio. Mitissima non damno, sed sensu. Et ideò alibi dicitur quòd maxima est eorum pœna.

BERNARDVS.

- M *Quòd vir sanctus tractat præsentia, præterita, & futura. Utinam saperent & intelligerent ac no. pro.* In his verbis tria quidem nobis video cõmendari. Sapientiam, intelligentiam, prouidentiam. Arbitror sanè eas tribus conuenire temporibus, vt eternitatis quẽdam imago formetur in nobis: presentia moderantibus per sapientiam, præterita per intelligentiam diiudicantibus, nouissima prouidentibus ad cautelam. Hęc nanque spiritalis exercitij summa, vt sapienter disponamus præsentia nostra, recogitemus in amaritudine animę nostræ præterita, futura quoque sollicitè prouideamus.

RADVLPHVS.

Quòd timoris & charitatis impetus nulla possit malitia sustinere.

- N *Quomodo persequebatur vnus mille, & du. su. de. mi.* Virtus mirabilis & prorsus stupenda, vt vnus contra mille, & duo preualeant contra decem mille. Quis tamen ignorat quantum stragem inimicorum efficiat, cum egregius miles summi regis, timor videlicet domini, sub ducis sui protectione contra vitiorum exercitum dimicat? Quid, cum ei ille Dei miles præcipuus & princeps militiæ Dei scilicet amor adiungitur? Quæ quæso hostium multitudo eorum impetus ferre valebit? Qui timet Deum (inquit Scriptura) nihil negligit. Ecce qualis præliator timor Dei, qui non solum nequitas, sed etiam negligentias omnes ante se fugare consuevit. Longè

tamen

tamen eum singularis fortitudinis prærogatiua præcedit ille Dei miles electus in millibus, qui omnia cred. o. perf. o. sustineret. Si ergo tantum prævalent vnus vel duo, vt nec eis resistere valeant decem millia: quantum efficere valet in vnum collecta regis huius militia vniuersa? Mirabilis rex, qui sic suos præualeat exaltare.

STEPHANVS.

De vtilitate tribulationis.



*D*ominus de sina venit. Sina interpretatur tribus vel tentatio, per quod designatur tribulatio, in qua dominus electos visitare sapius consuevit. Et de Seyr or. est nobis, per quod peccati notatur memoria, quæ est homini occasio illustrationis diuinæ.

Cap. 33.

Idem. De dulcedine Dei.

*V*iuat Ruben & non moriatur, & sit par in numero. Per Ruben enormes prius in peccatis qui per mortale cubile patris, id est cōscientiam suam polluant, in qua Christus debebat requiescere. Talis ergo Ruben, id est peccator, qui prius mortuus erat, viuat in gratia, & non moriatur æternaliter: quia nolo mortem peccatoris. Et sit par in numero: quia multi vocati, pauci verò electi.

De perfectione.

Beniamin amantissimus do &c. Amantissimi domini sunt claustrales: vt postituum sit in pœnitentibus, comparatiuum in iustis, superlatiuum in claustralibus. Et hæc tria genera hominum per tria legis sacrificia designantur. Per hostiam quæ dicitur ab hoste vincendo, pœnitentes. Per victimam ab hoste iam victo, iusti. Per holocaustum quod totum incensum dicitur, claustrales qui se ex toto domino obtulerunt.

RICARDVS.

Quòd de contemplatione sapientiæ, nec satietas nec fastidium generetur.

Beniamin amantissimus domini. Habitabit in eo confidenter tota die, quasi in ta. con. & inter humeros eius requi. Per Beniamin qui filius dexteræ interpretatur, dulcedo contemplationis intelligitur. Quid autem putas quòd tota die in thalamo moram facit, quòd ibi iugiter requiescit in tantum vt nec ad horam saltem exire velit? Illud autem scimus, quòd in thalamis sponsus & sponsa soleant simul morari, amoris obsequiis in alterutrum occupari, *mutuis amplexibus con-*

SVPER DEVTERONO.

foueri . Mirandæ ergo pulchritudinis prerogatiua pollet quæcunque sit illa Benjamin dilecta , cuius contubernium nunquam fastidire valet , & à cuius amplexibus nec ad horam abesse valet . Dixi , inquit , sapientia , soror mea es : & pr. v. a. m. Propter castam autem & ardentissimam dilectionem , amicam hanc nominat & sororem . Intrans , inquit , in domum meam conquiescam cum illa . Non enim habet amaritudinem conuersatio illius , nec tædium conuictus ipsius . sed lætitiã & gaudium , & in amicitia ipsius dilectio bona . Vnum igitur scio , quia quisquis huiusmodi amicæ desiderio flagrat , quanto eam familiarius nouit , tanto amat amplius : & quò frequentius eius fruitur amplexibus , eo vehementius eius desiderio exæstuat ,

GALFRIDVS .

Quòd in benedictione Ioseph septiformis gratiæ spiritus designetur .

S Benedixit Moyse filius Israël per tribus suas . Post quosdam alios Ioseph quoque ait : Crescenti & proficienti . quia hæc est interim omnis humana perfectio , profectio de virtute in virtutem . De benedictione Domini terra eius . Prima benedictio in spiritu timoris , quam se dominus nobis dignatur exhibere qui ait : Si ego Dominus , ubi est timor meus ? In terra eius , siue Ioseph siue domini soliditas humilitatis , quam dominus confert , Ioseph refert & exhibet ei . Sequitur : De pomis cæli & rore . Felix terra cui cælum statim respondet , & fructum suæ benedictionis impendit . Spiritus pietatis est , cuius pomis Ioseph vescitur ad consolationem , ad fecunditatem rore perfunditur . Atque abyssu subiacente . Abyssus est cor hominis imperscrutabile . Spiritus scientiæ tertiam hanc benedictionem infundit , vt nouerit homo seipsum , ne ex pomis cæli magnitudo eum reuelationis extollat , Sequitur : De pomis fructuum solis & lunæ . Solis & lunæ significatio multiplex est in scripturis . Orro sole semén quod cecidit super petram , arescit facta seculi persecutione . Mutabilitas lunæ temporalis indicat felicitatis incertum . Manifestior illa tentatio , hæc obscurior est , sed fortassis non leuior . Et beatus quem per diem sol non vrit , neque luna per noctem . Beatior sanè quem de fructu tentationis vtriusq; pomis gratiæ & benedictionis spiritus fortitudinis reficit & cõfortat . Sequitur : De vertice antiquorum montium .

In antiquis est sapientia, & consilium à sapiente non perit. Supra modum in sublimitate nos suscipere oportet quasi montes patres antiquos: vt quemadmodum ex vertice capitis distributio sensuum seu montium in membra corporis deriuatur, sic ex illo nostro vertice spiritali totius nostri consilij moderatio & vitæ nostræ dispositio prodeat, vt ad spiritum consilij benedictio verticis huius antiquorū montium referatur. Sequitur: De pomis collium æternorum. Verbis vitæ æternæ capabilioribus quæ licet homini loqui. Nam ad poma montium æternorum sortium necdum sufficimus. Sicut autem scientia rebus infimis & humanis attribuitur, sic intelligentia sublimibus & æternis, vt ad spiritum intellectus benedictio sexta pertineat. Sequitur: Et de fructibus terræ, & de plenitudine eius. Putásne fruges optimas dicit, quas in vasis suis patriarcha Iacob filios suos ferre præcepit? an potius illas memorat fruges, quas sibi per Caleph & Iosue meminerat de terra promissionis exhibitas? Nihil super his temerè definierim, sed in spiritu sapientiæ benedictionem sabbati & sabbatismi, quæ relinquitur populo Dei. De frugibus terræ viuentium, & de plenitudine eius: nondum in plenitudine arbitror exhiberi.

Item aliter, vnde supra.

Possunt autem & aliter in his septem benedictionibus totidem virtutes intelligi. In terra propositi sancti firma stabilitas, ancipiti deliberatione non fluctuans. In pomis rore cæli castitas corporis, prauos æstus cœlibi rore restringens bonæ spei fruens odore, tenentem bonæ opinionis odorem circumquaque diffundens. In abyſso subiacente humilitas profunda ex cognitione, subiacens ex affectione. Est abyſsus non subiacens in his qui humilia sentiunt de seipsis, minus autem obtemperat iussis, cedunt consiliis, monitis acquiescunt. In pomis, solis & lunæ gemina charitas, quodd diuina tãquam sol luceat, sola fraterna vt luna congratulando & cõpatiendo mutetur. In vertice antiquorū montium obedientia prælatorum, suscipiens & reuerentiam exhibens in modernis & successoribus antiquorum celsitudini patrum. In pomis collium æternorum iucunda deuotio superna gaudia prælibantium in iubilatione. In frugibus terræ, & plenitudine eius, sacræ contemplationis excessus, & in eandem transformans imaginem diuinæ contemplatione charitatis.

SVPER IOSVE.

STEPHANVS.

De patientia.

Inundationem maris tanquam lac fugent. Inundatio maris, est abundantia tribulationis: quæ tunc fugitur, cum dulcis à iustis reputatur. Denique sicut lac nutrimentum est puerorum, sic tribulatio pabulum fit electorum.

Finis Deuteronomij.

SEQVITVR IESV
NAVE, SEV IOSVE.

STEPHANVS.

Cap. I.
X



Vrge & transi Iordanem istum, & omnis populus tecum. Surge vt sis ad bene operandum erectus: & transi Iordanem istum, id est humiliare: & omnis populus tecum: hoc est, attende tibi & vniuerso gregi.

Nullus poterit vobis resistere. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Pone me domine iuxta te, & cuiusuis ma. pug. com. me. Sicut fui cum Moyse, sic ero tecum. Dominus licet Moyse multum familiaris existerit, tamen puniuit eum sic non parceret prælato delinquenti.

De imperfectiōne humana.

- 2 Nota quòd circa Iordanem duæ tribus & dimidia remanserunt: quia antiqui patres fidem trinitatis perfectè minimè habuerunt. Sed & vltra Iordanem, hoc est in tempore gratiæ post bapstum, nouem tribus & dimidia transferunt, per quod etiam quædam imperfectiō designatur quæ adhuc est in sanctis no. test. Vnde multa habeo vobis dicere, &c. & ita vtrōque est imperfectiō. Nihil enim perfectum est in homine iuxta illud: Cùm omnia benè feceritis, &c. Hoc est quòd arca Noë in omni sua dimensioe dimidium retinuit cubitum. Item: Quotquot perfecti sumus, id sentiamus quòd imperfecti sumus. Item: Minimus in regno cælorum maior est

est Ioanne Baptista. Item: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem post. Item: Cùm venerit quod perfectum est, &c. Item quælibet tabula tabernaculi duobus cubitis fiebat & dimidio. Item: Sedete in ciui. donec indu. vbi exal.

RICARDVS.

Quòd promissa nobis præmia frequens cogitatio debeat explorare.



Te & considerate terram & urbem Hiericho. Inspicite terram & urbem. Terram quam Deus fecit, urbem quam humana inuentio instituit. Discutite bonum quod Deus creauit ad bonum nostrum, & malum quod homo inuenit in malum suum. Si naturæ bonum cognoscimus, scimus quid excolere, quid nutrire, quid multiplicare debeamus. Si malum morum nostrorum perspeximus, quos hostes cauere, quos aduersarios impugnare, quales inimicos interficere oporteat non dubitamus. Item: *Ite* (inquit) & com. &c. Quid est exploratores ante introitum suum præmittere, & illius terræ in quam festinamus introire, qualitatem sagaci perscrutatione velle prænosse, nisi mentis suæ cogitationes cœlestium bonorum exploratrices in inuisibilem perscrutinium dirigere, & meditationes suas in id operis destinare, vt per inuestigationem inueniat, vnde possit affectionum suarum turbam in eorum amorem vrgere? Necessè est ergo nuncios post nuncios mittere. & primi sunt exploratores præmiorum, quos propheta domini Moyses præmittit. Secundi nuncij meritum, quos Iosue athleta præmittit. Aliud est enim prophetæ officium, aliud athletæ. Illius est futura prædicare, huius præordinare agenda. Sed oportet (vt arbitrar) primæ explorationi vehementius incumbere quàm secundæ. Hinc est quòd si. Isr. in prima legatione mittunt plures. In secunda autem pauciores mittuntur. Siquidem incomparabiliter maiora sunt futuræ beatitudinis præmia, quam possint esse qualiacunque merita nostra.

Educ. viros. Mulier viros suscipit, cum homo verbum Dei audit: sed educit ille, qui verbum paruipendit. & ad hoc semper diabolus nititur vt ab illis verbum Dei educat, qui illud in mentis hospitio susceperunt.

Si tantum non prodideris nos. Sancti prædicatores non præmittent nos damnari, nisi nos prodiderimus eos, id est si ver-

Cap. 27
A

SVPER IOSVE.

bum auditum neglexerimus. Proditor enim est verbi Dei, qui non adimplet opere quod audit in prædicatione.

D Nota quòd si. Is. de Sethim veniunt ad Iord. & non in terram promissionis. Sethim interpretatur spina. Iustus ergo de spina tribulationis & compunctionis venit ad Ior. id est, ad descensum humilem. Tribulatio enim humiliat. Vnde: Datus est mihi stimulus carnis m. & c. Item: Sagittæ domini infixæ sunt in me, quarum indig. eb. f. m. oc.

R I C A R D V S .

Quàm magnum sit inter virtutum successus vilem in suis oculis apparere.

Cap. 3.
E



Iordanis ripas alvei sui tempore messis impleuerat. Quantum miraculum existimas tibi ipsi vilescere, eo præcipuè tempore cum incipias veraciter magnus esse, magnisque omnibus apparere? Solent sanè (sed neque hoc mirum est glacialis frigoris seu etiam æstiuu feruoris siccitate) Ior. aquæ minui atque decrescere: & quanlibet elata mens inter malitiæ frigus & nimios concupiscentiæ æstus sibi vilescere, & quanuis inuita infirmitatè suam recognoscere, & à sua de se æstimatione non modicum detumescere. Quis quæso tam immane despiat, qui sibi inter scelera quædam non displiceat? Sed illud magnum erit, si in tempore messis & inter virtutum successus possit Iordanis vndas intra alvei sui ripas includere, & amoris priuati impetum intra metas modestiæ cohibere. Magnum enim si non erumpat ad illicita, vel effluat ad inutilia. Magnum erit si nec seipsum diligit, nisi quantum conuenit vel expedit. Iorda. inquit, ripas alvei sui tempore messis impleuerat. Impleuerat, inquit, non excefferat. Puto quòd non sine causa non nisi in Iordane celebrari est tale miraculum, quod interpretatur descensio eorum. Sed quæ est ista descensio, nisi cordis humiliatio? Vel quorum eorum, nisi ipsorum descendentiũ & sponte humiliatiũ? Quorum enim descensio voluntaria non est, in ipsis quidem est: sed eorum non est, quia ipsis non prodest. Aquæ autem vsque ad Sarcham intemuerunt. Sarcham interpretatur tribulatio eorum. Sed quorum eorum nisi tribulatio tribulatorum? Tribulatio autem voluntaria cuique est sua. Quam enim quisque patienter siue etiam libenter suscipit, suam esse facit: quia suæ eam vtilitati deseruire cogit.

G A L

GALFRIDVS.

Quòd tribulatione præfenti nobis æternam gloriam
comparemus.

Steterunt aquæ descendentes in locum vnum, & inftar montis **F**
intumescens apparebant ab vrbe quæ vocatur Adom vsque ad lo-
cum Sarcham: quæ autem inerioris in mare solitudinis quod nunc
vocatur Mortuum, descenderunt vsque quo deficerent. Mare so-
litudinis, amaritudo est conscientie peccatricis, quam in
seipso singulariter quisque solus & solitarius experitur: per
mare autè solitudinis ad dulcedinem solitariam peruenitur.
Sed quid dicimus quòd hoc mare Mortuum vocatur? Quàm
vereor ne illud viuum inueniant in futuro, qui nunc mor-
tuum reputant: & qui interim paruipendunt, in perpetuum
non euadent. Est qui magna redimat paruo pretio, ait Sa-
piens. Si perennis tibi amaritudo debetur, & euadere po-
tes præcipiens temporalem, magna utique paruo precio re-
demisti. Fateor mare est, sed mare Mortuum in quo nauigas
Et quantas debes gratiarum actiones Deo, quòd mare vnum
feruas & fremens falsissimum & intransmeabile morueras,
& ecce tibi illud mari Mortuo misericorditer commutauit?
Vtinam per Mortuum mare ad terram viuientium valeas per-
transire. Vtinam mortuum magis transuehat te, quàm viuum
absorbeat te. Dum viuuit culpa, amaritudo etiam viuua & vera
est. Vbi autem amaritudinis causa viuere iam eadem amari-
tudine suffocata deserit, necdum vel de propitiato peccato
expedit esse securum. Ipsa tamen amaritudo quodammodo
moritur, dum subintrante dulcedine temperatur, & pau-
latim iam superatur ab ea. Vnde etiam inferiores aquæ quan-
doque deficiunt, & Iordanis totus ad superiora conuertitur,
vt qui se humiliat exaltetur. Cuius superiores aquas in-
ftar montis intumescens viderat qui dicebat: Momenta-
neum hoc & leue tribu. nostræ, &c. Et benè dum procul
apparere dicuntur, non procul ab aquis, sed procul à cumu-
lo & ab ipso monte aquarum. Nam & martyres sancti quàm
lætis oculis istas considerent aquas sic intumescens, vide-
licet in tanta gloria resurgentes. Hoc est quod ait, Ab vr-
be quæ vocatur Adom vsque ad locum Sarcham. Siquidem
vrbs Adom, ipsa est (vt opinor) quam beatus Hieronymus
in libro De nominibus locorum, Adomin vocans, olim
villulam, nunc ruinas inter Hierusalem & Hiericho, Ascen-

sum ruforum vel rubetium ait Latinè posse vocari: vt ad eorum iure pertineat, qui vsq; ad sanguinem reuoluerunt. Sarchan tribulatio eorum est, videlicet non specialis aliqua & grauissima, sed quæcunq; communis. Igitur ab ipsa passione mortis vsq; ad quilibet vitæ angustias apparent intumescetes aquæ Iordanis, & ad consolandos eos qui sunt in morte ipsa, siue in quibuscunque positi fuerint tribulationibus & pressuris.

R I C A R D V S.

Quòd deficientibus concupiscentiis mare conscientia seruetur.

G *Aquæ quæ inferiores erant, in mare solitudinis, quod nunc vocatur Mortuum, descenderunt vsque quo omnino deficerent. Quæ inferiores sunt necesse est in mare descendere & in mari defecere. Scimus autem quia aquæ quamlibet dulces sunt, cum in mare peruenerunt, dulcedinem suam seruare non possunt. Quæ ergo in mare descendunt, citò amarescunt. Risus, inquit, vester vertetur in luctum, & gaudium in incedorem, hoc est dulcem aquam in mare descendere & dulcedinem amittere, & dulcem vertere in amarum. Notandum autem quòd hoc mare in quo tam celebre factum contigit, aliud prius nomen habuit. Vnde & signatè dicitur, Mare solitudinis quod nunc vocatur Mortuum. Quod mortuum est, omnino se mouere non potest. Fortè hoc mare postquam influentem & impellentem gurgitem non habuit, à suo seruore defecit, & rumentes illas atque ebullientes fluctuationum suarum procellas amisit. Mens siquidem cœlesti desiderio seruens, puritati feruens, & ad perfectionem tendens, quandiu delectationes ex carnis impetu seruire cogitur, necesse est in finis desideris & ad ima fluentibus reluctetur. Hinc est quòd sibi irascitur, & indignatur, & aduersus seipsam seruire videtur. Puto quia huiusmodi perturbatio & tumultuatio non facit mare mortuum, sed viuum, sed inquietum, sed validum. Sed postquam cœperunt inferiores aquæ decurrere atque defecere, & infernarum delectationum fluxus languescere atque evanescere, incipit conscientia pariter ad pacem & tranquillitatem seipsam paulatim componere, futuri iudicij metum magis magisque deponere, & illas præteritæ indignationis & anxietatis æstuationes amittere, & trepidationis motum ad similitudinem mortui non habere.*

Per arentem alueum transibant. Per arentem alueum transire, H est tribulationem cum gaudio tolerare: & benè ait Transire: quia non habemus hic manentem ciuitatem, &c.

Nota quòd cum essent sacerdotes in Iordane, stabant a I qua: quia cum sacerdotes bonis insistant operibus, populus in bono perseverat.

De duplici circuncisione.

F *Ac tibi cultros lapideos.* Culter lapideus, est sermo factus de Christo. Hoc cultro debet prælatus subditos circuncidere. Prima circuncisio fit in baptismo. Secunda est in pœnitentia, quæ est secunda tabula post naufragium. In colle præpu. Collis, eminentiam notat: præputium, peccatum. Qui ergo attendit magnitudinem peccati sui, in colle præputij est. Ut ille qui dixit: Miserere mei Deus, &c. quia magnum est peccatum meum, opus est misericordia magna.

De pœnitentia.

Circuncisi sunt filij Israel, & manserunt in eodem loco. Circuncisi sunt filij. I. s. Hoc est, Educ me do. de. la. mi. & de lu. s. & statue supra pe. pe. me. hoc est, manserunt in eo loco. hoc est, lauamini, mun. es. & quies. per a. Sed nota quòd dicitur manserunt. Multi enim pœnitent in quadagesima, sed post Pascha mutant omnia: & ita isti non manent. Pœnitentia enim dicitur pœna tenax.

GALFRIDVS.

Quòd nos in hoc seculo timor & charitas circuncidunt.

Hodie abstuli à te opprobrium Aegypti. Dicitur est hoc ad Io. M sue facta circuncisione non in Aegypto, non in deserto, sed in terra promissionis Iordane transmissio. Hoc in Aegypto non audiuit: quia in hoc mūdo tenebroso nemo sine aliquo opprobrio viuere poterit. In deserto non ei dicitur: quia qui in claustro degunt, nunquam ad purum se custodire sufficiunt. Circuncisio ista petrinis cultris fiebat, & nostram præfigurabat circuncisionem. Quid enim est aliud petra circuncidere, nisi timore Dei vel amore quicquid in nobis carnale deprehenlimus amputare? Petra enim erat Christus. Sed nota quòd alij conciduntur, alij circunciduntur. Conciduntur qui manifesta & communia peccata consententur, & quasi à se rescant, ut iusti hominibus appareant, & quæq; graua & la-

tentia in corde celant ne vilescant. Vnde Apostolus: Videte malos operarios, videte concisionem. Circūciduntur autem, qui quantum patitur humana fragilitas, quidquid carnalitatis & superfluitatis in se deprehendunt tam exterius, quā interius, oris confessione, cordis contritione, & lachrymarum effusione pro Dei timore & amore satagunt abolere. Si quis in hoc seculo lubrico & scādali pleno, & in carne fragili cōstitutus, ita circūcidi poterit, vt semper non superfit quod amputari possit. Scriptum est vt Leuitā pilos radant, vt euelant. Ista prerogatiua nobis referuatur in cœlis, quousque merebimur audire. Hodie abstuli à te op. Aeg.

N *Hodie abstuli à vobis oppro. Ae.* Hodie i. in tempore gratiæ quia euangelium tollit peccatum. Et nota quòd iuxta Origenem, maius est peccatum post secundam circūcisionem spiritui gratiæ contumeliam facere, quam post primam circūcisionem peccare. Hinc est quòd modo tempore gratiæ fornicato sacrilegium dicitur. Corpus enim hominis templum Dei dicitur. Vnde: Qui templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Vnde: Qui for. in cor. s. pec. & talis totū corpus ecclesiæ corrumpit.

De triplici pascha.

O Nota filios Israel triplex fecisse pascha. Primum in Aegypto. Secundum in deserto. Tertium in terra promissionis. Primus transitus fit de peccato ad virtutes. Secundus à virtute in virtutem. Tertius à mundo ad patriam. Et nota quòd in primo transitu & tertio facta fuit circūcisio. Prima est à culpa. Tertia erit à culpa & à pœna. Vnde: Et tertia facta fuit in Galgala. Tunc enim omnia reuelabuntur.

Quòd prædicator ab opere denominari debeat, non ab ore.

Cap. 6.
P



Incumierunt urbem viri bellatores. Nota quòd prædicatores vocat bellatores, nō clamatores: quia prælati ab operatione debēt denominari. Hinc est quòd Philippus erat de ciuitate Andreæ & Petri. Philippus os lampadis, & significat prædicatorem: cuius ciuitas. i. prædicatio non est denominanda ab ore, sed ab operibus virilibus & firmis.

Silite donec veniat dies septima. Nota quòd sex diebus iusti sunt silere, in septima clamare, quia modò tacent iusti contra angustiantes se, sed in futuro clamabunt.

De vnitare.

Prociſerante populo muri Hiericho corruerunt. Quia vt dicit R.
 gloſſa, cum populus deuote & vnanimiteꝛ pꝛædicationi reſpon-
 det, corruit munitio peccati.

GALFRIDVS.

Quantæ maledictioni ſubiaceat, qui cum ſpiritus cœperit,
 carne poſtinodum conſummetur.

Imprecatus eſt Iosue dicens: Maledictus vir coram Domino qui ſu- S.
ſcitauerit & ædificauerit ciuitatem Hiericho. In primogenito ſuo fun-
damenta illius iaciat, & in nouiſſimo liberorum ponat portas eius.

Per Hiericho quod interpretatur luna, merito intelligitur
 corpus noſtrum. Sicut enim luna quotiens inter eam & ſo-
 lem mediam ſeſe terrena moles obiecerit, tenebreſcit: ſic ca-
 ro noſtra, ſi terrenus amor incumbat, rationi huius obediens,
 vitiis obſcurata ſordefcit. Quum autem ſemel tubarum clan-
 gore ſeptemplici, pꝛædicatione videlicet ſpiritali mortifi-
 cata, Hiericho proſtrata corruerit: maledictus quiſquis eam
 reædificauerit: vt carne conſummetur, cum ſpiritu cœperit.
 Cuius etiam fundamentum ſine primogeniti amiſſione non
 iacitur, ſine vltimæ proliſ exitio porta non ponitur. Quid
 eſt enim in reſtaurationem Hiericho huius fundamenta lo-
 care, niſi totis niſibus & ſtudiis importunus vitam corporis
 communire? Et quid primogenitum, niſi quod pꝛæcipuū nos
 oportet gerere ſtudium, quærere videlicet Dei regnū? Quid
 verò aliud eſt portas huius Hiericho ponere, quàm aduer-
 ſus eloquia veritatis aures etiam corporis obturare? Et quid
 proles nouiſſima, niſi bona quæuis extrema vel minima?
 Quotiens igitur in deſideriis curam carnis perficimus, prin-
 cipalia bona amittimus. Quòd ſi ipſum auditum à veritate a-
 uertimus, nec extrema iam bona vel minima retinemus. An
 aliter potius ciuitatis huius portæ clauduntur, dum homines
 moriuntur? Hoc ſi recipimus, in primogenito noſtro funda-
 menta ponuntur, cum amore carnis initium ſapientiæ timor
 diuinus amittitur: & in nouiſſimo clauduntur portæ, dum no-
 uiſſima etiam ſpes nobis perit in morte.

STEPHANVS.

Fili mi da gloriam Deo. Eum qui peccauerit filium vocat: Cap. 7.
 quia quem corrigendo punimus, vt amicum non vt ini- T.
 micum punire debemus: non libidine vindictæ, ſed zelo iu-
 ſtiæ.

Qui d

SVPER IOSVE.

Quid sit furari sapientiam.

Cap. 8.

V



*Abcondit Achor auream regulam in terram cōtra me-
dium tab.* Aurea regula est sapientia, quæ vitam
nostram quasi regula lineam in rectum dirigit.
Hanc furatur, qui sapiētiam retorquet ad aliud
quàm sibi à domino datur ad multiplicandā, s.
temporalia. Quòd autē hæc regula quinquaginta siclorū fuisse
dicitur, qui numerus est remissionis, hoc designat, quòd
ad hoc data est homini vt inde remissionem acquirat. Hanc
regulam abscōdit in terra, qui terrenis inhiat, qui terrena co-
gitat & sectatur. Contra me. taber. Nota quòd vita hominis
est sicut naus, quæ extrema habet angusta, & in medio est la-
ta. Sic & principium & finis hominis in angustia est: si quid
est ibi latitudinis, in medio est. Item qui benè vult regere na-
uim, in puppi sedet, & proram respicit. Sic qui benè vult re-
gere vitam suam, respiciat principium & finem suum, & non
medium, s. iuuentutem. Et ideò de isto eleganter dictum
est: Contra me. taber. quia ompia referebat ad iuuentutem
suam.

X Nota quòd prima ciuitas quæ à transeuntibus in terram
promissionis destruitur, fuit Hiericho. sic ab introcuntibus
claustrum, mundus primùm est subuertendus.

Y Quòd peccata funditus deleri non possunt.
Nota quòd filij Israel iubentur de præda Hai sibi aliquid
referuare, quod non in destructione Hiericho. Et hoc ideò,
quia per Hai peccatum intelligitur. Et dum peccatum de-
struitur, non potest funditus destrui: quia semper remanent
primi motus: sed Hiericho. i. mundus, potest funditus deleri.
Item habitatores, id est dæmones, & peccata debemus inter-
ficere: sed prædam, id est peccatores quos captiuos detinent
referuare, & ita equites sunt interficiendi, equi autem sub-
neruandi.

Z *Iosue non contraxit manum quam in sublime exexerat.* Quia su-
xilium domini semper est cum iusto. Vnde: Ecce ego vobis.
sum vs. ad con. s. Item in Esaia: Non te deseram, neque relin-
quam. Item: Iesus manus leuauit in cruce & potentiam ita nõ
deposuit, quam ibi habuit: vt sicut triumphauit de diabolo,
ita & per eam iustos de eodem faciat triumphare.

De crucifixione diaboli.

Regem quoque suspendit in patibulo. Christus diabolum secū **A**
suspendit in cruce: sed adhuc diabolus ibi vivit, nec mori po-
test ex toto, sed erit ibi suspensus vsque ad vesperam, id est
vsque ad finem mundi: & tunc deponetur cadaver eius, quia
omnino morietur.

Vsque in presentem diem. Id est vsque in diem quæ semper est **B**
præfens, scilicet in æternum. quia tunc pœna eorum non de-
ficient.

A *Ascendit Iosue de Galgala.* Id est de reuelatione. Ille ascen- **Cap. 10.**
dit de Galgala, qui quod meditatur in corde, conuertit **C**
in opus.

GALFRIDVS.

Qua cruce quinque sensus corporis configantur.

Præcepit Iosue servis suis dicens: Aperite os spelunca, & educate **D**
ad me quinque reges qui in ea latitant, &c. Quinq; reges in spe-
lunca, quinque sunt sensus in carne humana. Qui meritò re-
ges dicuntur, quia non nisi per illos ipsa caro regitur. Tolle
tactum, nec pedes incedunt, nec manus operantur, & sic de
singulis. Hos reges tunc spiritus noster suffocat, & in patibu-
lo crucis affigit, si eos ita rationis disponit arbitrio, vt nus-
quam diuertere valeant absque eius iudicio. Crux in qua
crucifigendi sunt isti reges, quatuor cernitur partes habere.
Inferior est timor suppliciorum. Superior est in spe futuro-
rum bonorum, in longitudine perseverantia virtutis notatur,
in latitudine amplitudo charitatis designatur. Primò itaque
reprimendus est sensus per timorem gehennæ, ne absque di-
sciplina insolescat: & iterum per spem futurorum bonorū
erigendus, ne in desperationem corruat. Et quoniam multi
sunt qui ad tempus credunt, & in hora tentationis recedunt:
inter timorem & spem tandiu perseverare debemus, donec
gehennam ultra non timeamus. i. eum quod sperauimus te-
neamus. Sed & charitatem tam latam nos oportet habere, vt
valeamus non solum amicos, sed etiam inimicos discamus di-
ligere. Sic itaque benè crucifixus erit vetus homo noster, si
omnes tam exteriores quàm interiores nostri sensus rationis
disponuntur arbitrio, vt videlicet timorem habeamus ge-
hennæ, ne peccemus. Et si peccauerimus, spem teneamus fu-
tutorum bonorum, ne desperemus. Et longitudinem perse-
uerantia, ne ante tempus deficiamus. Et charitatis amplitu-
dinem, vt omnes Deum diligamus. Nec immeritò in charita-

te notatur sensuum mortificatio: quia valida est vt mors dilectio. Igitur in cruce tali crucifigendi sunt aduersarij nostri.

Cap. 15.

E



Contra ascensum scorpionis. Vt quantū ascendit scorio in pungendo, id est culpa, tantum ascendat pœnitentia in satisfaciendo. Et benè per scorpionē voluptas peccati designatur: quia in principio blanditur & dulcescit, in fine verò amare scit & pungit vt scorio.

F Cariatharte, quod sonat ciuitates quatuor, religionem designat in qua debent hæc quatuor inueniri. Correctio delinquentium. Cōsolatio infirmorum. Exhortatio perfectorum. Eruditio nescientium. Hinc est quòd templum quod Ezechiel vidit in spiritu, latera habuit intrinseca & extrinseca, paria scilicet quatuor cubitorum.

PETRVS DAMIANVS.

Quòd Christus suos milites non ad otium prouocet, sed laborem.

Cap. 17

G



I populus tibi multus est, ascende in syluam, & succide tibi spatia in terra Pherezai & Rapham, quia angusta est tibi possessio montis Effraim. Cùm Iosue præcepit populo syluarum condensâ succidere, hoc innuit, quòd noster Iesus, eiusdem s. nominis, sequentibus se iubet malè pululantes syluescentium vitiorum frutices extirpare Hortatur vt non fœdera, sed bellum contra Chananæos gerant, vt montana conscendant, quatenus & vitiorum elaborent debellare barbariam, & arduum virtutum festinent obtinere eucumen. Porrò quòd illi pusillanimitè conqueruntur aduersus eos qui ferreis vtebantur curribus se non posse confurgere, hoc est, quòd nos imbecilles & fragiles sepè diffidimus, tanquam ferreos currus sic aduersantes malignorum spirituum impetus sustinere. Nam cùm petulantia gulæ, vorago luxuriæ, omniumque vitiorum pestes tanquam frementium Chananæorum acies constipatis aduersum nos euncis conglobantur, quid aliud quàm Chananæi nos ferreis curribus impetunt, & ne de carnalis vitæ campestribus ad virtutem valeamus conscendere, salutis nobis aditus intercludunt?

STEPHANVS.

De ciuitate refugij.

Nota



Nota quòd omnes ciuitates refugij quæ fuerunt in terra promissionis, fuerunt in monte. Prælatuſ, eſt ciuitas refugij: quia ad ipſum confugimus conſulendum: qui debet eſſe in môte, hoc eſt in culmine ſanctitatis. Cap. 20.
H

Finitur lib. Ieſu Naue.

SEQVITVR LIBER IUDICVM.

HUGO DE FOILLETO.

Quòd confeſſio virtutum populum in terram promiſſionis inducat.



Post mortem Iosue conſuluerunt filij Iſrael d. dicentes: *Quis aſcendet ante nos contra Chanaanum, & erit dux belli?* Dixitque Dominus: *Iudas aſcendet, & ecce tradidi terram in manus eius.* Iosue ſaluator interpretatur. Mors Iosue, eſt priuatio ſpiritualis vitæ. Filij Iſraël dominum conſulunt: quâdo hi qui Cap. 1.
I

Deum videre deſiderant, ducem veniendi ad terram promiſſionis quærunt. *Quis aſcendet, inquit, ante nos cõtra Chanaanum, & erit dux belli?* Aſcendit, qui de virtute in virtutem proficit. Contra Chanaanum aſcendere nititur, qui contra mundana negotia totis viribus præliatur. In mundanis ſiquidem negotiis quotidie bellum geritur: quia de hiſ quæ mens cogitat, vel manus agit, multotiens animus gloriatur. Sed ad hæc expugnanda Iudas eligitur: vt quod in hiſ delinquitur, in virtute confeſſionis deleatur. Iudas, inquit, aſcendet, quia qui peccata ſua humiliter confeſtetur, populum virtutum ad terram promiſſionis deducet. Et ecce in manu eius terra traditur: cum terrenis deſideriis virtus confeſſionis dominatur. Quòd confeſſioni oratio ſit iungenda.

Et ait Iudas Simeoni fratri ſuo: Aſcende mecum in forte mea. K
Iudas confeſſio, Simeon exauditio interpretatur. Qui enim peccata ſua confeſtetur, neceſſe eſt vt à domino exaudiri mereatur: vt contritionem veræ confeſſionis ſequatur deuotio internæ orationis. Et qui ſe in confeſſione coram Deo humiliat, ſuffragia ſanctorum & orationes fratrum ſine ceſſatione quærat.



L *Comprehenderunt Adombezech, & ca. sum. ma. eius ac pe.* Hoc facit prædicator, quando superbo ostendit ad quem finē deueniet de cogitationibus & malis operib⁹ suis: vel cū infirmitatem suam replicat ei dicēs: *Quid superbis terra & cinis?* Adduxeruntque eum in Hierusalem, & ibi mortuus est. Tūc superbus in Hierusalem adducitur, quando bona cœlestia ante oculos eius ponuntur. Et tunc ibi moritur, cū propter hæc desinit esse superbus. Vnde Ezechiel: *Ost. h. I. templum & confun. Deum suis.*

De virtute prædicationis.

M *Oppugnantes filij Iuda Hierusalem ca. eam, Et percus. in ore gl. traden. incen. eam.* Benè dicit oppug. quia regnum cœlorū vim patitur. Tunc superna Hierusalem fit pabulum ignis, quando ad vocem prædicatoris fit ipsa auditoribus nutrimentum charitatis.

De confessione.

N *Fuit dominus cum Iuda, & montana possedit, nec potuit delere habi. vallis, quia fal. cur. habebant.* Iudas maiora superat, & minora delere non potest. Nam primi motus non possunt extirpari quin surgant. Falx in se recurua est. In curru autem notatur velocitas: quia primi motus & citò surgunt, & in carnem de qua exeunt reuertuntur.

O Homo egressus de Luza, est homo relinquens bonam cōuersationem. Ille ostendit introitum cui. quia malorum exemplo boni sæpius emendantur. Ille autem abiit in terram Im. quod interpretatur mare congelascens, per quod intelligitur prosperitas mundi. Gelu enim videtur solidum, cū fragile sit. Sic prosperitas soliditatem promittit, cū potius auferat: & mare est, quia ipsam amaritudo sequitur.

De vtilitate persecutionis.

P *Arctauit Amorræus filios Dan in monte.* Tunc Amariscanus arctat hominem in monte, quando persecutiones faciunt eum proficere, nec de monte ad planitiem permittitur descendere.

De ambitione.

Cap. 2. **Q** *Seruierunt filij Israel Baalim, ac dimise. Do.* Baalim interpretatur superior vel deuorator. Illi ergo qui ad hoc laborant vt sint superiores, vel vt aliquos deuorent, res eorum cōmungendo, hi seruiunt Baalim.

CASSIANVS.

Quòd ambidexter sit, qui nec insolescit virtutibus, nec tē-
tationibus fatigatur.

T misit eis saluatorem Aoth, qui vtraque manu uteba-
tur pro dextera. Vtraque manu pro dextera uti-
tur, qui nec aduersis frangitur, nec prosperis ele-
uatur. Habet enim vir sanctus dexteram, succes-
sus videlicet spirituales. In qua tunc consistit,
quando feruens spiritu desiderii ac concupiscentiis omni-
bus dominatur, quando ab omni diabolica impugnatione se-
curus absque vilo labore vitia carnis vel respuit vel absce-
dit. Habet similiter & sinistram, cum tentationum turbinibus
implicatur, cum ad desideria carnis ineentiuorum astibus
inflammatur, cum ei donique vniuersa sordent instrumenta
virtutum. Cum ergo in illis quæ dexterae partis esse prædi-
ximus, minimè fuerit subintrante gloria vanitatis elatus, & in
istis quæ sinistrae partis sunt viriliter dimicans nulla despe-
ratione conciderit, at potius de contrariis arma quædam pa-
tientia in exercitum virtutis assumpserit, vtraq; manu utitur
pro dextera: & in vtroq; actu triumphator effectus, tam de si-
nistro statu quàm de dextro victoriae consequitur palmam.

STEPHANVS.

Capulus gladij Aoth longitudinis palmae fuit. Quia verbum de-
bet operi respondere, & econuerso. Et accinctus est eo sub-
ter sagum in dextro femore: quia in prædicatore debet prius
operatio quæ per sagum intelligitur apparere, quam prædi-
cet: & etiã à licitis prohibere se quandoque debet.

De cupiditate.

Erat Eglon crassus nimis. Alia litera habet Exilis nimis Iun-
ge simul. Cupidus enim crassus est & exilis: quia semper aua-
rus eget. Item: Diuites egu. & esu. Hinc Abacuc: In crassata
est pars eius. Mali enim sæpè crassi vocatur. Vnde Agab quæ
interfecit Samuel, erat pinguisimus.

*Aoth gladium in ventrem Eglon infixit tam valide vt ferrum ca-
pulus sequeretur.* Aoth prælatus, Eglon cupiditas, ferrum ver-
bum Dei, capulus operatio. Prælatus ergo sic persuadeat, vt
verbum operatio subsequatur, nec educat gladiũ. Non enim
ad horam sed semper impugnanda est cupiditas. Et clausis o-
stibus exeat, vt gloriã de exterminatione cupiditatis nõ querat.

De prædicatione.

Cap. 4. **X** *S* Angar percussu de Phylisicis sexcentos viros vomere. Ecce iste splures occidit von ere, quàm Aoth gladio suo limato & acuto: quia sapè plus profuit simplex & rudis prædicatio, quàm exquisita atque polita.

Y Debbora significat prophetiã: quæ mel habet & aculeum, dum & vitam promittit, & minatur infernum. Vel per Deb, quæ apis dicitur, scientia accipitur: per Lapidoth virum eius, qui fulgur dicitur, bona vita intelligitur. Debbora regit Lapidoth, licet ipse dignior esset, quia homo. Sic vita per scientiam debet regi, & inde vita dignior est & melior quàm scientia.

Z Sisara fugiens peruenit ad tentorium Iahel vxoris Aber Cinzi. Securiores fugiunt peccatores ad illum sanctum qui peccator fuit.

A *Surge, surge Debbora, surge.* Ter dicit surge: quia surgendum est corde, ore, & opere.

B *Sicut erant in herbis cuncta vastauerunt.* Nullus est adeo malus, quin aliquando seminet bonum: sed diabolus occupat illud & destruit, ne semen illud faciat fructum.

Cap. 6. **C** *Umq; Gedeon excuteret & purgaret frumcuta, appa. ei an. D.* Si separaueris speciosa à vilibus, quasi os. m. eris.

D *Coxit hædum, & de farina modio azymos panes.* Hædum coquere, est cogitare in mente qualis sit futura caro hominis: panes azymos, id est opera bona sine fermento inanis gloriæ: farinæ modio, id est cum mensura,

HUGO DE S. VICTO.

Quòd per Gedeonis sacrificium crucis mysterium designetur.

E *Tolle carnes & panes azymos, & pone supra petram illam, & ius desuper fande.* Gedeon circumiens in vtero interpretatur: videlicet conscientia suæ secreta diligenti examinatione discutens. Accedit angelus salutis nuncius, & hædus coctus cum iure suo, & panibus azimis cum Gedeone super lapidè exhibetur. Hædus peccata designat, animal scædum & fetidum: cui iudicis sinistra debetur: nec in lacte marris coquendus est: videlicet nec molliter, nec blandè corripendus excessus. Non lactis gratiam, sed virgam correctionis expetit: sicut sapiens ad filias lætum vultum prohibet exhiberi. Farinæ modius, moderata cordis contritio, quæ in passione domini misero defuit proditori. Panes azymi, panes lachrymarum

marum & doloris sine fermento simulationis, sine fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. Super lapidem ponere, est agnoscere & confiteri, quia peccata nostra portauit. Ius carniū cum eiusdem carnibus exhibet, qui non sola opera, sed etiam noxios appetitus, & culpabiles plangit affectus. Virga crucem Christi significat. Summitas virgæ qua sacrificium tangitur, & consumitur, primum beneficium dominicæ passionis in expiatione peccati. Media longitudo virgæ, est directio vitæ. Summitas altera in manu angeli, necdum in nostra, ipsa est quam præstolamur vita æterna. Vnica enim est nobis in hac virga spes indulgentiæ, ad remittendū peccatū. Spes gratiæ, ad meritum obtinendum. Spes gloriæ, ad percipiendum fructum gloriæ sempiternæ. Ad eadem tria pertinet, quod de sanguine agni, vt poneretur in vtroque poste & superliminari, sanctio legalis constituit. Ostium enim domus nostræ, iudicium conscientiæ: quod lex egredi prohibet, ne quis in eo quod probat se ipse iudicet. Duo postes, ad duo genera pertinent cogitationum, accusantium, vel defendentium super his quæ committimus mala vel bona. Hæret ostium dextro posti, dum innittitur bonis: sinistrum percutit, dum redarguit mala. Superliminare ad vota superna pertinet & præmia sempiterna. In quibus nobis omnibus necessarius est sanguis agni, sine cuius fide, confessione, virtute, nec peccata possunt remitti, nec opera quælibet acceptari, nec cælestia gaudia obtineri.

STEPHANVS.

Pones super petram. Id est Christum. vt quicquid boni agimus, Deo tribuamus. Vnde in fine horarum semper dicimus: Benedicamus domino. Et Zacharias: Sumes autem & ar. & facies coronas, & pones eas in capite Iesu.

Contra inanem gloriam.

Per diem noluit facere, etiam si posset. In quo instruimur vt bona nostra sine scandalo proximorum prout possumus faciamus.

De vsu temporalium.



Vi manu & lingua lambuerunt aquas sacræ paginæ, digni sunt verbo Dei, vel per aquas temporalia designantur: quæ lambere, est summatin tangere, vt canes lambere solent. Nota proprietate canis. Percussus à domino non oblatrat, sed etiam post ver-

Cap. 7.
H

bera redit ad dominum.

I *Narrabat aliquis somnium suum, &c.* Benè ille narrat de Gedeone quasi somnium : quia amatoribus mundi quicquid de iustis dicitur, videtur eis quasi somnium.

K *Oreb interfecit in petra, Zeb in torculari.* Oreb interpretatur tentatio, Zeb deuoratio acus : quia praua cogitatio allidenda est ad Christum, & prauus actus interficiendi sunt in penitentia.

Cap. 8.
L *Apprehendit Gedeon puerum de viris Sochot, &c.* Ecce puer adocuit eum, & sic eos destruxit qui infirma mundi cli. vt. f. confun.

De praelatis.

M *Quales fuerunt viri quos occidistis in Tabor? Qui resp. Similes tui. Et ille: Si serua. e. non vos oc.* Tales sunt praelati, qui per auaritiam atque superbiam pauperes & humiles, sicut Christus pauper fuit & humilis, occidunt. Verùm quia malè seruauerunt subditos, interficiuntur à domino : sicut Zebee & Salmana. De luxuriosis nulla fit mentio, quia non sunt digni nomine.

N *Gedeon fecit ephor de ornamentis regalium camelorum.* Hoc contra illos qui aliquem eligunt in episcopum, propter sapientiam tantum seculi. Item, Gedeon de præda fecit ephor, hoc contra illos qui de rapina faciunt eleemosynam.

Cap. 9.
O *Bit Abimelech &c.* Nota quòd electio Abimelech procurata fuit, & ideo non habuit bonos exitus.

P Abimelech rex factus bonos interfecit, & vagos exaltauit. Sic prauus praelatus bonos humiliat, & prauos sublimat. Item regnante Abin Ionathan absconditur : quia cum surrexerint impij, abscondentur homines, &c. Itè nota quòd iuxta quem rex constituitur.

Q *Dixerunt ligna ad yamum, &c.* Ramus primò mollis est, postea crescit in spinas. Talis est malus praelatus. Sub umbra mea requiescite, hoc est, quod me videritis facere facite.

R *Accedens Abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter.* Pauper qui nullum habet accessum, non ambit episcopatum : sed diues qui per amicos vel aliquo modo accessum habet, ille appropinquat & oppugnat fortiter, & ignem cupiditatis nititur supponere, cuius fumus oculos exæcat.

S *Et ecce vna mulier fragmen mole desuper iaciens illi sit capiti Abimelech, & confre. cere. e. Qui voca. armi. &c.* Hæc mulier est vanitas

vanitas mundi, quæ labore & circuitu mundi plures occidit, qui tamen ab armigero se simulant interfectos, hoc est sacræ scripturæ imperio.

De prædicatione.



Locutus est Iepte omnes sermones suos coram Domino in Massphar, Quod dicitur speculatio, vel contemplatio. Qui enim locuturi sunt sermones domini, debet esse in specula, id est in eminentia bonæ vitæ, & coram domino: hoc est in humilitate, non propter gloriam vel commodum temporale. Iepte reuertenti de prælio occurrit filia cum tympano & cho. Quilibet homo habet filium, id est spiritum: & filiam, id est carnem. Filia ergo iusto triumphanti occurrit cum tympano: quia caro semper blanditiis delectatur. vnde Esaias: Ecce dominus vocat ad fletum & planctum & cingulum sacci, & ecce gaudium, &c. Verùm carni taliter insultanti dicendum est cum Iepte: Decepisti me per culpam, & decepta es à me per pœnam.

Cap. II.
T

Ecce in Efram orta est seditio. Quia semper dissensio est inter fructificantes & quærentes temporalia.

De amore mundi.



Vi respondit, Thebolech. Quod interpretatur paleæ spica. Non enim potuit dicere Sebolech, quod dicitur spica. Efram, id est fructificantes in temporalibus & amatores mundi non possunt dicere Sebolech, id est loqui de bonis moribus: sed Thebolech, id est paleam: hoc est de vanitate mundi. vnde Esaias: Et erit quasi phytonis vox tua, & eloquium tuum de terra musitabit. Item: Et tu Galilæus es. nam & loqu. tu. te mani. fa.

Cap. II.
X

RADVLPHVS.

Quòd mens nil spirituale pariat nisi sancto otiosè coniungat.



Rat vxor Manue sterilis, sed visitante angelo. Sampsonem genuit. Non enim sterilis poterat permanere, quæ tali viro extiterat iuncta. Manue siquidem interpretatur requies. Per hanc igitur designatur quòd mens quæ in mundanis negotiis diu versata spirituales fructus non attulit, si quietem si-

Cap. II.
Y

bi coniunxerit, si vacare voluerit vt Deum agnoscat, theori-
cis illuminationibus roborata fortè virum proferre poterit.

G V I L I E L M V S D E S A N C T O T H E O D .

Quòd aliquos indulta gratiæ copia deteriores efficiat.

Z *Si Dominus voluisset nos occidere, non suscepisset sacrificium de
(manibus nostris. Sæpè rudis & adhuc insciens animus in
eum orandi assumitur affectum, qui pro præmio reddi solet
meritis perfectorum. Quod cum fit, agitur vt vel in iudicium
suum non liceat nescire negligenti quid negligat, vel vt pro-
uocatio charitatis amorem in eo gratiæ vltro se offerentis
accendat. In quo prò dolor plurimi falluntur: quia cum pas-
centur pane filiorum, iam se filios esse arbitrantur, & defi-
cientes vnde proficere debuerat ex visitante gratia, euanes-
cunt à conscientia sua, arbitranes se aliquid esse cum nihil
sint, & de bonis non emendantur, sed indurantur. Et cum à
bono patre de preciosiore gratiæ substantia pascantur serui,
vt affectent esse filij, ipsi gratia Dei abutentes efficiuntur ini-
mici. Et cum ab oratione ad suas negligentias reuertuntur,
illud vxoris Manue, et si non ore corde tamen sæpius repli-
cant in seipsis: Si dominus voluisset nos occidere &c. Hoc
est, nisi nos Deus diligeret, non nos tantæ dulcedinis gratia
visitaret.*

S T E P H A N V S .

De imitatione passionis Christi.

Cap. 4.

A



*Proponam vobis problema. Christus nobis quoti-
die proponit imaginem crucifixi, & si non
soluimus ei hoc problema, vt tollamus crucem
nostram sequendo ipsum: dabimus ei triginta
sindones, & to. iu. quia persoluemus pcc nam in
corpore & in anima. Si autem soluerimus, & hoc intra septē
dies conuiuij, id est in præsentī tempore quod per septena-
rium designatur, dabit nobis duas stolas corporis & anime.*

De patientia.

B

*De comedente exiuit cibus. Quando aliquis potens qui
alios per potentiam opprimebat mortuus est, tunc dici po-
test, De comedente exiuit cibus, &c. id est, De potente qui
pauperes comedebat exi. ci. quādo scilicet eius exemplo alij
sibi cautelam assumunt. Vel: De co. ex. ci. quando homo in
ipsa angustia & amaritudine animi dulcedinem inuenit. Si-
cut*

cut Laurentius in craticula, in lapidibus protomartyr Stephanus. Et hi problema solunt, corpus & animam martyrio contradentes. Vnde & à vero Sampson stolam duplicem obtinebunt.



Sampson uxori suæ hædum attulit. Et Iudas hædum Thamar misit, & Rebecca dixit Iacob: Affer mihi duos hædos. Hædus est exprobratio peccati.

Cap. 15.

C

Cumque Sampson vellet intrare cubiculum uxoris suæ, prohibuit eum pater suus. Cum Christus vult intrare cubiculum cordis, prohibet eum mundus, siue diabolus. Et mater. i. concupiscentia. quæ semper ad animam Christi accessum impediunt.

C

GALFRIDVS.

Quòd nisi resistatur principiis, finis suggestionis diabolicæ nos adurat.

Apprehendit Sampson trecentas vulpes, caudisque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio, quas igne succendens dimisit. Quæ statim perrexerunt in segetes Phylistinorum. Vulpeculæ istæ non immeritò trecentæ dicuntur: quia per tria centena multiplices illæ subreptiones, quæ trinam transgressionem. i. cogitationis, loquutionis, & operis faciunt, figurantur. Habent autem istæ vulpeculæ faculas ardentes in caudis: quia subreptiones noxiæ, nisi à principio deuitentur, cum iam ad effectum venerint, miseram conscientiam obruant, & adurant. Et meritò comburitur ardentibus faculis: quia noluit à subdolis cauere vulpeculis. Quod incendium nostris hostibus irrogamus, dum sic perdere reproborum fructus & eorum opera studiosa meditatione curamus.

E

Aliter quoque huiusmodi vulpium caudis ardentes faculas alligamus, si post noxias subreptiones ex quibus trina illa transgressione prolabimur, igne compunctionis & pœnitentiæ succendamus. Et proculdubio ignis iste comburit messes hostium: quia pœnitentiæ ardor opera concremat dæmoniorum: nec habebit diabolus quod in nobis de corpore suo metat, si id quod seminat facula compunctionis exurat.

F

Quòd per carnis blanditias deceptus spiritus æternis suppliciis addicatur.

Cap. 16.
G

Dalila super te sampson. Nisi Sampson Dalila consensisset, hostium virtutem super se non sensisset. Sit igitur mulier in potestate viri id est, caro sit subiecta spiritui, ne regnet peccatū in nostra mortali carne. Alioquin Dalila Phylistæum, Phylistæus accerser Iebusæum, Phylistæum & Iebusæum, mundum dico & diabolum: qui cum Dalila carne nostra fœdus inierunt, vt suffocent spiritum & eneruent. Hæc enim duplici armatura spiritum aggrediens, nunc blandimento allicit, nunc fraude circumuenit: nunc columbæ simplicitatem, nunc vulpeculæ induit calliditatem. Quomodo dicis, ait caro spiritui, quod ames me? cūm facias laborare, jeiunare, vigilare. Quomodo dicis quod ames me, ait Dalila Sampsoni, cūm animus tuus non sit mecum? Interim in dolo vulpeculæ attende quid Dalila fecerit. Defecit anima eius, & vsque ad mortem lassata est, donec fecit Sampsonem dormire super genua sua. Quid est Sampsonem dormire super genua meretricis, nisi spiritum delectari in operibus carnis? Tunc tondetur Sampson & deturpatur: quia spiritus carnali illecebra seductus gratia & decore virtutum spoliatur. Recedit à Sampson fortitudo sua. Cesset necesse est opus iustitiæ, vbi regnat carnalis lasciuia. Phylistæi eruunt oculos Sampson: & mundi voluptates spiritum priuant lumine rationis. Postremò Sampson ligatur, & in carcerem truditur. Et spiritus peccatorum suorum funibus constrictus pœnis æternis addicitur. Sic more vulpeculæ Dalila Sampson seducit: sic caro quotidie spiritum sibi consentientem extinguit.

STEPHANVS.

H *Qui rupit vincula.* Nota quod vxore clamante vincula rumpuntur: quia sæpè miseria carnis non directè, sed quasi à latere nos ad bonum hortatur, vt s. conditionem nostram attendamus. Sampson ter ligatus euasit, quartò victus est: quia primi motus, praua s. cognitio, & delectatio, sine consensu mortifera non sunt. Quæ verò sequitur, occidit.

AILREDVS.

Quod per septem crines septem cogitationum genera designentur.

I *Si rasi fuerint vij. crines capitis m. deficiet fortitudo m.* Custodite fratres maximam fortitudinem vestram, quam instar Sam-

Sampson vij. vobis crines conseruant. Instant Phylistæi, dormientibus funes iniiciunt. Sed nisi prius radantur crines septem, nihil proficiunt. De his funibus ait Propheta: Funes peccatorum circumplexi sunt me. Sed quia fecit quod sequitur: Et legem tuam non sum oblitus: alibi Deo fidenter exclamat: Dirupisti vincula mea. Sunt autem tres funes quibus nos appetunt Phylistæi. Concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Vide ô Sampson ne dormias. Vide ne otio dissoluaris. Vide ne meretricis, vanæ gloriæ seducaris illecebris. Otiositas inimica est animæ. In desideriis enim est omnis otiosus. Audiant hoc qui occasiones quærunt vagandi, quibus commune opus manuum oneri est, necessariis mentis operibus otio vacant, & fabulis. Hi sunt quos sæpè cernimus Phylistinorum innexos funibus, nunc carnis stimulis agitari, nunc stultis occupationibus infeliciter irretiri, nunc falsis virtutibus vana scientia extolli super cæteros & inflari. Crines procedunt de capite, cogitationes de corde. In septem itaque cogitationibus conseruatur fortitudo tua, quarum duæ sunt de præteritis, duæ de futuris, tres de præsentibus. Ad præterita pertinet recordatio creationis & redemptionis. Ad futura horror damnationis, & contemplatio æternæ remunerationis. Ad præsentia autem consideratio nostræ infirmitatis, & diuinæ bonitatis, cum memoria illius quam sæpè experimur consolationis. Has sanè cogitationes si letali somno sopitus prodideris meretrici id est, vanæ gloriæ absorbendas tradideris, quasi impotens & infirmus Phylistæis, nequam videlicet spiritibus tradêris continuò illudendus.

STEPHANVS.

Egrediar sicut & ante feci. Sic multi per aliquod mortale K lapsi, bona faciunt sicut prius, sed tamen se non liberant.

HVGO DE S. VICTORE.

Quòd animus Deo inhæres carnis illecebris nõ vincatur. L
Apprehenderunt Phylistiim Sampson, & erue. oculos eius, & clau. in car. mo. f. Qui in corpore laborem sustinere nolunt, ad laborem animæ perueniunt: eorumquè mentem furor malorum desideriorum exagitat, quorum carnem pœna debita non castigat. Sic nimirum Sampson ille erutis oculis ad molam ponitur: quia amisso animus lumine veritatis per appetitum terrenorum desideriorum circumfertur. Qui vide-

licet Sampson quandiu capillum capitis habuit, insuperabilis fuit. Sed postquam in sinu mulieris obdormiuit, caput capillum perdidit, continuò ab hostibus capitur & cæcatur, seruituti etiam addicitur. Sampson interpretatur sol eorum, & significat animum diuina cognitione illuminatum. Caput Sampsonis, principale est mentis. Capillus capitis, radius est contemplationis. Sinus mulieris, blandimentum est carnis. Quandiu ergo animus contemplationi inhæret, à tentatione superari non potest. Quòd si in delectatione resolutus fuerit, ibique obdormierit, continuò veritatis intimæ lumen amittit, & interciso radio contemplationis, prauis motibus repugnare non sufficit: tandèmq; erutis oculis ad molam ponitur, quando internæ dulcedinis oblitus per terrena desideria dissipatur.

S T E P H A N V S .

De victoria mundi.

M *Et apprehendens ambas columnas.* Istæ duæ columnæ sunt luxuria & cupiditas: quibus innitebatur domus: quia conuersatio peccati maximè his duobus subsistit. Tenens alteram læua, dum temporalia dando cupiditatem extinguit: & alteram dextra, dum luxuriam præ desiderio æternorum dissipat & contemnit. Et benè dixit, Concussit for. co. quia fortitudine opus est ad destructionem peccati.

De mortificatione peccati.

N *Moriatur anima mea cum Phylistiim.* Anima id est, sensualitas, &c. Mortificatur caro, vt mortificentur maligni spiritus.

O *Multo plures interfecit Sampson moriens quam occi. vi.* Quia vbi abundauit de. supra. & gra. Viderunt populum absque vlllo timore iuxta Sydoniorum consuetudinem. Tales querit diabolus, qui absque timore sint, sicut & mali prælati qui nec Deum timent, nec homines reue.

H V G O D E F O I L L E T O .

Quòd frequenter vbi religionis humilitas quæritur, vanitas inuenitur.

Cap. 13.

P



Enerunt filij Dan ad domum Michæ, & inuenerunt ibi ephod & sculpilæ atque confatile. Dan interpretatur iudicium. Iustus enim initio accusator est sui. Filij Dan prouidentes sibi sortem hereditatis, designant quosdam de seculo prouidentes sibi ad

habitan-



dom
Nol
tati
tudi
diab
Sem

habendum domum cōuersionis. Inueniunt autem ibi quandoque ephor id est, habitum religionis, & cum eo sculptile peruersi operis, & constatile confabulationis. Notum est quod cū fieri debeat constatile, metalli species circumpositis follibus ponitur in igne, fit tumultus follium attracto & emisso aëre, commouentur cineres, crescit flamma, volant scintillæ. Sic in quibusdam ecclesiis euenire solet, dum simul in aliquo loco conueniunt otiosi fratres. Ponunt in medio metallum id est, materiam conuitorum. Aërem folles emittunt & attrahunt, cū rumores audiunt fratres & referunt. Auditur ibi tumultus follium id est, dissensio impatientium. Commouentur cineres, quia citò turbantur leuiores. Crescit flamma, dum succenditur ira. Volant scintillæ id est, verba discordiæ. Sic cū Aaron fecisset vitulum constata à filiis Israel petit inaures. Inaures sunt rumores: quia sicut inauris imponitur auri, sic rumor auditui. Ex his igitur procedit vitulus petulantia. Qui si præcedat, aufert nobis rectitudinem viæ. Non enim grauitèr incedit, sed ludendo discurrit. Cū ergo aliqui de seculo ad domum religionis veniunt, & hæc inueniunt, domum Michæ se reperisse credunt. Michas interpretatur, quis est hic. Dum autem inueniunt ephor id est, verba detractionis, exeunt quandoque & recedunt & admirantes huiusmodi conuersionem, quis est hic dicunt. multi siquidem istorum societate peiores fiunt, multi verò ab eis discedentes ad meliora transcendunt.

STEPHANVS.

De coniugio concupiscentia.



*V*nde quidam accepit vxorem de Bethleem, &c. Per virum spiritus, per vxorem concupiscentia accipitur. Pater vxoris, est diabolus. Securus est eam vir suus, contra sapientis edictum qui ait: Post concupiscentias tu. non eas. Mansit gener. id est, spiritus, in domo soceri id est, diaboli. quod non est faciendum. Vnde: Noli conciliari cum socero tuo, &c. Tribus diebus. Delectatione, consensu, & opere. vel consensu, opere, & consuetudine. Gusta prius paxillum panis. Semper ieiunium odit diabolus. Quæso te vt hinc hodie maneas, paritè. que legemur. Semper ad læticiam inuitat diabolus.

Cap. 19.

Q

SVPER RVTH.

De ambitione.

R Nota quòd Leuites non vult manere in Iebus quòd interpretatur conculcata, sed in vrbe Rama pertransit, quòd sonat excelsum, & ibi illuditur ei. Sic multi qui nolunt in simplicitate vitæ manere, sed ad dignitates & celsitudinem perfectionis transeunt, vbi à malignis spiritibus sapius seducuntur. Hinc est quòd Loth in Segor non peccauit, sed in monte inebriatus à filiabus incestum commisit.

S *Leuauerunt vocem viri Iuda, & fle.* Ecce isti lugent filios Benjamin, quos coacti erant punire: sic prælatus etiam quos punit, lugere debet.

Finitur liber Iudicum.

S E Q V I T V R L I - B E R R V T H.

S T E P H A N V S.

Cap. i.
T



N via reuertendi posita. Via notat profectum. posita, stabilitatem. quæ duo sunt necessaria. vnde: Posui vos, vt eatis; & fructum afferatis, &c.

V

Orpha osculata est socrum, ac reuersa. Hæc est vxor Loth retro aspiciens. Sic multi præcepta commendat ecclesie, digito autem s. n. e. mo.

X

Hæc faciat mihi Deus & hæc adda.

Dominus facit malis, & addit: subtractionem gratiæ in præsentem, & gloriæ in futuro.

De statu sanctorum in præsentem.

Y

Nolite me vocare Noemi id est, pulchram, sed voca. me Ma. id est, ama. &c. Hæc est vox iustorum in præsentem, qui licet alibi pulchri sint, sibi tamen videntur deformes. Sed voca. me Ma. modò enim cortinæ latent sub sagis, & ligna Sethim albæ spinæ similia sunt. Et Gedeon tanquam panis subcinericius visus est. & in Ecclesiastico de virò iusto dicitur: Tanquam arcus refulgens inter nebulas gloriæ. Et in Apo. Factus est sol quasi sagus cilicinus. Item: Nigra sum, sed formosa. Item: Adolescentulus sum ego, & com.

Cuius



Vius est haec puella? Quando quis sollicitè spicas, id est sententias sacrae paginae colligit, dominus à messoribus, id est doctoribus itatum ipsius requirit. Quod tunc facit, cum prouocat ad prædicandum. Vnde ipse quaesuit à Philippo: Vnde ememus panes vt manducent hi? Sed nota quòd in puella sit simplicitas, puritas, quæ colligētibus spicas necessaria sunt. Rogauit vt spi. collig. quia oratio debet esse præambula lectionis. Et ait Booz: Ne vadas in alterum agrum, id est ad alteram facultatem, ex quo audisti theologiam: & iungere puellis, id est animabus simplicibus: quia à conuictu mores formantur.

Vade ad sarcinias. Id est, imple opere quod audisti. Per hoc autem quòd diminutiuum ponit, notat quòd cum omnia bona fecimus, dicamus, Serui inutiles sumus.

De memoria passionis.

Tinge buccellam t. in aceto. Id est in amaritudine cordis. Vel in aceto, in memoria passionis, & omnia dulcia erunt tibi. Per buccellam, bona opera designantur. Diminutiuum verò notat quòd non sunt condig. passio, huius temp. &c. Item: Id momentaneum & leue tribula. Item: In paucis vexati, in mult. &c.

Contra inuidiam.

Si vobiscum metere voluerit, ne prohi. Vnde: Si reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Et Moy. Vtinam omnes prophetarent. Et de manipulis, id est sententiis proiicite ex industria. Dominus non omnia reuelauit expositoribus sacrae scripturae, & etiam dispensauit vt aliquid ex industria relinquere de iis quæ videbant, vt sollicitudo nostra exerceretur. Multa enim vidit Augustinus quæ non exposuit. Vt absque rubore colligat. Multi enim modò loquuntur, qui non audent loqui tempore maiorum. Et colligentem nemo cor. id est mala pristina nemo impropere.



Non te videat homo. Quasi, Gloriam habe in conscientia, non extra.

Nota locum in quo dor. Bo. Sic magdalena fecit locum Caluarie. Non in prato dormiunt, sed in loco damnatorum.

Quicquid præceperis faciam. Sic pœnitens debet facere, non sibi præscribere formam pœnitentiæ.

De pietate Dei.

G *Expandit homo, & conturbatus est.* Sic dominus cum videt aliquem poenitentem, conturbantur viscera eius ad miserandum.

De imitatione passionis Christi.

H *Extende pallium tuum saltem parum.* Vt saltem reliquias passionis imitemur. Vnde & dominus comedit piscem asstum, & dedit reliquias discipulis.

I *Extende pallium.* Fac quod corde concepisti: quantum dilataueris, tantum accipies. Et tene vtraque manu. adiuua & contemplatiua. Cum dicit extende, notat profectum: cum dicit tene, firmitatem, siue perseuerantiam.

K Nota quod Ruth per se non collegit nisi tres modios, & sex recepit. Sic scholares non tantum studendo colligunt, quantum boni claustrales extenso cordis pallio suscipiunt.

Finitur liber Ruth.

SEQVITVR LIBER
REGVM PRIMVS.

STEPHANVS.

De inani gloria

Cap. 1

L

M

N



Onicula non ascendet super caput e. Filium Annæ, est opus aliquod contemplatiuæ. Huius filij caput raditur, quando opus contèplationis ad inanem gloriâ fertur.

Effodi animam meam. Nota quod in effusione res patet quid sit, & res effusa vilis reputatur. Sic poenitens debet ostendere quæ fecit, & se vilem reputare.

Non vadam donec ab lactetur infans. Donec à mamma mundi separetur. Multi ascendunt, antequam ablaçentur: quia multi promouentur, antequam aliquid sciant.

HUGO DE FOILLETO.

Quod carnem crudam comedit qui in religionis habitu pro libito suo viuit.

Cap. 2.

O



Non accipiam à te carnem coctam, sed crudam. Carnem crudam non coctam quærunt, qui tribulationis ignem fugientes paupertati se subtrahunt & labori. In camino etenim paupertatis decoqui solent.

solent vitia carnis. Carnem crudam idcirco desiderant, vt quod & quomodo & quantum velint sibi coquant. Tales sunt quidam qui morantur in claustro quasi in Silo, qui nihil aliud faciunt, nisi quod vel quomodo, vel quantum volunt. Hi sunt qui cum mulieribus dormiunt, dum se carnis desiderii coniungunt. Illos qui veniunt in Silo ne sacrificent impediunt, cum nouiter conuersos verbis & exemplis ab exercitio bonæ operationis auertunt. Accendi non permittunt adipem: quia extincto charitatis igne, non infundunt bonæ actioni cordis dulcedinem. Tales subditos prælati negligentes nutriunt, qui etsi quantum ad se benè viuant, quia tamen tales increpando non corrigunt, mortaliter peccant.

STEPHANVS.

De inuidia.

Non poterat videre lucernam antequam extingueretur. Lucerna sunt sancti. Hely sunt amatores mundi, vt typhanni qui sanctos viuentes non agnoscebant, sed post mortem eos per miracula cognouerunt. Hoc est quod legitur de Gedeone, quod contractis lagunculis apparuerunt lucernæ. Multi etiam modò sunt tales vt Hely, qui nunquam laudabunt probitatem in alio nisi post mortem.

CASSIANVS.

Quòd nihil aduersus eos diabolus præualeat, qui suorum voluerint acquiescere consiliis seniorum.

Surgens Samuel venit ad Hely. Ecce, inquit, adsum, quoniam vocasti me. Nihil aduersus minores callidissimus præualeat inimicus, si absque confusionis operimento omnia cordis sui secreta senioribus manifestent, atque ab eis vel remedia vulnerum, vel exempla conuersationis ac vitæ fiducialiter sumant. In tantum enim Deo placita hæc sententia comprobatur, vt etiam scripturis sanctis hanc institutionem inueniamus insertam: ita vt puerum Samuelem suo præelectum iudicio nollet per semetipsum diuini colloqui j disciplinam erudire, sed recurrere semel & iterum pateretur ad senem eum quem ad suum conuocabat alloqui, etiam illius qui offenderat Deum, dum senioris doctrina vellet institui. Et hoc ideo, vt & illius qui ad diuinum ministerium vocabatur probaretur humilitas, & iunioribus forma subiectionis hoc proponeretur exemplo.

ODO TVSCVLANVS.

Quòd Christus sit virtus militiæ Christianæ.

f ij

Cap. 4.
R



Asrametati sunt filij Israe' iuxta Lapidem adiu-
Et nos charissimi ipsorum exemplo iuxta
hunc lapidem nostra castra collocare cura-
mus. Alioquin ab hostibus subito capiun-
tur, capta dissipatur, & in cineres redigun-
tur. Lapis enim iste fortitudo castrorum
est, & pulchritudinis ornatus: & in circuitu sese ducens, non
solum se murum, sed etiam antemurale constituit, legitur enim
Et dominus in circuitu populi sui. Bene autem lapis adiuto-
rij: quia non solum munimentum tribuit, sed & adiuvat &
defendit. De particulis enim eius in funda accipimus, & con-
tra Goliath rotantes gloriosam de aduersario victoriam re-
portamus. Haec equidem castra congruum sibi nomen a ca-
strando sortimur: quia nullus fidelium in his castris mu-
tat, nisi propter regnum caelorum se fecerit eunuchum. In
his castris militant quibus dicit Apostolus: Despondi vobis
vni viro vir. cael. ex. Christo. Quanto igitur gloriosiora de
his castris dicuntur, quantoque grauius imminet pericu-
lum, tanto super ea diligentiori cura vigilare debemus.

STEPHANVS.

De cura carnis.

Cap. 5.
S



Praxiales eorum prominentes computrescebant. Estales,
id est cogitationes eorum qui scientiam Dei in-
digne detinent. promi. per praua opera. compo-
tres. praua consuetudine. Et fecerunt sibi pelliceas
id est molles, cum potius debuissent durare re-
cuisse. Sedes pelliceas facere, est mollitiem seculi in hac mor-
talitate querere.

HVGO DE S. VICTORE.

Quod carnalis affectus bonum propositum non debet
impedire.

Cap. 6.
T



Vaccae in di. Vaccae arcam superpositam
gestantes & mugientes recto itinere Bethsanum
vadunt, quando fideles legis diuinae meditatio-
nem iugiter in corde suo portantes, per vicem
boni operis ad caelestem patriam tendunt, &
pergentes pro his quos adhuc carnalis affectus in hoc mun-
do obligat, mugitus compassionis edunt, qui nec propter
compassionem a recto itinere declinant, nec propter inimi-
cis propositum a mugitu compassionis cessant. Hinc est quod
Hier. ait: Plauserunt super te manibus o. t. v. Plaudunt
etiam

enim & simul transeunt: quia sic afflictis compassionis suæ affectum exhibent, vt tamen à proposito recti itineris non deficiant nec declinent.

STEPHANVS.

De pralatis.

F *T* erat *Saul electus bonus*. Talis debet esse qui ad curam eligitur animarum. Saul interpretatur petitio. sic prælatus debet postulari, non se ingerere, vt sit vocatus tanquam Aaron. Melior. Orige. Ille eligendus est in prælatum, de quo constat quòd inter alios sit optimus. Ab humero, & supra eminebat. Per humerum, opera intelliguntur: per hoc quòd dicit sursum, scientia & doctrina, quæ de iis quæ sursum sunt debent esse.

Cap. 9.
V

PETRVS LOMBARDVS.

De tribus virorum generibus qui ad lignum crucis reperiunt Saluatorem.

A *t Samuel ad Saul: Cum veneris ad quercum Thabor, ibi te inue. tres vi. as. ad Deum in Bethel, vnus portans tres hædos, alius portans tres tortas panis, alius lagenam vini. Et hoc signum quòd vnixerit te Deus principem populi.* Princeps vnctus qui à tribus ascendentibus in Bethel inuenitur, Christus vnctus est oleo lat. præ consortibus suis. Iste ergo inuenitur, & verè à tribus, & hoc ad quercum Thabor. Quercus ista quæ parui quidem pretij est, sed roboris immensi, crucem significat saluatoris. De qua Apostolus: Verbum crucis pereunt, scilicet est, &c. Ac si dicat: Crux Christi pereuntibus quidè quercus videretur, arbor s. sterilis. His autem qui salui sunt, cedrus est & lignum fructiferum. Sed qui sunt hi viri quorum alius portat tres hædos, alius tres tortas panis, alius lagenam vini? Tres viri, tria sunt hominum genera, incipientium, proficientium, perfectorum. siue quos Propheta vidit saluandos, Noë, Daniel, & Iob. Tres hædi, tria sunt sacrificia. Hædus enim in sacrificio offerebatur. Rectè ergo in tribus hædis tria signantur sacrificia, contritionis, iustificationis, deuotionis. De primo habes: Sacrificium Deo spiritus contri. De secundo: Sacrificate sacrificium ius. De tertio: Sacrificium lau. ho. me. Peccator enim primò veterem hominem in se mactare debet per pœnitentiam, inde in no-

Cap. 10.
X

uitate vitæ ambulare per iustitiam, tandem Deum laudare per ineffabilem lætitiã. Alius portat tres tortas panis. In pane refectio spiritalis intelligitur, quæ est sacra scriptura. Et nota quòd non dixit panes, sed tortas panis. Torta enim panis cibus est rusticorum, & eorum qui sibi suisque victum propriis sudoribus elaborant. Et nos certè panibus istis non nisi in sudore vultus nostri vescimur, & labore. Primus enim nostri generis propagator vescebatur panibus, & non torta: quia sine labore & afflictione animi veritatem mysteriorum Dei, mentis veritate & perspicacia capiebat, quòd nobis vitæ iam negatur. Tres igitur tortæ panis, tres sunt intelligentiæ scripturarum. Triplex panis, triplex intellectus. Historicus, moralis, & mysticus. Historicus facilior, moralis dulcior, mysticus est acutior. Historicus incipientibus, moralis proficientibus, mysticus perfectis congruit. Hic est triplex panis in Levitico: In craticula, in clibano, in sartagine. Panis in craticula, qui totus & vndique videtur, historicus est intellectus. Panis in sartagine, qui ex parte videtur, & ex parte non videtur, moralis est. Panis in clibano, qui non nisi de longe videtur, mysticus est. Hi sunt tres panes in Evangelio quos amicus ab amico postulat sibi dari. Sunt & aliæ tres ciborum species. Vnus est quo vescimur exerentes de Aegypto, sed citò deficit. Post hunc manna succedit quòd cælum distillauit. Tertius, cum iam de terra sancta capimus nouum fructum. Primus cibus est incipientium eruditio. Secundus qui percipitur in deserto, proficientium. Tertius qui est in regione palmarum, perfectorum. Verè enim fructum palme reperit, qui deuicto hoste metam perfectionis contingit. Hos igitur tres panes vir secundus portabit. Tertius legitur vini. In vino intelligitur mentis deuotio & lætitiã spiritalis. hoc est consideratio & delectatio cœlestium gaudiorum, quæ nos facit terrena despiciere, & amare cœlestia: querere quæ non videntur, non quæ videntur.

STEPHANVS.

Cap. II.
Y



*V*erum omnium vestrum oculos dextros. Semper diabolus sinistram oculum vult seruare, dextrum eruere. Hoc est quòd Pharæo iussit mœculum interfici, & fœminas reseruari.

De humilitate.

Et

Et recessit eos in Bezech. Semper iustus debet opera sua recensere in Bezech. i. in egestate, non in sufficientia: vt dicat, Seruus inutilis sum.

De conflictu vitiorum.

Constituit Saul populum in tres partes. Sic vir iustus facit, cum orationem opponit superbiæ, ieiunium luxuriæ, elemosynam auaritiæ. Phylisium fecerunt tres cuneos. Vnus pergit contra viam Effraim. Tunc cuneus diaboli vadit contra Effraim, quando tentat hominem per cupiditatem. Alius ingreditur per viam Be. quod interpretatur domus montium. Hac via incedit, quando de superbia tentat. Tertius ver. se a. i. terminum. Terminus terræ nostræ, est caro nostra. Sicut autem laboriosum est custodire extremitates regionum, sic difficile est custodire carnem nostram. Ad huius terminum tendit diabolus, cum incitat ad luxuriam.

Contra inanem gloriam.

A *Scendit Ionathas ad stationem Phylisii. populo ignorante sed patri suo non indicauit.* Hoc est, Nesciat sinistra tua quid faciat dextra t. hoc est quod nesciente Laban fugit Iacob. Cap. 14.

De pœnitentia.

D *Exit Saul Cinea: Recede ab Amalech.* Cinea, i. lugens Amalech, populus lugens terram. Qui ergo vult esse Cinea. i. lugens pro peccatis, separet se à lingentibus terram. i. concupiscentibus temporalia: quia Cain. i. possessio. interfecit Abel. i. lucum. Cap. 15.

De prælatis.

D Nota quod Saul de asinis quærendis vocatus est, & David de pascendis ouibus: quia nullus vocatur ad regimen, nisi reuocet peccatores, & bonos studeat custodire.

BERNARDVS.

Quod inobedientem faciat non quæcunque transgressio, sed animus obstinatus.

E *Vasi peccatum ariolandi est rep. &c.* Non ait, Non acquiescere, sed Nolle acquiescere, vt non iusionis simplex ipsa transgressio, sed voluntatis suæ perba contentio scelus idololatriæ reputetur. Non est enim id ipsum nolle obedire, & non obedire. Hoc quippe interdum erroris est, interdum infirmitatis. Cap. 16.

mitatis, illud verò aut odiosæ pertinaciæ, aut contumaciæ non ferendæ. Non ergo qualiscunq; mandati præteritio criminalem facit inobedientiam, sed repugnare seu nolle acquiescere.

BALDVINVS.

Quòd cuique sit idolum quicquid contempto Deo principuè reueretur.

F *Quasi sc'e'us idololatria, n.* At qui seruus non debet herilis imperij esse arbiter, sed minister. Idolum est autem hominis, quicquid plusquam Deum colit, aut diligit. Filiis ergo inobedientiæ voluntas sua idolum est, cuius motus contemptu Dei voluntate sequuntur, & quicquid ipsa iusserit quasi sacrosanctum adorant.

BERNARDVS.

Quàm ficta sit confessio detestanda,

G *Peccau, sed honora me coram senioribus.* Est confessio eo periculosius noxia, quò subtilius vana, cum iam etiam inhonesta, & turpia nobis detegere non veremur, non quia humiles simus, sed vt esse putemur. Appetere autem de humilitate laudem, non humilitatis virtus, sed subuersio. Verus humilis, vilis vult reputari, non humilis prædicari. Gaudet contemptu sui, eo solo superbit quòd laudes contemnit. Quid peruersius, quidve indignius, vt humilitatis custos confessio superbiæ militet, & inde velit videri melior, vnde videris deterior? Mirabile iactantiæ virus, vt non possis putari sanctus, si non appareas sceleratus. At talis confessio speciem habens humilitatis non virtutem, non solum gratiam non meretur, sed & prouocat iram. Nunquid profuit Saul quòd se ad inculpationem Samuelis peccasse confessus est? Culpabilis certe fuit illa confessio quæ culpam non diluit. Quando enim humilem contemneret humilitatis magister, & cui humilibus dare gratiam ingenitum est? Omnino non poterat non placari, si quæ in ore sonuit, in corde radicallet humilitas.

GALERIDVS.

Quòd in nostris miseris cœlestis consolatio quærenda sit non humana.

H *Ait Saul ad Samuelem: Peccau, sed nunc veni, honora me coram populo, & cor in Is.* Væ misero, quia non perstitit pro indulgentia supplicans, & exorans, quòd consolationem aliam qua-

qualemunque non repulit. Vicisset enim, audeo dicere, & diuinam flexisset iram, & sententiæ retractationem obtinuisset, si verè pœnituisset, si in fletibus perstitisset. Sed quàm citò miserum inuenit in sua reprobatione solatium, vt honorem retineret humanum. Et nos ergo qua fiducia de misericordiæ impetratione præsumimus, qui multum quidem miseri sumus, sed miserabiles esse contemnimus.

BERNARDVS.

Quòd verè misericors causam miseriæ non requirat.

Lugebat Samuel Saul. Vera misericordia non iudicat, sed I afficit: non nititur discussione, occasione contenta. Non enim expectatur ratio, vbi affectio trahit. Iustitia meritum quærît, misericordia miseriam intuetur. Lugebat Samuel Saul. Miserans, nõ deliberans. Lugebat, inquit, Samuel Saul: qui se cogitabat occidere: & ad ignem charitatis incalcescente pectore liquefactus intus pietatis adeps foras emanabat per oculos.

Quibus armis superbia perimatur.



Sans Goliath clamabat aduersus phalangas Israel.

Cap. 17.
K

Credo non incongruè in superbo homine superbiam designari. Ipsum enim est peccatum maximum, quod specialiter insurgit aduersus eos qui peccata cætera vicisse videntur. Nam & Phylistæi illo tempore timebant Israel, nisi quòd tota eorum fiducia de Golia pendeat. Vnde enim eiusmodi animam superbia tentet, quam sibi subiugauit inuidia siue cupiditas ea quæ solet Deo vomitum prouocare, aut pigritia quæ facit vt boum stercore lapidetur? Et cui adeo cætera vitia dominantur, vt diiudicari se ab omnibus tanquam malè sibi conscius arbitretur? Quis denique nisi manu fortis aduersus Superbiam dimicaturus procedat? Armetur ipse contra Goliath, qui & vrsus vicerit, & leonem: proiectis armis Saulis: scilicet sapientia seculari, siue philosophicis traditionibus, siue etiam litera occidente. Colligit quinque lapides de torrente, quos nimirum cum leuia quæque tolleret, leuigare torrens potuit, non etiam tollere secum. Torrens est seculum præsens, quod vtinam pertranscat anima nostra, scriptura teste, Generatio præterit, & generatio aduenit, tanquam tumens vnda vnda impellens. Verbum autem domini manet in æternum.

Arbitror proinde quinque lapidibus istis quinque pertitum intelligi verbum, comminationis, promissionis, dilectionis, imitationis, & orationis. Horum quippe verborum copia latè in diuinis scripturis reperitur. Et fortè ipsa sunt quinque verba quibus loqui in ecclesia Apostolus gloriatur. Hæc autem verba transeunte mundo non modò manèt, sed etiam leuigantur, dum pertranseuntibus plurimis multiplex est scientia. Hos itaque collectos in vase memoriæ reponat, considerans quanta nobis minetur Deus, quã a promittat, quantum nobis exhibeat charitatem, & quã nobis sanctitatis exempla proponat, quæ admodum nobisque orationum commendat instantiam. In quo sanè conflictu funda quoque necessaria est longanimitatis formam habens, quam huic certamini nulla ratione decisse necesse est. Quoties ergo provocante vanitate ad recordationem comminationis diuinæ, seu promissionis, aut quorumlibet cæterorum confundi ceperis & erubescere, deiectus quidem est Goliath, sed forsitan adhuc vivit. Accede itaque propius, ne fortè resurgat, & stans super eum mucrone proprio caput eius absconde, & de ipsa quæ te appetit vanitate perimens vanitatem, nimirum humiliter & abiectius tanquam de superbo homine sentiens de te ipso, & ita Goliath Goliath gladio peremisti.

GALERIDVS.

Quibus armis Christus contra diabolum dimicauit.

L *Procedens Goliath filios Is. pro. ad sus cer.* Nullus ex nobis animositate proterua ineat hoc certamen. Non est enim qui ad hoc sufficiat. Non enim timet nos solos aduersarius nostrer: idcirco fidenter prouocat ad singulare certamen, sciens quia vix soli, qui cum ceciderit, nullum habeat subleuantem. Quamobrem opus erat vt veniret & subueniret magnus ille Dauid, manu fortis, & visu desiderabilis. Quid autem veniens afferat audiamus. Ephraim polentæ, & decem panes. Ephraim, mensura est tres modios capiens: nec incongruè trinitatis & vnitatis nobis innuit fidem. Decem panes ad decalogum pertinent mandatorum, vt noster etiam cibus sit, sicut ipsius Christi, paternam facere voluntatem. Et hæc fratribus suis offert: quia electis omnibus indifferenter exhibet. Cæterum decem formellas casei tribuno singulariter offert. Quia enim lactis nomine simplex doctrina solet intelligi, per formellas casei exempla doctorum, arbitror designari.

gnari. Quasi enim lac bibimus, si doctrinam salutis haurimus. In caseum solidamus, si effectui operis mancipamus. Quod ut competentiùs exequi valeamus, non modò caseus, sed etiam formella casei debet esse vita prælati. Per denarium autem perfectio & vniuersitas designatur, ut ad tribunal quiscuis accefferit, necessariam sibi apud eum formam salutaris inueniat actionis. Itaque decem formellas in semetipso specialiter noscitur attulisse, qui prælatos potissimum docēs, quod ipse fecit, cœpit de omnibus facere & docere. Vnde processurus athleta noster ad præmium Saulis, primùm tentauit arma, dum suscepit Iudaica sacramenta: sed eadem ipsa deposuit grauiora caufatus, non volens discipulis iugum imponere, quod nec ipsi nec patres eorum portare sufficerent. Tulit autem lapides quinque limpidissimos de torrente, & eosdem ipsos in pera posuit pastorali. Solet pera portari panibus non lapidibus reponendis. Sed quos tulit lapides, nobis facti sunt panes. Atque ideo pastoralis pera continet eos, quòd pastoribus sunt commissi ad impugnandum quidem diabolum, pascendum autem populum Dei. Legitur in Psalmo de ipso verò Dauid & ipsius Dauid filio: De torrente in via bibit. Et fortè ipse est torrens vnde lapides tulit. Torrens enim est humana vita. Torrens inundans & transiens, subito crescens & intumescens. Tulit autem lapidem de torrente ipso, qui solam asperitatem & durtiam tolerauit in mundo, omnem gloriam respiciens, omnes amplexatus molestias huius vitæ. Et si rectè quinarium ad quinquepartitam refertur corporis sensualitatem, Quinque lapides tulit, qui iuxta illud Prophetæ: Verè languores nosifros ipse tulit, molestias omnes corporis tolerauit. Erant autem limpidissimi lapides isti. Et quidem præ cæteris omnibus quos de eodem torrente vel post eum vel ante quis tulerit: planissimi per innocentiam vitæ, lucidissimi ad exemplum patientiæ, splendidissimi quoque per remunerationem gloriæ. Et si limpidissimum lapidem vis videre: Mihi, inquit, absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Hoc iam lapide Goliath in fronte percutitur, dum ad crucis prædicationem conuersus prosternitur inimicus. Nam & ipsa quæ circunuoluitur funda euangelij, nobis innuit prædicationem, cuius in omnem terram sonus exiuit. Quòd autè suo ipsius gladio perimitur, illud significat quod Apostolus ait

De peccato damnauit peccatum in carne. Quauis possit et quoque quam aduersus prædicatores aduersarius excitauit, per gladium crudelitas persecucionis intelligi: vt eodem perinde gladio cognoscatur extinctus, dum ex ipsa martyrum nece visibili fides potius profecisse & idolatria cernitur defecisse.

STEPHANVS.

De inuidia diaboli.

- M** *Erat Phylisæus nomine Goliath de Geth.* Civitas Goliath, mundus vel infernus, in quo diabolus noxios velut in torculari conculcat, habens altitudinem sex cubitorum & palma. In Ezechiele legitur quòd vir ille cuius species erat quasiarris candentis, habebat calamum mensuræ in manu quo mensurauit templum. Et calamus ille erat sex cu. & pal. Ecce eadem fuit mensura & Goliath. Mensura templi consistit in diuersitate graduum in ecclesia. Et diabolus contra hos habet mensuram suam. Per sex cubitos intelliguntur opera actiua, per palmam contemplatiua. Benè ergo dicitur quòd altitudo Goliath erat sex cubitorum & pal. quia contra contemplatiuam & actiuam extendit se altitudo diaboli, & altitudini iustorum vult se commensurari.

De luxuria.

- N** *Ocreas habebat ocreas in cru.* Per ocreas exæcratio luxuria. Ocreas ergo habent in cruribus, qui se de incontinentia sua defendere volunt.

De tela diaboli.

- O** *Hastile hasta eius quasi liciatorium tex.* Hastile, tentatio diaboli. Liciatorio textur tela. Hastile verò diaboli quasi liciatorium: quia per tentationem texuit telam mortalitatis nostræ & miseræ, quia per tentationem eius incidimus in peccatum. Vnde: Præcipitabit dominus telam quã orditus est super omnes nationes. Nota quòd David vt ostenderet se idoneum ad pugnandum, dixit se leonem interfecisse & vsusum. Leo sanguinem sitit. Vrsus melle pascitur. Prælati ergo leonem & vrsus interficit, quando nec extollitur prosperis, nec frangitur aduersis.

De quinque lapidibus.

- P** *Et elegit quinque lapides de tor.* Torrens, est fluxus seculi. Aqua enim torrentis turbida est, & luto plena. Sic delicta mundi turbidæ, & peccato plenæ. Lapis, est dura increpatio.

De tor. ele. la. quia p̄rlatus debet sumere de mundo materiam increpationis. Quinque lapides sumit, cū ostendit gl'oriam mundi quā fallax, quā breuis, quā multis amaritudinibus sit resperſa, quā transitoria, & quōd ad p̄cnam p̄paratio sempiternam. Et misit in peram, id est in vas in quo lac mulgetur. Lac suauē est. Pera ergo suauem exhortationem designat.

Expoliavit se Ionathas tu. Id est, bonis temporalibus: & dedit eam Dauid. Vnde: Ecce nos reli. o. & sequuti sumus te. Cap. 18.
Q

De duplici continentia.

Dilexit Dauid Michol, &c. Michol interpretatur omnis aqua, vel aqua de omnibus. Maior filia Saulis, est conuersatio mundi. Minor verò. f. Michol, conuersatio clauſtri. Ille autem qui habet Michol, debet habere omnem aquam, id est omne refrigerium: & aquam de omnibus, id est refrigerium de omnibus, debet quærere contemptum mundi. Qui vult habere Michol, debet dare ducenta p̄putia: vt auferat immunditiam cordis, & immunditiam corporis.

RADVLPHVS.

Quōd Iudæi Christum ideo persequuntur, quōd scripta non penetrant Prophetarum.



Venit Ionathas filius Saul in agrum iuxta placitum Dauid, & puer parvulus cum eo. Notum est quōd Dauid Christum significat. Saul autē ille populi typū gerit, cuius etiā suis temporibus princeps fuit. Ab huius facie Christus fugit, cū a Iudæorum noticia se abscondit. Latet autem in agro, & vt Scriptura dicit; Latet in loco qui vergit ad Austrum: quia occultatur Christus in scripturis loco vtique verbi segetibus abundanti, & luminosam plagam mysticorum sensuum respicienti. Ionatham interpretatur columbæ donum. Persecutoris filius, & contra patris voluntatem Dauid per amicitiam copulatus, chorū Prophetarum designat, qui à spiritu sancto prophetiæ munus accepit, ex carnali Israel ortus, sed nostro Dauid licet patre persequente fœdere dilectionis coniunctus. Venit ergo Ionathas in agrum in quo latet Dauid. Venit quilibet Prophetarum in agrum scripturarum, venit mente & opere, venit actu & intellectu, venit iuxta placitum Dauid: quia vt filius Dei per

Cap. 20.
S

Prophetas incarnandus pronunciaretur dispositio eius fuit. Venit & puer paruulus cum eo: quia carnalis ille populus sensibus puer propheticus scriptis adhæsit. Ad quem loquitur Ionathan dicens: Vade & affer mihi sagittas quas ego iacio. Cùmque puer cucurrisset, iecit aliam sagittam trans puerum. Scriptura prophetica quasi duas sagittas iacit, cùm & historicum & mysticum legentibus intellectum infundit. Sed secunda sagitta puerum transit: quia mysterij indignatio carnalis Israel vires excedit. Vnde & subditur: venit itaque puer ad locum iaculi quod miserat Ionathan. Et clamauit Ionathan post tergum pueri, & ait: Ecce ibi est sagitta porro ultra te. Ipsa quippe scriptura satis innuit si sit qui aduertat, & quasi clamore valido humanam nititur rumpere surditatem, aliud apud se inuestigandum esse præterquam litera sonat. Sed quia puer iste Moysen non intelligit, nec Christo credit. Vnde & Ionathan postquam iaculum secundum ultra puerum esse innotuit, iam ipsi Dauid loquens puero tamen non aduertente: Festina, inquit, velociter, ne steteris. His quippe verbis odium ei paternum innotuit. Sic enim & ante ambo disposuerant. Si igitur sagittæ Ionathan intra puerum sunt, id est, Si aliquis ex illo populo sensus propheticos in scripturis comprehendit: pax est Dauid: quoniam quicumque fuerit qui scripturas rectè intellexerit, à Christi fide discordare non poterit. Si enim crederetis Moysi, eretor. & m. Cum verò sagittæ puerum transeunt, Dauid pacem non habet. Inde est enim quòd populus ille quasi inimicum Christum persequitur: quia legem Prophetasque non intelligens, legi & Prophetis Christum calumniatur contraria sensisse.

STEPHANVS.

De triplici fœdere.

Cap. 23.
T



Vixit Ionathas, & abiit ad Dauid. Nota quòd Ionathas ter iniit fœdus cum Dauid. Primò in domo. Secundò in agro. Tertio in deserto. Sic iustus debet inire fœdus cum domino. Primò in domo cordis. Secundò in agro operis exterioris, id est in operibus actiua. Postea in deserto contemplatiua vel in nemore eminentioris vita.

HVGO DE FOILL.

Quòd peruersum prælatum peiorem faciat salubris admonitio subditorum.

Hodie



Hodie increuerant serui qui su. do. s. Nabal cuius verba hæc sunt, quosdam doctores designat, qui commotione subditorum fiunt deteriores: qui pueris Dauid cibum negant: quia parè viuere volentibus verbum Dei non propināt.

Tonioribus verò suis conuiuium parant: quia vacantes otio adulantium confabulationes amant. Accusat Nabal Dauid & dicit: Hodie increuerunt &c. Peruersi siquidem prælati dolent, cum vident numerum religiosorum multiplicari: timent cum vident Dauid, id est bonos subditos, vngi in regem: & Saul deiici, id est peruersos prælatos honore prælationis priuari. Sed quare timent? Ne & ipsi priuentur honoribus, ne loco eorum restituatur aliquis melior. Et indicauit Abigail Nabal omnia verba quæ audierat à Dauid, & emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis Boni siquidem subditi peruersos magistros de negligentia commonent, sed ex commotione deteriores fieri solent.

Cantica sine titulo.

Quòd fasciculus sit bonorum, fasciculi reproborum.

Si surrexerit aliquando homo contra te & quærens animam tuam X
erit anima domini mei cui quasi in fasci. vi. apud dominum Deum
tuum. Porro anima i. i. t. r. uasi impetu & circulo funda. In hoc fasciculo custodieris & tu, si tibi fuerit fasciculus myrrhæ dilectus: quia per amaritudinem passionis peruenitur ad gaudium vitæ permanentis. Manifestum est autem quòd homo iste sit qui nos persequitur, cum solummodo animam quærere describatur. Sed à facie persecutoris huius anima nostra velut in fasciculo apud dominum custoditur, quando per districtæ custodiam disciplinæ sese ad soliditatem virtutis constringit vt viuat, ne per fluxa vitiorum flumina rorata dispareat. Est igitur fasciculus, sunt & fasciculi de quibus dicitur: Alligate ea fasciculos ad comburendum. Fasciculus ad bonos pertinet propter unitatem charitatis. fasciculi reprobos denotant, propter duplicitatem dolositatis.

STEPHANVS.

De periculo prælatorum.



Sul irruit super gladium suum. Hoc facit qui propria potestate abutitur ad mortem æternam.
Et præciderunt caput Saulis. Capita minorum non præciderunt. Caput præcisum separatur à

Cap. 31.
Y

corpore. In hoc intendit diabolus vt mens à corpore diuidatur. Tunc enim mens est supra corpus, cum bene dirigit actus corporis. Vnde Aggæus: Ponite corda vestra super vias ve. Et miserunt per circuitum. Per circuitum caput mittitur, quando mens per multa distrahitur. Vt annunciaretur. Ad hoc tendunt maligni spiritus, vt peccatum maiorum divulgetur, vt sic minores eorum peccent exemplo.

Z *Et sepelierunt ossa eius in nemore.* Est in abundantia & voluptate, est memoriter retinere casus potentium ad cautelam. Et ieiunauerunt à peccatis septem diebus, toto tempore presentis vitæ: quia talis memoria facit à peccato abstinere. Hoc est quòd mortuis primogenitis coacti sunt filij Israel de Aegypto exire.

Finis lib. Regum I.

SEQVITVR LIBER
REGVM II.

HVGO DE FOILL.

Quòd appetitus carnis vt ad voluptatem pertrahat
animum, lapsus ei suggerat electorum.

Cap. I.
A



Vm reuerteretur Dauid à cade Amalech &c. Cum reuerteretur Dauid à cade Amalech, venit ad eum homo de castris Saul, &cæt. Post mortificationem virtutum carnis appetitus non tantum proprios lapsus nunciat, sed etiam aliorum defectus narrat. Vt per exempla maiorum, ad voluptatem carnis inclinet mentes aliorum. Quos enim Saul nisi superbos in ecclesia praelatos significat, qui ab humero & sursum eminere sibi videntur super vniuersum populum. Qui in monte Gelboe ab Amalechita percussus occumbit, dum in monte superbiæ posita per diuersa carnis desideria mens fluxa decurrit. Super Saul vt eum occideret Amalechites stetit: quia animus cui carnis delectatio dominatur

natur, citò perit. Sed tu charissime præcipe vni de pueris tuis, id est puræ discretioni: vt interficiat in te Amalechitem istum, qui ausus est manum mittere in Christum domini.

STEPHANVS.

Nolite annunciare in Geth. Hoc est, Nolite sanctum dare canibus, id est detractoribus qui semper oblatrant. & significatur per torcular. Neque annuncietis in con. as. Quasi, Nolite margaritas vestras spargere ante porcos.

De prælatis.

Montes Gelboe, &c. Gelboe interpretatur decursus. Per Gelboe verò intelligitur altitudo defluens, dignitas scilicet temporalis. Super illos nanque qui dignitates amant, nec ros venit, nec pluuia: id est nec gratia, nec doctrina.

RADVLPHVS.

Quanta fuit in Christum crudelitas Iudæorum.

Montes Gelboe, nec ros, nec plu. ye. su. v. &c. Gelboe interpretatur decursus. Montes Gelboe, superba sunt Iudæorum corda ad amorem præsentium decurrètia. Saul vnctus rex, Christum significat quem vnxit Deus oleo læti. præ par. s. Huius clypeus, intelligitur singularis eius innocentia: quia ex omni latee circumspectus nullum aduersariis iustæ reprehensionis aditum dereliquit. Hic tamen clypeus in montibus Gelboe abiectus est: quia sanctitas illius apud tumentia Iudæorum corda contemptibilis visa est, quasi non esset vnctus oleo. Tanquam enim omni gratia spiritali destitutus esset, & dæmonio plenus asserebatur, & ea quæ mirabiliter faciebat, spiritui immundo tribuebantur.

BERNARDVS.

Quòd superbiæ vitium omnem gratiam demeretur.

Montes Gelboe, nec ros, nec plu. des. s. v. &c. Vt noueris quòd ad angelos qui præuaricati sunt ista loquatur: Vbi, inquit, ceciderunt vulnerati multi. Quàm multi in his maledictis montibus de exercitu Israel ceciderunt à principio & quotidie cadunt! De quibus idem Propheta: sicut vulnerati dormientes in sepulchris. Non ergo mirum, si steriles & infructuosi permanent montes, vbi non cælici sed aerei colles, super quos nec ros, nec pluuia descendunt: quippe au-

ctore gratiæ, & benedictionum largitore transfiliante eos. Omnes montes qui in circuitu eius sunt visi. domus ag. a. t. Diabolo nempe qui per Gelboe designatur: hinc inde sunt montes, quos visitat dominus. supra angeli, intra homines. In pœnam siquidem suam locum in aëre isto medium inter cœlum & terram cadens de cœlo sortitus est ut videat, ipsaque invidia torqueatur. dicente Scriptura: Peccator videbit & irascetur. Quàm miser cùm suspicit cœlos, in quibus innumeros montes intuetur diuina claritate turgentibus, diuinis laudibus resurgentes, sublimes in gloria abundantantes! Quàm miserior cùm respicit terram, montes quamplurimos habentem, fide solidos, spe excelsos, charitate spatiosos, virtutibus cultos, bonorum operum fructibus referatos, de rore cœli quotidianam capientes benedictionem! Timendum ergo nobis, ne veluti montibus Gelboe transeat, & à nobis si indignos sua visitatione conspexerit. Quid superbis terra & cinis? Et angelos transit dominus execratorum superbiam. Cooperetur ergo mihi in bonum etiam diaboli malum, & lauem manus meas in s.p. Si enim sic actum est cum angelo, quid de me fiet terra & cinere, si fortè superbia inuenta fuerit in me? Ille in cœlo intumuit, ego in sterquilinio. Quis non tolerabiliorem in diuite quam in paupere superbiam dicat? Va mihi, si tam durè in potente illo animaduersum est pro eo quòd intumuit cor eius, quid de me exigendum misero & superbo?

STEPHANVS.

De triplici vnctione.

Cap. 2.

F



Nota quòd ter inunctus est David. Primò occultè in domo patris. secundò in Ebron super Iudam. tertio super totum Israël. Sic Christus inuisibiliter vnctus est oleo læ. pœ. con. su. Item quasi inunctus fuit, quando eiecti de Iudeis adheferunt ei Tertio vnctus est, quando impletum est illud: Reminiscen. & con. ad do. vni. si. ter. Similiter & nos in baptismo oleo gratiæ inungimur. Secundò inungemur in stola animæ, quasi super partem

tem

tem Israël. Tertiò in vtraque stola, quasi super totum Israël.

De periculo prælatorum.



quirant.

Audierunt Phylistiim quòd vnxiissent filij Israel
Dauid &c. Ecce Philistæi venerunt contra
 Dauid audito quòd inunctus esset in re-
 gem. Sic maligni spiritus cum audiunt quòd
 aliquis sit promotus in prælatum, ardentè
 quærunt eum, vt per ipsum & subditos ac-

Cap. 9.
G

GALFRIDVS.

Quæ prælia, quas victorias pro nobis contra
 diabolum Christus facit.

Audierunt Phylistiim quòd vnxiissent Dauid regem super Israel. H

Phylistæis insurgentibus fidelis quidem seruus Dauid non
 in viribus suis, non in sua prudentia confidebat: sed præno-
 scens impetum hostium consuluit dominum, & ipsius auxi-
 lium flagitauit. Benignus etiam dominus deuoto famulo in
 necessitate subueniens, non modò docuit manus eius ad præ-
 lium, nunc quidem manifestè aduersus hostes procedere iu-
 bens, nunc post tergum: sed etiam egressus est in auxilium e-
 ius, & iniquos ipse contriuit. Cæterum si nostra vita ipsa
 militia est, nec aduersus carnem & sanguinem, sed contra
 principes tenebrarum nobis est colluctatio: multò magis in
 spiritalibus bellis præsidia spiritalia quærere nos oportet.
 Per Dauid regem Christus dominus commendatur. Miseri
 qui super se cum regnare noluerunt, qui non vnixerunt eum
 regem. Vnxit eum pater spiritu sancto & virtute, sed vtinam
 vngimus & nos cum Maria caput eius & pedes diuinitati pa-
 riter & humanitati eius debita pietate deuoti. Vngimus enim
 super nos Dauid regem, si deuotè seruimus & voluntariè
 sacrificamus ei. Qui quidem super omnes regnat, sed
 super Israël solùm vngitur rex, quorum & præfens studium &
 futurum præmiù in Dei visione consistit. Quamlibet ergo do-
 leant & inuideant Phylistiim, sequamur intrepidi regem no-
 strum. Non nos eorum malignitas, non ipsa terreat vni-
 uersitas. Magni sunt, maligni sunt, multi sunt, sed non pro-
 ficient, non apponent nocere ei. Vngens igitur Dauid re-
 gem, scito quia audient Phylistiim, & ascendent quærere
 Dauid, sed quærere ad perdendum. Nequè enim sibi illum

cupiunt, sed nobis inuident, in nobis regnare, in nobis illum viuere dolent. Ipsi etiam inuident gloriæ, ipsius opus impedire conantur, opus nostræ salutis ipsum oderunt, & persequuntur in nobis. Nam Phylistiim dæmones sunt cadentes scilicet & ruina populi, quod vtrunque vno Phylistiim nomine designatur. Ascensus eorum animositas est præsumptionis, sicut etiam descensus in præsidium voluntaria quædam humiliatio, & apprehensio disciplinæ. Sequitur enim: Quod cum audisset Dauid, descendit in præsidium. Videt equidem dominus cogitationes & studia malignorum: sed interim ea audire potius in nobis dicitur, quam videre: quia à nobis non visione eorum malignitas, sed sola quæ ex auditu est fide percipitur. In nobis denique & nobiscum descendit Christus in præsidium, dum nos introducit in claustrum. Nam religionis propositum fortissimum quoddam præsidium est, vbi etiam saluator ponitur murus & ante murale. Vbi licet victus aridior, sed mansio tutior est. Sequitur: Phylistiim diffusi sunt in valle Raphaim, id est gigantium. Mundus est, vbi mundi rectores principes tenebrarum discutunt improbè, vndique diffunduntur. Consuluit autem Dauid dominum dicens: Si ascendam ad Phylistæos? In nobis Christus interrogat patrem, cum inspirat vt interrogemus. Nemo in suis fidat viribus. Nemo suæ initatur prudentiæ. Non enim semper vno modo aduersus Phylistæos nobis est procedendum. Nunquam autem nisi Deo consulente & Dauid præcedente. Bis ascenderunt Phylistiim, sed Dauid primo congressu, vt legitur, ascendit contra eos, & diuisi sunt sicut diuiduntur aquæ: nomen loci Baal-pharasin vocans. Secundò autem iuxta consilium Domini non ascendit in obuiam, sed gyravit post tergum eorum veniens ex aduerso pyrorum. Primò siquidem violenter aduersum nos & euidenter hostes insurgunt, & vim vi repellere omnes leges & omnia iura permittunt. In quo tamen impetu & congressu terrent aduersis, prosperis prouocant, vt verè beatus sit qui nec capitur illecebris, nec molestiis superatur. Diuisis siquidem hostibus velut per medias acies victor incedit, nec declinans ad dexteram vt extollatur prosperis, nec ad sinistrâ vt murmutet in aduersis. Meritò autem locus victoriæ huius Baal-pharasin, id est diuisio hostium nominatur: quia vincere eos non præualet, quia inter varios casu

casus rerum non discernit & diuidit, nec medius graditur, sed nutabundus & ipse pariter hincinde iactatur. Sed quid dicimus, quod dimiserunt hostes sculptilia sua imò quod mirabilius est, tulerunt ea Dauid & viri eius? Nunquid enim idololatræ facti sunt? Absit. Et si comminuisse dicerentur, tolerabilius fuerat quàm tulisse. Sed sculptilia eorum prospera huius vitæ vel aduersa designant, in quantum futura nobis vel præmia vel supplicia repræsentant. Ad hos igitur vsus inusti quidem hostes sua nobis sculptilia deserunt. Ad hos vsus Dauid & viri eius eadem sibi tollunt, dum inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt velut in sculptura quadam intelligendo concupiscunt. Liber tamen Paralipomenon expressius indicat quod combusserunt ea, ne quis forsitan vel perfidiæ vel auaritiæ deputer quod tulisse dicuntur. Ibi tamen non sculptilium nomen scribitur, sed deorum. Reliquerunt, ait, deos suos, quos Dauid iussit exuri. Addiderunt autem Phylistiim vt ascenderent, & diuisi sunt in valle Raphaim. Non enim per seipos impugnare fideles vt cupiunt permittuntur, sed ex ipsis rerum euentibus occasionem exquirunt impugnationis, & importunè captant opportunitatem tentationis. Consuluit autem Dauid dominum, qui respondit: Non ascendas in obuiam illorum, sed gyra post tergum. Quod est dicere: Non consideres quid prætentant in facie, sed quid moliantur à tergo. Caudam magis quàm vultum scorpionis attende. Conuertuntur enim hostes ad callida argumenta, quotiens peracta minus proficiunt tentamenta. Gyra, inquit, post tergum eorum, vt quid lateat deprehendas. Gyra, inquit, post tergum, non vt struas illis sed illorum destruas magis insidias. Sequitur: Et venies illis ex aduerso pyrorum. Nemo miretur si in hoc verbo hæsitamus. Arbor siquidem nobis notissima pyrus, sed in diuinis parum vsitata scripturis. Multa quidem de pomis seu malis scriptura sacra commemorat, pyros ibi, ni fallor, hætenus non inueni. Et quidem plura forsitan dici possunt de natura pyrorum, sed minus libenter ea prosequimur, in quibus nulla suppetunt testimonia scripturarum. De compendio igitur transeuntes, dicere possumus eum qui prius tentauit in pomo mutasse speciem, non deseruisse perniciem, quæsisse pyros, non vt ex malorum exhibitione minus noceat, sed inexperta pericula quasi iacula non præuisa plus

lædant. Mutat enim materiam non malitiam, cum insidiatur in pyro, qui prius in pomo tentavit. Dicit Rabanus apud Hebræos haberi, Ex aduerso fletium, non pyrorum. Quod etiam de idolis eorum intelligendum putat, pro eo quod fletu digna & ad fletum ducentia essent. In quorum cacumine gradiens auditus est dominus: quia in eis quoque sicut in diis Aegypti excurit vltionem. Sed rectius fortè dici videtur cacumen arborum quàm idolorum. Pyrus ergo, vt ait Isidorus, ab igne nomen accepit. quod in modum ignis deorsum latior, acutior in sublime contendat. Talis est seductoria quælibet inimici & fraudulenta suggestio sancti & spiritualis amoris, feruoris habens imaginem non veritatem, speciem non virtutem. Super cacumina arborum gradiens dominus sonitum facit vt audiatur: cum eorum detegit fraudem vt cognoscatur, & sic deinceps caueatur. Prima enim victoria vt dictum est, in hostium diuisione, secunda in eorum deprehensione est. Sequitur: Et persecutus est eos Dauid de Gabaon vsque dum venias Gezer, Gabaon collis, Gezer fortitudo vel adiutorium interpretatur. Collis superbia est, quæ in huiusmodi pyris maximè insidiatur. Nemo enim grauius aut perniciosius quàm superbiendo cæatur. Et benè superbia pro eo quod nec planiciem teneat æquitatis, nec vallem humilitatis: sed nec perueniat ad montem sublimis vitæ & scæ contemplationis: collis dicitur de modico volens crescere, vt de maximo minuat. Hanc qui vicerit, tandem veniet ad veram fortitudinem diuini adiutorij.

Quid per ea quæ gesta sunt in arcæ reditu designetur.

Cap. 6.

I



*L*ædant & vilior fiam plusquàm factus sum, &c. In libro Regum secundo legimus quod sanctus Dauid arcam domini in Hierusalem mira devotione adduxit. Arca ista carnem Christi figurat, in quo omnes thesauri sapientiæ, in quo plenitudo diuinitatis, in quo virgæ mysterium euidenter apparuit, dum etiã mortuus resurrexit. Quid ni exultaret & saltaret, qui præuidebat & præfigurabat eius aduentû? In saltu nunc summa petimus, nunc ad ima redimus. Sic agit qui contèplatur diuinam, & humiliatur iterum ad intucenda vel agenda humana. Ascédât homo, vt Deus ei dulcescat. Descédât, vt sibi ipsi vilescat. Michel

chol indignatur, quòd discooperuerit se, & nudatus fuerit, cum accinctus ephod indumenta regalia posuisset. Sed bene ea deposuit: quia expeditus & deuotioni suæ melius seruire, & hostem vincere potuit. Sed quid respondet David? Melior, ait, sum, & ero humilis in oculis meis. Gemina hæc virtus humilitatis. Alioquin si foris se magnificat qui vilem intus se reputat, aut intumescit apud se qui foris vilescit, pondus & pondus vtrunque abominatio est apud Deum. Sequitur: Ante Deum qui elegit me, &c. Magnus est, quem humiliat exaltatio, malus quem nec humiliatio. Sapiens in vtroque humilis est, & deuotus: in quibus duobus est descensus salutationis & ascensus. Siquidem nec vana lætitia, nec tristis humilitas est accepta. Sicut enim videtur preciosior humilitas in exaltatione, sic in humiliatione deuotior. Igitur dum adducitur arca in Hierusalem, David saltat: quia Christus nunc sublimem, nunc humilem se ostentat. Nunc adoratur à Magis, nunc fugit à facie Herodis. Nunc ad regnum, nunc ad supplicium quæritur. Accinctus ephod lineo, quasi præcinctus lintheo, corpore humano purissimo ad ministrandum assumpto. Vtinam nos inueniamur ibi, cum in loco suo arca ponitur, cum holocausta perfectorum & pacifica minorum filius offert Deo patri! Ipsi enim sunt appellati virorum & mulierum nomine, quibus singulis etiam non consummata hæc representatione, ne inaniter interim hæc videantur omnia eis ostensa, diuidente domino vnique mensuram fidei, operis, & deuotionis, datur collyrida panis id est, verbum fidei: & assatura bubulæ carnis, id est, laboriosa actio excocta igne tribulationis, & similia frixa oleo, subtilis & pura cogitatio mentis, flagrans iucunda deuotione lætitiæ spiritalis.

STEPHANVS.

De custodia carnis.

Posuit David custodes in Idumæa, statuitque in ea præsidium. Idumæa terrena vel consanguinea. Hæc est caro nostra quæ de terra est & ad peccatum procliuis. Vnde in Ecclesiastico: Super filiam luxuriosam firma custodiam. Huius Idumææ custos est disciplina. Præsidium autem discretio: quia rationale debet esse obsequium nostrum.

Cap. 8.

R

De humilitate sanctorum.

Cap. 9.

L



Ixi Sibaregi: Superest filius Ionathæ. Filius Ionathæ, est filius gratiæ. Iste claudus erat vtroque pede: & filius gratiæ despectus est mundo scientia & actione. Hunc enim mundus contemnit, sed David, id est Christus recipit. Iste fuit Miphibosech quod decor ignominia interpretatur. Filij enim gratiæ decori sunt Deo, sed ignominiosi mundo. Vnde: Hæreditas mea præclara est mihi. Quasi, mihi preciosa est, sed non mundo.

De prælatis.

Cap. 10.

M



Uti Naas seruos David. Per seruos David intelliguntur prælati: quorum barba fortitudinem notat. Duplex fortitudo debet esse in prælatis. Operis s. & sermonis. Media pars barbæ rasa est, quando prælatus fortis in sermone, & non in opere. Malunt autem filij Amon, id est maligni spiritus, vt media pars radatur, quàm tota, quoniam quanto sapientiores sunt, prælati, si malè viuunt, tanto maius scandalum faciunt. quoniam vt dicit Iuuenalis: Omne animi vitium tanto conspectius in se crimen habet, quanto qui peccat maior habetur. Et Ambro. Quanto maius est donum scientiæ, tanto transgressor maiori subiacet culpæ. Porro vestes præscindere, est bona opera auferre: & hoc vsque ad nates, ita quòd nates appareât id est, fœda opera & turpia luxuriæ. Hoc fit quando incontinentia eorum coram hominibus publicè prædicatur.

Cap. 11.

N



Isitque per manum Vriæ. Nota quòd illi quorum scientia est eis ad damnationem, cum Vriæ deferunt secum literas mortis suæ. Vnde: Seruus sciens v. d. & non faciens, vapulabit multum.

De pœnitentiâ.

Cap. 12.

O

Mon exosam Thamar habuit, &c. Ita & nos admissum facinus magis odio habeamus, quàm ante perpetratiorem dilexeramus.

De hypocrisi.

Cap. 13.

P



Actum est vt Absalon tonderet oues. Oues Absalon, sunt hypocrita. Oves tondere, est innocentiam ostentare. Sic vult diabolus oues suas tondere. Quod prohibetur in Deuteronomio: Non

Non

Non tondebis pri. oues, nec ara. in pri. bo. id est, non ostentabis opus simplicitatis, nec magnificabis opus fortitudinis, quasi ex te sit.

HVGO DE VOLLETO.

Quòd de cupiditate malorum capite, cæsaries pendeat vitiorum.



*Absalon semel in anno tondebatur, quia graua-
bat eum cæsaries.* Persequabatur Absalon
Dauid, Iudas Christum, appetitus carnis
animum. Aestuabat Absalon amore re-
gnandi. Hæc est radix omnium malorum
cupiditas. Ipsa est caput ex quo pendet vi-
tiorum cæsaries. Hæc est cæsaries quam
nutriebat Absalon, & grauabat eum. Et non nisi semel in
anno tondebatur. Et tunc crines suos ponderabat ducentis
siclis pondere publico. Absalon, pax patris interpreta-
tur. Ipse est Iudas. Audi pacem patris: Qui intingit mecum
manum in pa. hic me traditurus est. Audi pacem filij: Quen-
cunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Osculo pa-
cem promittit, sed affligit. Comam nutriebat. Sed quo-
modo fur erat? & loculos habebat: & semel in anno ton-
sus est, quando semel xxx. argenteos retulit, & in templo
proiecit. Crines ducentis siclis ponderat, qui numerus est
immundorum: quia pœnitentia ductus ait: Peccaui tradens
sanguinem. Si sciret iustitiam ponderis id est, precium san-
guinis, non ad laqueum curreret, sed ad crucem domini hu-
milis properaret. Ponderauit autem pondere publico, non
pondere sanctuarij. Posuit enim talctum plumbi super quod
sedet diabolus, non leue pondus misericordiæ, cui dominus
supponit manum suam.

Moraliter.

Sed & appetitus carnis cæsariam nutrit, quia cogitatio-
num superfluitatem producit. Quæ cæsaries grauat men-
tem, dum deprimit terrena inhabitatio sensum nihil co.
Qui tonsus in anno semel ducentis siclis crines ponderat,
quando in omni vitæ suæ spatio cupiditatibus seculi semel
renunciat, & hoc in fine. Tunc enim tantum ab his quæ
possidet spoliatur, quando successione mortis vltimæ à ter-
renis separatur.

Cap. 14.

Q

STEPHANVS.

De perseuerantia.

Cap. 15.

S



Præuenis obsecum? Videtur dominus iustum repellere cum tentatur. Unde: Quare me dereliquisti? Item: Deus repulisti nos. Sed tanto fortius se vero David debet astringere, quanto vrgentiori premittitur tribulatione. Sicut Ethai qui dicit: Viuit dominus & viuit a. t. & c. Quod neq; mors neq; vita.

HVGO DE FOILL.

Cap. 17.

T



Quanta vilitas ex silentio generetur. *Estruxit Chusi consilium Achitophel.* Chusi interpretatur silentium. Achitophel, ruina fratris. Destituit igitur Chusi consilium Achitophel: quia per silentium illorum qui sunt quasi ruina fratrum ad nihilatur consilium. Prouidet Chusi ne turbetur exercitus Israel: quoniam per silentium incurfus & impetus sermonum, à conuentu fratrum Deum videre desiderantium rationabiliter arcentur.

STEPHANVS.

De pœnitentia.

V

Expandit mulier velamen super os putei. Cum ecclesia precum assiduitate delicta iuuentutis & igno. si abscondit. Quasi sic cans pti. cum carnis lasciuia per continetie rigore cõstringit. Ac sic res latuit scilicet humane vite transgressio. Ascenderit de puteo, hoc est post pœnitentiam bonis operibus exerciti.

HVGO.

Cap. 18.

X



Quod obstinatum, cor trium vitiõrum lanceis perforetur. *Umque ingressus fuisset mulus cui infederat Absalon subter conlensam quercum & magnam, adhaesit caput eius quercui.* Absalon crinibus inhaerens quercui, duritiam designat cuiuslibet obstinatio. Qui dum patris exercitum fugeret, contigit vt condensæ quercui crinibus inhaereret. Absalon patris interpretatur: quia pater eum licet persequentem patiebatur: non pax filij, qui patrem nolebat pati. Quercus intus durior, exterius verò fragilior esse comprobatur. Cui Absalon suspensus inhaeret: quia interius obstinationem mentis, exterius verò fragilitatem carnis comitatur. Crinibus inhaerens suspenditur: quia superfluitatis amore detinetur. Mulus autem cui infederat pertransiit, sed ipse quercui suspensus inhaesit: quia luxuria cui semper inhaeserat & dolus petiit, sed pœna peccati remansit. Tribus lanceis, id est

anaritia,

auar
vsqu
eum
tudi
lapi
con

Hac
Con

lis q
bre
non
nec
inui
amp
dum
tò f
ra &
deo
Da
sim
los
Da
mer
pop
prin
lan

lis q
bre
non
nec
inui
amp
dum
tò f
ra &
deo
Da
sim
los
Da
mer
pop
prin
lan

auaritia, superbia, & luxuria, cor eius perforatur. Vnde & vsque in hodiernum diem aceruus lapidum magnus super eum proiicitur: quia peccatorum siue suppliciorum multitudine in æternum grauatur. Nec mirum si magnus aceruus lapidum super eum fuerit, qui obstinationem vsque in finem cor impœnitens gessit.

STEPHANVS.

De sex digitis diaboli.



igas percussus à Dauid senos habuit digitos in pedibus & manibus. quia sex sunt in consummatione peccati, scilicet cogitatio, loquutio, operatio, consuetudo, gloria de peccato, desperatio. Hæc sunt sex latera in lapide quadro. Vnde in Threnis: Conclussit vias meas lapidibus quadris.

GALFRIDVS.

Qui sint viri fortissimi qui principes in Dauid exercitu nominentur.



Aec nomina fortium Dauid. Sedens cathedra sapientissimus Dauid noster verus vtique manu fortis fortes eligit, imò etiam facit, nec mulieris cuiusquã, nec paruuli in suorum nomina nomen admittens. Cum enim duplicem producat aciem mundus, scãdalis quidẽ paruulos deicit, blanditiis allicit mulieres. Quamobrem necessaria est fortitudo virilis, vt fortis sit quẽ aduersa non fregerint: quem non illexerint prospera, fortior: quem nec ipsa rerum vicissitudo, fortissimus. Quibus nimirum sic inuicem succedentibus acrius sequit tentatio, dum prosperitas amplius post aduersa blanditur. Nec minus vrit aduersitas, dum repente ingruit rebus inuidiosa secundis. Nec immeritò forsitan triplicem hunc fortitudinis gradum in Tau litera & in trecetis accipimus, quos ex multitudine copiosa Gedeon præliaturus elegit. Cæterum trina illa distinctio fortium Dauid, quam in tres primos, secundos totidem, & xxx. nouissimos inuenimus, non incongruè vt opinor ad notissimos illos tres referatur ordines electorum, quos sub nomine Noë, Daniel, & Iob, solos esse saluandos Ezechiel Propheta commendat. Dico autem ecclesiæ prælatos, religiosos quoque & populos. Nec immeritò numerus idem secundis inuenitur & primis, quòd ex parte non minima eadem sit vtriusque æmulanda perfectio. In his itaque tribus & tribus non ipsorum

Cap. 21.

Cap. 23.

ordinum genera credimus diuersa distingui, cum plurimi reperiantur in singulis, sed virtutes quasdam eisdem admodum necessarias commendari. Nam primus ille sedens in cathedra, ante omnia indicat oportere doctoribus non deesse doctrinam. Ars est enim artium regimen animarum. Neq̄ minoris insanix quam imprudentix est, si eiusmodi magisterium profiteatur ignarus. Sedens, inquit, in cathedra sapientissimus. Benè, optimè. Alioquin ridiculè satis in cathedra præsidet, qui non præminet in doctrina. Quia tamen ea etiam sola non sufficit, meritò subinfertur: Princeps inter tres. Aptã siquidem principatui doctrinã sermonis, sed si fuerit duabus aliis, exemplo videlicet operis & studio orationis adiuta. Vnde etiam primo huic historia Regum non protinus nomen datur: quia necdum ad nomen transit, si solùm sine aliis charismatibus sapientix & scientix inuenitur accepisse sermonem. Nam etsi magnum illi exinde datum fuerit nomen in terra iuxta nomen magnorum qui sunt in ea, multum desipit, si præsumit quòd continuò etiam nomen suum similiter ascribatur in cœlis. Veruntamen in hoc primo fortium Dauid non inanis fastus disertæ locutionis, sed spiritalis fructus sacræ prædicationis innuitur, dum infertur: Ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus qui octingentos interfecit impetu vno. In quibus verbis prima est commédatio humilitatis satis euidentis in comparatione vermiculi. Sicut autem ligneum robur sine ferro & osse tenerimus penetrat vermibus & atterit, sic doctrina sacra, secreta quadam virtute illabitur sensibus auditorum, & rigida corda conterit & confringit. Quinetiam sine violentia & acerbitate tanquam vnctio docens de omnibus in mansuetudine, in suauitate, in spiritu sancto noxia omnia demolitur. Denique & inermis iste vermiculus non inefficax fuit. Sequitur enim quòd vno impetu interfecerit octingentos, impetu vtiq̄ spiritus, fidei zelo, vehementia eius quæ nunquam excedit charitatis, & eius tandem virtute in quo potest omnia, quem ipse confortat. Ego hos octingentos vniuersitatem intelligo vitiorum. Quorum octo sunt principalia, sed ad perniciem hominum numerosus quidem exercitus sub signis militat singulorum. Longum opus esset singulos statim duces verborum iaculis persequi, sed etiam eorum distinguere acies & impugnare quàm longius. Illud commemorasse sufficiat,

fici
con
ani
sua
cit
pi
liu
tia
stul
hæ
adu
fou
stic
sola
que
tem
ind
qui
næ.
cen
sim
ris
de
rou
erit

S
non
non
mie
falt
cto
reg
dra
dis
tam
ter
ria
ver
tur

ficiat, non incongruè sub eiusmodi numero vitia vniuersa concludi. Quia enim quinque sunt corporis sensus, & vis animæ tripertita, corporalia perinde vitia ad eorundem sensuum corruptelam in quinquepartito distribuuntur exercitui, & aduersus animam rationalem, irascibilem, concupiscibilem insidiantes Chaldæi tres turmas faciunt spirituum vitiorum. Neque illud omittendum est, quòd prudentia carnis quæ equidem mors est, & sapientia huius seculi quæ stultitia est apud Deum, quòd philosophorum doctrina & hæresum monstruosa diuersitas nonnullis videantur vitiis aduersari: sed facile est animaduertere quemadmodum alia foueant, dum alia persequuntur. Sola est doctrina ecclesiastica nullum palpans vitium, nulli assentiens, nulli parcens, sola est omnium pariter inimica malorum. Sola denique vsque adeo vno impetu interficiens octingentos, vt offendentem in vno, reum statuat omnium mandatorum. Meritò proinde sedens in cathedra suo non designatur ex nomine, vt quicumque ille sit deseratur potius cathedræ quàm personæ. Et siquidem sancta est, non superbiat: sin aliàs, recta docentem nemo despiciat. Memento quia tua doctrina potissimum non est tua, & tibi tribuere non oportet si qua feceris opera vitæ minus tamen verba doctrinæ. Sede igitur, sede quietus & humilis. Sede in cathedra, ne vageris. Nam gyrouagum quidem si monachorum teterimū genus est, quale erit abbatum?

De Gesbaan.

Sede igitur in cathedra, sede in populo, quia id tibi sonat **A** nomen Gesbaan, quod sedenti. Hinc in libro Paralipomenon: Datum paulo minus præteriui. Memento quoque vermiculi qui præ cæteris præfides in sublimi. Et cathedram saltem cui infides non solum æstimaueris aut tribunal. Doctoris abs te prudentiam magis quàm sententiam iudicis aut regis præcepta speramus. Insta ergo doctrinæ sessor cathedræ. Clama, ne cesses. Teredinis cui cõparatus est, non grandis est morsus, sed iugis conatus: nec velociter proficit, sed tamen perficit opus suum. Postremò etiam vno impetu interficere semper studeas octingentos. Non sic vanam gloriam detesteris, vt gastrimargiam foueas. Nec sic vacuos ventres cibariis diligas, vt pecuniis gazophylacia repleantur. Sic præsumptio refecetur, vt negligentia non succrescat.

Sic euellantur scandalorum spinæ, vt non consensus subeat aut dissimulatio delictorum.

De Eleazaro.

B *Post hunc Eleazarus filius patris eius Ahoi.* Eleazarus adiutorium Dei vel adiutorium sonat. Quid autem facere possumus sine adiutorio Dei? Nihil vtiq̄ue. Quinetiam sicut olim prædicantibus vbique discipulis dominus cooperabatur sequentibus signis confirmando sermonem, ita etiã nunc ad adiutorium prædicationis nihil tam necessarium quàm perfectionis exempla reperies. Sicut enim tunc documenta salutis donec coruscantia illum signa percellerent, incredulus execrabatur auditor: ita etiam nunc ad manum est excusatio negligentibus, nihil esse facilius dictu. Caueat proinde sedens in cathedra sapientissimus quidem, sed non similiter facientissimus: caueat ne quod rigat pluuiã doctrinæ verbis, scandalum vitæ sterilis peius vrat. Imitetur potius Eleazarum, cuius testimonium quoque virtutis à nominis interpretatione non discrepat. Legimus enim quòd percussit Phylistæos, donec deficeret manus eius & obrigesceret cum gladio. Manus, actus est. Gladius, verbum Dei. Et multorum manus hîc gladio non cohæret: qui sic pugnant quasi aërem verberantes, non percutientes aduersarios suos. Et si verba distinguimus, cum gladio manus deficit, cauendo prohibita: cum eodem quoque rigescit, mandata viriliter exequendo. Quoniam necessarium vtrunq̄ue doctori, & cauere quod vetuit, & exercere quod monuit. In eiusmodi die vt legitur, facit dominus salutem magnam, & populus qui fugerat reuertitur ad spolia detrahenda cæсорum. Efficacior sanè operis persuasio quàm sermonis. Frequenter enim accidit vt victos reuocent exempla doctorum, quos in fugam egerant vitia terga vertentes. Nec dubium quin reuertentes etiam cæсорum hostium spolia detrahant, cum eisdem vitiis de quibus viderunt triumphare prælatos, ipsi quoque respicientes suorum officia subtrahant nequiter prius usurpata membrorum.

De Semma.

C *Post hunc Semma filius Age de Arari.* Tertius iste eam nobis commendat gratiam quæ prælatis omnibus necessaria est, fructum orationis. Necessè est enim, vt quod minus verbis effecerint vel exemplis, ab eo qui solus omnia potest obtine-

re studeant votis. Nimirum aduocati sunt, patroni sunt, quibus propriè ex officio competit impetrare delinquentibus indulgentiam, negligentibus gratiam, laborantibus opem, proficientibus perseverantiam, mortuis vitam. Nec miraberis (vt opinor) si celsitudinem hanc æstimaueris, ad primos tres peruenire non posse quodlibet maximum è secundis. Nō quia personas aliquando quasdam non habeat gradus inferior nonnullorum in superiori ordine positorem meritis & virtutibus fortè non impares. Cæteram inter ipsos gradus nulla est comparatio, adeo maius est ad salutem trahere plurimos etiam perditorum, quàm sibi ipsi captare sen um viæ compendia breuioris. Sed quomodo terrius hic robustorum audiens dicitur, & non magis audirus? Semma enim, vt aiunt, audiens interpretatur. Eum verò audientem esse necesse est, qui debeat exaudiri. Nam qui loquitur antequam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum, non auditione. Sed & pater audientis huius loquens vel meditans dicitur: vt noueris quòd huiusmodi collocutio non foris auditur, sed celebratur intus in meditatione cordis. A rarities quoque montanum sonat, vt in sublime contendens etiam nubes penetret orationis incensum. Iam verò audiens iste quid fecerit audiamus. Ascendentibus Phylistæis & populo fugiente stetit in medio agri lente pleni, & tuitus est eum, percussitque Phylistæos, & fecit Deus salutem magnam. Quid ager iste lente plenus, nisi multitudinis dissolutæ & negligentis pigra segnitie? Itaque stetit audiens iste mōtanus, stetit in medio agri huius lentiferi, sicut olim stetit Moyses, & placauit, & cessauit quassatio. Hæc ergo de tribus fontibus ignauiter magis quàm fortiter dicta sufficiant. In quibus vt breuiter colligantur tria quædam prælati admodū necessaria, & specialiter æmulanda, credimus designari, verbum doctrinæ, exemplum vitæ orationis effectum.

De aqua cisternæ Bethleem.

An verò Bethleemiticam quis desiderat aquam, & nostro sibi ministerio sperat ab eisdem fontibus exhiberi? Accedam fortassis ipse repudiatis fundet in terram, sanguinem magis appellans quem elicimus vehementius emungendo. Quid enim aliud mysticè innuit opratio illa, & illa resuratio, nisi Iudaicæ plebis expectationem in ipsa demum exhibitione ad excusationis verba conuersam? A qua frigida animæ

fitienti nuntius bonus de terra longinqua , quanto magis qui de cælo venit super omnes est? De cælo suscepit aquam cisterna Bethleemica, aquam meritò desideratam, sed iniquè repudiatam etiam & effusam. Ceterùm expositio hæc superioribus partibus non cohæret. Possumus autem sic intelligere, vt dicatur cisterna illa Iudaicæ plebis tenuisse figuram. Præsertimque de Bethleem regum dignitas traxit originem, cuius aquam verus Dauid sitiens illius præcipuè populivisus est desiderasse figuram. Et primitias quidem aliquas per eosdem quos diximus primos tres robustos, prædicatores videlicet sanctos ei exhibitas nouimus, sed libatas domino & effusas in terram, in toto seculi orbe dispersas. Quod autem dixisse legitur sanctus Dauid: Num sanguinem virorum istorum bibam? & eandem aquam bibere noluisse, ad hoc referri potest, quòd conuersis ad persecutionem Apostolorum Iudæis, cessauit eorum vocatio, & in Nationes, Dei gratia est diffusa. Iam verò primis vtcunque tractatis veniendum est ad secundos. In quibus nihilominus triplex quædam religiosi maximè sectanda videtur gratia commendari. Abisai pater sacrificij (hoc enim nomè eius interpretatur) feruorem indicat pœnitentiæ. Banaias cæmentarius vel ædificator domini, fructum obedientiæ. A sael factura Dei, sacræ deuotionis affectum. Quicquid enim in sacrificium domini ab his qui verè huic mundo renunciant per mortificationem carnis offertur, ex contritione cordis & seruo interioris pœnitentiæ procreatur.

De Abisai.

E Sed & virtus eiusdem Abisai quam fecisse narratur, ab eadem fortassis interpretatione non discrepat. Dicitur enim quòd trecentos occiderit. In quibus centenarium tripliciter non commendatio perfectionis alicuius, sed multitudinis designatio. Vniuersa siquidem numerositas quam Chaldæi ingerunt tribus turmis irruentes, pœnitentiæ feruore perimitur: videlicet quicquid fuerit cogitatione, locutione, operatione negligenter admissum. Ego verò eandem arbitror esse vncias quas appendebat ferrum hastæ Gigantis quem idem Abisai percussisse narratur. Validissima siquidem aduersum nos aduersarij hasta nostra est culpa: & nostra præuaricatio, eius maxima fortitudo. Nec contentus tamen delictis prioribus, accingitur insuper ense nouo occasionem & oppor-

opp
ver
ne c
Ges
ad
scen
stolu
est,
gesti
defic
in se
que
tus. I
roge
pecc
crific
ne pe
auter
eum.
mod
sed p

Se
ficiu
tor.
difice
legim
tiora
operu
exp
gistra
pressi
à secr
haber
Aegy
nes h
duces
quæd
storia
Duo p

opportunitatem nouæ semper tentationis exquirens. Quis verò ille est sic accinctus? Fateor dissimulabam, sed vereor ne quibusdam eadem dissimulatio sit molesta. Dicitur ergo Gesbi quod interpretatur, est in me de Nob, quod fortassis ad Nobe pertinet, & latratum sonat. Est autem concupiscentia carnis contraria legi mentis. De qua fatetur Apostolus: Quia non est in me bonum. Fatendum ergo cuique est, quia in me hostis meus, sed ex latratu videlicet, ex suggestione maligni. Nec miretur quis, quia visus est percutere deficientem Dauid. In nobis enim deficit sicut & proficit, qui in seipso semper idem est, & anni eius non deficient. Denique in nobis formatur Christus, in nobis extinguitur spiritus. Est autem peccatum ad mortem, pro quo non dicitur ut rogetur. Est blasphemiam spiritus, qui non remittetur. Est peccator impœnitens, & veniam non meretur. Alioquin sacrificium Deo spiritus contribulatus. Et præsidio erit Abisai ne percutiatur Dauid, qui deficere videbatur. Non solum autem, sed Phylistæum ipsum percutit & occidit. Occidit eum. Occidit etiam & trecentos. Nam virtus pœnitentiæ nõ modò imminentis adhuc violentiam tentationis extinguit, sed peccata iam etiam admissa consumit.

De Banaia.

Secundum in his secundis locum tenere dicitur Banaia, sicut supra meminimus, camentarius vel domini ædificator. Nimirum pœnitentia destruit noxia, ut vtilia iam ædificet obedientia. Et magnifica satis Banaia huius opera legimus, sed obedientiæ per omnem modum magnificentiora videmus. Quòd si pro eo quod habemus magnorum operum magister magis dicitur, sicut Hebræos tradere aiunt expositores nostri, euidentiore est intellectus. Nam magistra operum obedientia. De quo tandem habemus expressius scriptum, quia fecit eum sibi Dauid auricularium à secreto. Nimirum cum audiendi, id est obediendi aures haberet. Percussit autem Banaia leones tres & virum vnum Aegyptium dignum spectaculo, quanuis duos primos leones homines magis fuisse autument fortissimos quosdam duces Moabitarum. Nos autem in his omnibus grauissima quædam quatuor vitia moraliter intelligimus, & de eis vicioriam obedientiæ designatam magnificis actibus Banaia. Duo primi leones Moab ad spiritum gastrimargiæ & luxu-

ria referantur. Grauiter enim vtraque hæc vitia sæuiunt, & quàm multis infeliciter præualere noscuntur: quia etiam animal ipsum ex vehementia caloris non modò voracissimum esse, sed libidinosum perhibetur. Interpretatur autem Moab ex patre, & ex illius primi patris vitiosa radice & in filiis deinceps huiusmodi vitia surgunt, qui in cibi vitii transgressione peccauit. Quòd si meritò inobedientia contraria legi mentis in membris nostris innata est lex peccati, liquet e contrario subditam Deo animam obedientia meritò obtinere etiam legem legitimæ dominationis in carne sua, & de vtroque vitio galtrimargiæ seculi & luxuria triumphantem ab eorum prius vsurpata tyrannide membris subtrahere. Alioquin qui in cibo inobediens esse adiecerit leonem, timeat illum qui Prophetam de Samaria redeuntem pro eo quòd in via prohibitus comedisset occidit. De leone altero quid dicemus? Ego ipsum arbitror esse, de quo vox ex filiis Prophetarum cum dixisset ad socium suum in sermone domini, Percute me, & ille reueret: Quia noluisti, inquit, ecce percutiet te leo. Caro etenim nostra cum insollescere cœperit, eo ipso monet vt percutiatur, quo aduersus spiritum cõcupiscens indicat opus esse vt castigetur. Loquitur autem hoc non in suo sermone, sed domini. Non enim carnis suggestio est, sed diuinæ dispensatio pietatis, quotiens ad ipsius mortificationem animus provocatur ex occasione concupiscentiæ prurientis. Et percutitur à leone, qui renuit, dum præualuerit aduersus eum tentatio libidinis, qui neglexerit carnis domare lasciuiam. Nec desipuit alter qui monentem percutere quàm percuti à leone maluit. Nec vero vbiunque illum, sed in capite vulnerauit, quòd in ipso statim initio huiusmodi concupiscentia mulctari debeat & maçtari. Tertius leo rugiens in cisterna iracundiæ spiritum significat inuis in anima sæuientem. Dies niuis, tempus indicant aduersitatis. In diebus ergo niuis leo rugit in cisterna, dum iracundiæ spiritus pondere aduersitatis oppressus intus farit in conscientia. Descendit autem Bauias ad eum, & rugientem intus occidit, dum obedientiæ mansuetudo subiectam Deo faciens animam persuadet vt voluntariè sacrificet ei. Ad obedientiam enim non magis noscitur pertinere vt faciat quis quod iniungitur, quàm vt sustineat quod inferitur. Nec verò aliud est vox hominis inter molestias murmurantis,

infra
Felix
tiam
nis o
specta
tellig
tione
velut
tas: h
inter
prius,
sed eti
corrip
stam,
aduers
xios su
non m
hibetu
bia est
inuisa
ptius
obsecr
que ve
dinis.
eius vi
biç vit
ex eo i
leat ad
tia per
bedien
tinere
duum
ximus
ordini
piternu

Ter
cum eg
tio. De
in vaca

murantis, quàm furor leonis sub aceruo niuium rugientis. Felix Daniel, quem in lacum missum eiusmodi leo immò etiam leonum multitudo non nocuit, dum iræ & indignationis occasio multiplex non turbauit. Vir Aegyptius dignus spectaculo, habens in manu sua hastam, superbix spiritus intelligitur. Dicitur autem vir spectaculo dignus, sua æstimatione & vana quadam præsumptione virtutis. Sapè etiam velut ratioeinando suadet. Non est, inquit, neganda veritas: hoc vel illud nemo faceret cæterorum. Propter quod inter cætera vitia viro magis quàm beluæ operatur. Aegyptius, id est persequens, quòd non modò in prauis acibus, sed etiam in bonis aduersatur. Primus aduersus nos arma corripit, & deponit ea nouissimus. Habet enim in manu hastam, quia in promptu & ad manum illi est, occurrentibus aduersari, impetere gratis immeritos, consurgere in innoxios sine causa. Nec immeritò manus omnium contraxerunt non modò hominum, sed & Dei, qui superbis resistere perhibetur. Nimirum aduersaria semper & odibilis Deo superbia est. Et quod in cæteris vitiis non videtur, cæteris etiam inuisa superbis. Parum est quòd in manu hastam hic Aegyptius habere dicitur, habet in ore. Inde est quòd pauper cù obsecrationibus loquitur, diues autem affatur rigidè. Itaque veniat Banaias, sed in virga, non in spiritu mansuetudinis. Descendat ad Aegyptium hunc, & de manu hastam eius violenter extorqueat, qua transfodiat inimicum. Superbiq; vitium obediens animus detestetur. Arguat & contemnat ex eo ipso, quòd cæteros omnes ipsa iudicare, omnibus solet aduersari. Nec mirũ videatur, quòd superbiam obedientia perimat, quandoquidem primus gradus est humilitatis obedientia sine mora. Videtur autè ad hæc vitia quatuor pertinere triste illud Prophetæ Ioelis initium: Quoniam residuum erucæ co. brucus, &c. Nisi quòd alio ordine quàm diximus hic, in prophetica exclamatione ponatur. Neq; enim ordini subiacent qui illuc trahunt, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

De Asahel.

Tertius in his secundis fortibus Asahel. Quid magnificentum egerit non narratur. Nimirum vacat Deo sancta deuotio. Denique factura Dei est & non hominis, vt constet eum in vacante sibi homine mirabiliter operari. Rapt enim in

cœlum, rapit in paradifum, rapit & facit ineffabilia verba ut
 dire quæ non l. ho. lo. Ne ergo quæras Afahel iste quid ege-
 rit. Secretum fuisi & domino Deo fuo. Magnificat ani-
 ma eius ad dominum. In fecundo eiusdem fecundi libri cap-
 itulo de eodem legitur Afahel quòd velociffimus curfar
 fuit, quali vnus de capreis quæ morantur in fyluis Vbi ipfius
 animantis naturam confiderantibus non modò curfus velo-
 citas, fed subtilitas etiam vilus in eodem Afahel commen-
 data videtur. Neceffariæ quidem. Alioquin perniciofa efi
 pernitas curfus, fi perfpicacitas vilus defuerit. Facile enim
 nifi clarè viderit, incurrit periculum qui citò currit. Atque
 vtinam femper fugere vt caprea Afahel ifte, quàm fugientem
 Abner improbè perfequi aduerfa hafta ferendus in inguine
 maluiffet. Expedit enim præfertim affectuofiffimis mentibus
 fugiendo potius declinare contagia vitæ, & elongari fugien-
 res, quàm infeliciter experiri quid incauta præfumptio folet
 afferre periculi. Vnde quidam fanctorum: Sta in acie, inquit,
 fortiter dimica: ego fugere malo, quàm fpe victoriæ vincia.
 Itaque ex his tribus pœnitètia quidè futuri purgat & præpa-
 rat ædificij loca, fuccidit vepres, arbores extirpat annoles,
 feindit petras, paludes ficcat, valles exaltat, montes humilia,
 imò etiam virtute fidei tollens mittit in mare. Obedientia
 deinceps extruit ampla palatia, fortiffimas erigit turres, di-
 uerfi generis arborum hortos, & lacunas pifeium locis ordi-
 nat opportunis. Nam deuotio calaturis & picturis potius
 vacat. Byffo & purpura ornat parietes. Pauiméta nouis quo-
 tidie floribus fternit, nouas femper delicias, nouas exhibet
 fpecies pigmentorum. Harum fanè virtutum verus quifquis
 contemptor feculi primam fibi dat, vt fua mortificet vitia. Se-
 cundam verò primùm quidem prælatis, deinde proximis om-
 nibus, vt in charitate illis obediens feruiat. Tertiam Deo, vt
 in eius femper beneficiis, in mifericordia eius, in memoria
 eius delectetur, in laude eius & gratiarum aétione verfeut.
 Quàm felix erit domus Dauid, dum eiuſmodi flupata fuerit
 agmine robustorum, dum inuenietur in ea prælatorù digni-
 tas, falutaris doctrine verba, virtutum exempla, & orationum
 fludia fine intermiſſione feétari: religioſorum fanctitas pœ-
 nitentiæ difciplinam, obedientiæ regulam, gratiam deuotio-
 nis magnanimiter æmulari: humilitas plebis in reuerentia fa-
 cramentorum & obedientia mandatorum Dei fideliter con-

uerfan
 & nou
 merar
 tui in
 noſte
 nitus t

Qu
 luerur
 ofi
 defider
 ran vo
 exemp
 diæ fig
 domin
 cupifce
 tum de
 ret, fi b
 qua, ſec
 iam liq
 fiderab
 putei v
 diunt &
 uerat a
 à paſto
 poſtren
 tris. Sic
 nem C
 runt in
 ram. Ita

uersari. Ea quippe videntur per ternarium vnum, & alterum, & nouissimum tricenarium commendari: quibus dum annumerari dignatur vnus ille & vnicus cui dicitur: *Quis similis tui in fortibus domine?* illius ad nos exinanitione numerus noster impletur, vt sint omnes triginta septem, quod vnigenitus factus sit primogenitus in multis fratribus.

Quòd Iudæi Christum quem desiderauerat, recipere noluerunt.

O si quis daret mihi aquam de cisterna Bethlechem! Hanc aquam desideratam rex Dauid bibere nolens effudit, non suo forsitan voto, sed typo potius alieno: in hoc facto pariter nobis exemplum temperantiæ suæ, & Iudaicæ nihilominus perfidiæ signum relinquens. Effudit eam inquam, & libauit eam domino. Tu quoque si proprium coerecas appetitum, & concupiscentiam non sequaris, obtulisti vtique sacrificium gratum domino Deo tuo. Exiguum satis illius aquæ precium foret, si biberetur: magnum fuit, dum effunderetur. Vilis res aqua, sed eo ipso temperantia preciosior in re vili. Cæterùm iam liquet dilectissimi quod cisterna optata in Bethleem desiderabilem habeat aquam, non de terreni alicuius fontis aut putei vena, sed ex imbre cœlesti. Hauriunt tres robusti, audiunt & annunciant tres pastores. Sed Iudæa quam desiderauerat aquam, bibere noluit, nec oblatam: quando omnes qui à pastoribus audierunt, mirati sunt, non imitati. Libauerunt postremò Iudæi aquam, immolantes filium in conspectu patris. Sicut aqua effusus sum, ait ipse. Effuderunt enim sanguinem Christi sicut aquam, quod est sine reputatione. Effuderunt inquam Iudæi: & effuderunt non hîc vel illic, sed in terram. Ita est inebriata terra, sed adhuc onager sicut.

Finitur liber Regum II.

SEQVITVR LIBER
REGVM TERTIVS.

STEPHANVS.

Cap. I.

I



K

Quid non caleferebat. Nimirum frigidum pertulit, quia de senibus natus est parentibus: vel quia multum in praesentem sanguinem fuderat: vel potius ex quo angelum cadentem populum vidit, pauore vehementi contabuit.

De ambitione.

Adonias festinauit, & praecipit regnum, &c. Tales sunt qui in hoc seculo regnare volunt. Filius Agith, quae interpretatur festiva vel solennis, & qui mundo adherent, volunt esse semper festiui. Vnde: Praecipit regnum, & ideo regno carebit. Falsum est igitur quod vulgo dici solet: Qui prior accipit, non poenitebit.

L Cerethi, viuificantes: Phereti, mortificantes. hi non intraverunt coniugio Adoniae.

De praelatis.

M *Imposuerunt Salomonem super mulam regis.* Mula est caro nostra. Haec est mula regis, si bene regatur, Salomon inungendus in regem, super mulam ponitur, vt castiget carnem suam. Et adduxerunt eum in Gion, quod interpretatur luctantia. Inungitur ergo Salomon in Gion, ad notandum quod maxima lucta in dignitatibus sit, & magnus labor. Item Salomone inuncto timuit Adonias, & omnes qui inuitati sunt de eo. Eodem modo qui in deliciis seculi viuunt terrentur postea, audito quod Christus inunctus est, & considerata humilitate incarnationis Christi.

HUGO DE S. FOILLETO.

Quod per mulam temperantia designetur.

M *Et imposuerunt eum super mulam regis.* Mula ex equo & asino nascitur. Vnde hoc animal ex velocitate equi, & asini tarditate naturaliter temperatur: & ideo per mulam intelligimus temperantiam. Super mulam sedens Salomon in Gion

Gion ducitur : quia necesse est vt qui ad luctam regiminis trahitur, per temperantiam moderetur . Vtinam tales essent qui in ecclesia primatum tenent, vt in Gion luctantes contra vitia laborarent, ad compassionem verò fratrum vncti oleo sancti spiritus extendi possent, vt inter Sadoch & Nathan medij incederent, & sic ex vna parte iustitiam, ex alia verò misericordiam haberent . Sederent super mulam regis, vt in omnibus tenerent modum temperantiæ & discretionis.

Quam necessaria sit prælatis vnctio spiritalis.

Vixerunt Salomonem Sadoch sacerdos & Nathan propheta regem in Gion . Quælibet fidelis anima Hierusalem dicitur, quæ contemptis secularibus curis meditando cœlestia contempletur . Principatum huius ciuitatis obtinuisse dicitur Dauid manu fortis . Virtutem siquidem boni operis imitari solet multotiens abundantia pacis veræ . Inde est quod post Dauid Salomon Hierusalem obtinet: quia animus qui bonis operibus abundat, in pace manere solet . Viuente autem Dauid Salomon in regem vngitur : quia vigente boni operis affectu, animus quiete mentis dominatur . Vixerunt inquit, Salom. &c. Sadoch iustus, Nathan donans, Salomon pacificus, Gion lucta interpretatur . In Gion Salomon in regem vngitur : quia cum magna difficultate agitur vt animus sibi ipsi etiam in pace dominetur vt regat in pace subiectum populum, id est diuersos motus carnis, & turbas multiplicitum cogitationum . Salomon non vngitur, nisi quando ad culmen prælationis sublimatur . Honores, inquit, mutant mores . Tunc enim Salomon, i. pacificus animus, vnctione indiget: quia locus prælationis aut vix, aut nunquam elationis timore caret . Necesse est igitur vt Salomon vngatur, ne pellis sicca rumpatur, id est ne populus separetur, sed regentis animus humilitatis oleo molliatur . Salomon in regem vngitur, quando pacificus animus gratia sancti spiritus fecundatur . Est autem locus sancti spiritus, animus humilis & quietus . Pellis peruncta absque læsione patitur vt in longum vel in latum sæpius extendatur . Sic pacificus animus ad quælibet opera misericordiæ trahitur, si oleo veræ humilitatis aliquotiens perungatur . Sadoch & Nathan Salomonem in regem vngunt, quando iustitia & misericordia animum cuiuslibet potentis modestum reddunt, vt extendi valeat per

dispensationem, ne vel ipse per iram rumpatur, vel alios à se ipse separet per nimiam crudelitatis oppressionem.

BERNARDVS.

Quòd synagoga tam sibi quàm Gentibus & cœlesti ecclesiæ inuidebat viuentem puerum, imò vitam.

Cap. 3.
P



Ecce mihi, nec tibi sit, sed diuidatur. Vox est synagogæ Christum ecclesiæ inuidentis. Ipsa siquidem nobis ipsum peperit officio quodam matris, non affectu. Excussit enim de sinu suo extra ciuitatem eiciens & eleuans se per terram, tanquam dicens ecclesiæ Gentium & ecclesiæ primitiuorum quæ in cœlis est: Nec mihi, nec vobis, sed diuidatur. Diuiditur inquam non inter vtraque, sed ab vtrisque. Expulsum enim & exaltatum, & quidem medicè satis, tamen vt nec in tuis esset manibus nec in terra, ferro vndique coarctasti, ne fortè vel hac vel illac excederet: vt videlicet à te separatus ad neutram perueniret illarum. Sæua nimium mater, ita abortiuum facere voluisti, dum non esset qui excipere posset excussum.

VVERRICVS.

Quòd veram pueri matrem inueniat gladius Salomonis.

Date ei infantem viuum. Infans pro quo contentio agitur Christus dominus est. Mallet synagoga æmula & malmeretrix infantem necari, quàm ecclesiæ viuum dari: sed in inuenienda matre, Salomonis iudicium non errauit. Date ecclesiæ, ait, infantem viuum. Hæc est enim mater eius. Quicumque enim fecerit voluntatem eius, ipse mater, & frater, & soror eius est. O fratres, hoc nomen matris non est singulare prælatis, quanuis eius specialiter huiusmodi incumbat officium: commune est & vobis qui facitis voluntatem eius. Et vos matres estis huius pueri, ex quo à timore domini concepistis, & partu. spiritum salutis. Vigila igitur o mater sancta, vigila super curam recens nati, donec formetur in te Christus. quia quo tenerior, facilius potest perire tibi, qui nunquam perit sibi. Spiritus enim qui in te est, si in te extinctus fuerit, redit ad eum qui dedit illum. Vigila inquam super curam recentis nati, memor quia æmula tua dormiens oppressit filium qui datus erat ei. Quæ est enim stulta & crudelis illa mater, nisi carnalis anima quæ spiritum extinguit negligentia & inertia? Huiusmodi homines cum religionis amiserunt

amiserunt feruorem, ipsius tamen sibi arrogant gloriam & nomen. Inde contentiones carnalium in capitulis, vbi verus Salomon inuisibiliter præsidet. Filius meus, aiunt carnales, viuit, & tuus mortuus est. Ego spiritum Dei habeo, tu non habes: in me viuit timor Dei, in te mortuus est: dum sc. æmulantur sibi religionis auctoritatem, cuius spiritales habent veritatem: vt subducta eius auctoritate consuetudines inducant pro sensus sui libidine. Et reuera mater vult æmulæ dari infantem viuum, non inuidens ei gloriam, dum modò habeat & virtutem. Sed illa, Nec mihi, nec tibi, sed diuidatur, quia nimirum sibi sanctitatis cupit honorem, & aliis relinquere laborem. Sed nõ errat qui iudicat, etsi aliquandiu dissimulet. Gladius Salomonis matrem inuenit, cui adiudicat indiuisum: sicut affectum charitatis, sic effectum potestatis: sicut feruorem operandi, sic fauorem imperandi.

HVGO DE FOILL.

Quòd pacis quietem quatuor inquietent.



Abiit Salomon pacem in circuitu. Quatuor sunt quæ pacis somnium inquietant. Hostis sc. seruus, vxor, & vicinus. Hostis, est diabolus: seruus, mundus: vxor, caro: vicinus, quilibet proximus. Cum ergo diabolus eicitur, mundus subiicitur, caro affigitur, proximus diligitur, quid aliud agitur, nisi quòd pax ex omni parte stabilitur? Sic autem Salomon pacem habuit in circuitu, qui non turbatur memoria præteritorum delictorum, nec inquietatur desiderio futurorum: nec frangitur aduersis, nec prosperis eleuatur.

RICARDVS.

Quòd vanarum cogitationum copix succedat bonarum per Dei gratiam multitudo.

Dabit tibi Dominus latitudinem cordis, sicut arenam quæ est in litore maris. Vt tanta sit sc. copia cogitationum bonarum, quanta fuit prius multitudo inutilium & vanarum: cum adhuc cor tuum iuxta mare magnum mundi huius per desiderium requiesceret, & amore nimio inhæreret.

STEPHANVS.

De passione Christi.

Disputauit Salomon à cedro quæ est in Libano vsque ad hysopum. A cedro vsque ad hysopum Christus disputat, quando superborum colla & humilium iudicat. Super ligna quoque

Cap. 4.
R

S

T

disputauit, dum in cruce pendens arrogantiam seculi inclin-
 uit vsque ad humilitatem hysopi, id est vsque ad stultitiam
 crucis. Quæ egreditur de pariete. Paries est caro nostra. Vn-
 de: Ecce ipse stat post parietem. Qui inicitur super parietem,
 mordebit eum vt coluber. De pariete ergo egreditur hysop-
 us, id est humilitas: quia nihil magis humiliat quam confi-
 deratio fragilitatis nostræ, si cõferatur ad cædrum, id est sub-
 limitatem æternæ gloriæ.

AITHARDVS.

Quòd nisi transeuntes per securim & malleum, stru-
 ctura cœlestis ad ædificium non admittat.

Cap 6.
 V



Malleus & securis non sunt audita in domo Domini.
 Hoc sic intelligendum est, quòd antiè ædifica-
 tionem templi dum adhuc lapides in monte
 Libano extiterant, adeo quadrati fuerant &
 politi, quòd in ipsa ædificatione & structura
 lapides sibi conuenienter aptarentur ad inuicem, & facillime
 sine tunsione aliqua iungerentur. Nam antea ad extra-
 hendos lapides & quadrandos, malleus & securis plurimum
 necessarij extiterant. Sed hoc multo melius, multoque verum
 de illa cœlesti ædificatione, quam verus Salomon Iesus
 Christus de viuis laudibus quotidie ædificat in cœlis, acci-
 pitur. Vbi nec malleus resonat, nec securis: sed magis gratia-
 rum actio, & vox laudis. De domo etiam spiritali quam iugiter
 ædificat in sanctis, conuenienter potest intelligi. Nam
 multo sudore multoque labore sudatur, securisque ac malleo
 plurimum laboratur, antequam ad illam quietem, ad illam pæ-
 cem quam solus Iesus inhabitat veniatur. Vt ergo formèntur
 lapides in Libano superiore, primò extrahendi sunt à Libano
 inferiore: vt formentur in charitate Dei, eruendi primò
 sunt ab amore seculi. Fos autem non elicere & extrahere
 valdè est difficile. Vt enim mundus naturalis ex quatuor con-
 pactus est elementis, sic & ipsi in mundo quodam vanitati
 velut ex quatuor ligantur vinculis. Hoc ipsum siquidem eos
 ibi detinet, quòd sunt in Libano monte. i. quòd mundus eis
 candescit, aridet, & blanditur, quòd in viis suis prosperan-
 tur, & quòd forsitan ad aliquod ibi culmè honoris subliman-
 tur, aut expectant sublimari. Detinet etiam eos moles pro-
 pria, id est carnis suæ delectatio: propria quoque durities,
 id est mentis suæ obstinatio. Aliorum quoque lapidum con-

nectio

nexio. i. carnalis quam ipsi ad alios & alij ad ipsos habent affectio. Proinde inimici hominis domestici eius. Non enim ipsi in ædificium spirituale intrare volunt, nec familiares suos intrare permittunt. Hæ sunt squamæ se præmentes. Hic profectò malleus & securis sunt necessarii. Hic exercendi sunt & audiendi, si fortè vel in eorum ictibus, in lapidibus huius forma Libani quæ eis candescit possit confundi, moles alleviari, confringi durities, compages dissolui: vt sic à massa perditionis dissoluantur, & à Libano inferiore auellantur, auulsi cædantur, poliantur, & in Libano superiore quadrantur, atque formentur, in domus spiritualis structuram mittantur.

De prælatorum disciplinalibus instrumentis.

Concutiendi sunt igitur aliquando per fidem, aliquando minacius per rationem. Securis est enim, cum quis conuenitur ex fide: malleus, ex ratione. Obiicienda est eis peccati sceleritas, & supplicij asperitas. Quia autem carnalis animus magis abhorret supplicium propter asperitatem, quàm peccatum propter sceleritatem, securis est, cum huius exponitur sceleritas: malleus, cum illius opponitur asperitas. In suppliciis quoque securis est, comminatio miseriarum vitæ præsentis. Malleus, comminatio miseriarum vitæ sequentis. Vel securis in rerum amissione, malleus in corporum flagellatione. Vel securis in igne purgatorio, malleus in æterno. Huiusmodi securibus & malleis cooperante gratia spiritus sancti duri nonnunquam lapides à lapidicinis inferioris. Libani extrahuntur. i. à mundi vanitate, & conuersatione carnali. Sed nunquid iam cessabunt, vt deinceps non audiantur malleus & securis? Imò necessarius est adhuc eorum vsus. Adhuc enim rudes sunt, & formari indigent & quadrari. Abbas igitur altera manu stringat malleum, & altera securim. Malleo vtatur ad contumaces atque rebelles, securi ad humiles atque tractabiles. Per malleum increpet asperius. Per securim arguat modestius. Malleum ergo & securim portent non modò ad aliorum correptionem, sed ad sui corporis castigationem & cordis humiliationem. Alioquin magis incurrent. Nam sicut in præsentibus non sunt sicut cæteri hominum, sic non erunt vt cæteri in futuro: vt hic non sunt in gradu alijs æquales, sic & alijs tunc erunt aut superiores in gloria, aut inferiores in contumelia. Recepturi siquidem sunt aut duplicem coronam, aut duplicem

pœnam. Subiecti quoque prælati sui malleo & securi non sunt contenti, sed quisque sibimetipsi securim gerat in cordis compunctione, & malleum in carnis afflictione. Securis autem quotidiana nobis incumbit in colluctatione aduersus carnem & sanguinem. Malleus verò in colluctatione contra spiritalia nequitie in cœlestibus. Quando etiam foris sunt pugnae, intus seditiones: securis est exterior persecutio à manifestis hostibus, malleus verò persecutio interior à falsis fratribus. Nulla enim pestis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus. Huiusmodi malleis & securibus, huiusmodi tusionibus & pressuris lapides expositi atque quadrati conuenienter & condignè transeunt in ædificium spirituale, suisque aptantur locis, per manus artificis disponuntur permansuri sacris ædificiis. Vniuersos autem vbicunque dispositos firmiter in vnum compaginat cemento spirituali, cemento spiritus Dei, glutino videlicet perfectæ charitatis, docens eos seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Ipse Dei, filius, hic est cæmentarius: cæmentum, spiritus sanctus. Hic iam silent malleus & securis. Qui enim perfectionis tantæ sunt, vt in ædificio Dei sic locari sint idonei, incedunt in omnibus iustificationibus domini sine querela & sine offensa. Nec oportet vt increpentur vel arguantur, sed nec etiam vt admoneantur. Ipsi enim in libertate spiritus constituti hilares datores voluntarium offerunt sacrificium, imò holocaustum. Perfecta siquidem charitas ab eis foras misit timorem, quasi malleum incendi damnationem: & quasi securim, timorem amittendi beatitudinem. Quisquis talis est, quantum adiicit decori domus Dei, quàm pulchrè ibi est, & quàm ordinatè, quàm aliis concorditer, quàm domui vniuersæ decenter. Superiores quosque reueretur vt patres: siqui sunt subditi eis, prouidet vt filiis. Eis qui à dextris in profectu sunt, & gaudio spirituali sic congratulatur, acsi sua esset gratia. Eis etiam qui in sinistris in aliquo defectu sunt, siue in aliqua tentatione, vel qualibet corporis aut animi vexatione, sic compatitur acsi ipse pateretur. Aliorum siue bona siue mala, reputat sua.

HUGO DE FOILL.

Quòd per templi pauimentum allegoricè fratrum concordia designetur.

Pauimentum texit Salomon auro interius & exterius. In oraculo s. & in templo id est, in contemplatione coram Deo, & in actione coram proximo. Est autem mysticum pauimentum, humilis cōcordia fratrum, qui spirituali fraternitate sub monasterij regula humiliter seipos prosternunt calcandos etiam persequentibus concordi societate, ne in dispositione pauimenti scientia quæ inflat, inter fratres inæqualitatis offendiculum ponat: ne in aliquo nobilitas generis scrupulum faciat elationis: ne is qui de seculo ad monasterium aliquid de proprio attulit, remissior in labore, paratior in habitu, delicatior in victu, honoratior præ cæteris esse velit. Sed ordinatis fratribus in pauimento beniuolæ subiectionis, detur unicuique, sicut unicuique opus fuerit, iuxta constitutum Apostolicæ dispensationis. Texit itaque pauimentum auro, prius tamen marmoreos lapides super terrâ sternens, deinde verò marmori tabulas superponens abiernas: in marmore scilicet fidei fortitudinem, in abiete spei altitudinem, in auro precium charitatis designans. In his igitur est ambulandum desideranti peruenire ad cœleste regnum.

Moraliter.

Sed & moraliter pauimentum domus intrinsecus & extrinsecus auro regitur, ita scilicet vt prius marmor, ac deinde tabulæ abiernæ supponantur. Intelligitur itaque in marmore propositi firmitas, in abiete desiderij proprietates, in auro intentionis puritas. Habes nunc abietem in medio cum marmore & auro, vt si quid desiderandum est, desideres in puritate, & firmiter conserues. Est igitur morale pauimentum, humilis concordia morum, intrinsecus & extrinsecus vestitum auro: interius s. intentionis puritate, exterius bonorū exemplorum splendidissima charitate. Super hoc pauimentum calcas, dum in puritate superni desiderij firmiter ambulas. In hoc oratorio si pronus ores, aurum non terram vides. Vbi est enim puritas mentis, non apparet puluis terrenæ cupiditatis. Nihil enim erat in interioribus templi, quod non tegetur puritate auri. Si enim respicis sursum, vides aurum: quia dum contemplanis cœlestia, purè diligis Deum. Dum respicis parietes, aurum vides: quia proximum purè diligis propter Deum. Nil igitur erat in templo, quod non tegetur auro: quia in perfectorum mente nil est quod non vestitur supereminente puritate amoris.

De triplici genere ostiorum.

A *Fecit Salomon in ingressu oraculi ostiola.* Facta sunt ostiola de lignis oliuarum. Nisi per vinctum ostium Christus ingredi nescit. Ideo in templo de lignis oliuarum ostiola facta sunt, per quæ in Sancta sanctorum introitus patet. Huius etenim ligni materia vnguentarij est ministra liquoris. Ostiola dicta sunt & oliuarum. Arctus introitus, sed in pinguedine gratiæ sine difficultate illaberis, vbi subtilis est intelligentia & secretum, mysterium: non laboriosus patebit ingressus, si deuotionis & charitatis oleo quasi ostio volueris uti. Et puto quod conueniens est de templo prolarum testimonium: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Habe ergo in templo tuo ostia per quæ summus pontifex solus ingreditur in intimum tui cordis recessum. Claude ostium, obde pessulum, nisi quando dilectus tuus pulsatur, ingredi volens. Habe ostium circumstantiæ, prospice circumstanter, constanter resiste. Obliuio & ignorantia non subrepat, improbitas non irrumpat. Et fricta manus distinguere, sollicitam meditationem reputa ostium, orationem quasi pessulum. Tali firmatum repagulo, hostili non patebit impulsu ostium tuum. Vbi verò vocem & pulsus audis dilecti, vbi manus eius subtilem & per foramen sentis attactum, aufer pessulum, ostium aperi, cuncta cedant obstacula. Si fieri potest, medium parietem totum aufer, vt liberè se dilectus ubi totus infundat. Verùm quomodo ostio eget ille, qui in euangelio ait, Ego sum ostium? Miranda ratio, ostium est, & pulsatur ad ostium: intrare vult, per quem quisquis introierit, saluabitur, & pascua inueniet. Magna est ostiorum distantia. Est enim ostium in argumentis naturæ, est ostium in sacramentis ecclesiæ, & est ostium in experimentis gratiæ. In primo ostio naturalis rationis ductu innotescit nobis per opera operans sapientia, & ad aliquid veritatis incommittitur. Per secundum in eo quod salutaribus sacramentis iniamur ad ecclesiæ vnitatem, intramus ad communionem sanctorum. In hoc sic quidam intus sunt, vt tamen quasi foris sint, donec accedant ad tertium quod familiarem interpretamur accessum, per charitatis affectum, in copiam quandam & contemplationem dilecti. Ostium hoc tam secretum, tam intimum, non omnibus patet, sed soli sponsæ præbet accessum. Verumtamen

tamen parum quid interesse reputa, tu ne ad illum ingrediaris, an ad te ipse. Nisi quòd tunc videris ingredi ad ipsum, cum tu quasi præuenis & prior rogas. Ipse verò ad te, cum ipse te præuenit, pulsat affectum, improuisus illabitur, & nil tale meditantem in speratæ dulcedinis mouet attractu. Quando pulsat hoc modo ad ostium tuum, noli morari, surge, festina, ne fortè declinet.

STEPHANVS.

De fuga seculi.

Fecit Salomon in introitu templi postes de lignis oliuarum. Templum est religio. Ostium templi est ingressus religionis. cuius postes quadranguli debent esse: quia quam citò claustrum quis ingreditur, renunciare debet quatuor, scilicet carnalibus desideriis, diuitiis mundi, carnalibus amicis, propriæ voluntati. Vnde & limen templi in Ezech. erat quadrangulum. Item hæc quatuor debent facere corde & ore. Vnde & postes duos fecisse dicitur.

Cantica sine titulo.

Quibus prelatorum mentes virtutibus sint inscriptæ.



Inter coronulas & plectas, &c. In opere templi opus basium interrasile erat, & sculpruræ inter iuncturas. Per bases doctores ecclesiæ designantur. Interrasile quippe opus basium dicitur, quia pastorum vita per districtam disciplinæ cœlestis custodiam ab omni vitiorum grauitudine se solerter extenuat, vt continentia exercitio polita virtutum sculpturas cum decore suscipiat. Quales autem sculpturæ in ipsis fuerint basibus, manifestatur, cum ibidem subiungitur: Inter coronulas & plectas, leones, & boues, & cherubin. Vbi notandum, quia non erat vlla ex parte plana superficies basium, sed vndique mysticis sculpta figuris: quia sanctorum mentes immò vniuersa eorum conuersatio virtutis in omnibus præterit gratiam. Neque aliqua in eis hora inanis & vacua præterit, in qua piis vacare operibus, vel sermonibus, vel certè cogitationibus desistant. Coronulas quippe in se sculptas habent, cum ad vitæ perennis ingressum iugiter anhelant. Plectas habent, cum inter desideria vitæ cœlestis vinculum fraternæ societatis nunquam dissoluunt. Habent & leones, cum peccantes qui sibi commissi sunt liberè redarguunt & castigant. Habent

Cap. 7.
C

etiam boues cum leonibus : quia in ipsa correctione spiritum mansuetudinis non amittunt. Ruminant & vngulam diuidunt : quia iuxta quod in sacra pagina legunt, discretionem sermonis & operis in ipso seruore arguendi custodiunt. Denique & cherubin, qui plenitudo scientiæ dicitur, habent : quia in sacris eloquiis solerter attendunt, quod de omnibus iudiciis suis æquissimo iudici rationem reddunt sunt. Vnde valdè metuunt ne aut pro seueriore iustitia, aut pro nimia pietate iram districti iudicis incurrant. Hinc est quod ibi subditur : Et super leones & boues quasi lora eræ pendentia. Super leones quippe & boues lora dependent, quando sancti doctores & in seueritate distractionis qua peccantes iudicant, & in mansuetudine lenitatis qua pœnitentibus remittunt, iudicium sui timent auctoris, ne fortè ininistè ligando, ipsi ab eo cuius iudicium errare nequit exorbitent.

STEPHANVS.

De quadruplici gratia.

D Per quatuor partes quasi humeruli subter luterem retinebant. Per hos humerulos significatur quadruplex gratia, scilicet gratia liberans, protegens, transiens, & saluans. Vel per humerulos istos designatur dilectio & obedientia, patientia & humilitas. Hi de basibus procedebant, quia hæc debent habere prælati.

RICARDVS.

Quantis profectibus mens spiritalibus dedita studiis augeatur.

Cap. 10.

E



Enit regina Austri à finibus terra audire sapientiam Salomonis. Quæ est ista regina Austri, & illius calidæ regionis inhabitatrix, & domina, & videndi Salomonem desiderio succensa, nisi quælibet anima sancta, sensibus & appetitibus carnis, cogitationibus & affectibus mentis fortiter præsidens, & summi regis verique Salomonis dilectione feruens? Videndi desiderio ardens eiusmodi regina, summæ sapientiæ regem proposuit ænigmatibus cum frequentibus interrogationibus impetire, quando quælibet anima deuota de diuino adiutorio præsumens inuestigandæ veritatis studio vehementer existit. Audit quod quærit, quando & illa ad quæ ex propria industria non sufficit, sæpè inter orationum suspiria ex diuina reuelatione cognoscit. Videamus adhuc quod sequitur : Vident
aurea

autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam ædificauit, & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ornatus ministrorum, vestesque eorum, & hol. quæ of. in do. domini, non habuit vltra spiritum. Ecce modò videns describitur, quæ prius proponens & quærens proponebatur. Vide tamen quid viderit, & intellige quanta intellexerit. Videns, inquit, regina omnem sapientiam Salomonis. Ecce quanta, ecce qualia animæ deuotæ, animæ studiose datur ex diuina reuelatione cognoscere. Attende quàm miranda videndo cognouerit, quæ præ admiratione ad spiritus sui defectum peruenit. Quid autem aliud illi fuit spiritum non habere, nisi mente excedere? vel vnde ei hoc accidit, nisi multa admiratione?

A I L R E D V S .

Quòd sex virtutum gradibus conscendi debeat cathedra pastoralis.

Thronum sibi fecit rex Salomon, &c. Hic diligenter fratres attendite, quibus gradibus ad curam ascendendum est pastoralem, vt facilius humani generis pestem dominandi, s. libidinem caueatis, magis que tuti velitis (vt dicitur) in imo consistere, quàm periclitari in summo. Ac primùm: Nolite æmulari in malignantibus. Qui cùm sint fornicatores, adulteri, molles, masculorum concubitores, impudentes & irreuerenter ascendunt cubile patris sui, & maculât stratum eius, thalamum Christi vertentes in prostibulum, & sanguinem eius adeo concalcantes, vt precium eius non solum in vana & noxia, sed quòd horribile dictu est, & in mercedem turpitudinis deposito pudore profligant. Nolite æmulari in talibus, licet prosperentur in viis suis: quoniam tanquam scenum velociter arefcunt, & q. ho. her. ci. de. Qui enim inutilè seruum proici iubet in tenebras exteriores, quid faciet de indigno, de impudenti, de pestilenti, de se in Christi cathedram turpiter ingrenti? Sed his omisis, de gradibus videamus. Est autem primus gradus conuersionis. Secundus purgationis. Tertius virtutis. Quartus scientiæ. Quintus contemplationis. Sextus charitatis. Hi sunt fortè sex illi gradus quos in throno Salomonis scriptura describit. Thronus autem Salomonis aptè dicitur cathedra sacerdotalis, ad quam si quis sine his gradibus nititur, non tam sessurus quàm ruiturus ascendit. Vtrum autem xij. leonculi illius magni leonis de

tribu Iuda xij. filiis de quibus dicitur: Non possunt filij sponsi lugere, quandiu cum eis est sponsus: vtrum etiam aurum sapientiae æternitati rotunditas, fini posteriora, duæ manus duplici charitatis actioni possint conuenienter aptari, vestris meditationibus discutiendum relinquo.

HUGO DE FOILLETO.

Quomodo thesaurus animæ dæmonum dentibus demolitur.

Cap. 14.

G



N anno quinto regni Roboam ascendit Sefach rex Aegypti in Hierusalem, & tu. thesaurus domus Domini, & thesauros regios, & vniuersa diripuit, & scuta aurea quæ fecit Salomon pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea. Sefach interpretatur byssus cilicij. Cilicia, est vestis pœnitentium: byssus, delicatiorum. De cilicio autem byssum faciunt, qui asperitatem vite in voluptatem vertunt. Tulit enim Sefach thesauros domus domini, id est secreta diuini consilij sed & thesauros regios abstulit, quia discretas dispensationes voluptas dissoluit. Scuta verò aurea sunt sacræ scripturæ verba. Scuta sunt, quia veræ fidei firmitatem defendunt. Aurea sunt, quia ex puritate procedunt. Quæ scuta Salomon fecerat: quia quietus animus contra hæreticos in pace defensiones parat. Pro quibus rex Roboam scuta ærea fecit. Scuta ærea, sunt secularia verba. Scuta sunt, quia multotiens veritati resistunt. Fiunt ex ære, id est ex sonora materia secularis eloquætiæ. Aes enim quando tangitur, procul auditur: quia impetuofus animus cum manu reprehensionis tangitur, ad lites & iurgia prouocatur. Aurum verò filet percussum: quia pacificus animus non sentit conuitium. Et vniuersa, inquit, diripuit. Vniuersa Sefach rex Aegypti diripit: quia voluptas carnis quæ quibus alij congregant in vsus proprios consumit. Hoc autem in anno quinto Roboam agitur, qui latitudo populi interpretatur. Dum enim animus per quinque sensus corporis se dilatat, hunc voluptas sine contradictione deuasat.

STEPHANVS.

Cap. 16.

H

*D*emetam posteriora tua. Iustus demetit anteriora dominus, id est aufert temporalia, vt det æterna. Malis verò posteriora demetit, s. vitam æternam. vnde: Virum iniustum mala capient in interitu.

STE.

STEPHANVS.



On habeo panem nisi quantum potest ea. ps. fa. in hydria. Farina, verbum domini pugillus, operatio. Quantum ergo fidelis recipit de verbo domini, tantum debet in opus conuertere. Hydria, est vas aquaticum: farina in hydria, est subtilitas sacra scripturæ.

Cap. 17
I

GILBERTVS.

Quòd multiplex sit species lectorum.

Pone puerum super lectum meum. Magnum & multiplex mysterium reperies in lectulis per omnem scripturarum textum, sed non est ad lectulum Salomonis. In lectulo nil aliud spon-
sa diligit, nisi quòd lectulus est, & in eo copia sit suum amplectendi Salomonem. Est ergo lectulus quem sibi Iob sternit in tenebris. Et est lectulus quem Dauid rigat in lachrymis. Est lectulus in quo languens decumbit. Et est lectulus in quo defunctus resurgit. Talis Helisei, talis Helix lectulus. Vterque defunctum hospite mulieris filium in lectulo suscitauit. Ille expandit se super mortuum, iste incuruauit. Vnus in vtroque Christus. Ille exinaniuit se vt formam serui susceperet, & æternitatis suæ longitudinem infra temporalis breuitatem naturæ contraxit. Ipse expandit se, cum spiritum sanctum in nobis abundè effundit. Sinus ille matris defunctum premere poterat non viuificare. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Sed verus Helias illum in cœnaculum tulit, & ad spiritalem intellectum prouexit. Iustus autem ex fide viuit. Ideo tribus metitur vicibus, vt trinitatis cognitionem conferat, & diuidat mensuram fidei. Plangit lex literæ sensum extinctum, sensum carnalem. Sed Christus hunc sensum tulit, spirituales restituit. Et Paulus legi se mortuum dicit, vt viuat in Christo. Bonum vt & tu moriaris, non modò veteri legi, sed & veteri homini, vt suo te viuificet in lecto qui peccata nostra tulit in corpore suo: vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Etiam nunc si quis matris nostræ conuentus huius sancti viduæ apud quam sustentaris vtunque bone Iesu, si quis inquam filius eius moritur, tu resuscita. Mortuus est qui vel tædij vel desperationis mole obruitur, in quo nil est viuidæ deuotionis, seruidi spiritus. Qui etsi legis præcepta non deserat, etsi infra regulæ gremium se concludat, frigidus tamen & moribundo languet

K

affectu, in opere suo suave nil sentiens. Verum talis molli & scemineo matris est sinu fouendus, ne exasperatus abundantiore tristitia absorbeatur. Non expedit ei extra materni sinus ambitum reperiri, ne forte non tollat eum verus Helias in cubiculum suum. Quos resuscitat Christus mulierum fletibus vbique donat. Sic viduæ filium, sic sanctarum fratrem mulierum, sic parentum precibus suscitauit puellam. Tolle bone Iesu, & hunc mortuum nostrum de matris gremio. Regularis hæc & exterior obseruantia neminem ad perfectum adducit. Introduc illum ad molliorem lectum mollioris spei, per quam approximet Deo. Experiatur quod expectat, quoniam bonus dominus expectantibus se, anime quærenti illum. Vnius horæ experientia, multorum temporum labores exhilarat. Tunc nouus redditur matri, postquam tu illum teipso vestisti. Ideo te super ipsum expandis, vt quod est scdum in eo operias, quod nudum vestias. Bonus huius lectuli vsus, qui breui hora in tempora sequentia talem alacritatem transfundit

STEPHANVS.

L Tribus vicibus expandit se Helias super puerum. Quia Christus à tribus principalibus vitis, s. superbia, avaritia, luxuria, curauit genus humanum.

De duplici hostia.

Cap. 18.

M



Entur nobis duo boues. Deus habet suam victimam, diabolus suam. Qui enim macerant se & labores sustinent, vt superiores efficiantur in hoc mundo, sunt bos interfectus à prophetis Baal, qui superior interpretatur. Qui verò pro Deo se mortificant, sunt bos mactatus ab Helia: prophætæ Baal, sunt diuites & potentes huius mundi.

ODO DE MORIM.

Quòd ad perfectionem tendenti sit puerilitas relinquenda.

Cap. 19.

N



Enit Helias in Bersabee Iudæ, & dimisit ibi puerum suum. Bersabee vertitur in puteum abundantie. Et hic puteus est pleniudo legis, id est dilectio. Ipsa virtutum omnium radix, & perfectionis vinculum. Ipsa fons propius cui non communicat alicuius; ipsa est que redatur, & semper debetur: hauritur, nec exinanitur: effunditur,

ditur, & crescit: diuiditur, & augetur: datur, & tenetur: dimittitur, & habetur. Huc veniendum est: quia amulanda est charitas & sectanda, sed puer dimittendus: quia à dilectione procul puerilitas est arcenda. Dimisso verò puero securè iam pergitur in solitudinem. Puer enim squalorem eremi, laborem itineris tolerare nequiret: ardorem sitis, famis inopiam ferre recusaret. Quanti cum puero pergunt in solitudinem, & eius impedimento deficientes in via, non perueniunt ad montem Dei Oreb! Solitudo siue desertum, religionis professio est, & disciplina de cælo cœlestis. Desertum, quia deserit noxia, abdicat inhonesta. Solitudo, quia unitatem diligit, solum quod bonum est, exequitur.

Quòd perfecti viri in cura sui corporis aliquando sibi debeant dispensare.

Proiecit se Helias *Et* *obdormiuit in vmbra iuniperi.* Qui quiescit, quiescat in vmbra iuniperi: vt sub lege disciplinae in exercitio virtutis gaudeat, non respiciens in vanitates & infanias falsas. Qui omne gaudium existimat cum in tentationes varias inciderit, & gloriatur in tribulationibus pro effectu eorum, in secreto dormit, in vmbra iuniperi, in locis pungentibus. Vel quoniam fatigati quiescere est, sub vmbra quiescit iuniperi, qui in proposito religionis dispensatoriè à districtione ordinis aliquantulum se relaxat. Nemo enim tam feruens est & validus, cui interdum non profit indulgisse sibi. Continua enim afflictio nonnunquam tedium parit: & viribus minuitur, qui sine discretione atteritur.

R I C A R D V S.

Quòd electi defectus proprios magis intelligunt, cum diuinitus illustrantur.

Stetit Helias in ostio speluncae. Sunt qui seipfos ad exemplum Heliae in spelunca vident, & carnem suam pro ergastulo habent, dum huius molestiam molestè sustinent. Vultis audire quàm inuitus viuebat, qui in speluncæ suæ ostio stabat? Tolle, inquit, à me domine animam meam, &c. Quid autem est quòd vultum suum operuit, quando dominum transeuntem habuit, qui in id ipsum sic suspensus stetit? An forè sub dominica presentia imperfectum suum perfectius agnouit, & imperfectionem suam videri erubuit? Videre tamen voluisti, qui videri timuisti. O quàm multi sunt qui iam se paratos credunt, & tamen sub ipso visitationis suæ arti-

culo illic trepidant timore, vbi antea non erat timor, & exitum quem prius anxie requirebant, iam fieri formidant! Denique dum spiritum vehementem commotio, commotionem ignis, ignem sibilus auræ leuis sequitur, transeuntis domini præsentia deprehenditur. quia dum mens magnis mirisque quibusdam perturbationibus subito sæpè sentit se totam concuti, & modò nimio dolore excoqui, vel pudore confundi, & iterum præter spem & æstimationem ad magnam animi tranquillitatem componi, velit nolit viuificantis gratiæ operationem perpendit, & diuinitus luce clarior hæc agitari cognoscit.

STEPHANVS.

De periculo prælatorum.

Cap. 20. **Q**uod pugnabis contra Samariam. Semper nititur diabolus custodiam prælationis subuertere. Quando vult filios Israel expugnare, tunc obsidet Samariam.

Quibus diabolus significetur.

Cap. 21.
R



I mortuus fuerit Achab in cin. co. e. ca. si in agro. co. eum 70. Talis dicitur diabolus, qualem facit hominem esse. vnde significatur in Iob per piscem, per volucrem, per feram, per bouem. Piscis est, quando facit hominem curiosum per auaritiam. Volucris, cum superbire facit. Bos, cum facit hominem deputescere per luxuriam. Canis est, quando facit eum detractorem. Cum sumus in ciuitate, id est in vita seculari, morimur detractione per elationem.

Quod canes sunt aulici & detractores.

Cap. 22. **S**icut linxerunt canes sanguinem eius. Isti sunt canes aulici, qui pascentur de peccato malij prælati. Vel linxerunt sanguinem eius, detrahentes ei in abscondito.

Finitur liber Regum III.

SEQUI-

SEQVITVR LIBER REGVM IIII.

GALFRIDVS.

Quòd humanus animus per Dei gratiam & erudiatur in
terris, & ad cœlestia subleuetur.



Actum est cum tollere vellet Dominus Cap. 2.
*Heliam per turbinem in cœlum: He. c. T
di. Pater mi &c. Helias Helisei ma-
gister & dominus, gratia est spiri-
talis fidelem erudiens animam, cui
etiam dominatur. Nam & nomen
ipsum Helix Deus meus interpre-
tatur, sicut Heliseus dicitur Dei
mei salus. Per quod non incon-*

gruè intelligitur qui salutem suam attribuit domino Deo
suo. Sed hic magister quasi in terra graditur, dum discipu-
lum instruit qualiter in terra debeat cōuersari: & cū ipso est,
dum ipsius opera & affectus, mores & studia scrutatur, cor-
rigit, dirigit, moderatur. In cœlum ab eo tollitur, cū iam
ei diuina potius suggerit quàm humana, cœlestia quàm ter-
rena. Eleuatio hæc non humani arbitrij, sed diuinæ est vo-
luntatis: cuius spiritus non modò vbi vult, sed & quando
vult spirat. Et nos quidem statim vellemus: sed ille scit quan-
do oporteat, quando velit. Nec mirum quòd ad illam tran-
quillitatem tollitur Helias per turbinem. Siquidem oportebat
etiam Christum pati, & sic ingredi in gloriam suã. Quan-
tomigis nos oportet per multas tribulationes introire in re-
gnum Dei?

De raptu Helix.

Ibant simul Helias & Heliseus de Galgal. Felix cui gratia
non defuerit, nec in eo fuerit otiosa, vt simul eant: illa
præueniens, & ille obtemperans & cooperans. Galgala vo-
luta bra sunt, & seculi huius instabilia & incerta designant,
vbi omnia vanitas vanitatum, & nihil vnquam in eodem
statu permanens: vbi piger in lecto suo voluitur, & sus in
volutabro luci: vbi nemo quietam inuenit sedem, sed suum

vel amat vel tollerat quisque volutabrum. Sequitur: Et ait Helias ad Heliseum: Sede hic. Dominus misit me ad Bethel. Ait ille: Non dimittam te. Nunquid inobediens existi dominum suo? Non puto. Et tertio idem repetitur, dum trium dierum via perficitur.

De prima profectioe Helix.

- X Bethel, domus Dei est, videlicet cor hominis vbi per fidem habitat Deus: siue etiam domus disciplinæ, vbi velut sub tanto patrefamilias & domino domus, dignè Deo conuersari necesse est. Itaque recedendum à volutabris huius seculi, & migrandum est ad firmam domus huius habitationem. Curiositas & vagatio nugacitatis deferenda est, & assumenda cura cordis & custodia disciplinæ.

De secunda profectioe Helix.

- Y Secunda profectio dicitur in Hiericho. Absit autem ut incidat in latrones, quem deducit Helias. Hierico luna interpretatur, & per eam mutabilitas frequenter innuitur, iuxta illud: Stultus vt luna mutatur, sa per. v. sol. Sed intelligi per eam potest etiam castitas corporis, sicut per solem charitas cordis. Inde enim tota claritas huius lunæ, sine qua omnis eius gratia fallax & vana est pulchritudo. Et quàm pulchra est casta generatio cum charitate, tanquam luna cum sole. Nam & illa frigida, & ille calidus est. Sequitur: Venerunt filij Prophetarum qui erant in Bethel ad Heliseum, & dixerunt ei: Nunquid nosti, quia hodie tollet dominus dominum tuum à te? Filij Prophetarum, Apostoli sancti & doctores Noui testamenti. Nec dubium quin in Bethel & Hiericho habitent qui eiusmodi sunt. Qui etiam indicant Heliseo quòd tollendus sit dominus suus ab eo, quia ad gratiam spiritualem euidentius quàm lex & Prophetæ inuitant & prouocant filij Prophetarum. Sed dicitur etiam eis: Silete, & ego noui, quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, quæ per spiritum sanctum reuelat dominus seruis suis. Incipiunt ergo loqui, sed protinus silent, quibus nec omnino tacere, nec omnia licet hominibus loqui: secundum quod quidam sanctus ait: Verba mihi ineffabilia. Et si non profert vt audiam, offert tamen vt cupiam. Iordanum transmissio opportunè Heliseus monetur vt postulet quod voluerit, qui priori gratiæ non ingratus, secundam magis postu-

postu
grati
tinea
Alio
ruit i
quã
dupli
tem d
nere,
quide
ima f
dente
ner, s
uens
ditati
ignei
quida
gitas.
tingit
sio er
gnosc
diuin
quia v
nitare
mar:
domi
uo in
tia est
git, d
curru
modo
strueb
& nob
partes
nem à
ta van
deerat
tem in
hendit
palliu

postulat, vt ei spiritus duplicetur. Eo autem secunda gratia gratiæ ipsius ad superna eleuatio est, vt nisi viderit, non obtineat. Nam & ei quoque soli sic eleuatur, à quo videtur. Alioquin necdum illi ascendit, qui ascendentem non meruit intueri. Quod autem dicitur, Rem difficilem postulasti: quàm verum sit ipsa indicat paucitas obtinentium in huius duplici spiritu duplex irriguum. Si enim difficile est sufficientem diuinæ gratiæ opitulationem vel in nostris actibus obtinere, quàm difficilius homini scrutari etiam alta Dei? Quod quidem secundus spiritus facit. Nam primus nostra potius ima scrutatur. Sequitur: Dum simul pergerent, & incedentes sermocinarentur. Via hæc ad gressum operis pertinet, sermocinatio ad studium cordis. Ecce currus igneus feruens cogitatio, qua diuina beneficia crebra & affectuosa meditatione instar rotarum sedula mente voluuntur. Et equi ignei: spiritalia desideria eundem curram trahentia. vnde quidam sanctorum ait: Vis scire quid amas? attende quid cogitas. Diuiserunt vtrunque. Vnius enim sermo & efficax pertingit vsque ad di. spiritus & a. Et Heliseus videbat. Ipsa visio erat diuisio, dum ex ipsius ignis lumine perspicacius agnoscebat, quantum ab his quæ humana sunt, differant quæ diuina. Sic igitur in cælum Helias rapitur. Sed memento, quia vt superius dictum est, per turbinem ascenditur ad serenitatem, per laborem pertingitur ad requiem. Heliseus clamat: Pater mi, c. i. & a. e. Liqueat quia iam ab eo suus ille dominus in patrem tollitur & attollitur, liqueat quòd ex seruo in filium adoptatur. Currus Israel & auriga eadem gratia est: quia diuinæ visioni operam dantes & vehit & dirigit, dum afficit simul & erudit. Nam zelus absque scientia, currus est sine auriga. Et non vidit eum amplius. Quodammodo prius videbat, dum adhuc ille eum de visibilibus instruebat. Et apprehendit vestimenta sua, &c. Vtinam detur & nobis apprehendere & scindere vestimenta nostra in duas partes, & solia sicut discerpere: omnem videlicet simulationem à nobis & tollere, & pura confessione innotescere, quanta vanitate & simulauerimus eam perfectionem virtutis quæ deerat, & dissimulauerimus eam quæ potius inerat prauitatem impuritatis. Hæc enim non apprehendit, nisi qui deprehendit: non scindit, qui non acriter reprehendit. Et leuauit pallium Helix. Pallium hoc, iustitiæ exercitium est, quod ei

quodammodo ceciderat qui dicebat: Corporalis exercitio ad modicum utilis est, pietas valet ad omnia. Leuandum tamen & ipsum est, ne modica spernens paulatim decidat. Alioquin ne te dixeris Helix pallium non habueris, ne te scites offerre hostiam holocausti intus in corde tuo, si exterius eius pelle caueris in opere tuo. Denique pallio hoc Heliseus Iordanis aquas diuisit, & easdem Helias ante diuisum. Sed Helix prima diuisio videtur ad propositum animi, secunda autem per Heliseum facta ad eiusdem executionem propositi pertinere. Aquæ enim Iordanis tribulationes sunt voluntariæ humilitatis. Occurrunt autem in cogitatione prius terrendo, quàm in opere exercendo. Vtroque tamen occursum animum quodam modo detinent, & transitum rogare videntur. Sed erudiens gratia pallium inuoluit, & stringit, dum nos instruit, ne exteriorem conuersationem effluere patiamur: sed victum & vestitum habentes debemus esse contenti. Et percussas exinde diuidit aquas, dum persuadet non metuere imminentes tribulationes in hoc seculo, ex eo quòd nihil magnum nobis quæramus in eo. Videntur tamen sicut prius erudiens nos gratia & deducens, non docuit, necesse est vt easdem aquas ipso tandem occurrentes effectu eodem modo diuidere studeamus. Et si prima percussione diuisæ non fuerint, inuocemus Deum Helix, & iterum percutionis. Diuisio hæc, distributio est tribulationum quas patimur: vt inferior pars diluendis peccatis nostris, superior deputetur diuinis promissionibus obtinendis. Sed non statim fit hæc diuisio, quòd primò quidem vix nobis videantur sufficere posse quæcunque patimur ad excusanda quæ fecimus. Postea tamen si non desistimus diuidetur, per memoriam vtique & fiduciam ipsius quæ vocauit nos, & deduxit, gratiæ Dei nostri.

Item vnde supra.

- Z** Factum est dum tollere vellet Dominus Heliam per. 1. in caluam, ibant Helias & Heliseus de Calgal. Benedictus Deus qui maiorum præmia incitamenta facit esse minorum: & cum omnibus suis ad omnia vnus ipse sufficiat, dignantissimi tamen dispensatione in opere salutis humanæ cooperatores habere homines non recusat. Sic Helix gloriam, Heliseo proficiendi fecit esse materiam. Dum enim in cælis Helias rapitur, Heliseo spiritus duplicatur. Semper enim

gratiam auget discipulorum, virtus patefacta priorum: & dum in eis vident quæ æmulentur, ampliora ipsi incrementa virtutum & desiderant & merentur. Ad hoc pertinet, quòd Heliam tollere volens in cœlum dominus, hoc prouidit vt cum eo pergeret Heliseus, nec tamen in cœlum pariter raperetur. Sed vnde eos abiisse scriptura commemorat? De Galgalis, inquit, ibant Helias & Heliseus. Galgala rotationem vel volutabra interpretatur. Quid per hoc intelligitur, nisi incessabiliter transiens mundus & concupiscentia eius? Necessè est igitur vt hinc eat, hinc fugiat, quisquis vt in cœlum tollatur expectat. Et ait Helias ad Heliseum: Sede hic, quia dominus misit me vsque in Bethel. Cui ille: Non dimittam te, ait, & secutus est eum. Sic in Hiericho, sic deinde in Iordanem velut dehortantem & inuitum magistrum discipulus præ deuotionis prosequēbatur affectu. Cæterum ipsa dehortatio magnifica potius & efficax videtur extitisse suasio. Dum enim dicit quòd dominus inuitat eum, quodammodo seruum domini vt imitetur inuitat. Habes simile apud Iosue, cum de Dei cultu ad populum loqueretur, nec auertere eos valens: sed id quod erat optimum, efficacius persuadere contendens: Non poteritis, ait, seruire domino. Deus enim fortis æmulator est, non ignoscet sceleribus vestris, &c. Sic Helias Heliseum sedere monens, non eum remanere, sed bonum eius voluntarium esse volebat. Sed quis iste triplex progressus, ad Bethel, ad Hiericho, ad Iordanem? Bethel domus Dei interpretatur. Et per eam (ni fallor) cor hominis vbi per fidem Deus habitat, designatur. Hiericho significat lunam, & ad carnem non immeritò refertur humanam. Iordanis descensus eorum, transeuntem, & sine intermissione labentem nobis innuit mundum. Primò igitur ad cor suum electus quisque à domino mittitur, vt ibi potissimum fiat humanæ conuersationis initium. Inde transeundum ad corpus, quod per Hiericho designatur, quod nomen luna interpretatur. Sicut enim lunæ nullus splendor est nisi à sole, sic corpori nulla gratia nisi à corde. Sed dices: Quomodo in hanc tam pestiferam urbem mittitur quis à domino? Attamen sicut in Bethel eundem est ad cordis conuersionem, sic mittente domino & in Hiericho transeundum, & ad ordinandum corporis conuersationem. Neque enim animæ pœnitenti actus

vel

vel habitus sui est corporis negligendus, Quinetiam ad Iordanem domino præcipiente eundum est, vt eius aquæ mirabiliter diuidantur. Viri quinquaginta de filiis Prophetarum qui sequi de longe & e contra steterunt leguntur, promittitur quinquagenarium numerum viros inuunt spirituales. Et beati qui Iordanem istum elongauerunt fugientes, & e contra steterunt odientes.

GALFRIDVS.

Quomodo Iordanis per Helicæ palliū spiritualiter diuidatur
A Tulit Helias pallium suum & inuoluit eum. Virgam Moysen
 cam imitatus, cuius percussione Moyses Rubrum mare diuisit.
 uisit. Sicut enim in virga quam manu ferimus operum rebus
 tudo, sic exterior quidam habitus conuersationis nostræ signifi-
 catur in pallio. Cuius etiam inuolutio velut quædam
 restrictio & restrictio fuit. Et quomodo eiusmodi pallio Ior-
 danis iste percutitur, sic quodammodo perfecta cuiuslibet
 serui Dei conuersatio in suis amatoribus percutit & affligit
 hoc seculum, dum grauis est eis etiam ad videndum. Sequitur
 Et diuisæ sunt aquæ. Evidentius nobis in libro Iosue de
 Iordanis diuisione, & vtriusque partis distinctio commenda-
 tur. Steterunt aquæ, ait, descendentes in loco vno, & ad in-
 star montis intumescerent apparebant: quæ autem inferio-
 res erant, in mare solitudinis, quod nunc vocatur Mortuum,
 descenderunt. Hæc est Iordanis huius diuisio, dum aliquid
 prosperitate inaniter intumescit ad instar quidem montis,
 sed liquidi planè non solidi, & celeriter inde complanatur
 alius in aduersitate impatiens à flagellis præsentibus ad per-
 petua tormenta descendit.

De duplici spiritu Helicæ.

Cum autem transissent, dixit Helias ad Heliseum: Postula quod
 vis, vt faciam tibi, antequam tollar à te. Dixit ei Heliseus: Obsecro
 vt fiat spiritus tuus du. in me. Prudens discipulus, qui non
 spiritum postulauit. Quòd autem duplicem petit, dupliciter
 vel etiam tripliciter potest intelligi. Aut enim duplicem spi-
 ritum, quem etiam Helias habebat: aut duplicem, quem prius
 ipse s. Heliseus haberet. Aut reuera difficilem rem spiritum
 duplicem quem Helias habuisset, optabat. Et hoc quidem
 vltimum nonnulli æstimant esse impletum in exhibitione
 gnorum, quòd duplo in illis ab Helia Heliseus effulsit. Sicut
 etiam duplicem petit spiritum, magistri susceptoris officium,
 vi

vt qu
 mis e
 habue
 spiritu
 est en
 amon
 vnicu
 enim i
 nisi du

Oro
 lias af
 choru
 tem?
 rat, sic
 ergo s
 lectus
 terris
 cum
 æqu
 mnes
 & que
 Quid
 lum an
 gilia b
 solum
 non sic
 huntur
 & mis
 non it
 dare n
 etione
 tollitu
 reliqu
 tandiu
 sine cu
 nat: qu
 est, nec
 pificen

vt quam sibi prius acceperat gratiam, nunc acciperet proximis erogandam. Aliter ab Heliseo duplex quàm Helias habuerat, postulatur spiritus: non quia in seipso diuisus est spiritus, sed quia in munere suo vel opere duplicatur. Vnus est enim spiritus per quem charitas diffunditur, ea tamen in amorem Dei & proximi deriuatur: nec adesse credendus est vnicus ille spiritus, vbi duplex non inuenitur effectus. Cum enim in seipso sit simplex, in nobis nunquam poterit fieri nisi duplex.

BERNARDVS.

De duplici gratia luminis & feruoris.

Oro vt fiat spiritus tuus du. in me &c. Nonne tibi videtur Helias ascendentis domini gessisse personam, Heliseus verò chorum Apostolicum in ascensione Christi anxie suspirantem? Sicut enim Heliseus ab Helia nullo pacto auelli poterat, sic nec Apostoli à Christi præsentia separari. Quis est ergo spiritus iste duplex qui quæritur, nisi illuminatio intellectus, & affectus purgatio? Res difficilis, quia rarus est in terris qui illam habere videatur. Non dubito ego intellectum omnium vestrum illuminatum esse, sed non affectum æquè esse aut purgatum manifestis approbo coniecturis. Omnes quod bonum est nostis, & viam per quam incedere, & quomodo incedere debeatis: sed voluntas non vna est. Quidam enim ad omnia viæ & vitæ huius exercitia non solum ambulans, sed & currunt vel magis volant: vt etiam vigiliæ breues, & cibi dulces, & panni suaves, & labores non solum tolerabiles, sed & appetibiles videantur. Alij autem non sic, sed corde arido & affectione recalcitrante vix trahuntur ad hæc, vix gehennali timore compelluntur. Miseri & miserabiles, vt pote socij tribulationis, sed consolationis non ita. Nunquid abbreviata est manus domini, vt omnibus dare non possit, qui aperit manum suam, & im. o. a. benedictione? Cur ergo? Quia scilicet non vident Christum cum tollitur ab eis: id est non cogitant quomodo orphanos eos reliquerit, quòd peregrini & aduenæ sint super terram, quòd tandiu fœculenti corporis horrido carcere teneantur, & nõ sint cum Christo. Inde autem tam perniciofa tepiditas emanat: quia affectus, id est voluntas, eorum nondam purgatus est, nec bonum sibi volunt, sicut nouerunt à propria concupiscentia abstracti grauitè & illecti.

Quòd Helifeum pueri deridentes significant Iudæos in cruce dominum blasphemantes.

- D** *Ascende calue, ascende calue.* Mali pueri, qui sic sacræ frontis caluitiem obiiciunt Heliseo: sed boni pueri, quos per contrarium illorum ad laudem exhortatur Psalmista dicens: Laudate pueri dominum, laudate nomen domini. Ut in ore sanctorum infantium & lactantium perficeretur laus, que in ore defecerat Iudæorum. Ascendit siquidem crucem calue noster mundo pro mundo expositus, & reuelata facie ac discooperta fronte purificationem faciens peccatorum probris & austeræ mortis ignominiam tam non erubuit, quam mercedem pœnam exhorruit, ut nos opprobrio sempiterno eriperet, & restitueret gloriæ. Nec mirum. Quid enim erubesceret, qui nos lauit nos à peccatis nostris? nõ quidẽ ut aqua diluẽs, sed renẽs sordes, sed veluti solis radius desiccans & retinens puritatem. Est quippe Dei sapiẽtia ubique attingens propter munditiã saluam.

STEPHANVS De abiectiõne sanctorum.

- E** *Egressi pueri irridebant eum dicentes: As. cal.* Allegoricè de Iudæis & Christo. Moraliter: Heliseus est claustralis vel quilibet iustus, qui dum ad Bethel. i. ad domum Dei ascendit, in corde suo disponit: pueri. i. sapientes huius mundi, qui derident: mundus contemnit & deserit. vnde: Deridetur illius simplicitas. Tales derisores deuorant vrsi. i. spiritus maligni, qui benè per vrsos significantur. Vrsus debilis est in capite & fortis in renibus: & diabolus debilis in initio peccati, & fortis in consummatione.

De dieta prælati.

- F** *Abiit Heliseus in montem Carmeli, & inde reuersus est in Samariam.* Mons Carmeli, est scientia circuncisionis, id est intelligentia scripturæ. Hæc debet esse dieta prælati: cum Heliseus scilicet à meditatione scripturarum reuerti in Samariam, est tractare negotia subditorum. Hoc est quòd Moyses quandoque ingrediebatur tabernaculum, quandoque egrediebatur. Hoc est quòd dominus prædicabat & faciebat miracula in campestribus, & orabat in montibus.

De duplici humilitate.

- Cap. 3. **F** *Acite in alueo torrentis huius fossas & fo.* Alueus est receptaculum aquarum, & significat cor hominis, quod est receptaculum cogitationum. Sicut torrentis cum impetu fluit per alueum, ita cogitationes per corda claustralium. Vel per al-

ueum torrentis intellige receptaculum pœnarum, quas debet homo pati ad imitationem Christi. Duplex fossa, est humilitas interior, & exterior. vnde: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.

De spiritali scientia.

Non videbis ventum. Id est conflictum disputationis, neque H pluuiam doctrine, & alueus replebitur aquis scientiæ. Hoc sepè videtur in claustralibus qui scholas non intrant, nec disputationibus intendunt, & scientiam habent per gratiam: quia se humiliant, &c. Vnde Ioannes: Non necesse habetis vt aliquis vos doceat, sed vnctio e. do. vos in omnibus.

GALFRIDVS.

Quòd per charitatis abundantiam de manu creditoris diaboli & plebs Iudaica liberetur.



Clamabat mulier ad Heliseum: Seruus tuus vir Cap. 4.
meus mortuus est. Et ecce creditor venit vt tollat I

duos filios meos ad seruiendum sibi. Mysticè quidem ipsa est mulier, vt Apostolus memorat, alligata legi dum viueret vir eius: sed eodem mortuo iam soluta. Clamabat autem ad Heliseum, qui Dei mei salus interpretatur: hoc est ad Iesum qui salutem operatur. Seruus tuus vir meus mortuus est, ait synagoga: in his videlicet membris suis, qui præterisse iam tempus, & a lesse gloriam cognouerunt. Et tu nosti, quia seruus tuus vir meus fuit timens Deum. Laudat quem mortuū nunciat, seruum tamen & timentem dicit: quòd in seruitutem genuerit lex, & seruitutis habuit in timore spiritum. Creditor improbus & crudelis exactor, diabolus erat. Duos sibi ad seruiendum tollere veniens filios synagogæ geminos & adoptiuos. Iudæos videlicet & profelytos. Et Propheta ad mulierem: Quid habes in domo tua? Totum siquidem foris habuit synagoga. Non habeo quicquam in domo mea, nisi panum olei quo vngar. Iudæus enim vix seipsum vel domesticos diligere nouerat, vt putabat licitè odiens inimicum. Cui Propheta, Pete, inquit, ab omnibus vicinis vasa vacua non pauca: quod est dicere: Opportunitates & occasiones exhibendæ dilectionis & benignitatis exquire. Patiens esto ad omnes si fieri potest quod in te est, cū omnibus hominibus pacem habeto. Postremò non vsque septies, sed vsque septuagesies

fies septies dimitte peccanti, vt in vasa non pauca diffusum oleum multiplicetur. Sic nimirum prophetico operi euangelica verba respondēt, & quæ ibi figuraliter innuitur, euidenter hic commendatur dilatio charitatis. Monetur etiam mulier ingredi domum, ne foris maneat cum filio seniori: & claudere ostium, ne exterius rursus vagari incipiat.

Item moraliter vnde suprâ.

K Moraliter etiam potest intelligi. Clamat anima quæ ad saluatorem: Quia mortuus est vir meus, seruus tuus, & timens Deum. Quod virile erat in me ad seruiendum tibi timore tuo elanguit & occubuit. Venit creditor ille vtriusque supradictus. Idem enim communis est & specialis vel creator vel redemptor. Sicut etiam reddere creditori, & de re quo viuere in vtroque sensu non dissimiliter intelligimus ex dissimili videlicet olei multiplicatione, vel omnes simul vel singulos & indulgentiam obtinere & vitam. Duo sibi animæ amor & timor. Et væ miseræ cuius filios ad seruiendum sibi creditor tulerit, vt seruiliter & culpabiliter timeat & amet, vt vtraque eius affectio crudelissimo seruiat creditori. Exigua siquidem sceneratur, & magna recipit, pro transitoria voluptate perpetuos exigens cruciatus. Et sic Propheta: Quid habes in domo tua? Multi enim nesciunt foris distenti. Ad interiora dormitant, & sinunt perfodi domum suam. Nesciunt seipsos, aliena curiosè vestigant, improbè perscrutantur. Nouit seipsam, nouit interiora sua, quæ dicit: Non habeo quicquam in domo mea, nisi paruum olei quo vngar. Quàm benè tamen si vel paruum olei, non multum absit fellis, absinthij, vel aceti. Illa enim effunderet quàm diffundere melius foret. Olei modicum, parua deuotio. Vicinæ mulieres, angelicæ potestates & sanctorum animæ, siue etiam quælibet creaturæ, in quantum condite sunt à bono Deo, diuinæ laudis & dilatata deuotionis nonnullam tibi occasionem & aptitudinem ministrantes. Vasa tibi opera sunt, vasa exempla sunt bona. Vas etiam ipsa quam diximus diuinæ laudis & deuotionis occasio. Petenda sunt à singulis, quæ ab eis commodari posse videntur. Sed id est quoque sciendum, quòd omnes nobis vasa vacua præbeant, ne ab eis qui præbuerunt impleantur. Nec illud conuenit obliuisci, quòd habentes vasa vacua, virgines fatuæ dicantur, & in nuptiis non receptæ. Vt autem impleri debeant, claudere ostium

ostium
quan
te. Cl
quis i
ianui
cias
lis par
tiz si
lito a
purita
ma qu
met e
clausu
seculu
etiam
bet m
grua
dæ gr
leum
neq; p
tanq
dilata

Ste
est: nec
seruere
vno de
Deo s
mant in
ue in n
do in
rarò ab
stio no
bus do
test. &
plebitu

Faci
infecio

ostium

ostium super te, & super filios tuos. Claude interim, ne aliquando tibi claudatur. Claude super te, ne claudatur contra te. Claude inquam, vt nec tuorum quisquam exeat, nec se aliquis ingerat externorum. Et ne timeas claudere, nouit Iesus ianuis clausis ad discipulos introire. Nec ex eas, sed nec respicias quidem foris, ne quæras exteriora, ne cupias. Sed nec illis pateat ostium tuum, vt quomodo habes in Psalmo: Diuitiæ si affluât, animum non apponas. Et nunc vehementius solito abundante malitia, & inundante diluuiio quodam impuritatis, vanitatis, & omnium peccatorum, quàm felix anima quæ clausit ostium super se, & super filios suos, vt nec amet exteriora, nec timeat! Sed quàm beator, cui etiam à foris clausit ostium dominus! vt quemadmodum ipsa præsens seculum negligit, & ab eius actibus fieri satagit alienam, sic etiam negligatur à seculo. Eiusmodi siquidem animæ quanlibet modicum olei suppetat, timor tamen, & amor vasa congrua ministrabunt, exhibendæ scilicet beneuolentiæ, exercendæ gratiæ, deuotionis augendæ, vt magis ac magis crescat oleum eius. Sed & quando iam vasa defecerint, non deficiat neq; peresuat: magis verò stet & maneat sibi, si quando fortè tanquam vas aliud occasio quælibet oriatur, & adhuc oleum dilateretur.

BERNARDVS.

Quòd mundanis consolationibus spiritalis consolatio non miscetur.

Stetit oleum, vbi vasa vacua non inuenit. Oleum stare necesse est: nec mittunt vinum nouum in vtres nouos, vt ambo conseruentur. Neque enim spiritus & caro, ignis & tepiditas in vno domicilio commorantur. Præsertim cum tepiditas ipsi Deo soleat vomitum prouocare. Sunt enim quidam qui amant in carne sua terrenas consolationunculas, siue in verbo, siue in signo, siue in facto, siue in aliquo alio. Et si hæc aliquando interrumpunt, nõ tamen penitus rumpunt. Inde est quòd raro affectiones suas dirigunt in Deum: & eorum compunctio non continua, sed horaria est. Impleri autem visitationibus domini anima quæ his distractionibus subiacet, non potest: & quanto magis euacuabitur illis, tanto amplius istis implebitur: si multum, multum: si paruum, parum.

STEPHANVS.

Faciamus ei cœnaculum. Per mulierem istam significatur pars inferior rationis, quæ quandoq; mouet superiorè. Cum enim

quis videt pauperem afflictum penuria, & ex visu innascitur ei affectus benefaciendi, tunc pars inferior mouet ad bonum, tunc Martha vocat Mariam, tunc mulier inuitat virum visciat cœnaculum Heliseo, id est domino.

- N** *Cum egressus esset ad puerum &c.* Filius huius mulieris fuit Iudæi, qui mortuus est tempore messis, id est prædicationis, vnde: Leua. oc. ve. ecce regio. iam albæ sunt ad messem. Item in meridie plena est lux, quæ fuit quando Christus prædicationem. Et tunc mortuus est Iudaicus populus, cum deberet iucunde bonis operibus. Vnde Isaias: Impegimus in meridie quasi cæci. Hoc idem significatum est per nliam Archisynagogi, quæ mortua est cum nubilis erat.

De remedio acediæ.

- O** *Cum esset puer ad messorum, ait: Caput meum doleo.* Puer vadit ad messorum, cum aliquis nititur ad opera supra vires. Talis cito dolet caput. i. mentem, per acediam, & tedium ex difficultate operis inchoati. Talem facit pater redire ad matrem. i. infirmitatem, vt suam si infirmitatem agnoscat, & viribus suis opera commensuret. Collocauit eum super lectulum Helisei. Talis ponendus est in lecto Helisei, quia ei debet annunciari passio Christi. Et sic ex eius recordatione iucundum ei reddetur & dulce, quod prius graue & anxium videbatur.

HUGO DE FOILLETO.

- P** *Quod mundana felicitas tribus incommodis sit obsessum. Caput meum doleo, ca. m. do.* Caput hominis, est principium mentis. Dolor verò capitis, est appetitus mundanæ felicitatis, quæ ideo dolor esse dicitur, quia quæritur cum labore, per fidetur cum timore, amittitur cum mœrore. Puer ergo caput suum dolet, dum puritas animæ de trāsgressione mentis pernitet. Sed prædictus puer bis caput suum doluit, dum puritas animæ de delectatione & consensu peccati fleuit.

BERNARDVS.

Quod inuocatio nominis Iesu nulli morbo inefficax inuenitur.

- Q** *Tolle baculum &c.* Habuit Iudæa quosdam Iesus, quorum cuius gloriabatur vocabulis. Illa enim nec lucent, nec pascuntur nec medentur: sicut nomē domini mei Iesu lucet prædicatione, pascit recogitatum, inuocatum lenit & vngit. Et vt percurramus per singula, vnde putas in toto orbe tanta fidei lux, unde de prædicato Iesu? Nonne in huius nominis luce nos vocat

uit in admirabile lumen suum? vt meritò dicat nobis Apostolus: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Hoc denique nomen coram regibus, & gentibus, & filiis Iſraël, portare iuſſus eſt idem Apoſtolus: & portabat nomen tanquam lumen, & illuminabat patriam: & clamabat omnibus lumen ſuper candelabrum, annuncians in omni loco Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum. Quomodo lux iſta inſplenduit, & perſtrinxit cunctorum oculos, quando de ore Perri tanquam fulgur egrediens, claudi vnus corporales plantas ſoliſtauit & baſes, multoſque ſpiritualiter cæcos illuminauit? Nunquid non ignem ſparſit, cum ait: In nomine Ieſu Chriſti na. ſ. & a. in pace? Nec tantum lux eſt nomen Ieſu, eſt & cibus. An non totiens confortaris, quotiens recordaris? Quid æquè mentem cogitantis impugnat? Quid ita exercitatos reparat ſenſus, virtutes roborat, vegetat mores bonos atq; honeſtos, caſtas fouet affectiones? Aridus eſt omnis cibus animæ, ſi non oleo iſto inſunditur: inſpidus, ſi non hoc ſale conditur. Si ſcribas, nō ſapit mihi, niſi ibi legero Ieſum. Si diſputes aut conſeras, nō ſapit mihi, niſi ſonuerit ibi Ieſus. Ieſus mel in ore, melos in aure, in corde iubilus. Sed eſt & medicina. Triftatur aliquis veſtrum? Veniat in cor Ieſus & inde ſaliat in os, & ecce ad exortum nominis lumen nubilum omne diſſugit, redit ſerenum. Labitur quis in crimen? inſuper currit ad laqueum desperando. Nōne ſi inuocet nomen vitæ, conſeſtim reſpirabit ad vitam? Cui aliquando ſtetit ante faciē nominis ſalutaris, duritia vt aſſolet cordis, ignauiæ torpor, rancor animi, languor acedix? Cui ſons fortè ſiccatus lachrymarum, inuocato Ieſu non continuo erupit vberior, fluxit ſuauior? Cui in periculis palpitanti & trepidanti inuocatum virtutis nomen non ſtatim fiduciam præſtitit, depulſit merum? Cui quæſo in dubiis æſtuanti & fluctuanti ad inuocationem clari nominis non ſubito emicuit, certitudo? Cui in aduerſis diſſidenti, iam iamque deficienti, ſi nomen adiutorij ſonuit, deſuit fortitudo? Nimirum morbi & languores animæ iſti ſunt, illud medicina. Denique & probare licet. Inuoca me, ait, in die tribulationis, eruam te, & ho. me. Nihil ita iræ impetum cohibet, ſuperbiæ timorem ſedar, ſanat liuoris vulnus, reſtringit luxuriæ fluxum, reſtinguit libidinis flammam, ſitim temperat auaritiæ, ac totius indecoris fugat pruriginem. Siquidem cum nomino Ieſum,

hominem mihi propono mitem & humilem corde, benignū, sobrium, castum, misericordem, & omni deniq; honestate & sanctitate conspicuum, eundemq; ipsum Deum omnipotentem qui suo me & exemplo sanet, & roborat adiutorio. Hæc omnia mihi sonant, cum insonerit Iesus. Sumo itaque mihi exempla ab homine, & adiutorium à potente: illa tanquam pigmentarias species, hoc tanquam vnde acuam eas: & facio confectionem, cui similem medicorum nemo facere potest. Hoc tibi electuarium habes o anima mea, reconditum in vasculo vocabuli huius quod est Iesus, salutiferum certè, quodque illi vnquam pesti inueniatur inefficax. Semper tibi in sinu sit, semper in manu, quo tui omnes & sensus in Deum dirigantur & actus. Deniq; & inuitaris. Pone me, ait, vt signaculum super cor tuum vt s. f. b. t. Habes ergo vnde & brachio medearis & cordi. Nec mirum si synagoga in tenebris est, vique adhuc fame & infirmitate laborans: & non saluabitur, nec satiabitur, quousq; sciat Iesum meum dominari Iacob & Beniaminum terræ, & conuertatur ad vesperam, vsq; circumeat civitatem. Habuit enim vt dictum est quosdam Iesus.

- Quod præambuli Iesu per Helisei baculum designentur.
- R** Sed illi præmissi tanquam baculus ad mortuum Prophetam præueniens fuerunt, & sua interpretari nomina nequiuerunt. Vacua enim erant. Superpositus mortuo baculus est, & non erat vox, neq; sensus, quoniam baculus erat. Descendit qui baculum misit, & mox saluum fecit populū suum à peccatis eorum, probans se esse quod dicebatur: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Ipse profectò qui dixit: Salus populi ego sum. Iam vox est, iam sensus est. Sentitur infusa salus, & beneficium non tacetur: intus sensus, foris vox. Compungor & confiteor, & confessio vitam indicat. A mortuo enim tanquam ab eo qui non est, perit confessio. Ecce vita, ecce sensus, suscitatus perfectè sum. Nihil enim aliud est mors corporis, nisi cum sensu priuatur & vita. Peccatum quod est mors animæ, nec cõpunctionis mihi sensum, nec confessionis reliquit rat vocè. Venit qui peccata dimitteret, & vtrunq; reliquit, dicens animæ meæ: Salus tua ego sum. Quid mirum si cecidit mors vbi vita descendit? Iam corde creditur ad iustitiam autem con f. ad fa. Iam oscitat puer, & oscitat septies dicent: Septies in die laudem dixi tibi, &c. Sed quid sibi vult septenarius iste? Sed nec illud vacat, quòd Propheta incumbens

super

super mortuum ad mensuram puerilis corporis se contraxit. Os suum ori illius coniunxit, oculis oculos, manibus manus. Hoc semel contulit vniuersitati. Hoc singuli quotidie actitari sentimus, cordi scilicet tribui intellectum, & ori ædificationis verbum, & manibus opus iustitiæ. Dat sentire fideliter, dat proferre vtiliter, dat efficaciter adimplere. Et est funiculus triplex qui difficilè rumpitur ad extrahendas animas de carcere diaboli, & trahendas post se ad regna cælestia: scilicet si rectè sentias, si dignè proloquaris, si viuendo confirmes. Oculis suis tetigit meos, interioris hominis frontem claris luminibus ornans fide & intellectu. Ori meo iunxit suum, & mortuo signum pacis impressit: quoniam cùm adhuc peccatores essemus, reconciliauit nos Deo mortuos iustitiæ. Os ori applicuit, inspirans iteratò in faciem meam spiraculum vitæ, & quidem sanctioris quàm primò. Nam primò in animam viuentem creauit me, secundò in spiritu viuificante reformauit. Manus suas meis supposuit, exemplum præbens bonorum operum, formam obedientiæ. Aut certè manum suam misit ad fortia, docens ma. meas ad prælium, & di. me. ad bellum.

Quid significant oscitationes pueri suscitati.

Et oscitauit puer septies. Sufficiebat ad gloriam manifestandi miraculi oscitasse semel: sed multiplicitas & insignis numerus mysterij nos admonent. Si illud ingens vniuersi generis humani corpus exanime attendas, vides vbique ecclesiam: ex quo Propheta incumbente vitam recepit, quasi septies laudem dicere consuevit. Si teipsum attendas, in hoc te noueris vita viuere spiritali, ac mysticum hunc implere numerum, si sensualitatis tuæ quinarium charitatis binario subiicis, exhibésque iuxta Apostolum membra tua seruire iustitiæ in sanctificationem, quæ prius exhibuisti seruire in a. i. Aut certè si eundem quinarium proximorum saluti impertiens ad perficiendum septenarium duo hæc adiicias: Misericordiam & iudicium cantate Deo. Sunt & aliæ septem oscitationes, septem s. experimenta, sine quibus vera & certa salus rediuiui spiritus non constat: quatuor ad sensum compunctionis, tria ad confessionis sonum pertinentia. Qui viuit, cui vox & sensus est, in se eadem recognoscit. Porro sensum recuperasse te scias, si tuam conscientiam quadruplici sentis compunctione morderi, pudore gemino, & ge-

mino metu. Nam vitam ad perficiendum septenarium triplex confessionis species attestatur. De quibus postea videbitur. Nonne & sanctus Hieremias in suo planctu observat hunc numerum?

Quod geminus timor, & pudor geminus per oscitationes quatuor designentur.

T Et tu igitur in tua lamentatione pro te formam habes propheticam, Deum cogita factorem tuum, cogita benefactorem, cogita patrem, cogita dominum. Ad omnia reus et plange per singula. Ad primum & ultimum respondeat timor tuus. Ad duo media pudor. Pater sanè non metuit cum pater sit. Patris est & misereri semper & parcere. Et percutit virga, nò baculo percutit: & cum percussit, sana Paterna vox est: Percutiam, & ego sanabo. Non est proinde quod à patre formides, qui etsi quando feriat ut emende, nunquam tamè ut vindicet. At verò cogitentè quòd pater offenderim, etsi non est quod terreat, est tamen quod pudeat. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, non à mulo carnalis cupiditatis excussit, quemadmodum genuit carnis meæ. Deinde non pepercit vnigenito pro sic genuit. Itaque ipse patrem sese mihi exhibuit, sed non ego viciniam me illi filium. Quanam fronte attollo iam oculos ad vultum tam boni patris tam malus filius? Pudet indigna gessisse genere meo. Pudet tanto patre vixisse degenerem. Exitus aquarum deducite oculi mei, operiat confusio faciem meam, vultum meum pudor suffundat, occupetque caligo, deciatque in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Pudor quem fructum habui, in quibus nunc erubescio! Si à carne seminaui, de carne non metam nisi corruptionem. Si in mundo, & ipse transit, & concupiscentia eius. Quæ caduca, vana, & propè nulla, quorum finis mors est, imbecillitas & insanus præferre non erubui æterni patris amoris & honoris? Confundor, confundor audire. Si ego pater, ubi est honor meus? Sed etsi pater non esset, obrueret me beneficiis. Instaurat adversum me testes, ut alia innumera taceam huius corporis victum & usum temporis, & super omnia sanguinem dilecti filij sui clamantem de terra. Pudet ingratitudinis, quanquam ad confusionis cumulum arguat me la reddidisse pro bonis, & odium pro dilectione. Minime quidem mihi à benefactore sicut nec à patre timendum.

Nam sine pœnitentia sunt dona eius. At quanto de illo benignius, tanto de me indignius sentire cogor. Heu quid vel nunc tribuam domino pro omni. quæ retri. mihi? Quòd si segnior fortè minus suas partes exequitur pudor, timor excitetur in a. liutorium. Sepone parum pia vocabula patris & benefactoris, ad austeriora conuertere. Nempe vbi legitur: Pater misericordiarum e. Deus to. com. legitur nihilominus; Deus vlt. do. legitur: Deus iustus & fortis. legitur. Deus iudex. legitur: Terribilis in consiliis s. f. ho. legitur: Deus zelans. Quòd pater est, quòd beneficus, tibi est: quòd do. & creator, sibi. Etenim propter semetipsum fecit omnia. Quid ergo? quod tuum est, tibi defendit & seruat: putas & pro se aliquando non zelabit? Putas sui nõ requiret principatus honorem? Requiret planè, & à redempto seruitium, honorem & gloriam ab eo quem plasmavit. Esto quòd dissimulet pater & ignoret beneficiis: sed non dominus, non creator. Et qui parcat filio, non parcat figmento, non parcat seruo nequam. Pensa si potes cuius sit formidinis & horroris, tuum atque omnium contempsisse factorem, offendisse dominum maiestatis. Nam si reum regis maiestatis, quantum humanis legibus, humano plecti capite sancitum est: quis finis contemnentium diuinam omnipotentiam erit? Tangit montes & fumigant: & tam tremendam maiestatem audeat irritare puluisculus vno leui flatu dispergendus & non recolligendus? Ille timendus est, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Pauco gehennam, pauco iudicis vultum ipsis tremendum angelicis potestatibus. Contremisco ab ira potentis, à facie furoris eius, à fragore ruentis mundi, à conflagratione elementorum, à tempestate valida, à voce archangeli, & à verbo aspero. Contremisco à dentibus bestis infernalis, à ventre inferi, à rugientibus præparatis ad escam. Horreo vermem rodentem, ignem torrentem, fumum & vaporem, sulphurem & spiritum procellarum. Horreo tenebras exteriores. Quis dabit capiti meo aquam, & o. meis fontem lachrymarum, vt præueniam fletibus fletum, & stridorem dentium, & manuum pedumque dira vincula, & pondus catenarum prementium, stridentium, vrentium, nec consumentium? Heu me mater mea vt quid me genuisti filium doloris, filium amaritudinis, & indignationis, & plorationis æternæ? Cur exceptus geni-

bus, cur lactatus vberibus, natus in combustionem & ci-
bus ignis? Qui sic afficitur, sensum recuperavit. & in duplici
metu isto, itēque pudore illo duplici habes obscitationes
quatuor.

De tribus circumstantiis confessionis

V Tres quæ restant, ex voce confessionis supplebis, si tamen
corde humili, simplici, fideli processerit illa confessio.
Omne ergo quod remordet conscientiam, confitere humi-
liter, purè, fideliter, & has vices implesti. Sunt enim qui glo-
riantur cum malè fecerint: & e. i. r. p. Quos denotans Pro-
pheta ait: Peccata sua prædicauerunt vt Sodoma. Ex hoc
vitium maximè secularium est. Quanquam & de ipsis qui
religiōse vestiti & religionem professi sunt, nonnunquam
aliquos audimus reminisci & iactitare mala sua præterita,
quæ verbi gratia aliquando gladiatorio vel argutè literato-
rio gessere conflictu: siue aliud quod secundum mundi va-
nitatem fauorabile, sed ad animæ salutem noxiū, perni-
ciosum, damnosum. Secularis adhuc animi indicium est, &
humilis habitus qui gestatur à talibus, non sanctæ nouitatis
est initium, sed prisce vetustatis operculum. Nonnulli ta-
lia quasi dolendo & pœnitendo rememorant: sed gloriam
in intentione captantes commissa sua non diluunt, sed se
ipsos illudunt. Nam Deus non irridetur. Veterem hominem
non exuerunt, sed nouo palliant. Nam non prodeur aut
proiicitur vetus fermentum, sed statuitur, iuxta illud: Inuo-
terauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Sed est con-
fessio eo periculosius noxia, quò subtilius vana, cum ipsa
etiam iphonesti & turpia de nobis detegere non verentur
non quia humiles simus, sed vt esse putemur. Appetere au-
tem de humilitate laudem, non est humilitatis virtus, sed
subuersio. Ecce cur humilem esse debere dixerim confessio-
nem. Oporteret esse & simplicem. Non intentionem, forte
quia latet homines, excusare delectet si sit rea: nec laqueum
culpam, quæ grauis: nec alieno adumbrare, cum inuitum
nemo coegerit. Primum illud non confessio est, sed destruc-
tio: nec placat, sed prouocat. Sequens monstrat ingrati-
tudinem: & quo minor reputatur culpa, eo minuitur & glo-
ria indultoris. Sed minus libenter beneficium datur, quod
minus necessariè prouenire sentitur. Veniam proinde sibi
abiudicat, qui munus largitoris attenuat. Quod quidem facit
omni

omni
Iam
culp
quin
est
fessi
dens
Iuda
diffi
ior e
nihil
fion
ctior

E
min
Nar
corp
men
& va
maie
men
signa
lesac
denu
Chri
Con
denti
quad
men
paci
tia s
tia, c
re. P
cetur
orati
temp

omnis qui reatum suum verbis eleuare conatur vel factis. Iam à postremo primi hominis dehortetur exemplum, nec culpam dissentientis, nec veniam consequentis. Non dubium quin ob reatus mulieris admixtionem. Genus excusationis est, cum argueris tu, alium incusare. Sit autem fidelis confessio, vt consteatis in te de indulgentia penitus non dissidens: ne tuo te ore non tam iustifices, quàm condemnes. Iudas certè proditor, & Cain fratricida confessi sunt, sed dissisi. Alter, peccaui, inquit, trad. sang. iustum. Alter, Maior est, inquit, iniquitas mea, quàm vt ve. me. Et verax licet, nihil eis profuit infidelis confessio. Hæ itaque tres confessionis obseruantia iunctæ quatuor superioribus compunctionis, septenarium implent.

V V E R R I C V S.

Quid per septem oscitationes pueri designetur.

Et oscitauit puer septies, &c. Primum vitæ redeuntis in ho- X
minem indicium est, si strenuus & impiger sit ad actionem. Nam perfecta resurrectio eius, in hoc duntaxat moribundo corpore, si oculos aperiat ad contemplationem. Quod tamen non ante promeretur intellectus, quàm crebris suspiriis & vehementibus desideriis dilatetur affectus, vt tantæ capax maiestatis reddatur. Quod velut per quosdam gradus incrementum resurgendi in mortuo quem suscitauit Heliseus signatur. Qui cum ad vitam rediret, primò dicitur quia calesacta est caro pueri. Deinde quia septies oscitauit, & sic demum aperuit oculos. Caro pueri, cor carneum est in Christo paruuli: cui prima spes vitæ est, si dicere potest: Concaluit cor meum intra me, &c. Amplius autem & euidentius ad resurrectionem proficit, cum desiderio & esurie quadam iustitiæ oscitare frequentius incipit, vt dicat: Os meum aperui, &c. Oscitatio ista distensio est affectus, vt capacior fiat spiritus vitæ, quatenus post alia charismata gratiæ septiformis, infusus etiam spiritus intellectus & sapientiæ, oculos tandem ad contemplandum Deum faciat aperire. Primus ergo calor vitæ redeuntis est, cum bonus exercetur actus. Secundus resurrectionis profectus est, cum per orationes dilatatur affectus. Perfectio autem, cum ad contemplandum illuminatur intellectus.

Cap. 5.
Y

Naaman princeps militiae regis Assyriorum erat, vir fortis & diues, sed leprosus, &c. Naaman iste cuius nomen decorum sonat, Syrus erat, id est sublimis, zelatus, plus attendens quæ diues & potens erat, quam quod leprosus. Videntur autem per lepram manifesta iam quasi foras erumpentia peccata signari. Inde erat quod leprosi specialiter extra castra fiebant, nam de occultis temerè est iudicare. Eiusmodi autem hominibus peccandi materiam operantur ministrant. Potestas alit audaciam publicandi peccata. Vnde eius gloria eius: secundum illud Apostoli: Quoniam gloria viri est. In illius obsequiis puella Israelitica captiua tenetur, dum diuinæ legis scientia velut à larrunculis capta & addicta quodammodo vanæ gloriæ peccatoris hominis simulatur. Interdum tamen accidit vt dominæ suæ suggerat hæc puella, quod per Prophetam qui in Samaria est, mandari possit dominus eius à lepra. Optat enim quodammodo ipsa scientia secularium, vt eiubeant res confusione digna facere, qui tantopere appetunt gloriari. Sic per occasionem primùm eis Christus annunciatur. Ipse est enim verus Hebrews, id est Dei mei salus: habitans in Samaria, id est custodia electorum suorum. Ipse est qui diuinitus saluat, & mandata à præteritorum maculis delictorum. Ipse est qui custodiunt in eadem recidunt, & iterum inquinant quod lauerunt.

De fluuiis Damasci.

Z *Vade, & lauare septies in Iordane, & mundaberis, &c.* Interest vbi laueris. Fluuios Damascenos Israeliticis aquis præferas. Damascus sanguinis potus, vel sanguinis osculum, amor peccati est. Mandat enim quodammodo peccatum, quod difficilius acquiescit: & de vua acerba obstupescunt dentes eius, quotiens post commissum cogitatione accusatur turbatur. Bibit autem & osculatur, qui incunctanter admittit, & sibi complacet in admissio. Ad hoc pertinet osculum manus suæ, quod sanctus Iob scelus maximum & in Deum negationem esse testatur. Dicitur etiam Damascus sanguis facci: per quod videtur non in cognitione peccatum carnis intelligi. Habet autem Damascus fluuios Abana & Parphat, quorum prior interpretatur lapides, posterior talpæ, sive suffossiones. Et priori quidem immergitur, qui in luxuria actibus

actibus obdurat mentem, obdurat frontem: vt nec Deum timeat, nec hominem vereatur. Potens est autem Deus de lapidibus istis sus. fi. A. Nam posteriorem fluiuium potius eligit: nec in Abana sed in Farfar mergitur, qui suam studet occultare miseriam: velut talpa fodiens & expers lucis ad lucem venire timens ne arguantur opera eius. Et quàm malè vterque abluitur, non mundatur, dum neuter suas deponit maculas, sed easdem alter dissimulat, alter occultat. Inueniet hæc duritia duriolem: & qui noxias interim fouent latebras, proiicientur in tenebras exteriores. In tenebris siquidem positus, iam non intus, sed foris erit. Alienus quidem à luce veritatis, sed ab ea palam & publicè redargutus.

De septiformi lepra.

Peccamus per visum, per auditum, odoratum, gustum, tactum, per ardorem libidinis, & incessum pedum. Sic exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato. Sic per omne corpus lepra diffunditur, & à summo vsque deorsum contaminat vniuersa. Inde est quòd inductus iuxta doctrinam Apostolicam presbyter ad infirmum, cum impositione manuum orat & postulat, vt ipsa quam diximus septiformis in eo lepra debeat aboleri.

De lepra visus.

Peccauit Eua per visum, lignum veritum intuēs, sic oculis delectata, vt nescio quomodo viderit quòd suaue foret etià ad vescendum. Sic per visum ille visu desiderabilis lapsus est in peccatum lauandem se fœminam intuens & concupiscens. Licet autem voluptas carnis & curiositas per fenestras intuent & exeāt oculorum: sed in eis vt sanctus ait papa Greg. Superbia specialiter principatur, & prima sibi corripit humani corporis membra, quæ initium est omnis peccati. Quid ergo nobis factu opus est, nisi vt auertamus oculos qui animam deprædantur, ne videant vanitatem? illius prouerbij memores, Quoniam oculi sapientis in capite eius, oculi autem stultor. in f. ter. Deducant igitur oculi nostri diuisiones aquarum, non mortiferas concupiscentias introducant.

De lepra auditus.

Multa & in secundo sensu pernicies apud illos qui pruriunt auribus, & à veritate auertunt aurem, & ad fabulas cõuertuntur. Specialiter autem ad meritum auditus obedientia, ad reatum inobedientia pertinet. Vt etiam superbia oculos

occupat, sic inobedientia peccat maximè per auditum.

De lepra odoratus.

D De peccatis ad odora. pertinentibus quid dicemus? Nul-
lus in nobis tam innoxius sensus apparet, nec magnopere (ut
opinor) super his quæ per odoratum inter nos peccata fi-
ant, vel plangendum nobis est, vel pauendum. Sed est spi-
ritalis odor, & spiritalis olfactus, de quo sponsa: In od. vi-
uentorum tuorum currimus. Et Apostolus: Christi be-
nus odor sumus. Odor opinio est. Legimus etiam quòd for-
tis equus procul odoretur bellum. Si quidem futuræ vite
præfagium sumere, quodammodo olfacere est. Nec peccat
per odoratum, qui sagaciter præuidet in futurum. Peccat
autem qui negligit. Peccat etiam quisquis temerè sibi arro-
gat & præsumit. Peccat etiam per odoratum, qui suaueo-
lentia nimis captat, vel contraria cum fuerit necesse non su-
stinet. Peccat & aliter per quendam interioris hominis o-
doratum, qui famosos in qualibet seculari excellentia viros
seculariter æmulatur. Peccat nihilominus per eundem, qui
meliorum opinioni inuidet, vel minimè condelectatur. Pec-
cat & qui crudeliter negligit famam suam, vel in ea vanè con-
placet sibi. Peccat qui imminetia sibi pericula pernicio-
securitate dissimulat, vel paratis eregione lucris spiritalibus
non intendit.

De lepra gustus.

E Non est nouum humano generi peccare per gustum, sic
Euam, sic Esau legimus deliquisse. Eua vetitam sumpsit ef-
focam, Esau immoderatus concupiuit. Filios etiam Heli deli-
cator appetitus traxit in culpam. Sodomitas verò cum su-
perbia & inhumanitate in crimen meruit pessimū etiam quan-
titas immoderata ciborum. Ionathas horam regia auctori-
tate præfixam, licet quadam necessitate præuenerit, nec pote-
rat iudicium mortis euadere, nisi eum populus liberasset.
Quoniam quæ prius ingressa ad homines per gustum, per
eundem etiam nunc multipliciter in eis culpa diffunditur: di-
ligenter considerare nos cōuenit, quid, quantum, quale, quo
desiderio, quomodo, vbi sumamus.

De lepra tactus.

F Nouimus quinque sensuum tactum per omnia membra
diffundi, & generalior cæteris corpus obtinet vniuersum.
Per quem peccant qui mollibus vestiuntur, qui nec frigo-

ris m
mani
mou
est et
uon
ab ea
stos r

Ar
exper
cantio
lix &
nz &
lis tar
in loc
sionis
suasit
ab im
ador
natio

Per
obedi
patrib
tur. Fe
lotus e
get qu
parten
filio, n
venia
Nemo
uacru
pernic
qui in

Qu
septem
Vad
man le
terpre

ris molestia tangi sustinent, nec calor. Specialiter tamen manibus solet idem sensus attribui, quod liberius vndique moueantur & protendantur ad tactum. Est autem lasciuus, est etiam violentus, & vterque illicitus & iniquus. Ad lasciuum pertinet quod dicitur: Qui tangit picem, inquinabitur ab ea. Ad violentum, quod dominus ait: Nolite tangere Christos meos.

De lepra libidinis.

Arbor libidinis quam sit improbus ipse quoque beatus expertus est Benedictus. Quam verò sit idem indignus, illud canticum probat, quod nemo potest canere nisi virgo. Infelix & inhonesta gentilitas, quæ præteritæ conditionis humanæ & futuræ redemptionis diem Veneri deputauit. Crudelis tamen potius & versipellis inimicus humani generis, qui in loco Caluarie ad abolendam memoriam dominicæ passionis immundissimum eiusdem Veneris idolum statui persuasit. Atque vtinam sicut per Helenam sanctam purgatus est ab impurissimo idolo locus dominicæ passionis, ita omnes adoratores per ipsius gratiam mereantur ab eadem contaminatione mundari.

De lepra incessus.

Per incesum pedum peccat, qui iubentis vocem vicino obedientiæ pede non sequitur. Peccat & ille, qui statutos à patribus terminos in sui ordinis præuaricatione transgreditur. Felix sponsa quæ pedes lauat, & inquinare veretur. Qui lotus est, ait dominus, non indiget vt p. l. Et quantum indiget quæris? Nisi lauero te, ait idem ad Petrum, non habebis partem mecum. Non erit societas nostra cum Deo patre & filio, nisi peccata etiam venialia fiant de medio. Egent enim venia etiam venialia: & paulatim decedit, qui minima spernit. Nemo interim in terreni huius itineris puluere suscipere lauacrum confessionis, & indulgentiæ beneficium obtinere perniciosa securitate dissimulet. Peccant per incesum pedum, qui instabiles sunt & inquieti.

BERNARDVS.

Quod nobis Iordanis facta est Christi descensio in nobis septemplex purgans lepram.

Vade, & laua te septies in Iordane. Heliseus noster Naaman leprosum septies in Iordane mergi præcepit, qui interpretatur descensus eorum. In humilitate domini Iesu

Christi à septemplici lepra purgamur. Septempliter enim occupavit nos lepra superbix: in proprietate possessionum, in gloria vestium, in voluptate corporum, in ore dupliciter, similiter & in corde.

De lepra domus.

K Prima est lepra domus, qua diuites esse volumus in hoc mundo. Sed ab ista mundamur, si mergimur in Iordane, id est in Christi descensu. Descendit enim ab inenarrabilibus cœli diuitiis, & veniens in mundum, nec istas qualescunque diuitias habere voluit: sed in tanta paupertate venit, vt natus continuò poneretur in præsepio, quia non erat ei locus in diuersi. Qui benè mergitur hîc, quando quæret diuitias huius mundi? Et verè magna abusus, nimis magna, vt diues esse velit vermiculus vilis, propter quem pauper fieri voluit Deus Sabaoth, & Dominus maior statis.

De lepra vestis.

L In lepra vestis, omnem mundi huius pompofam intellige vanitatem. Nam ab illa nihilominus in Iordanis immersione mundaberis. Ibi inuenies Christum pannis vilibus inuolutum, factum opprobrium hominum, & abiectionem plebis.

De lepra carnis.

M Lepra quoque corporis mundamur in ipso Iordane, si benè cogitâtes dominicam passionem, erubescimus sequi corporis voluptatem.

De lepra oris.

N Et in ore (vt diximus) duplex est lepra, impatientix scilicet & iactantiæ. Impatientix in aduersis, iactantiæ in prosperis. Sed à prima mundamur, si illum attendimus qui tanquam ovis ad occisionem ductus est, & non aperit os suum. A secunda mundamur, si imitemur illum qui non querebat gloriam suam.

De lepra cordis.

O In corde duplex est lepra. Propria voluntas, & proprium consilium. Lepra vtrique nimis pessima, eoque deterior, quo interior. Voluntatem dico propriam, quæ non est communis Deo & hominibus, sed nostra tantum: quando quod volumus, non ad honorem Dei, non ad utilitatem fratrum, sed propter nos ipsos facimus. Huic recta fronte

contraria est charitas quæ Deus est. Hæc enim aduersus eum inimicitias exercens est, & guerram crudelissimam. Quid enim odit Deus, aut quid punit propter propriam voluntatem? Cesset voluntas propria, & internus non erit. In quem enim ignis ille defæuiet, nisi in propriam voluntatem? Etiam nunc cum frigus aut famem patimur, aut aliquid tale, quid læditur nisi voluntas propria? Quod si voluntariè sustinemus, iam ipsa voluntas communis est: sed infirmitas & velut pruritus voluntatis adhuc de proprio est, & in illo omnes pœnas sustinemus, donec penitus consummatur.

Quid sit voluntas.

Nam voluntas illa propriè dicitur cui assentimus, & cui se liberum inclinat arbitrium. Hæc autem quæ inuitos tenent, non voluntas est, sed corruptio voluntatis.

Quantum malum sit voluntas propria.

Porro voluntas propria quo furore dominum maiestatis impugnet, audiant & timeant serui propriæ voluntatis. Primò nempe subtrahit semetipsam, & subducit eius dominatui, cui tanquam auctori seruire debuerat, dum efficitur sua, addit adhuc: Et quod in se est, omnia quoque quæ Dei sunt tollit & diripit. Quem enim modum sibi ponit humana cupiditas? Dico fiducialiter, nemini qui sit in propria voluntate, posset totus mundus sufficere. Sed adhuc addit: Et ipsum quod in ipsa est, punit Deum voluntas propria. Omnino enim vellet Deum peccata sua aut vindicare non posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergo eum non esse Deum. Crudelis planè & execranda malitia, quæ Dei potentiam, iustitiam, sapientiam perire desiderat. Hæc est crudelis bestia, fera pessima, rapacissima lupa, & læna sæuissima. Hæc est immundissima lepra animi, propter quam in Iordane mergi oporteat, & imitari eum, qui non venit facere voluntatem suam.

De lepra proprii consilij.

Lepra verò consilij proprii eo perniciosior est, quo magis occulta: & quanta ea quis abundat, tanto sibi sanior esse videtur. Hæc illorum est qui zelum Dei habent, sed non secundum scientiam, sequentes errorem suum, & obstinati in eo, ita ut nullis velint consiliis acquiescere. Hi sunt unitatis diuifores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate

tumentes, placentes sibi, & magni in oculis suis, & ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere. Et quæ maior superbia, quam vt vnus homo toti congregationi iudicium suum præferat, tanquam ipse solus habeat spiritum Dei? Idololatriæ scelus est nolle acquiescere, & quasi peccatum ariolandi. Eant nunc qui se faciunt religiosiores aliis. Ecce arioli & idololatræ facti sunt, si tamen ei qui dixit hoc, plus quam sibi iudicant esse credendum. Neque huic dissonat veritatis sermo: Si ecclesiam non audierit, sit i. f. e. & pub. Mergere ergo in Iordane, quicumque huiusmodi es, & attende quid fecerit magni consilij Angelus. Inuentus enim in medio doctorum audiens eos & interrogans, quodammodo increpatus est à matre, & mox quod cœperat intermisit. Quis iam non erubescat obstinatus esse in consilio suo, quando consilium suum sapientia ipsa deseruit? Cùm ab his septem purgatus fuerit æger, quasi post septem sellas quærat quædam fercula, spiritus sancti scilicet dona.

Quòd per septem apparitiones Christi post passionem septem dona spiritus sancti designentur.

S Porro sicut in vita domini ante passionem septem purificationes inuenimus, sic in apparitionibus septem quæ post resurrectionem factæ sunt, septem illa dona sancti spiritus possumus accipere. In prima spiritum timoris accipe, quando venientibus mulieribus sanctis descendit angelus de celo, & terræmotus factus est, ita vt ipsas timore perterritas oportuerit ab angelo consolari. In spiritu pietatis apparuit Simoni: quia magna omnino & verè domino Iesu digna pietatis dignatio, quòd ei quasi singulariter & præ cæteris dignatus est apparere, quem præ cæteris de negatione eius rea conscientia confundebat: & vbi abundauit peccatum, superabundaret & gratia. In spiritu scientiæ duobus peregrinibus in Emaus scripturas exposuit. In spiritu fortitudinis inuis clausis intrauit ostendens manus & latus, sicut solent in signum virtutis clypeorum foramina demonstrari. In spiritu concilij frustra in piscatione laborantes mittere in dextram rete consuluit. In spiritu sapientiæ die quadragesimo eis apparuit, quando videntibus illis eleuatus est, & viderunt filium hominis ascendentem vbi erat prius. Vsq; ad illam enim diem quasi per stultitiam prædicationis saluos faciebat

descendens

ientes. Postquam verò coram eis ascédit ad patrem, iam cœpit sapientia declarari.

V V E R R I C V S .

De lepra Naaman.

Vade, & lauare septies in Iordane. Si dixisset, lauare ter, & mundaberis, continuò intellexissem trinam mersionem quam mundantur baptizati. Nunc autem cum lauare septies dicat, quid sibi vult septenarius iste? aut quis est Iordanis ille? Iordanis dicitur descensus eorum. Quorum? Illorum utique qui humiliantur ad pœnitentiam. Qui quanto profundius descendunt per gratiam humilitatis, tanto se penitus mergunt, & plenius abluunt spiritalis alueo Iordanis. Ad me ipsum conturbata est anima mea, memor peccatorum suorum, propterea me. e. t. i. de terra Ior. quomodo in descésu humilitatis mundaueris Naaman leprosum. Descendit, inquit, & lauit septies in Iordane, iuxta sermonem viri Dei, & mundatus est. Descende & tu anima mea de curru superbiæ in salubres aquas Iordanis, qui de fonte domus Dauid toto iam profluit orbe in ablutione peccatoris & menstruata. Hæc est nimirum humilitas pœnitendi, quæ dono pariter & exemplo profluens Christi toto iam prædicatur orbe, totiúsque purgat crimina mundi. O Naaman Syri (non enim vnus, sed innumeri) ô inquam diuites sed leprosi, superbi sed criminosi, quare tam vehementer abhorretis lauari his medicinalibus aquis? Cur vobis ita viluit noster iste Iordanis præfluuii Damasci? Dicitis enim, si fortè quærentibus aliquando consilium salutis imitanda prædicetur humilitas & paupertas Christi: Nunquid non meliores sunt fluuij Damasci o. a. l. vt la. in e. & munder? Quid est? nunquid non melius est, & ad purgationem peccatorum efficacius, quotidie benefacere de abstinentia mundi, quam semel omnia relinquendo pauperem fieri? Sed enim audi Naaman: Fluuuium Damascenum absorbebit Leuia: han, & non mirabitur. Nam de Iordane si habet fiduciam quòd influat in os eius, spes eum frustrabitur, neque enim grande reputat quantiscumque præter humilitatem christianam virtutibus affluas, cum etiam pauperes ipsos deuorare se posse confidat. Sed nihil in eis inimicus proficiet. Damascus secundum nomen suum ciuitas sanguinis est, & aquæ eius sanguine mixtæ sunt: quia opera etiam bona carnalium & secularium, vix à quocunq̃

peccato pura sunt, & quomodo id quod infectum est sanguine, sanguinem mundabit? qua ratione lepram id quod leprosum est curabit? Audi saltem Naaman domesticos tuos, homines amicos, fideles consiliarios. Naaman recedebat indignans aduersus virum Dei. At illi, Pater, inquit, etiam tuam grandem dixisset tibi Propheta, certè facere debueras. Fidele prorsus verbum rationis, & sapientiæ plenum. Quippe suggestio est rationabiliū hominis sensuum, quos sibi Deus testes retinuit aduersus hominem ipsum. Non credere neque Prophetae Dei est iniuria: non tentare omnia pro salute, odium est sui ipsius & inuidia. Quid enim grande esse potest in præcepto, nisi salus est in promisso? Quanto magis debet in grande vel difficile discedere ab Iesu, quia in eis et & humilis corde, cum in eo pariter inueniatur & requies animæ, & præsens medela spiritalis lepræ, pignusque salutis æternæ? Tandem vix ægréque obtinetur à superbo peccatore, vt descendat & lauetur in Iordane. Si tamen septies lauet, totumque se plenius & sæpius mergat, non moratur effectus salutis fidem propheticam facere sermone. Sed parum dolor, quanta est huius nostri miseria temporis! quia non solum diuites, sed etiam leprosi pauperes ita inueniuntur delicati, vt vix vsque ad talos salubribus intingi patiatur aqua. Aut si semel lauerint, mox sibi plenissimè videantur mundati. At Heliseus non ita sentit, sed signanter exprimit, Septies lauare, & mundaberis. Sciebat nanque humilitatem Christi quæ nobis imitanda est, si perfectè volumus mundari, septuplicis esse virtutis.

In quibus septem humilitatem nobis à Christo exhibent imitemur.

- V Prima virtus, quòd cum diues esset, pauper factus est.
 Secunda, quòd paupertati extremitatem adiiciens in præsepit positus est. Tertia, quòd matri subditus. Quarta, quòd serui manibus inclinauit caput. Quinta, quòd discipulum tremorem & proditorem sic tulit. Sexta, quòd sic mansuetus tantum iniquum iudicem. Septima, quòd pro crucifixoribus tantum clemens intercessor fuit apud patrem. His vestigiis licet sitis à longe gigantem sequeris, si paupertatem diligis, si in inter pauperes extremitatem eligis, si monasterij subditus disciplinæ, si minorem tibi pateris præesse, si falsos fratres æquanimiter tuleris, si mansuetudine vincas cum iudicaris, si eam

ritat
plen
si ne
insta
rur
perit
quip
tum.
tuta
bitro
peran
quen
ficati

Co
sanct
ni &
uens
caro
rari,

Eg
liferi,
scipie
tiam p
amisc
exper
iuris p
Nix e
strati
nullis
est alb
simula

Qu
modij

ritat
plen
si ne
insta
rur
perit
quip
tum.
tuta
bitro
peran
quen
ficati

ritatem repēdas illis à quibus iniuste pateris. Hæc humilitas plenè sine iniuria vnici baptisni baptizat: quia mortè Christi non iterat, sed mortificationem & sepulturam criminum instaurat: & quod in illo baptismo gestum est specie, hic rursus impletur veritate. Hæc siquidem humilitas cœlos aperit, spiritum adoptionis restituit. Pater agnoscet filium, quippe in innocentia & puritate pueri regenerati reformatum. Vnde benè de Naaman scriptura meminit, quia restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli: significans vt arbitror, quia eorum qui sic se abluunt non solum corda recuperant innocentiam paruulorum, sed etiam corpora secundū quendam modum puerilem vendicant sibi puritatem mortificatione membrorum.

STEPHANVS.

De exemplis sanctorum.

Concede mihi seruo tuo vt tollam onus duorum bur. de ter. Terra X
sancta, est conuersatio sanctorum. Burdo habet naturam asini & equi. Equus est seruens, asinus hebes: & caro nostra seruens est ad malum, hebes verò ad bonum. Eodem modo tam caro quàm sensualitas conuersatione sanctorum debet onerari, & exemplis informari.

PETRVS DAMIANVS.

De lepra Giezi.

Egressus est ab Heliseo Giezi leprosus quasi nix. Giezi puer Helisei, li Prophetarum filius vt mentitus est argenti talenti suscipiendo consuluisse, nequaquam subeundæ lepræ sententiam pertulisset. Nam idcirco plaga percussus est quam dator amiserat: quia non ad hoc aliena suscepit vt in opus pietatis expenderet, sed vt suæ concupiscentiæ satisfaciens in proprij iuris peculium possideret. Et benè leprosus quasi nix dicitur. Nix enim alba, sed frigida. Hypocrita nanque qui se per sanctitatis adumbratę figmentum transfigurat in angelum lucis, nullis inferuet æstibus charitatis: atque ad instar niuis simul est albus & frigidus, quòd piis quidem se deseruire operibus simulat, sed viscera solidæ pietatis ignorat.

GALFRIDVS.

Quid duo stateres significet, quibus modius similæ & duo modij hordei comparantur.

Cap. 7.
Z



*R*ant autem quatuor leprosi in porta Samaria, &c. Leprosi quatuor, vt aestimo, omnes sumus, qui quatuor vitiis, putillitate, imprudentia, intemperantia, & iniustitia laboramus. Vel melius forsitan qui eorundem vitiorum virus occultum per confessionem & satisfactionem foras eduxisse videmur. Samaria autem, custodia est de qua sanctus orat educi. Educ, inquit, de custodia animam meam, &c. Quam profecto custodiam, etsi necdum ad exeundum, ad intelligendum tamen alius nobis interpres patefecit, per custodia carcerem ponens. Hæc ergo custodia & hic carcer, vita est præsens & hoc seculum nequam, in quo vitam obfessi fame perimus. Clamat autem Propheta vnus, & omnis vno ore prophetia promittit: Cras in porta Samaria modius similæ staterem vno, & duo modij hordei sta, vno. Infelix qui non credis & audis, videbis & non comedes. Non miremur quòd laboreat fame Samaria, quandoquidem super manum increduli innititur princeps mundi. Sed videbit aliquando quod non credit, nec gustabit: sed in porta conculcabitur, qui in Samaria multum extollitur. Nos autem quæramus staterem vnum & alterum, vt die crastina quæ est vita futura, modium similæ vnum, & duos hordei habeamus. Grande commercium, nec tamen dabitur gratis. Non enim frustra exaudiet dominus, & omnipotens singulorum causas intuebitur. Sed cur hordeum ibi, aut cur modij duo vbi abundat simila? Lauda Hierusalem dominum, qui adipe frumenti & non hordeo satiat te. Sed animaduertimus hordeum cibus est iumentorum. Vnde igitur anima modio similæ, nam iumentum corporis duos hordei modios quærit. Immortalis siquidem anima, de medulla tritici viuet illius, quod seminarum fructificauit in terra. Corpus redactum in cineres resurrectionem suam & suam longè inferiorem beatitudinem præstolatur. Alioquin velut vnum quendam modium habebût corpora reproborum. Resurgent enim impij non ad vitam, sed ad supplicia sempiterna. Si ergo nos homines iusti, & iumenta nostra sunt corpora: vtinam illi iusti simus qui non solum iumenta sua, sed suorum nouerint animas iumentorum. Vtinam quæramus staterem vnum & alterum dicentes: Sitiuit in te anima mea,

quia

quã
hor
Stat
quò
Alii
por
ro m
Nor
lis,
ex q
Qui
bena
magr
igitu
vitiã
scibil
dissic
lo cal
odisti
quibu
quid
statur
autem
la hæ
lans.
dixim
in eu
conir
tatem
uen:ri
reni in
aqua c
liquo
præsta
tum m
dit. Et
tionis
uehitu
conye
rificati

quàm mul. r. ca. in. Illa vice propter similitudinem, ista propter hordeum. Multipliciter tamen propter hordei modios duos. Stater (vt aiunt) aureos tres appendit. Et dicitur stater, quòd tribus solidis ster. Solidos autem ipsos aureos vocant. Alij staterem aiunt quatuor scrupulos continere, quod est ponderis genus. Queramus vtrunque staterem, vt ex altero modium similitudinem, ex altero duos modios hordei habeamus. Norant ferè omnes triplicem esse vim animæ, quæ rationalis, concupiscibilis, irascibilis sit. Corpus autem constare ex quatuor elementis, quæ sunt terra, aqua, aër, & ignis. Quibus interim si sic vtimur vt oportet, staterem vnum habemus & alterum: nec confundemur in porta Samariæ, sed magnificè nostra nobis cras iustitia respondebit. A prima igitur creatione sua rationalem fecit animam Deus, vt inter vitia & virtutes diuinitus illuminata discerneret. Concupiscibilem, vt virtutibus adhæreret. Irascibilem, vt à vitiis dissideret. Infelix qui ponit lucem tenebras, rationis oculo caligante. Felix autem cui dicitur: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Habet enim in tribus aureis staterem: in quibus modium similitudinem mercatur, qui veraciter discernit quid expediat: ac deinceps nihilominus plena affectione sequeatur quod expedit, quod non expedit insequatur. Modius autem similitudinem, plenitudo satietatis internæ, ad quam sine vlla hæsitacione perueniet animus discretus, & deuotus, & zelans. Nam & duos nihilominus hordei modios, quos prædiximus, iumentum corporis obtinebit, si interim quidem in eius conuersatione staterem habeat quatuor scrupulos continentem, grauitatem scilicet, socialitatem, tractabilitatem, atque feruorem. Decet enim grauem & stabilem inueniri hominem, ne videatur inefficax illa portio quam terreni in se habeat elementi. Cæterum terram sibi inuicem aqua conglucinat, & in puluerem soluitur, nisi humore aëliquo colligetur. Aëris autem natura leuis & mobilis hoc præstare debet hominibus, vt perfacile moueantur ad nuntium maximè præceptoris. Ignis semper in sublime contendit. Et quàm benè ignis inuenitur, qui feruore conuersationis quotidie quantum præualet ad exteriora altiora prouehitur. Hic nimirum in quatuor scrupulis stater corpore conuersationis duos meretur modios, resurrectionis, & glorificationis: si ex terra in nosmetipsis graues, ex aqua pro-

ximis sociales, ex aëre prælatis tractabiles, Deo autem exhibeamus nos ex igne feruentes. Alioquin si rationale nostrum suspicionibus & crudelitate cæcetur, concupiscibile nostrum desiderium deprauetur, irascibile zelo malæ amaritudinis inflammetur: si ex terra nobis segnitias vel avaritia, ex aqua autem luxuria vel immoderatus humanæ laudis appetitus, et aëre loquacitas vel curiositas, ex igne crudelitas vel superbia fastus excreuerit, corrupti intrinsecus & extrinsecus abominabiles, videbimus cum incredulo illo bona domini, non gustabimus, quod neutrum staterem habeamus.

De leprosis qui fugam hostium & ciborum copiam nauiciauerunt.

A Quod si interim pio quodam mentis excessu cum leprosis quatuor exeamus ab hac custodia, inueniemus proculdubio hostes versos in fugam, qui obsedisse putantur inebrios: nec iam redire licebit, nisi ad adnunciandum quod inuenimus: quantum tamen licuerit homini loqui, sicut Paulus dicebat: Siue mente excedimus Deo, siue s. f. v. Arguet enim eos qui inuenerint hæc, conscientia sua, nec quiescere patitur, donec indicauerint aliis, sicut & viri illi ad iniuriam dixisse leguntur: Non rectè facimus. Hac enim dies benedictionis est. Si tacuerimus & noluerimus nunciare usque mane, sceleris arguemur, ut enim illuxerit matutinum, non decebit vir proximum suum, sed erunt omnes docibiles Domini. Interim autem præcipitur, nec immeritò, ut qui audierit, dicat, Veni. Et sanè efficacius illius verbum, & credibilius testimonium est, qui sibi multa ante reposuit, ac deinceps ad bonum nuncium quod euangelium sonat, non de leuitate, sed de charitate procedit.

STEPHANVS.

De vanitate mundi.

Cap. 9.

B



IZabel depinxit oculos suos. Hæc est vanitas mundi, quæ depingit oculos suos: quia non agnoscitur à stultis, sed à sapientibus pictura eius agnoscitur. Et ornauit caput suum, & respexit per fenestram, ut tenuiter videretur. Ecce caput ostendit, non posteriora: & ideo placent vanitas mundi, quia posteriora eius non videntur, sed anteriora quæ placent. Vnde: Labia meretricis mel distillant. Et Boëtius: Quid dicam de voluptatibus, quarum appetitus plent

plet
dir
nuc
dic
fed
ue
par
talit
cum
ria n
luit
do I
trem
Et n
man
debe

A
M. r
ta er
deie
con
qui d
re, v
fortis
& cõ
neus
prop
impu
inco
quia
sunt
patiu
clesia
dunt



plenus est anxietate, satietas plena pœna? Sed dominus ostendit posteriora sua Helix existenti in petra. Duo eunuchi. Eunuchi sunt boni prælati qui se castra. propter reg. cœ. Istis dicitur Præcipitate eam. Multi eunuchi sunt, qui castè viuūt, sed hoc propter populū, vt laudentur. Isti nondū præcipitauerunt Iezabel, adhuc cum illa sunt in fenestra. Aspersus est paries sanguine. Sanguis, interius est in corpore: paries mortalitatem designat. Paries ergo aspersus est sanguine Iezabel, cum nostra mortalitas nobis demonstrat quàm sit vana gloria mundi. Non reppererunt nisi caluariam. Ecce dominus voluit vt extrema Iezabel conseruarentur: quia quocunq; modo Iezabel pereat, dominus vult vt præ oculis habeamus extrema, quæ in miseria sunt: & non media, quæ in gaudio sunt. Et nota quòd Iehu caluariam Iezabel pedesq; ac summitates manuum sepeliri præcepit: quia nullas peccatorum reliquias debemus referuare.

D R O G O.

Quid per mortem Iezabel mysticè designetur.

Aspersus est sanguine paries, & equorum vngula, qui conculcauerant eam. Hoc de Iezabel meretrice scriptum est, quæ vestita erat decore meretricio, & pinxerat oculos suos stibio. *Que* deiecta est in terram, & tanquam stercus à prætereuntibus conculcata. Decaluata est enim superbix vertex, non est iam qui dignetur aspicere, nisi qui voluerit nefas eius abhorre-
re, vt lauet manus suas in sanguine peccatoris, & velut equus fortis, & velox meretricem proiectam confodiat vngula sua, & cõculcet, & transeat. Propter hoc & paries adhuc sanguineus relictus est, vt terreat viros sanguinum & dolosos, qui propter auaritiam suam lapidat humilem Naboth. Sed canes impudentissimi amatores cadauerum carnes fornicarias sibi incorporant. Vnde & sanguinem eius consequenter lambūt: quia sicut libidinis, ita & vltionis participes erunt. Alij verò sunt canes qui fiunt ex inimicis ab ipso, qui famem mysticè patiuntur, & circumeunt ciuitatem non Babylonix, sed ecclesix: & quod mortuum à vitiiis ibidem reperiunt, comedunt, & sibi conspeliunt.

S T E P H A N V S.



Vnquid cor tuum reatum est cum corde meo? Da manum tuam & leuauit eum in cur. suo. Sic debet dicere prælati ad viros religiosos viuentes sub iugo obedientix, qui significantur per Ionaab.

Cap. 10.
D

Quòd si eum diligunt ex corde, vt dent ei manum, id est suffragia orationum, & ipse leuet eos in currum suum, id est particeps eos habeat, & cōsultores in disponendis negotiis curæ pastoralis: cuncti sacerdotes Baal coram eis conuocantur, & de ambitione & terrenorum desiderio condemnantur.

De contemptu mundi.

Cap. 11.
E



*E*t fecerunt pro ea latrinas. Viri iusti reputant stercorea, quæ amatores mundi æstimant preciosa. Iehu deleuit Baal, sed vitulos aureos non deleuit. Sic multi auaritiã & ambitionem extingunt, sed tamen à preciosis conuiuuiis non recedunt. Vitulus enim aureus est lasciuia præciosa.

De scientia spiritali.

Cap. 12.
F



*F*ecit Ioas reatum cunctis diebus Ioiada sacer. Iou interpretatur memoria domini. Ioiadas dilectus domini. Memoria ergo domini bonum facit si sit cum dilectione Dei aliter non. Hoc est quòd scientia cum dilectione ædificat, sine charitate siquidem inflat. sicut Ioas malum fecit, & elatus est mortuo Ioiada.

G

Mortuo Ioiada Ioas vniuersum argentum quod potuit inire in thesauris domini, misit Azaeli regi Syria. Eodem modo imbutus sacris literis omnem scientiam mancipat regi Syriae, id est superbie: nisi habeat secum Ioiadam, id est dilectionem domini: nisi memor sit mandatorum Dei ad faciendum ea.

H

Surrexerunt serui &c. Duo serui, sunt mundus, & caro, qui interficiet te, licet habeas memoriam domini, & multa scias: nisi caueas tibi per bona opera.

Cap. 13.
I



One manum super arcum. Hic est ordo rectus: qui ex quo didicisti sacram scripturam, manum debes ponere super eam. hoc est in opus conuertere quod didicisti.

De incarnatione Christi.

Cap. 20.
K



Is vt ascendat umbra x li. &c. Nota quòd Ezechias doluit: quia timebat quòd Christus de femine eius non nasceretur. Vnde & signum quod datum est ei significauit incarnationem. Primus igitur gradus per quem sol iustitiæ descendit, fuit in Adam. Secundus in Noë. Tertius in Abrahã. Quartus

Quartus

Quartus in Aegypto. Quintus in Moyse. Sextus in Iosue. Septimus in Iudicibus. Octauus in Prophetis. Nonus in Regibus. Decimus Pontificibus. Cùm dominus illuminasset istos per fidem, tandem ad ortum reuersus est, id est incarnatus quasi in hora decima. Vnde cùm Andreas dixisset domino: Rabbi vbi habitas? & dominus: Veni & vide: ibi sic dicitur: Erat autem hora diei decima. q. d. memor sis signi Ezechiz facti.

De duplici fraude diaboli.

Misit Merodab literas ad Ezechi. &c. Literas mittit diabolus, cùm ad inanem gloriam sciētiam hominis retorqueri facit tunc munera mittit, cùm per auaritiam corda subuertit.

De vitiiis aulicorum.

Rexit aras Baal. Erigere aras Baal, est cogitare in corde suo, & disponere quo modo possit esse superior. Cap. 21.

Et obserua. auguria. Obseruare auguria, est adulationibus intendere. Per aues enim intelliguntur adultores, qui leues sunt, & omni vento cedunt.

Et fecit Phytones. Phytones sunt ventriloqui. Magnates terræ Phytones faciunt, quia de ventre & de his quæ ad ventrem pertinent loquuntur, & alios loqui faciunt. O

De pace spiritali.

Et colligeris ad sepul. tuum in pace. Ecce dominus promisit Iosia sepulchrum pacis, & tamen occisus est: quia tribulatio temporalis non aufert pacem quam dat dominus. Vnde de martyribus dicitur: Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, s. in pace pectoris, quam non aufert gladius. Cap. 22.

Abstulit equos solis qui erant in introitu templi. Equi solis sunt, qui rapido cursu feruntur ad inanem gloriam acquirendam. tales profectò debent à dignitatibus ecclesiæ amoueri. Cap. 23.

De sumenda eucharistia.

Succidit lucos. Lucos succidere, & replere ossibus mortuorum, est vitæ secularis delitias exterminare per memoriam mortis. Iosias facturus phasè purgauit terram & templum, & eiecit figuras idolorum. Eodem modo accessuri ad sacramentum corporis & sanguinis domini, purgare debent terram, id est carnem: & templum, id est animam: & eiicere à corde figuras idolorum, id est turpes imaginationes. R

Quòd per vanam glòriam luxuria quandoq; reprimatur.

Cap. 25.

S



Seendens Nabuchodon sor rex Assyriorum, filius Israhel qui erat in Aegypto ad suam transfuit regionem. Sæpè superueniente cenodoxia vitium fornicationis excluditur: quòd pulch. è satis in hac Regum historia possit us annotare, vbi populum Israëlè à Nechao rege Aegypti captiuatum Nabuchodonosor, vt dictum est, ad suam transfuit regionem: sed non eos libertati pristinae & genitati restitueret regionem, sed ad suas abduceret terras longus asportandos, quam fuerat in terra Aegypti captiuati. licet enim tolerabilius sit cenodoxia quam fornicationis vitio deseriuire, difficilius tamen à cenodoxia dominatione disceditur. Quodammodo enim longiore itineris spatio captiuus abductus, laboriosius ad genitale solum, & libertatem patriæ reuertitur. Meritoque per increpationem ei dicitur: Quare inueteratus es in terra aliena? Rectè siquidem inueteratus in terra dicitur, quisquis à terrenis vitiis non nouatur.

Finitur liber Regum. IIII.

SEQVITVR LIBER PARALIPOMENON I.

STEPHANVS.

De vita claustralium.

Cap. 2.

T



Cognationes scribarum habitantes in tabernaculis atque resonantes, & in tabernaculis commorantes. Cognati sunt religiosi, qui scribas, id est expositores scripturarum scripturarum per conformitatem vitæ imitantur. Tabes interpretatur exiccans vel siccitas. Religiosi autem habitare debent in Tabes, hoc est in siccitate, vt in eis sicceetur noxius humor concupiscentiarum. Canentes per iucunditatem mentis, & resonantes per mortificationem carnis. Vel resonantes, id est ore & spiritu psallentes.

tes: & in tab. commo. quia non habent hinc manentem ciuitatem, sed futu. inquirunt.

De doctoribus ecclesie.



*C*ognationes domus byssum operantium in domo iuramenti. Est sacra scriptura domus, quia in ea quiescere debemus. Iuramenti, quia auditores eius debent esse iurati ad faciendum precepta eius. Vnde: Iuravi & sta. cuf. iudi. iust. t. Per byssum intelligitur munditia carnis. Operantes byssum, sunt vacantes munditie carnis. Cognationes operantium byssum, sunt imitatores eorum qui dant exemplum continentie. Tales congruit esse in domo iuramenti, id est in exercitio sacre scripture.

Cap. 4
V

De vita claustralium.

*H*i sunt figuli habitantes in plantationibus, & in sepibus apud regem. In operibus suis commorati sunt. In quatuor versatur religio Cister. Rudes sunt informandi. Proficientes exhortandi. Delinquentes corripendi. Pusillanimes consolandi. Cum dicitur, Hi sunt figuli, notatur informatio rudium. Cum dicitur, Habi. in plan. exhortatio proficientium. Cum dicitur, In sepibus, correctio delinquentium. Sepes enim sunt disciplina. que claudit religionem. Apud regem Christum morantes in operibus suis. sic notatur consolatio pusillanimum. Consolari enim pusillanimes, opus est regis.

Finitur liber Paralipomenon I.

SEQUITVR LIB. PARALIPOMENON II.

De perfectione sanctorum.



*R*ebuit Salomon rex argentum & aurum quasi lapides, & cedros quasi sycomoros. Rex celestis vult, vt illi qui sunt argentum per bonam locutionem, & aurum quoad synceram operationem, sint lapides per stabilitatem & fortitudinem: & vt lapides tribulationibus exponantur, & pedibus conculcentur. Præterea hoc exigit, vt illi qui cedri sunt per eminentiam vitæ, sycomori. i. ficus

Cap. 1
Y

fatua sint in propria opinione, licet dulcedinem habeant gratia: vt fatui reputentur à mundo. Vnde: Si quis vult esse inter vos sapiens, stultus efficiatur. Cedros quasi sycamoros præbet dominus, cum monet maiores humiliter obtemperare minoribus.

Cap. 7.
Z



Vniq; compleffet Salomon fundens preces, ignis descendit de celo, & deuorauit holo. & mansit ad Dmini impleuit domum. Compleuit Salomon noster mysterium nostræ redemptionis, cum dixit in cruce: Consummatum est. Fudit preces, dicens: Pater serua eos. Ignis descendit, spiritus sanctus super Apostolos. De hoc igne dicitur: Ignem veni mittere in terram, & quid vnisi vt ar. i. accendat corda fidelium. Deuoratio, est auida cibi sumptio. Ignis deuorauit holo, quia spiritus sanctus cum quadam delectatione illos assumpsit & inflammauit.

De pugna diaboli.

A *Ascendit Sefach rex Aegypti.* Sefach significat diabolum, qui dominatur in Aegypto, in mundo, in tenebrosis, in filio mæroris. In Hierusalem ascendit: quia ad hoc nititur, vt turbet vnitatem ecclesiasticam. Sefach interpretatur byssus cilicij. Diabolus enim eos qui sibi adhærent semper docet de bysso ad cilicium, de voluptate ad amaritudinem, de molitie ad asperitatem.

BERNARDVS.

Quod solum veris Iudæis vera consolatio debeatur.

Cap. 20.
B



Iuda & Hierusalem nolite timere, &c. Veros alloquimur Iudæos non litera, sed spiritu: sicut promissa Abraham: cuius multiplicatio sicut promissa legitur, sic videtur impleta. Sed nec illi Hierusalem dicimus quæ occidit Prophetas. Vnde enim illam consolemur, super quam dominus fleuit, quæ data est in subuersionem? illi dicimus, quæ de celo noua descendit: Nolite timere veri confessores, qui non solum ore, sed toti pariter ex omni parte domino confitemini, induti confessione sicut vestimento. Vera confessio est, si omnia opera vestra opera eius sunt, & confiteamini ei gemina quadam confessione: vt duplicibus vestiamini, confessione peccatorum vestrorum, & confessione laudis diuinæ. Tunc enim verè Iudæi eritis, si omnis vita vestra confiteatur

fiteatur vos peccatores, & dignos multo maioribus pœnis: dummodo summè bonum, qui pro his leuibus & transitoriis æterna supplicia condonat, quæ meruistis. Quisquis enim ardentè non desiderat pœnitentiam, videtur operibus dicere, non indigere se pœnitentia: & ita suam non confitetur culpam: aut non prodesse ei pœnitentiam: & sic diuinam non confitetur bonitatem. Vos autem estote veri Iudæi, sed & Hierusalem vera, vt nec iam timeatis, si pacem non habetis: immò quia in hoc seculo perfectam habere non potestis, saltem videte eam, & considerate, & desiderate eam. His dicimus: Nolite timere: hos consolamur, non eos qui viam pacis non curant. Nam si illis dicitur: Cras egrediemini: comminatio erit ista, non consolatio. Soli nimirum dissolui desiderant, & egredi concupiscunt, qui pacem vident, & sciunt quia si terrestris domus eorum huius habitationis dissoluatur, qui.ædi. h. ex Deo: & non illi, qui in insaniam versi suis compedibus delectantur. Denique hi tales moriendo non tam egressi dicendi sunt, quàm ingressi: qui non in libertatem nec in lucem vadunt, sed in carcerem, sed in tenebras, sed in infernum. Vobis autem dicitur: Nolite timere, cras egrediemini. Cras, hoc est in proximo. Cras egrediemini. Vnde, nisi de conclauis huius seculi? de ergastulo huius corporis? de compedibus necessitatis, curiositatis, vanitatis, voluptatis? quæ etiam inuitis nobis pedes tenent affectionis. Quid enim est spiritui nostro cum terrenis? Cur non spiritalia desiderat, spiritalia querit, spiritalia sapit? Sed corpus quod corrumpitur aggrauat animam, &c. Necessitates multæ miseri corporis detinent nos. Viscus quidam prauis desiderij & delectationis terrenæ volare non patitur: & citius retrahit mentem, si fortè aliquando in hæc leuatur. Sed nolite timere, cras egrediemini de lacu miseræ, & de luto fœcis. Agite diem istum in Christo, vt ambuletis sicut & ipse ambulauit. Nolite timere, cras egredie. & sic semper cum domino eritis. Vel quia significantius dictum est: Et dominus erit vobiscum: sic intelligamus, vt dum sumus in corpore, possimus nos esse cum domino, id est adhærere eius voluntati: sed non est ille nobiscum, vt consentiat nostræ voluntati. Vellemus enim iam liberi esse, concupiscimus dissolui, egredi desideramus: sed adhuc differt ille certa de causa.



SVPER LIB. II. PARALIP.

De duplici die, temporali videlicet & æterno.

C *Hodie sciatis quia veniet Dominus, &c.* Duò sunt dies qui re verbis istis nobis expressius commendantur. Primus, quia primi hominis creatione labitur vsque ad finem mundi. Dies cui sancti sæpius maledixisse noscuntur. In hac die nascuntur vniuersi, si tamen dies debet, & non nox potius nominari nisi quòd lumen rationis quasi quandam scintillulam illa nobis insuperabilis misericordia dereliquit. Secunda verò dies erit in splendoribus sanctorum in perpetuas æternitates, cum inclaruerit illud serenissimum mane, cui est misericordia repromissa, & absorpta erit nox in victoria: cum dimota vmbris & tenebris splendor veræ lucis sursum & deorsum, intus & exterius cuncta pariter occupabit. Sed ad nostrum diem reuertamur. Et quidem in hac ipsa die homini Deus rationem præstat, tribuit intelligentiam. Sed necesse est, ut exeuntem de mundo illuminet lumine scientiæ suæ. Sed quæ est ista scientia? Profectò quia veniet dominus, etsi quòd scire non possumus. Hoc est illud totum quod exigunt à nobis. Paucorù est ista scientia, quia pauci sunt qui saluantur. Putas quia illi qui cum malefecerint, exultant & latrantur in rebus pessimus, vel sciant vel cogitent quia veniet dominus? Si dixerint, tu noli credere: quia qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit. Non enim ita se omni impuritate polluerent, si dominum venturum scirent, vel formidarent: sed vigilarent vtique, & non sinerent perire conscientias suas.

S T E P H A N V S .

De inani gloria.

Cap. 25.

D



Amasis post cædem Idumæorum deos eorum tribut sibi in deos, & adorauit eos. Qui vitia mortificat ex quibus oritur superbia, nec ipsam superbiam eliminat, similis est Amasiæ, qui interfecit filios Seir, & adorauit deos eorum.

De duplici sabbato.

Cap. 26.

E



Ilij Israel seruiuerunt regi Babylonis, donec celebraret terra sabbata sua. cunctis enim diebus dissolutionis egit sabbatum. Est sabbatum celi, quando caro affligitur afflictionibus, & sabbatizat anima à vititiis. Est sabbatum terræ, scilicet otium corporis, dummodo est in otio, de facili seruit regi Babylonis.

HVGO DE FOILLETO.

Quantum disciplina proficiat dissolutis.



Anascs in carcere positus in catenis & compedibus Deum cognouit, quem prius liber cognoscere noluit. Tales sunt quidam claustrales, qui quandiu sui iuris sunt, peruersè viuunt: dum verò in claustro quasi in carcere tenentur alstricti catenis obedientiæ & timoris, dum compedes etiam adduntur, quia vagari vel egredi foras non permittuntur, fit quandoque vt Deum quem prius despexerant, correcti diligant: & qui fecerant de libertate seruitutem, faciant de necessitate virtutem. Quos igitur peruersos propria fecerat libertas, deuotos reddit per correctionem aliena potestas.

Cap. 33.
F

Finitur Paralipomenon liber II.

SEQVITVR LIBER
ESDRÆ I.

STEPHANVS.

De persecutione sanctorum.



Deterrentibus eos per circuitum populis. Volentes ædificare templum domino persequuntur cupidi terrenorū. unde: Viri impij abominantur simplices. Bene autem dicit Deterrentibus: quia persecutio temporalis non nisi ter: or est. Quasi laruæ quædam sunt inuidi iustorum, qui cùm ad seruitutem Dei accedunt, persecutores contra se irritant. vnde Eze. Pars Meridiana à Thamar ad Aquas contradictionis perueniebat. Thamar interpretatur amara commutata palma. Qui voluerint esse Thamar, id est sustinere amaritudinem mortificationis in carne, & commutari per confessionem à malo ad bona opera, & aspirare ad palmam gloriæ, perueniunt ad Aquas contradictionis, id est multos habent contradictores.

Cap. 3.
G

De triplici genere bonorum.

H Nota quòd Esdras filios Israel vocauit filios transmigrations, filios captiuitatis, filios prouinciæ, & hoc ad infinitandum triplicem statum filiorum. Transmigrationis, quo ad pœnitentes, qui transmigrant de vitiis ad virtutes. Captiuitatis quo ad statum iustitiæ, in qua captiuant se iusti ad subueniendam pœnam. Prouinciæ, quo ad gloriam æternam, ad quam tendunt.

De die iudicij.

I Nota quòd idem terminus fuit consummationis domus Dei, dedicationis, & interfectionis hostium Iudæorum, mensis Adar xij. qui est finis anni. Similiter in fine seculi domus Dei consummabitur cum abster. omnis la. ab o. f. & dedicabitur in susceptione vtriusque stolæ, & hostes verè pœnitentium interficientur per sententiam iudicij.

De prælatis.

K *Steterunt sacerdotes in ordin. suis, & Levi. in vi. s.* Consummata do. do. id est confirmatis fidelibus in bono, stent facer. in or. id est faciant quod monent: & non solùm verbis, sed operibus ad bona opera inuitent. Si hortantur subditos ad mortificandum carnem, ipsi similiter se mortificent, nec de cruce mortificationis descendant.

Cap. 7.
L



Esdras parauit cor suum vt inuestigaret legem Domini & faceret, & doceret in Israel præceptum atque iudicium. Esdras, id est adiutor, significat prælatum qui debet subditos adiuuare in spiritalibus, & temporalibus si opus fuerit. Felix est prælatus qui dicere potest: Paratum cor meum Deus ad mandata custodienda, paratum ad implenda, paratum ad bonum docendum, paratum ad bonum operandum. Ad illa tria quæ prælatis sunt necessaria, debet prælatus parare cor suum, id est ad scientiam, vitam, & doctrinã. Vt inuestigares. ecce scientia. Et faceret. ecce vita. Et doceret. ecce doctrinã.

HUGO DE FOILLETO.

Quòd ad prædicationis instantiam fidelis quilibet à curiis secularibus ad se redit.

Cap. 10.
M



Edit omnis populus in platea domus Domini mœram pro peccato & pluuiis. Domus Dei, est domus confessionis: quæ plateam habere perhibetur, quando curiis secularibus implicatur. Sed qui dicitur

læti per plateam discurrere consueuerunt, quandoque in eadem platea sedentes pro peccato gemunt, qui in domo Dei secularitati studuerât, postmodum ad se reuersi quietæ mentis desiderant esse: nec tantum pro peccato, sed etiam pro pluuiis foris stare nequeunt: sed totis animi desiderijs interius esse quærunt. Tempus, inquit, pluuiæ est, & non sustinemus stare. Pluuia, est catholica doctrina. Foris enim stare non sustinet, quem doctrinæ spiritualis pluuia perurget. Surrexit enim Esdras sacerdos, & dixit: Vos transgressi estis, & duxistis vxores alienigenas, & nunc date confessionem domino Deo patrum vestrorum, & separamini à populis terræ & ab vxoribus alienigenis. Ecce pluuia, id est correctionum doctrina. Vxores verò alienigenæ sunt seculares curæ: ex quibus confessio datur, dum culpa cognoscitur. A populo terræ & ab vxoribus alienigenis separatur, qui terrena negligit, & cui curæ seculares odio habentur.

Item.

Moraliter domus Dei platea, recordatio peccati. Qui autem per hanc plateam discurrere consueuerant, nunc in ea pro peccato tremantes sedent: & qui ineptæ lætitiæ diu studuerant, peccatum lugent. In hac platea Esdras sacerdos qui carnes immolat, id est animus qui desideria carnis in se mactat, populum increpat: quia præceptum domini transgressus fuerat. Separamini, inquit, à po. t. & ab vx. ali. Populus terræ, sunt terrenarum rerum concupiscentiæ: vxores alienigenæ, carnis blanditiæ. Ab his mentem separant, qui mundi concupiscentias negligunt, & blandimentis miseræ carnis mente contradicunt.

Finitur liber Esdræ I.

A

SEQUITVR LIBER
NEEMIAE, QUI EST
ESDRAE II.

Quid per plateas portæ aquarum & portæ Esraim
allegoricè designetur.

Cap. 8.



Sequitur de platea quæ est ante portam aquarum, in qua populus congregatur quasi vir vnus dicentes Esdræ scriba afferat librum legis Moyſi Porta aquarum, est admonitio ſcripturarum. Platea, peccatorum memoria. Ante portam igitur aquarum platea eſſe dicitur: quia per admonitionem ſcripturarum peccatorum ad memoriã reuocatur. In qua populus quaſi vir vnus colligitur, dum in vanitate perſeuerat magiſtris & fratribus. Et ſic librum legis Moyſi poſſit, vt per legem corrigat, quod contra legis præcepta geſſit. Platea quæ eſt ante portam Esraim, vltima ponitur. nihil enim prodeſt laboranti, niſi fructus operis in fine colligatur. Esraim enim frugifer interpretatur. Initium igitur boni operis, porta eſt pœnitentis. Poſſumus autem hanc plateam vocare pœnitentiam. Platea eſt, quando adhuc in ea plangimus quod deliquimus: ſed in lutum delemus, dum per pœnitentiam laboramus. De platea quandoq; egredimur, ad eam quandoq; reuertimur. Egredimur, cum à ſeculari vita recedimus. Reuertimur, cum ad ea quæ malè geſta ſunt à nobis, detergenda mentè reuocamus.

Item.

P Moraliter. Porta aquarum, eſt gratia lachrymarum. Platea verò, quæ eſt ante portam aquarum, eſt contritio animi pro deletione peccati. In hac platea populus congregatur quaſi vir vnus. Populus cogitationũ qui ſe per diuerſa iſperat, cum per contritionem in vnum colligitur, ſecretum mentis intrat. Librum legis audire deſiderat, vt tranſgreſſionis culpam emendare valeat, & in meditatione diuinæ legi attentior fiat. Ad plateam verò quæ eſt ante portam Esraim animus ducitur, quando per fructum boni operis ad ſperantiam reuocatur.

Egressus sum per portam vallis nocte. Neemias consideraturus dissipationem muri Hierusalem, egressus per portam vallis, per eandem rediit. Similiter primo se debet humiliare qui scrutatur vitam alterius & post scrutinium similiter. Hoc est quod Deus iudicaturus adulteram, primo digito scripsit in terra, & post sententiam similiter.

HUGO DE FOILL.

Quomodo anima de captiuitate reuersa suæ Hierusalem multiplices ruinas attendat.

Egressus sum per portam vallis nocte, & ante fontem draconis, & ad portam stercoris, & considerabam murum dissipatum, & portas eius combustas igni. Porta vallis, virtus est humilitatis. Per portam vallis Hierusalem ingreditur, qui humiliter ad pacem rediens mente Deo reconciliatur. Per portam vallis egreditur, vt destructionem ciuitatis videat, qui ruinas ecclesie vel lapsus anime humiliter festinat reparare. Et ante fontem draconis. Fons est origo fluminis, & diabolus initium angelicæ & humanæ defluxionis. Per fontem diabolus intelligitur. vnde & deorsum fluens interpretatur. Deorsum fluit, qui à Deo & corde & opere recedit. Est autem diabolus fons draconis, id est initium elationis. Draco cæteris serpentibus maior esse dicitur: quia caput superbiæ etiam cælum tetigisse dignoscitur. Ante fontem igitur draconis transit, qui ruinam angeli & lapsum hominis ad memoriam reducit. Et ad portam stercoris. Porta stercoris, est virtus confessionis. Sicut enim limus, per portam extra ciuitatem vehitur: sic per confessionem, peccati fœtor à mente eiicitur. Et considerabam murum Hierusalem dissi. & por. eius con. ig. Murum Hierusalem dissipatum considerat & circumit, qui lapsus carnis & scissuras mentis diligenter attendit. Considerat portas igne combustas, sensus scilicet corporis igne luxuriæ & flammis iracundiæ consumptas. Et transiit portam pontis. Pons ibi construitur, vbi de vno ad aliud transitur. Pontem facimus, cum pœnitentiã agimus. In ponte ligna ponimus, dum transeunt animæ carnem subiicimus. Pontem transimus, quando de vitiis ad virtutes transmigramus. Si verò porta fontis legitur, sicut in quibusdam codicibus reperitur, non est mirum si portam stercoris sequatur porta fontis, vt fœtor criminis

lachrymis emundetur. Et aquæ ductum regis. Aquæ ductum est desiderium contemplandi. Domini aqua, gratia, *Qui dicitur* dicitur esse regis, id est rationis suo iudicio cuncta regentis. Et non erat, inquit, locus iumento, cui sedebam, transiret. Cùm ad aquæ ductum regis perueniret, non erat iumento locus vt transire posset. Iumentum est hebetas mentis, siue sensualitas carnis, quæ non facillè transit ad gratiam contemplationis. Et ascendi, inquit, per torrentem, id est torrentem forsitan Cedron. Cedron interpretatur tristitia, id est mœror. Anima igitur de captiuitate reducta, id est noua ad Deum conuersa, mœrens & tristis ascendit per torrentem compunctionis. Hic est enim ordo conueniens, vt prius dolere fleat quod malè gesserat, & post ad gaudium diuinæ contemplationis ascendat. Et considerabam murum. Iterum considerat murum. Murum destructum iterum considerat, qui lapsus corporis & animæ ruinas in mentem per recordationem dei pius retractat. Et reuersus veni ad portam vallis, & redij ad portam vallis per quam exierat reuertitur. Per hoc enim innuitur, vt quicquid agitur, humilitatis beneficio condiatur.

Qualiter in anima duo viri assignentur moraliter.

Cap. 3.
S

Melchias filius Erem edificauit in Hierusalem mediam partem vici. Sunt in anima quidam vicus morales, diuersæ videlicet virtutum species. Sicut enim in materiali vico sunt diuersi ordines hominum, sic in vicis animæ sunt diuersi ordines morum. Habet autem anima vicum timoris, habet & vicum amoris. Vicus timoris descendit ad portam vallis, id est ad portam militatis. Vicus amoris ducit ad portam pontis, id est ad portam contemplationem futuræ retributionis. In vico timoris habitant serui & mercenarij, in vico verò dilectionis habitant qui patrum hæreditatem expectant.

Quod defensionis scuto alij sic, alij sic vtantur.

T Edificauit Melchias filius aurificis vsque ad domum Neorum, & scuta vendentium contra portam iudicalem. Sunt in morali Hierusalem vicus sacerdotum, & vicus scuta vendentium. Vicus sacerdotum, est vicus sanctæ exhortationis, quæ ducit ad portam sterquilini, id est ad portam confessionis. Sicut enim simus eiicitur per portam sterquilini, sic enim per portam confessionis eiicitur fœtor peccati. Est etiam vicus scuta vendentium. Sunt enim quidam qui scuta emunt, & scuta

S
& se
& ali
nium
pecu
qui c
stes
præ
na le
vend
vend
illos
cont
rum
mylti
cus c
ratur
clesia
id est
Iudæ
Iudæ

Str
aliqu
la exe
Qu

E

fron. c
cordia
esse. P
serico
spes ve
tæ Eff
pruin
cancer

& scuta gerunt : quia in necessitate fratres defendunt. Sunt & alij qui scuta faciunt, & scuta vendunt : quia licet ingenium & potestatem iuuandi alios habeant, non tamen absque pecunia fratres in necessitate iuuant. Scutum in manu tenet, qui quod ore loquitur, operibus complet. Scutum cōtra hostes cleuat, qui in defensione pauperum auxilium pro posse pręstat. Scuta martyres emerunt : quia pro defensione diuinę legis corpora sua ad supplicia tradiderunt. Scuta autem vendūt, qui pro iustitia munera accipiunt. Sed domum scuta vendentium contra portam iudicalem esse scriptura dicit. illos enim qui iustitiam vendunt conscientia reprehendit : & contra portam iudicalem domus eorum positę sunt, quorum mens & conscientia veritati contradicunt. Hoc autem mysticę vel moraliter agitur, quotiens aliquis vir ecclesiasticus cupiditate vincitur : vel quotiens animus laude remuneratur adulationis. Nec mirum si in Hierusalem, id est in ecclesia vel in anima istud agitur. Est econtrario in Damasco, id est in seculo vel in seculari animo vicus rectus, & domus Iudę reperiatur. Vnde Paulus in vicum rectum & domum Iudę reperitur.

STEPHANVS.

De malorum exemplo.

Ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideum. Vulpes Cap. 4.
 Transiliet murum lapideum, cū apud eos qui videbantur V
 aliquando in bono ædificati maiorem efficaciam habent mala exempla quā bona.

Quibus virtutū frōdibus anima fidelis à vitis obunbretur.

E*credimini in montem, & afferte frondes oliuę, & frondes myrti, & ramos palmarum, vt fiant tabernacula.* In montem egredimur, quando ad Cap. 8.
 montem misericordię precibus subleuamur. X

Ipsę est forsitan mons Oliueti. Afferte, inquit, fron. o. i. opera misericordię. Oleos enim Gręcę, misericordia dicitur Latine. Myrtus temperatiuę naturę dicitur esse. Palma verò in altum crescit. Per oliuam igitur opus misericordię. Per myrtum virtus temperantię. Per palmam spes venię. His itaque frondibus & his ramis in platea portę Esraim tabernacula fiunt, quando prædictę virtutes à pruina tentationis & calore delectationis animum fructificantem vndique defendunt.

De utilitate lectionis.

Y Aedificata ciuitate fecerunt festum tubarum in initio mensis. Per hoc innuitur quod post ædificationem operis lectione. Post consummationem boni operis necessarium est audire instructionem sacri sermonis.

De duplici gratia.

Cap. II.

2



Illy Iuda manserunt in Bersabee vsque ad vallis Hennon. Bersabee qui interpretatur puteus timentis vel puteus septimus, significat gratiam vallis Hennon, infernum. Bersabee fuit terminus filiorum Iuda à parte Australi, vallis Hennon à parte Aquilonari. Per hoc significatur quòd inchoantibus virtutis terminus est hinc amor gratiæ, illinc timor gehennæ.

Finitur lib. Neemiæ II.

SEQVITVR LIBER
TOBIÆ.

Idem. De alacritate iustorum.

Cap. 2.

A



Elinquens Tobias prandium peruenit ad corpus. Nota festinantiam facti in omnibus operibus tuis esto velocis. Item: Flu. impe. læ. ci. Dei. Item: Andreas statim relictis re. se. est discipulus. Sic Maria vocata à Martha statim surrexit. Sic Ioseph exurgens à somno statim fecit quod præcepit angelus.

De auaritia.

B Tobias, id est peccator: fatigatus à sepultura, id est à desiderio bonorum operum affectus: iacet se iuxta parietem, id est à desideria carnis. Ex nido hirundi. &c. Nidus hirundinis, id est conuersatio viri iusti, qui habet se ad modum nidi. qui natus habet mollitiem puræ conscientiæ, exterius asperitatem abstinentiæ, & est tenax per constantiam mentis. De nido dicitur: In nidulo meo ma. Dormienti ta dio affecto...

lida ster. inci. super o. eius. i. temporalia igne cupiditatis accensa. Illa enim quæ non mouent hominem frigida sunt, nec excæcant.

De scientia spiritali.

*S*ub *chirographo* dedit memoratum *argenti pondus*. Hoc est quòd dominus iussit dari pecuniam verbi Dei ad vsuram. *Chirographus* dicitur à *chir*, *chiros*, quòd est manus: & *graphic*, scriptura. Sub *chirographo* ergo pecuniam dare, est doctrinam bonis operibus confirmare.

Cap. I.
C

GALFRIDVS.

Quòd amor temporalium mentem cæcet.

Cum obdormisset Tobias, &c. Seniores Tobiam hirundinum stercora calida cæcauerunt. Hirundines sunt, qui partum non nisi volando capiunt: quorum nulla est nisi in spiritali meditatione & sacra contemplatione refectio. Inde est quòd infima cuncta pro Christo lucra non deputant, sed arbitrantur vt stercora. His interim quanuis ex necessitate potius quàm amore visum impedit, sed nõ tollit omnino. Quorum amor quasi stercoreum calor non modò lippitudinem gignit, sed ingerit cæcitatem. Et quàm malè sibi, quàm malè præuidet aliis, qui non videt. Ridicula res an periculosa magis speculator cæcus? Plangendum est an ridendus doctor infcius, præcursor claudus, prælatus negligens, præcæmutus?

D

Quòd magna vitæ sit præsentis paupertas, sed non minor sequentis vbertas.

Memor esto fili quòd pauperem vitam gerimus, &c. Pater sanctus filium admonet, vt paupertatis præsentis, & futuræ vbertatis meminerit. Sic nimirum humanus animus facilius discit & plenius quæ sursum sunt sapere, non quæ super terram: dum vrgetur hinc, & expellitur tædio: illinc autem trahitur desiderio. Alioquin minus facilè quanlibet modica deserit, qui maiora non sperat: minus vel maxima queuis promissio prouocat, qui tenere iam magna se reputat. Nec parum ignorantia humanis sensibus nocet, sed obliuio fortè non minus. Sed nec medio crem locum tenent inter ea, quorum nobis & scientia, & memoria utilis est ad salutem, præsentis vitæ inopia, & bonorum copia futurorum. Nobis facile est iam scire quòd vitam ducimus pauperem, tamen difficile est scire quàm pauperem. Tanta est siquidem hæc paupertas, vt leui-

E

ter satis agnosci, sed non leuiter valeat comprehendi. Et magna quidem paupertas ipsa scientiæ. Pauca siquidem de præteritis, de præsentibus pauciora, de futuris paucissima nouimus, nulla forsitan de æternis. Et quæ sola omnium miserabilior est ignorantia, nescit homo vtrum amore sit dignus an odio. Multa & multiplex est paupertas nostra: sed quod nihilominus conuenit obliuisci, multo magis & multa bona habebimus, si timuerimus Deum. Et vt quodam paupere modo de paupertate loquamur, consideranda nostrorum in hac paupere vita quam ducimus, pauperies corporum, pauperies facultatum, virtutum egestas, inopia personarum. Egestas prorsus humana corpora, & præ cunctis vt arbitror animantibus insufficientia sibi, & pluribus egestia adminiculis. Ni & quadrupedia quælibet, seu etiam volatilia, ex humana cohabitatione cæteris etiam sui generis fieri fragiliora, & quodammodo pauperiora videntur. Sic & paupertas substantiæ mundialis etiam ipsis quos præ cæteris dicimus locupletes, inuenitur tam communis, vt vix alicui sufficere videatur, nedum abundare, quod habet. Crescit cum terrena facultas cupiditas, nec est remedium aliquod pauperculæ cupiditatis vel cupidæ paupertatis, nisi paupertas alia, paupertas voluntaria. Quid autem dicimus de paupertate virtutum? vbi hodie iam antiqua illa martyrum patientia? vbi iustitia confessionum? vbi hodie prælatorum indefessâ custodia lucris inhiat animarum? vbi subditorum simplex obedientia, sine dissensione solis obtemperans nutibus prælatorum? Sic prælati respectos, sic suspiciosos exhibent seruituti, vt facile iam sit inueniendus qui renuat, qui redarguat, qui resistat: sicut vt olim patres fecisse legimus ad experimentum obedientiæ, aut crudele, aut inutile fortè præceperit. Quis enim prælatorum talem sese discipulis exhibet, tales inuenit discipulos, vt præcipere audeat patri in furnum proiicere filium innocentem, aut aquam vehere de longinquo, vnde sinusculus aridus donec germinet irrigetur? Quam multum errat, si quis hodie sibi multum locuples in virtute videtur, quando & Apostolo Paulo dicitur, quia virtus in infirmitate perficitur. Sola tamen hodie abundat in hac paupere vita iniquitas: nam charitas refrigescit. Verum iniquitatis abundantia, summa inopia est. Igitur hæc pauper vita parum habet de vita, vita quippe mortalis mixtura quædam est vitæ & mor-

tis,
ean
mar
mul
latic
ne
vitæ
Nor
enim
na,
bon
si? I
quit
bo. si
est h
cere
Deu
stare
Et n
à ter
cit ti
Muli
ter &
iudic
filio
vt eff
bonu
mane
que i
popu
in qu
pera,
dines
in qu
muter
deant
ipso c
ciat c
filio.

tis, sed minus habens vitæ quàm mortis. Quinetiam hanc
 eandem qualencunque pauperulam vitam non tenemus vt
 manentem, sed ducimus vt euntem. Sequitur; Habebis
 multa bona, si timueris Deum. Duo quædam in hac conso-
 latione considero, quòd & mutauit numerum, & conditio-
 nem prouidus pater adiecit. Communis siquidem paupertas
 vitæ communis omnibus, quibus ipsa est vita communis.
 Non sic autem illorum multitudo bonorum, vnusquisque
 enim accipiet secundum laborem suum. Habebis multa bo-
 na, inquit, si timueris Deum. O vitam pauperem, & multa
 bona! Sed quid agimus, quòd illa certa est, hæc autem sub-
 si? Ibi enim nihil conditionis adiiciens. Memor esto, in-
 quit, quoniam pauperem vitam gerimus. Hic verò: Ha. m.
 bo. si timuer. Deum. Sed qualis ipsa conditio? quàm multum
 est hoc ad bona multa? O si rem grandem dixisset, certè fa-
 cere deberemus. Quanto magis, quia dixit: Ha. mul. bo. si. ti.
 Deum? quis enim non timeat Deum? Quid ni timeat maie-
 statem paruulus, iudicem reus, seruus dominum, homo Deū?
 Et nomen ipsum Dei terribile est, & theos, vt aiunt, dicitur
 à terrore. Vnde etiam ethnicus ait: Primus in orbe deos fe-
 cit timor. Quid ergo magnum exigimur vt timeamus Deum?
 Multi modi timendi Deum, & multa materies, & in eo pari-
 ter & in nobis. Non fallere eum possumus, non latere, non
 iudicio contendere contra eum, non resistere iræ: eius con-
 silio tamen necesse est frænare timorem: nec sic timeas Deum
 vt effugias, sed ad eum. Vnde etiam bene filium admonens
 bonus pater adiecit: Omni tempore consilia tua in eo per-
 maneant. Non enim permanere consilia poterunt, quæcun-
 que in eo non erunt. Reprobatur enim dominus cogitationes
 populorum, & re. com. prin. Non eorum approbat actiones,
 in quibus reprobatur inuenerit cogitationes. Non placent o-
 pera, vbi fuerunt praua consilia. Mutantur quidem vicissitu-
 dines operum, & succedunt sibi inuicem varij euētus rerum,
 in quibus necesse est interdum mutari consilia: sed in ipso
 mutentur, nec dimoueantur ab ipso. Quamlibet ergo arri-
 deant prospera, quamlibet aduersa sæuiant, omni tempore in
 ipso consilia tua permaneant. Dignum prorsus vt omnia fa-
 ciat cum consilio, qui solus inter omnia factus est cum con-
 silio.

STEPHANVS. Vbi & qualiter sit orandum.

Cap. 3.

F *Perrexit Sara in superius cubiculum domus sue.* In superioris mentis nostræ debemus orare. Christus in monte orat, Daniel in cœnaculo. Helias & Heliseus habent cœnacula. Et Christus in cœnaculo pascha celebrat. Et tribus diebus & tribus noctibus non manducauit neque bibit. Sola oratio pinguescit, quam macies corporis pascit. Sed in oratione persistens cum lachrymis deprecabatur dominum. Oratio dem lenit, lachryma cogit: hæc vngit, illa pungit. Vnde: Non despicias preces pupilli, nec viduam si effundat loquelam cum gemitu. Item: Quando orabas cum lachrymis, &c. Item: Gedeoni reuertenti à Galgalis angelus apparuit in loco festum.

ISAAC.

Quid designetur per nuptias filiæ Raguelis.

G *Tradita est Sara vii. viris, & interfecit eos demonium.* Dicendum quid significant illæ nuptiæ vii. virorum, & toriens homicidæ filiæ Raguelis, quam Tobias filius Tobie sine periculo ducere potuit, qui dæmone fortiorem angelum comitem imò & ducem habuit. Tobias & Tobias, pater & filius, vetus & nouus, cæcus & videns, homo & hominis filius. Sed de homine vel filio hominis aliquando secundum carnem, aliquando secundum animam, aliquando secundum utrumque sermo cõficitur. Nunc igitur Tobias animam significat filij hominis, Sara verò communiter carnem hominis, angelus autem dux & comes Tobie ipsum Deum, Dei verbum, quod animæ quam semel suscepit sapienter ducatum præstitit, fideliter comitatum, fortiter auxilium, prudenter consiliū. Septem verò viri morti magis quàm mulieri coniugati vniuersas animas præter dilectam Christi animam, quæ carni ad eam vnione personalis coniugij copulata sunt. Quæ omnes, vt diximus, non prius carni quam morti iunctæ, propter carnem tamen morti vnitæ, & propter mortem à carne separate. Dæmon suffocans, naturalis illa originalisque concupiscentia datur intelligi: quæ domo Raguelis & cubiculo Saræ vbi fortior superuenit, eiicitur, ligatur, fugatur. Vasa eius à naturalia quæ captiua tenebantur, dirumpuntur. Ducitur captiua captiuitas, thalamus purgatur, liberatur domus, Sara sine periculo traducitur. Pater miratur mysterium agnoscens. Angelo gratias egit, epulas parat, viciniâ inuitat. Plena sunt hæc mysteriis, redundantia sacramentis. Angelus dum Tobias

bias nuptias celebraret abscedit, vt verus homo nascendo, lugendo, lugendo, non fando tanquam sponsus Tobias appareat. Post tempus verò non vacuus neque sine chirographo preciosi debiti redit, vt in aliquibus idem ipse qui homo est, Deus innotescat.

STEPHANVS.

Vnde te habemus bone iuuenis? *Ex filiis Israel.* i. ex videntibus Deum, & ex angelis. Hinc argumentum habemus, q̄ aliquis non mentitur, si accipit verba aliter quàm vsus accipiat. Cap. 5.
H

De contemptu temporalium.

Xiuit Tobias vt lauaret pedes suos. Exit cum Tobias lauare pedes, qui considerat vitæ præsentis decursus, vt mudentur animi defectus, vnde: Sor-des eius in pedibus eius, nec recor. est finis sui. Cap. 6.
I
Iuxta fluuium Tigris sedet ad lauandum pedes, qui considerat quàm velociter temporalia transeant.

Idem ibidem.

Et ecce piscis immanis. Piscis iste qui vult opprimere Tobiam, significat potentes pauperum oppressores. Quem expauescēs Tobias cla. Sic pusilli oppressi à potentibus clamant ad do. Sic Petrus cum vidisset ventum validum venientem, ti. & cla. Do. saluum me fac. Apprehende bran. eius. vbi piscis fortior est. hoc est in statu meliori considera eum, & extrahe à fluuiio in siccum. i. à gloria mundi separa, & iudica seorsum: & videbis eum palpitantē. i. videbis quòd vix viuat. vnde: Vidi stultum fir. ra. & ma. p. eius statim. Exentera hunc piscem. i. considera interiora eius quàm sint omnis spurcitæ plena. Et cor eius, & fel, & iecur reponet tibi. i. sapientiam eius, & malitiam, & amorem temporalium considera: & hæc valebunt ad medicinam. vnde: Per agrum pigri ho. trans &c. Et infra: Quòd cum vidissem, posui in corde meo, &c.

Diabolus tentat in principio cœnæ, & in medio, & in fine. Primæ tentationi occurrendum per benedictionem mediæ per eleemosynarū largitionem, vltimæ per gratiarum actionē. Item nota, quòd si omnes de genere tuo morbo vno mortui essent, tu cum timore sumeres cibum illum qui esset morbi illius occasio. L

GVILLIELMVS DE CAILL.

Quòd caro Christi baculus appelletur.

Cap. 10.
M



H *Eu me fili mi, vt quid te misimus peregrini. lu. o. n. h. se. n.* Baculus hic caro Iesu Christi intelligitur. Sunt autem quærele triumphantis ecclesie cõpatientis verbi incarnati doloribus, & præsentiam ipsius auidè suspirantis. Hic enim baculus partem illam ecclesie quæ cæcutiebat & senescebat in terris, in fine temporum illuminare venerat & fulcire. Vnde & cõpetenter ad hunc sensum refertur quod sequitur: Numquam fuisset pecunia illa pro qua misimus filium nostrum peregrinari. Pecunia enim illa fuit primorum parentum culpa, quam cum vsuris peccatorum scõnerator auidus quotidie exigit, & post mortem exiget cum scõnore tormentorum. Hic est in quo ambulauerunt patres nostri aduenæ & peregrini super terram. In hoc Simeon senex inuenit Lumen ad reuela. Gen. & emortui præ nimia senectute corporis nobile firmamentum. Puto quòd cum spiritu venisset in templum, & hunc baculum suscepisset in manibus, baculum senibus familiarẽ vel obliuioni tradidit, vel abiecit.

STEPHANVS

Cap. 11.
N



V *Bi introieris in domum tuam, statim adora Dominum &c.* Prius iubet orare, quàm det medicinam. De gaudio spirituali. *Canis præcurrens blandimento cauda sua gaudet.* Cauda, finis corporis, perfectionem significat, vel mercedem quæ in fine reddetur, qua percepta gaudebunt fideles. Hoc est quod dicitur: Ridebit in die nouissimo. Ibidem.

Tobias data manu puero, occurrit in obuiam filio suo. Non debemus dedignari, si à minoribus doceamur. Et cõp̃it flere præ gaudio. Sic p̃cõnitens gaudere debet pariter & dolere.

De potentia seculari.

Venerunt Achior & Nabash gaudentes ad To. Ecce isti supra in aduersitate insultabant, modò in prosperis congratulantur. Non agnoscitur in bonis amicus, &c. Cum fueris felix, multos numerabis amicos.

De duplici statu p̃cõnitentium.

P *Et per vij. dies epulantes cum gaudio.* Hic habes de septenario gaudij, alibi de septenario luctus, vt in Iob: Amici Iob sederunt cum eo in terra vij. diebus. Item in Ezechiele: Nansi ibi septem diebus m̃cõrens in medio eorum. Sic nos debemus

mas

debemus esse in septenario huius vitæ in epulis & luctu, ut epulemur in domino, & lugeamus pro peccatis.

De gratiis agendis.



*P*ater quam mercedem dabis ei? Si me ipsum tradam tibi, s. non ero condignus proui. a. Non sunt condignæ pas. huius tem. &c. Item Michæas: Quid dignum offeram domino, &c. Item: Quid retribuam domino pro o. quæ re. Item

Iob: Non poterit ei vnum res. pro mil. Item Sapien. In paucis vexati sunt, &c.

Quomodo sit orandum.

Bona est oratio cum ieiunio & elee. Ieiunium & oratio sunt due alæ quibus anima volat ad Deum. Oratio est cōtra superbiam, elemosyna contra auaritiam, ieiunium contra luxuriam.

Nos sumus quasi peregrini in terra aliena tempore nebulæ, & ideo timere debemus latrones.

Finitur liber Tobia.

SEQVITVR LIB. IVDITH.

Idem de Iudith.

Applicat illud Ecclesiastici, 26.



*S*icut sol oriens in mundo in altissimis diei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. Sol exaltatur, non crescit nec decrescit: clarus est & purus, fulgidus & calidus. Nec est idem fulgidum & clarum. Vitrum quidem clarum est, non tamen fulgidum. Hæc omnia conueniunt Iudith. Ipsa enim fuit pura

per continentiam, fulgida per formam, clara per prudentiam, calida per dilectionem Dei, exaltata per fortitudinem: non creuit per elationem, nec decreuit per pusillanimitatem: quia timoris habuit angulum, nec elationis supercilium. Hæc fuit in ornamentum domus, id est ecclesiæ.

De

SVPER TOBIAM.

De adulatoribus.

Cap. 2
V



*S*agitarij Holophernis cooperuerunt faciem terra frum locusta. Sagit. Ho. id est diaboli, sunt adultores. Lingua enim adulatoris ad modum locusta totum virorem gratiæ depascit. vnde Iob: Numquid suscitabit eum quasi locustas, &c. Dicit Gregorius: Quia lingua adulatoris est locusta, quæ torpet in frigore aduersitatis, sed fallit in æstate pro speritatis. Itē locusta est gloria mundi, quæ citò à saltu cadit.

Ibidem.

- X *D*escendit Holophernes in campos Damasci in diebus messis. Facile delitiosi vincuntur. Damascus interpretatur poculum sanguinis. Potare autem sanguinem, est potari in delitiis carnis. ideo sanguis prohibitus est in lege. Dies messis, sunt dies quadraginta. Tunc enim est messis bonorum operum, tunc est etiam vindemia compunctionum. In his diebus descendit diabolus, cum te incitat ad edendum, cum maximè ieiunare deberes: & succendit omnia sata. i. bona opera, & arborum bonas s. cogitationes, & vineas, cordis compunctiones.

De sollicitudine prælatorum.

Cap. 4.
Y



*E*t miserant in omnem Samariam per circuitum. Id est eorum curam egerūt, quos custodire debebant: & hoc per circuitum, ne vel quid eis deesset, vel alicui deditus esset hosti. Heliachim sacerdos circuiuit omnē Israël. Itē Leuitæ per gyrū tabernaculi figent rētoriorum. Item: Dominus circumibat omnē Galilæam. Item: Circuiuit immo. in ta. e. Item Iob: Nubes spargūt lumen suum quæ lostrant cuncta per circuitum. Item: Apostoli non cessabant in templo, & circa domos docētes. Item: Tobias circumibat per omnes qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat eis.

Ibidem.

- Z *P*ræoccupauerunt omnes vertices montis. Id est viros acuti ingenij. Hos præoccupare deberent prælati, & dare redditis, quibus theologiam addiscerent, ne cogerentur addiscere licratinas scientias. Vnde: Quid faciemus sorori nostræ paruule? Si murus est, ædis. super eum pro, si ostium, &c. Murus est beatus, ostium simplex aliquis.

Idem.

Tunc Achior dux omnium filiorum Amon ait, &c. Ecce iste erat hostis illorum, & tamen commendat eos.

Cap. 5.

Iusti etiam hostibus sunt reuerendi.

A



Vincisset loqui Achior, irati sunt omnes magistratus &c. Qui fastu mundi superbiunt, præconia veritatis audire non possunt. vnde: Non recipit stultus verba pru. nisi ea dix. quæ ver. in cor. eius.

Cap. 6.

B

De alacritate iustorum.

Achior dicitur in Bethulia à seruis Holo. quia sæpè serui mundi, sunt occasio boni.

C

Quem soluentes duxerunt Bethuliam. Sed nõnne malum est solui à cruce? vnde oramus: Confige ti. t. c. m. Vtrun que debes esse, ligatus vt carnem maceres, solutus vt cum alacritate facias. vnde: Quasi morientes, & ecce viuimus.

D

Intuere superbiam illorum, & respice humilitatem nostram. Ideo sic dicunt, quia contrariis iuxta se positis vnum quodque magis elucescit.

E

De doctrina christiana.

Tunc Ozias fecit cœnam magnam. Ante cœnam, & post orauerunt. Sic tu cum vis refici verbo Dei, prius ora vt salubriter audias: & postea orandum est, vt ad implenda quæ audieris conualescas.

F

De periculo prælatorum.



Venerunt per crepidinem montis. Crepido dicitur à creperum, quod est dubium. Mons significat eminentiam vitæ. Omnis enim alitudo dubia est & suspecta. vnde: Deiecisti eos dum al. Et Iob: Ver-

Cap. 7.

G

reb. ope. m.

De studio literarum.

Precepit Holo. incidi aqua ductum. Tunc incidit diabolus aqua ductum, cum facit interrumpere studium literarum. Hoc est quod legitur: Porro fa. f. nõ inue. in if. Item: Puteos quos fodiebant patriarchæ, obstruebant Phylistæi. Item: Iudæi denunciauerunt Apostolis ne amplius lo. in no. Ie. Erant autem non longè à muris fontes, dogmata philosophorum, qui scientiæ & honestatis aliquod conferunt solatium. Ex quibus furtim videbantur haurire aquam ad refocillandum potius quàm ad potandum. Nota furtim & refocillandum.

H

Defecerunt cisterna & collectiones aquarum. Sic tibi, si nõ haurias quotidie aliquid vel meditatione propria vel industria aliena, quæ in scholis hausisti, deficient.

I

SUPER IVDITH.

De cupiditate.

K Tunc ad Oxiam congregati sunt omnes viri & femina simul, una voce dicentes: Iudicet Dominus inter nos & te, &c. Hi sunt carnaliter qui malunt florere in temporalibus quam egere, & idcirco citius læduntur. unde in Exodo: Linum & hordeum læsum est, eo quod hordeum esset virens, &c.

Cap. 8.



Quod facere disposui, probate si ex Deo sit. Omnia fac cum consilio.

L

De sollicitudine prælatorum.

M

M stabitis vos ad portam nocte ista. Ecce presbyteri commendat portam, i. sollicitam castrorum Dei custodiam. Unde & ianitori præcipit ut vigilet.

N

Nolo ut scrutemini actum meum. Ecce hic prohibet ne simus curiosi scire cogitationes aliorum. Hinc sacerdotes sumant exemplum, ne indiscretè scrutentur sibi confitentes.

De abstinentia.

Cap. 10.



T unxit se myrto optimo. Mortificatione carnis, & virtutum odore: ut vermes qui non moriuntur occidat.

O

De discretione.

P

P imposuit Abra sue ascopam vini. Id est mortificationem carnis: sed cum mensura.

De pœna reproborum.

Cap. 12.



Tunc ingressus eam introire ubi erant repositi thesauri eius. Tunc ingreditur homo thesaurum amatorum mundi, quando considerat pœnam quæ eis parata est. Ad orandum Deum suum per triduum. Hoc est triduum Iudith, triduum Moyse, & triduum Pauli. contritio, confessio, satisfactio.

Q

De amatoribus mundi.

R

R dixit Holo. ad Vagao eunuchum &c. Hic erat cubicularius Holo. Omnes autem cubicularij eius, id est familiares mundi, sunt eunuchi, i. steriles. Vagao interpretatur ipsa vallis æstiuans. Familiares enim sunt mundi vallis, id est receptacula sordium, & æstiuantes amore terrenorum.

De gaudio spirituali.

S

S magnificata est anima mea hodie &c. Hoc dicit, quia accedebat ad interficiendum Holo. Sic nos gaudere debemus accedentes ad interficiendum mundum in nobis.

De amatoribus mundi.



*V*tero factum est. festinauerunt serui Holo. &c. Ecce familiares mundi, quando sero, id est aduersitas venit, recedunt: sed in die prosperitatis veniunt. Econuerso faciunt cubacula Christi. unde: Anima mea deside. te in noc. De contemptu mundi.

Cap. 13
T

*A*ccesit ad columnam, & pugionem exoluit. Pugio ligatus ad columnam, est gloria mundi annexa potentiae seculari. Hoc gladio totus mundus ferè occiditur. Et aginatur, cum gloria mundi nudè & apertè inspicitur per exempla mortuorum.

De eleemosyna.

*E*t euoluit corpus eius truncum. Corpus truncum euoluere, est diuitias distribuere. Hoc quod Iosue præceptum est, ut hostes occideret, & equos subneruaret. Equi sunt diuitiæ quæ ferunt hominem vel ad cælum, vel ad infernum. Hi subneruantur per eleemosynam.

De abstinentia.

*T*radidit caput Holopher. ancilla sua. Hæc est caro, quæ caput Holopher. gerit, cum per macerationem ostendit in se victoriam mundi superati.

*E*t exierunt due quasi ad orationem. Scilicet mens & lingua. unde: Cor meum & ca. m. exul. in d. vi. Ecce caput Holo. & ecce conopeum eius. Conopeum, est reticulum contra muscas & culices, quale solet poni super altare.

*V*t probes quia ita est, ecce caput Holo. Ille qui in manu, id est in opere ostendit se cupiditatem abiicisse, potest aliis ostendere caput Holo. Qui vult ergo ut fidem habeant ei Samaritani, oportet ut prius hydriam, id est mundi cupiditatem abiciat.

De compunctione.

*V*idens Achior caput Holo. angustiatus præ pauore cecidit, & astuauit anima eius. Quando peccatores vident aliquem diuitem omnia contempsisse, & conuersum ad Deum, timent pro peccatis suis: sicut Achior factus est videns, viso capite Holopher.

*T*unc ingressus V agao plausum fecit manibus. Hoc faciunt amatores mundi, cum suspicantur Holopher. dormire cum Iudith: id est cum suspicantur potentem opprimere iustum, plaudunt: quoniam laudatur pecca-

Cap. 14
C

tor in desideriis animæ suæ.

De perseverantia.

Cap. 15.

D



Executi sunt eos in ore gladij, quousque perue. ad extre. si. suorum. Non debet miles Christi otiosus esse, hoste intra portam manente. Hostis est primus motus, vel fomes peccati, qui semper est in carne. Fines nostri sunt cogitatio, locutio,

opus.

E

Omnia que erant illorum abstulerunt. Omnium militum Christi, quanuis impar labor, vna tamen debet esse intentio & deuotio: vt quicquid ab hostibus possunt auferre, ad ornamentum conferant ecclesiæ.

Cap. 16.

F



Ras populus incundus secundum faciem sanctorum. Sicut decet sanctos, quasi non excedebant in lætitia, vnde Iob: Siquando ridebam ad eos, non credebant mihi, & lux vultus mei non cadebat in terram.

Finitur liber Iudith.

SEQVITVR LIB. HESTER.

Idem.

Cap. 1.

G



N diebus Assueri regis qui regnavit ab Indis usque Achi. Aethiopia tenebræ vel caligo dicitur. Super illos autem quos obscurant peccata, non regnat Christus, vnde Regnum meum non est de hoc mundo.

Pueris suis. Talium est enim regnum eæ. Alij non intrabunt in hoc conuiuium. Si quis est pa-

uulus, veniat ad me.

De deuotione.

H

Non erat qui nolentem cogeret. Quoniam nolentem non cogit dominus: filios vult, non seruos. Tanquam homines iudicat, non tanquam asinos. vnde in ædificio tabernaculorum Moyli dictum est: Ab omni vlroneo accipies. Item: Volentatit

ariè sacrificabo tibi.

De prælatis.



Vellæ traduntur sub manu Egæi eunuchi. Egæus qui lætus & festiuus interpretatur, prælatus designat, qui se castrant propter reg. cœ. qui festiui debent esse, vt habeant sabbatum pectoris, & seruilia opera non faciant. Item in festis fit maior apparatus, & in prælatis maior debet esse apparatus operum. vnde: Filij Sion inelyti & amicti auro puro, & in Exodo Vestes summi sacerdotis contextæ sunt auro.

Cap. 2.
I

De humilitate.

Mardocheus manebat ad ianuam regis. Necdum prodiderat Hester patriam & populum suum. Mardo manebat &c. Beatus qui vigilat ad fores meas quotidie. Item: Beatus vir qui in sa. mo. &c. Necdum prodi. &c. Ecclesia nil agit per arrogantiam. Quàm pulchra es absque eo quod intrin. laet. In tabernaculo erant exterius saga cilicina, intus cortinæ.

K

De ambitione.



Manerat de stirpe Agag. Agag, festiua solennitas vel tectum interpretatur. De stirpe ergo Agag sunt, qui ad tectum, id est dignitates: & solennitates festiuas, id est gloriam mundi tendunt.

Cap. 3.
L

De persecutione iustorum.

Mense primo qui vocatur Nisan, anno xij. regni Assueri, missa est sors in vnam &c. Cùm gratia abundat, nititur diabolus insurgere in iustos. vnde: Fili acce. ad ser. Dei &c. Sors est dispositio Dei: quoniam qui ad sortem Dei pertinent, occiduntur. vnde Hie. Pars domini semper mactatur.

M

Et exiuit mensis xij. Hic est finis anni. Semper enim fini insidiatur diabolus. vnde: Insidiabitur cal. tuo. Item: Ipsi cal. me ob.

De vtilitate tribulationis.

Optimè nosti quòd non expediat regno tuo vt populus iste insolenscat per licentiam. Licet iste malus sit, optimum tamen verbum loquitur. Dominus enim suos permittit tribulari, ne insolentent per licentiam loquendi.

N

De humilitate.

Scidit vestimenta sua. Scindere vestimenta, est virtutis speciem ab oculis remouere, hoc est hostiæ pellem detrahere. Idem infra habes: Cùm deposuisset Hester vestes suas,

Cap. 4.
O

B ij

SVPER HESTER.

&c. Vel vestimenta scindere, est discretè opera sua scrutari.
De charitate.

P *Ne putes quòd animam tuam tantum liberes. Ne quæras que tua sunt, sed quæ Iesu Christi. Multi enim viuunt sibi, vt Cain, qui ait: Nunquid custos &c. Sed væ his qui viam Cain abierunt.*

De imitatione passionis Christi.

Cap. 5.



Q *um vidisset rex Hester reginam, placuit oculis eius. Et extendit virgam auream contra eam quam tenebat manu. Quæ accedens osculata est summam virga eius. Hæc virga crucem significat, quam extendit dominus, cum dicit: Siquis vult post me ve. &c. Propter hoc crux ponitur in propatulo, vt cum ecclesiam intras, statim crucem videas, vt sequaris Christum.*

De tribus ordinibus saluandorum.

R *Etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Hæc clausula ter dicitur, quia tribus ordinibus dabitur regnū celorum. s. perfectis, pœnitentibus, & fidem habentibus: sed non tempus operandi, quales sunt paruuli baptizati. Hoc idem significatum est in euangelio, vbi discipuli traxerunt rete plenum cliij. piscibus. C. sunt perfecti. l. pœnitentes. iij. fidem habentes, et si non spatium operandi. Hi sunt etiam, Noë, Daniel, & Iob.*

De ambitione.

S *Regina Hester nullum alium vocauit ad conuiuium cum rege praeter me. Si prælatus gloriatur de electione sua, quòd solus electus est: recordetur Aman, qui solus vocatus fuit ad conuiuium reginæ, sed malo suo.*

Contra hypocritas.

Cap. 6.



Q *uid pro hac fide honoris & præmij consecutus est Mardocheus? Dominus non remunerat opera pro quibus reddita est merces. Ideo hypocritæ & prauis diuites nihil accipient in futuro, quia iam receperunt mercedem suam.*

Cap. 7.

V *Etiam reginam vult opprimere me presente. Ecce oratio Aman dicitur oppressio: quia in die iudicij iniquorum oratio erit irritatio. vnde: Et oratio eius fiat in peccatum.*

De

De mysterio Christi.



Cribite Iudæis sicut vobis placet ex regis nomine, signantes literas anulo meo. Signantes literas id est sacram scripturam : anulo, id est cruce, quam quasi anulum habuit dominus in manu, cum cruce fuit affixus. Anulum fecit sibi dominus de cornibus crucis. Hæc erat

Cap. 8.
X

consuetudo, vt epistolis quæ ex regis nomine mittebantur, & illius anulo signatæ erant, nemo auderet contradicere. Sed euangelium ex Christi nomine & eius anulo signatum est incipit enim sic : Initium euangelij Christi. & etiam eius anulo signatum est. vnde etiam diaconus lecturus euangelium signat librum faciens ibi crucem : & tamen ferè omnes contradicunt euangelio.

De curru charitatis.

Et per veredarios misse. Veredi, sunt equi vehentes rhedam. Veredarij, sunt illi qui præsumt veredis : & hîc accipiuntur pronuncijs qui sunt in equis. Nota ergo quòd charitas biga est : quoniam mediante charitate fert homo, quod aliàs ferre non posset : sicut equus mediante biga, quòd aliàs ferre non posset. Homo ergo se subiiciens operibus charitatis difficilibus, est veredus : qui præsumt veredis, sunt prædicatores. Vnde Paulus : Quicumque spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. quasi hi qui trahunt rhedam.

Y

De perfectione claustralium.



Nota quòd Iudæi qui fuerunt in Susis, diutius interfecerunt quàm alij. Susa significant mundum. Qui ergo in mundo sunt, cum maiori lucta interficiunt, quàm qui extra mundum viuunt, claustrales scilicet. illi enim vna die hostes suos occidunt, quando scilicet suis rebus abrenunciant.

Cap. 9.

Z

Finitur liber Hester.

B iij

SEQUITUR LIB. IOB.

GALFRIDVS.

Quòd pro Deo sunt non tantùm superflua sed
necessaria relinquenda.

Cap. 2.

A



*Ellem pro pelle & cunctam substantiam
s. d. h. pro anima sua.* Legitur de factis
Ioseph quòd in manibus adultera
chlamydem reliquit, & nudus sed
incontaminatus absceisit. Similiter
in Euangelio alter adolescens rece-
cit sindonem, & à persecutoribus nu-
dus profugit. In utroque adolescentia
addit ad meritum, quòd huiusmodi
aetas lubrica esse solet & infirma. Beatus verò Bartholo-
mens ipsam pellem deseruit, vt animam custodiret. Per eum
qui reliquit chlamydem, eos possumus intelligere qui acqui-
nimitèr sustinent carere superfluis, sed non sic huius vitæ ne-
cessariis. Siquidem necdum nudus est, qui chlamydem deie-
rit. Nam qui sindonem, sequitur Christum. Ille verò felicis-
simus est, qui non modò chlamydem reliquit, sindonem pro-
iecit: sed patienter & ipsam corporis pellem amisit. Nullum
enim deinceps aduersus huiusmodi hominem locum calum-
niæ inimicus inuenit, vt si dicat, Pellem pro pelle, &c. Quid
est enim pellem pro pelle, nisi chlamydem pro sindone, sin-
donem pro cute: videlicet superflua pro necessariis, vel ip-
sa etiam necessaria huius vitæ pro eiusdem conseruatione
relinquere?

BERNARDVS.

Quibus tentationibus vita mortalium fatigetur.

Cap. 5.

B



*N sex tribulationibus liberaberis, & in septima non
apprehendet te malum.* Prima tribulatio & occu-
patio grauis, ipsa est necessitas huius miseri cor-
poris, quod dum modò cibum, modò somnum,
modò vestes, cæteraque similia quærit, frequen-
ter tribulat nos, & impedit ab exercitio spiritali. Secun-
do loco tribulant nos vitia cordis, vt est leuitas cordis,
suspiciò impatientiæ & iracundiæ motus, inuidiæ mor-
sus, laudis appetitus, & similia quæ quotidie experimur in
nobis

nobis. Tertia & quarta est tribulatio, prosperitas & aduersitas huius mundi. Nota me hinc dicere tribulationem, quod nos impediatur ab exercitio. Vtrinque siquidem cauendum est à laqueo tentationis, & quærèda arma à dextris & à sinistris. Quinta tribulatio, ignorantia nostra est. In multis enim omnino incertum habemus quid agere debeamus: ita ut quid oremus, sicut oportet nescimus. Sexta tribulatio, est aduersarius noster, qui tanquam leo rugiens c. q. q. de. Atque utinam in sex tribulationibus his liberaremur, ut vel in septima non tangeret nos malum periculum, scilicet in falsis fratribus. Utinam soli impugnarent nos maligni spiritus cum suggestionibus suis, & nihil nocerent homines perniciosi exemplis, persuasionibus importunis, sermonibus adulationis vel detraktionis, atque aliis mille modis. Videtis certè quam necessarium sit ut aduersus hæc septem pericula quibus impedimur, septiformis spiritus sancti auxilio subleuemur. Pro his enim septem quibus ab obseruantia decalogi retardamur, in luctu poenitentiae septuagesima agitur. Unde & recitetur alleluia solenne, & humanæ transgressionis historia à capite recensetur.

BERNARDVS.

Quod vsu quanlibet grauiæ læuigentur.

Qua prius nolebat tangere anima mea, nunc pro angustia cibi Cap. 6.
mei sunt. Quid non inuertat consuetudo? Quid non C
 assiduitate duretur? Quid non vsu cedat? Quantis qui præ
 amaritudine prius exhorrebant, vsu ipso malum in dulce
 conuersum est? Primum enim tibi importabile videtur ali-
 quid: processu temporis si assuescas, iudicabis non adeo
 graue, paulo post etiam delectaberis: ita paulatim in cordis
 duritiam itur, & ex illa in auersionem.

De quatuor militiarum generibus & stipendiis earundem. Cap. 7.

Militia hominis, vita est super terram. Quatuor sunt D
 quorum in hac vita deseruimus obsequiis caro,
 mundus, diabolus, Deus. Carni militamus, gula
 illecebris seruiendo, luxuriæ stimulis obsequen-
 do. Mundo militamus, avaritiæ æstibus anhelan-
 do, honoris altitudinem affectando. Diabolo militamus, bo-
 norum profectibus inuidendo, contra Deum superbiæ spiritu
 intrumescendo. Deo autem militamus, pietatis operibus hu-
 militer insistendo, potestates aërias virtute spiritus oppugnan-
 do. Habent & singuli principes isti donatiua propria. Caro

fuis tironibus elargitur momentaneam voluptatem, mundum transitoriam sublimitatem, diabolus perpetuam captiuitatem, Deus interminabilem felicitatem.

Quantam sollicitudinem circa actionem & otium iustus gerat.

E *Si dormiero, dico, Quando consurgam? Et rursus expectabo & speram.* Hoc est, & quietus, neglectus, & occupatus, perturbata nihilominus quietis me arguo. Vides virum sanctum inter fructum operis & somnum contéplationis grauiter xsturre: & in bonis licet semper versantem, semper tamen quasi de malis pœnitentiam agere, & Dei cum gemitu momentis singulis inquirere voluntatem. Vnicum quippe in huiusmodi remedium seu refugium oratio est, & frequens gemitus ad Deum: vt quid, quando, & quatenus nos facere velit, assidue demonstrare dignetur.

Quos propria confundit indignitas, diuinâ donatio consolatur.

F *Quid est homo quia magnificas eum? &c.* Quid est homo? sine dubio vanitati similis factus est, homo ad nihilum redactus est, homo nihil est. Quomodo tam penitus nihil est homo, quem magnificat Deus? Quomodo nihil, erga quem appositum est cor diuinum? Respiremus igitur: quia si nihil sumus in cordibus nostris, fortè in corde Dei potest aliquid latere de nobis. O pater misericordiarum! O miserorum pater, qui apponis erga eos cor tuum! Scio, scio, nihil est. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quomodo nihil sumus, si thesaurus tuus sumus? Omnes gentes quasi non sint, sic sunt ante te. Sic quidem ante te, sed non sic intra te. Sic in iudicio veritatis tuæ, sed non sic in affectu pietatis tuæ. Nec mirum. Vocas enim ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Et non sunt ergo, quia quæ non sunt vocas: & sunt, quia vocas. Licet enim non sint quantum ad se, apud te tamen sunt, iuxta Apostolum: Non est operibus, sed ex vocante. Sic, sic consolaris in tua pietate, quæ in veritate tua humiliasti: vt magnificè dilatetur in tuis, qui merito angustatur in visceribus suis. Siquidem vniuersæ viae domini misericordia & veritas, re. t. e. & tes. e. Testamētum pietatis, & testimonia veritatis. Lege homo iuxta te ipsum, lege in corde tuo de teipso testimonium veritatis, etiam hac communi luce iudicabis indignum. Lege in corde Dei testimonium quod firmatum est in sanguine mediatoris, & inuenies

quam
homo
magis
cui t
Prop
tus
nis: q
peren
cum i
tamen
dunt
per co
geli s
tas pr
rios, s
ni mi
Quid
rex in
clina
quibu

O c
onus i
sum m
Sed au
es. & e
sequen
men e:



leuatur
nisi qu
dit leu
ne & m
non co
est dice

quam

quam longè spe possidere, quam re tenere videris. Quid est homo quia magnificas eum? Magnus vtique, sed in illo, quia magnificatus ab illo. Quomodo enim non magnus apud illū, cui tam magna cura est de eo? Ipsi verò cura est de nobis. Et Propheta: Ego ait, mendicus sum & pauper, dominus sollicitus est mei. Planè artificiosa connexio vtriusq; considerationis: quia velut momēto descendēs pariter & ascendēs se pauperem & mendicum, & Deum pro se sollicitū vidit. Angelicum istud est, ascendere & descendere, sicut veritas ait. Ipsi tamen non sic ascendūt vel descendūt sicut homines. Ascendunt angeli per cōtemplationem, sed propter nos descendunt per compassionem. Quòd autem descendunt nō cadunt angeli sancti diuina præparatio facit, à qua hæc eis ipsa voluntas præparata est, & facultas. Vnde non solum administratorios, sed etiā missos in ministerium Apostolus testatur. Quid ni mittat illis angelos, pro quibus ipse à patre voluit mitti? Quid ni pro eis inclinet cœlos, pro quibus ipse cœlorum rex inclinauit se, ita vt digito scriberet in terra? Domine inclina cœlos tuos. Parum est. Et descende. Quid ultra? Vt quibus condescendit, faciat coascendere sibi.

Quòd nemo grauiori prematur sarcina quàm seipso.

O custos ho. q. p. me con. tibi, & f. s. mi. ip. gra. Nullum mihi **G**onus importabilius meipso, nulla grauior sarcina est. Factus sum mihi talentum plumbi, & recedit iniquitas super illud. Sed audiam vocem solati: Venite, inquit, ad me qui la. & o. es. & ego re. v. Igitur felices liquet esse qui exonerati sunt, & sequuntur dominum expediti. Arctissimum enim nos foramen expectat: sed quem sequimur, consequi nolumus.

GALFRIDVS.

Quòd in sola Dei misericordia sit lætandum.

S *t impius fuero, ve mihi est: si iustus, non leuabo caput, saturatus afflictione, & miseria.* **Cap. 10** Quid est quòd **H** dominus dicit: Leuate capita vestra, ecce appropinquat redemptio vestra? Et beatus Iob non leuaturum se caput dicit. Quare leuare caput non poterat, nisi quia adhuc redemptio longè erat? An magis non expedit leuare caput vel in peccato, vel in iustitia, sed in redemptione & misericordia? Omnem, inquit, adipem & sanguinem non comedetis. Et de ligno scientiæ bo. & ma. ne co. Quod est dicere: In vestris nec peccatis nec iustitiis exultate. Nam

velut pannus menstruatae omnes iustitiae vestrae. Non ergo peccator non iustus, sed redemptus à domino caput leuit. Nam & liber quem accepit Ezechiel & comedit, carnes habebat, & lamentationes, & vae. Vae peccatori. Lamentationes iusto, qui afflictione & miseria saturatur. Carmen, qui misericordias domini in aeternum cantabit. Male leuabat caput, qui dicebat: Non sum sicut caeteri hominum. Ille autem peius qui dixit: Anima habes multa bo. i. p. r. Pessimi autem leuant caput in vitiis, qui laetantur cum m. f. Primo videlicet exultantibus in iustitia sua, dicitur: Cum feceritis omnia quae praecpta sunt vobis, dicite, Servi inutiles sumus. Mediis quoque praecipitur, non altum sapere, nec sperare in incerto diuitiarum suarum. Nouissimis dicitur: Nolite iniquè agere. & rursus: Quid gloriaris in ma.

GALFRIDVS.

Cap. 19.



Quid per librum, plumbi laminam, vel silicem designetur. *Vis mihi tribuat vt scribantur ser. m. & c.* Per libros antiquos, sanctos perceptibiles disciplinae commendat. Plumbi lamina, synagoga erat, mollis & dissoluta, grauis & onerosa gerentibus. Lamina inquam erat ampla numerositate, mollis instabilitate, murmure grauis. Stylus ferreus, spiritus timore necessarius laminae plumbi, crebrius intonans Ego dominus, & ultionem animaduersionis intentans. Silex, Gentilitas, ad sculpendum difficilis, sed non facilis ad delendum. Cuius sculpturam potius quam picturam sermonum suorum seruet exoptat, vt non vana sit simulatio, sed expressa similitudo. Sic in nobis hodie libri speciem tenent, qui magis dociles sunt & prompti: plumbi laminae, qui in eius natura molli, tam graues aliis quam in sua conuersatione remissi: silicis duri, corde indomiti, intractabiles, inhumani. Vel aliter, liber est ad scribendum apertus sedula meditatio. iuxta illud: Deus scientiarum dominus est, & ipsi praec. c. Lamina plumbi stylum ferreum suscipiens, facilis obedientia praecceptoribus non resistens. Grauis tamen in semetipsa ad custodiam disciplinae, vt nulla curiositate raptetur. Silex, inuincibilis patientia, & praesertim iniuriarum tolerantia. Adamas durus, sed preciosus, illa inuicta fortitudinem quam praesentis vitae felicitas non emollit.

Quod resurrectionis fidem Iob multis argumentis astruit. **K** Sequitur: Scio enim quod redemptor meus riuat. Dic mihi homo,

homo, Quomodo scis quia viuit, qui pro redemptione tua mortuus est, si amodo grauem reputas molestiam corporis iniuriã operis, contumeliã cuiuscunq; sermonis? Quomodo scis redemptorem tuum viuere, nisi idem senseris in teipso? Hoc iustus senserat, cùm dicebat, Scio quod re. m. vi. & in no. di. de ter. sur. f. liquet enim quòd ex illius resurrectione, suam sperabat. In nouissimo, inquit, die de t. f. f. Nihil tibi ò homo incredibile promittitur, ab humo vnde prodieras denuo surrecturum. Ipsa tibi fidem materia persuadet, quæ te protulit, quæ recepit, vt credatur aliquãdo redditura. Efficacior tamen persuasio virtus auctoris, vt quo plasmante surrexeris, quo iudicante cecideris, eo nihilominus vocante resurgas. Sed quando veniet hora? In nouissimo die. Christus primo dierũ omnium resurrexit, nos in nouissimo. Nam primitiã Christus, & consummatio seculi tempus messis. Rursum, air, circunda. p. m. & in c. m. vi. d. f. m. Dic mihi bone vir, quid exuuis talibus opus habes? Non potes sine pelle tam lacera, tam misera carne beari? Repleta est ista putredine, & sordibus pulueris illa exaruit, & contracta est. Quid facient in regno Dei illa scissã hulceribus, & vermibus ista scaturiẽs? Sed erit inquã ipsa pellis, & caro ipsa: sed corruptio ista non erit. Igitur dum castigo & redigo in seruitutẽ, ad illam vitam foueo & nutrio carnẽ meam. Nõnne Deo subiecta erit anima mea? Sed & caro mea requiescat in spe. Meritò totũ exigit, qui totum saluat: & qui totum ei nõ exhibet, totũ perdit. Totũ exigit, totũ recipit, totũ reddit benignus exactor, fidelis debitor, redditor copiosus. Non enim parũ deesset animẽ si nuda & sine sua carne assisteret ei qui in humana carne gloriam non dedignabitur exhibere diuinã. Sequitur: Quem visurus sum e. ip. & non a. Videlicet quantumlibet in qualitate mutatus: sed tamen ego ipse proprietate personæ, & vtriusq; substantiæ veritate. Et non alius, inquit. Vt quid inculcans verba multiplicas? Quia propemodum alius, sed tamen ego ipse & non alius. Interim namq; quomodo videor ego ipse, dum nondũ eodem statu permaneo? Tunc ego ipse facturus sum, videns eum qui idẽ ipse est similis factus ei. Et oculi mei conspècturi sunt. Claudamus fenestras morti, vt aliquando pateant vitæ. Cauemus puluerem terrenæ cupiditatis, fumum vanæ gloriæ & elationis, luxuriæ lippitudinem super omnia fugiamus. Vtamur magis collyrio lachrymarum, quas

abstergat oculis nostris manus benignissima cōditoris. Repō-
 sita est, ait sanctus, hęc spes mea in sinu meo. Væ nobis scio-
 lis, qui de fonte putei nostri nō bibimus aridis faucibus aliis
 propinantes. Sanctus Iob scribi & sculpi sermones suos o-
 ptabat, non sui negligens, sed proximos diligens vt seipsum.
 Animaduertite & videte pauperem & inopem percussum
 hulcere pessimo, vnde gloriatur, quas reposuerit opes, & the-
 saurum suum vt custodiat. Siquidem cordis sinus est nō cor-
 poris, in quo reposita est spes ipsius. Ac si dicat: Nemo tolle
 à me hoc refrigerium meum, hoc gaudium spei meæ: sed re-
 posita est hęc spes mea in sinu meo: donec tandem ipsius ex-
 hibitio rei sinum amplifcet, & dilatet, & superfluat quan-
 bet dilatatum.

RADVLPHVS.

Quomodo à domino peccator de malo in bonum, de bo-
 no in melius conuertatur.

Cap. 22.

L

Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos.
 Verè absq; gratia spiritus sancti nihil boni pos-
 sumus operari. Ipse enim & leuat nos ab imis, &
 prouehit ad summa, & purgat à vitiis, & virtu-
 tibus ditat. vnde & in Iob legitur: Dabo pro
 terra silicem, & pro silice torrentes aureos. Per terram quip-
 pe terrena cōuersatio, per silicem boni operis fortitudo, per
 torrentes verò aureos doctrinæ cœlestis affluentia designa-
 tur. Pro terra itaque silicem dat, cum carnalem & abiectam
 vitam bonæ operationis fortitudine mutat. Pro silice quoq;
 torrentes aureos præstat, cum boni operis laborem cœlestis
 sapientiæ mercede remunerat.

RICARDVS.

Quòd aurum humanitatis Christi constatum sit in vtero
 virginali.

Cap. 28.

M



Pro locus est in quo constatur. Dauid dicit: Ter-
 ra dedit fructum suum, quod est, virgo Maria
 Christum. In hac terra beata, inuentus est la-
 pis ille sine manibus excisus, qui creuit in rob-
 rem magnum, & imple. v. su. ter. Puto quòd
 in hac terra secundum Moyse sententiam in-
 fcitur aurum. Et aurum terræ illius optimum. Ibi inuenitur
 bdellium, & lapis onychinus. Qualem, quæso, dicimus hanc
 terram, in qua facilè inuenimus aurum optimum si volumus, &

& lapidem preciosum? Sed quid dicturi sumus de terra, illius terræ auro, tam optimo, tam precioso? Puto quòd secundum hoc quod in beato Iob legitur, quoniam & huic auro locus est in quo conflatur. Sed quis quæso huius cōflationis locus? an fortè est vterus virginæ? Quis huius operis cōflator, aurique mundator, nisi spiritus sanctus? Huius sanè operatione in ventre virginali conflatum est aurum, & decoctum ad purum, natura humana purgata, & ab omni labe mundata, verbo vnita, & in vnam personam coniuncta. In hoc conflatorio, & ex huiusmodi auro formatus est anulus, lapis preciosus impositus, forma summi regis & imago impressa, & penè expressa. Aurum optimum, caro Christi: lapis preciosus, anima Christi: figura & imago patris, diuinitas Christi. Qui cum sit splendor & figura substantiæ eius, nihilominus tamen humanitati nostræ est vnitus, vt ex duabus naturis tribusq; substantiis esset quasi in vnum anulum iunctus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, & fieret dexteræ excelsior-natus. Huiusmodi anuli signaculo signatum est illud edictum in quo liberata est captiuitas Iudæorum. Hic est anulus Aman principi ablati, & clementia regis Mardocheo commissus: & quem hæretica peruersitas perdidit, ordo catholicorum doctorum acquisiuit. Hic anulus in manu prodigi filij, sed reuerfi patris clementia misericorditer reformatur.

RADVLPHVS.

Quòd non est munda misericordia quæ de fonte iustitiæ non procedit.

Iustitia indutus sum. Beatus Iob opera sua enarraturus quæ misericorditer indigentibus impendat, præmisit dicens: Iustitia indutus sum. Ille quippe benè agit quæ pia sunt, qui scit prius seruare quæ iusta: vt collatus in proximos riuus misericordiæ, de iustitiæ fonte ducatur. Nam multi proximi quasi opera misericordiæ impendunt, sed iniustitiæ facta non deserunt. Qui si veraciter proximis misericordiam facere studerent, sibi ipsis prius debuerant iustè viuendo misereri.

ADAM DE PERSEVIA.

Cum vmbra & calamo prælatus negligens comparetur. **Cap. 40.**
*S*ub vmbra dormit in secreto calami, in locis humentibus. Vmbra est obscura, frigida, & inanis. Talis est prælatus negligens & mercenarius pastor. Obscurus est per imprudentiam, fri-

Cap. 29.
N

Cap. 40.
O

gidus per defidiam, & per negligentiam est inanis. Subditur quidem suos umbra operitus: sed dum illis præesse & non prodesse fatagit, quantum in se est, exemplis suis quasi ramis interpositis impedit ne lux gratiæ ad subditos penetrare possit. Sub tali umbra Beemoth dormit: quia in subiectorum cordibus tanto securius requiescit, quanto per culpæ consensum pastorem ipsum sibi familiarius obligauit. Calamus autem inorus est, vacuus intus, & nitidus foris, natura fragilis, culmo gracilis, agilis leuitate. Quid est autem secretum calami, nisi tenebrosa conscientia monachi sub prætextu religionis: Sonorus quidem est iste calamus per frequentiam diuinæ laudis: foris nitidus de specie sanctitatis, sed vacuus est intus crens solido veritatis. Est fragilis ex infirmitate nature, tenuis ex necessitate paupertatis professæ. Est & agilis ex incôstantis animi leuitate. In huiusmodi calamo est secretum, occultæ simulationis negotiû. In quo tanto securius dormit, quanto secretius: tanto confidentius habitat, quâto calidius omni specie sanctitatis se pallians nullum reprehensorem formidet. Quis enim reprehendat hominem habitu religiosum, corpore castum, victu sobrium, vultu maturum, orationi assiduum, ad opera obedientiæ promptum, in cunctis disciplinæ obseruantis indefessum? Et tamen hæc omnia plerunque sine virtute animi obseruantur, dum per illa non intus, sed foris gloria quæritur. Loca humentia, ora detrahentium, sicut quæ aliud impudicè labiis aut lingua agentium. Loca humentia sunt ventres se ingurgitantium comestationibus, & ebrietatibus deseruentium, vel obscœnæ partes corporum cubibus & impudicitis incumbentium. In his Beemoth tanto voluptuosius dormit, quanto consuetius sus immunda lurore carnis volutabro se inuoluit.

Finiuntur Moralia illustrium virorum dicta
super libros Beati Iob.

INSIGNI ERUDITIONE AC PARI
 minute prastantissimo viro, Volphango Rano ab *Khatz*
 V. J. Doctore, & Suevie Triumuiro, Ottomarus
 Luscinus S. D.

Videre liceat celeberrime doctor, naturam verum parentem, quum vilia nusquam non sint obuia, nobilissima quaeque in recessum aliquem remotiorem, exquisitis ad hoc latebris occuluisse. Adeo vt assequi res praclaras, quanquam impendio sit optabile, nulli tamen perinde haecenus fuerit in procliu. Quando (vt auctor est Hesiodus) τῶν ἀπειθῶν ἰδὲ τῶν θεῶν ἔπος ἐλάποιβεν ἐβύναζεν, Id est, Sudores placuit Diuis praetendere sepe, & virtuti. Sic ignis, res mortalium visibus accommodatissima, in venis abstrusus laet felici, aurum in terra visceribus, mines in conchylibus abditi. In nucibus quod est esui, inter acerbos cortices, & praeuros testarum parietes penissimè est reconditum. Mella, apum oculorum visibus, sunt inaccessa. Deinde quaecunque è terra communi omnium parua beneficia accipimus, aspera quaedam est, nulli obueniens nisi qui illi prius dedit mutuum, & annum in super laborum orbem addiderit. Et vt missa faciam reliqua, verbu Dei, caria animi nostri ac perennis alimonia, etiamsi in literis sacris aliquando parente quodam metu, ceu annis immodicis imbris auctus, exundet bona tamen pars, atque adeo suauior mysteriis est inuoluta, qua nemo queat cruce nisi qui ad praescriptum Dawidis, typum beatorum exprimentis, dies in lege Dei ac noctes, quique testimonia illius scrutetur, ac toto corde exquirat. Nam ad solos Apostolos olim diuinae voluntatis cognitionem pertimere, eosque quorum fides ritaeque integritas, proximo ad illos accedebat, Christus seruator apertè indicauit, cum diceret ad eos: Vobis datum est nosse mysteria regni caelorum, non aliis. Ideo enim in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt. Itaque cum non pauci haecenus ab Apostolorum temporibus scrutati sint legem domini, atque certissima voluntatis illius testimonia, sacris recondita literis, dies noslesque meditati, videmus messem longè ditissimam librorum hinc prouenisse, quibus mysteria illa caelestia aliter atque aliter, non tamen, nisi vt etiam de icato respondeant palato, scriptis suis tractant. Tanta enim est eius rei copia ac dignitas, vt veluti manna olim varios praebet saporis: ceterum omnes exquisitos mirum in modum & delicatos. Horum ego sequutus exemplum, cum ab hinc menses aliquot, heritatu Venerandi patris & domini D. Ioannis dicti Schroi, Abba-

Psal. 118.

Matt. 13.

ALLEGORIÆ PSAL-
MORVM DAVIDIS PROPHETÆ,
secundum literarum ordinem, ab Ottomaro
Luscinio Argentino summa scriptu-
rarum fide tractatæ.

ABLACTATVS.



Cita admodum & cum primis ele- **A**
gās homiosis est, quam vsurpat Pro-
pheta in Psalmo 130. Paruuli ablac-
tati à matre. Nam cùm natura duce
cætera animantia protinus à lacte
sciunt quid expetendum sit, quidve
fugendum: solus homo maiori tum
pugnet genitricis sollicitudine, ne per-
eat, & emoriatur, priusquam rectè
incœperit viuere. Ea est superbissimi animantium omnium
miserrima origo. Itaque si puer ablactatus à matre, sibi tum
relinquatur, illa commemorante priora officia, quod con-
ceperit, menses plus minus nouem pondus gestarit in utero,
non sine vitæ periculo genuerit, lactauerit, & fastidia alia
nullis opibus compensanda sustinuerit, illisq; lassata, curam
omnem educationis posthac detrectare conetur: nonne exi-
tiosum isthuc fore credimus misero huic puello? Sic Deus
tot præclaras animi ac corporis dotes gratuito homini lar-
gitus, si illum relinquat: atque homo bonis huiusmodi intu-
m: scens, nihil deinde attentus sit ad diuinum præsidium, sed
suis ipsius viribus eluctari contendat ad beatitudinem: cer-
tum habeto talem non modò nihil promouere, sed etiam ar-
rogantiæ huiusmodi & contempti Dei pœnas in se receptu-
rum, nempe damnationem æternam. Propheta igitur in eo
quem dixi Psalmo, deuouet se huic periculo, si neglecta Dei
ope, animoque elato immodicè sibi placuerit. Si (inquit) sen-
sum meum, & exultationem non continui circa humilia &
abiecta, sed potius exaltaui animam meam: retribue mihi, &
preas de me sumito, similes eis quas perfert, infans ablac-
tatus à matre sua, ac prorsus reiectus. Et clausulam addit venu-
stissimam quæ coronis est & argumentum totius negotij ad-

SUPER PSAL.

monens Israëlẽm ne vnquam in se speret, sed perpetuò in de-
minum.

ACCELERARE.

B Non ineleganti metaphora itidem vsũm videre licet pro-
phetam in Psalmo 15. dum homines perditæ & extremæ im-
pietatis, nihil cunctari aut, aut deliberare secum in turpi pro-
posito: sed velis remissique (quod aiunt) ruere in maleficiũ.
Nam hoc est quod indicare voluit his verbis: Multiplicata
sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Sicut primo
Psalmo dicitur, impium primò deambulasse, dum consilium
communicaret cum impiis: inde constitisse in facinore: po-
stremò malis assuetum sedisse in pestium sedem, ceu deinceps
minimè cunctabundũ. Huc pertinet quod ait Salomon Pro-
uerb. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorũ, con-
temnit. Et rursus dictum est sapienter eodem libro capit. 24.
Beatus homo qui semper est pauidus, qui verò mentis est do-
ræ, conuertit in malum.

ADVENA.

C Aptissima item metaphora est quæ competat in credẽtes,
verbi, aduena. Nam cum cuncta Deo committunt, animæ so-
lutem, vitam, alimoniam, amicitium, & omnia quibus necessi-
riò indigent, nihil est cur patria se velint magnopere iusti-
tare: sed magis exulare se fatentur à regno cœlesti, cum ius-
tes sibi esse videntur, & domestici Dei, vt ait Apostolus E-
phe. 2. Itaq; Iacob interrogatus à Pharaone quot annos re-
tus esset, respondit, Dies peregrinationis vitæ meæ centum
triginta annorũ sunt. Gene. 47. Sic Dauid Propheta nos-
ter ait ad dominum: Peregrini sumus coram te, & aduena sicut
omnes patres nostri. 1. Paral. 29. Et in Psal. 118. Cantabilem
ibi ait iustificationes domini, non in regno aut patria vitæ
presẽtis, sed in loco peregrinationis fuisse. Rursus Psalmo
38. Aduena sum ego, inquit, apud te, & peregrinus sicut om-
nes patres mei. Item Petrus scribens ecclesiæ: Obsecro vos,
inquit, tanquam aduenas & peregrinos, vt abstineatis à car-
nalibus desideriis. 1. Petr. 2.

CVM ADULTERIS portionem accipere.

D In Psal. 49. Propheta verbis domini absterrere volens im-
pios ab omni vitiorum cohorte, fore ait vt his verbis illos
doriatur. Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteri
portionem tuam ponebas. Peccare ostendens, non modo

los ad quos furti aut prædæ portio quædam peruenerit, sed etiam fautores scelerum quibus licuit consilio, auctoritate, aut viribus criminum obuiam ire. Nam in adulterio nihil est quod flagitiosus cum aliquo partiat, præter flagitium, cuius reum facere potest turpitudinis patronum. Quanquam non sum nescius, impios quoque Deum relinquentes, verum maritum, Germano quodam scripturis tropo adulteros appellari: ut Hieremiæ 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi, nolisti erubescere, mœchata est cum lapide & ligno, &cæ. Et Matth. 3. Generatio mala & adultera signum querit.

AFFLVERE DIVITIAS.

Affluere opes dicuntur, dum præter nostram sollicitudinem obveniunt: id quod fermè sit hereditatum accessione, & munificencia amicorum. Nam ad summas diuitias citra malas artes euehi quempiam, hoc non videtur verisimile diuo Hieronymo, ait enim: Omnis diues iniquus est, aut heres iniqui. Itaque rectè docet Paul. Qui diuites volùt fieri in hoc seculo, incident in tentationes & laqueum diaboli. 1. Timoth. 6. Et Propheta noster Psal. 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Item psal. 143. non reprobatur opes filiorum felicium, promptuariorum, ouium fecundarum, bouum crassorum, & aliorum quæ illic memorantur: sed oris vanitatem damnatur, & dextram iniquitatis: quia qui hæc possidet, beatos se prædicant, & non abstinere à malis artibus, quæ alibi prohibentur, psal. 53.

ALIENI FILII.

Ad superiorem sententiam propriè pertinet quod in psal. 143. quem iam citauimus proximo præcedit. Ibi enim verbo nimirum maximè congruo, studiosos opum, & voluptatum huius vite sectatores, dum contemnunt Deum verum parentem, filios alienos vocat, his verbis: Erue me de manu filiorum alienorum, quorum os loquutum est vanitatem, & dextera eorum, dextera iniquitatis. Cæterum Esaias primo capite, qui sint alieni & abdicati filij, diligentius explicat, dum ait in persona domini: Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israël, ab alienati sunt re-

SVPER PSAL.

trorsum . In eandem sententiam dicitur Psal. 17. Filij alieni mentiti sunt mihi, & claudicauerūt à semitis suis. Et Psal. 53. Alieni insurrexerunt aduersum me.

ALIENIGENA.

G Videre est propter stirpem vnicam ex Abraham deriuatam, quæ in sortem cecidit domini, ceteros omnes alienigenas vocari. Vnde quoties sacer spiritus prædixit fore vt accessione Gentium fides & ecclesia domini incrementa acciperet, hoc fermè vsus est vocabulo: vt Psal. 59. Mihi alienigenæ subditi sunt. Et Psal. 82. Alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Psalmo item 86. Alienigenæ & populus Aethiopum. Et 107. Mihi alienigenæ amici facti sunt.

ALTARE.

H Quando pontifex ille, sacerdotium habes æternum, Christus dominus, cælos penetrauit, Hebræ. 4. operæ pretium est vt ad templum & altare, vbi ille residet, animos attollamus. Nam Hierosolyma, & sacra quæ ibi ex Dei præcepto fiebūt, omnia typus quidam fuerunt eorum quæ nunc verè aguntur in cælis. Igitur quoties inuitamur verbis Prophetæ ad sacra meminerimus ea secundum spiritum verè inueniri in cælis. Sic Psal. 15. dicitur: Circundabo altare tuum domine. Et 41. Introibo ad altare Dei. Item 50. Imponet super altare tuum vitulos. & 83. Altaria tua domine virtutum, &c.

AMBVLARE.

I Ambulare eo situ quo differt à stando & sedendo, ad eum modum deliberatio in rebus gerendis, ad opus & assiduitate agendi potest referri: allegoria nimirum elegantissima, quam spiritus sanctus in Psalmo primo, non aliter atque totius operis argumentum proponit. Beatum prædicans qui non ambulauit in conciliabulo impiorum, id est in deliberando non communicauit cum istis consilium, sed legem domini potius contemptis illis cõsuluit: vt Psal. 118. clarius dicitur: Beati in maculati in via, qui ambulant in lege domini. Docemur igitur hac allegoria, vt si qua in rebus gerendis ambigunt emerferit, nihil antiquius ducamus lege diuina, atq; eam vultu certissimam voluntatis Dei regulam & amussim per omnia sequamur. Nam cum in promptu habeas legem Dei, illaque neglecta, tuas opiniones præferre illi studeas, ea verè demum summa impietas est. Comminatur autem huic sceleris pœnam dominus, Psal. 67. Confringet capita inimicorum suo

suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis,

ANGVLARIS LAPIS.

Non obscurum est ex diui Pauli sententia quam tractat in epistola ad Ephesios, capite secundo, in Christum seruato-
rem propriè metaphoram lapidis angularis competere: siue
quia ipse medius, cœlestia simul & terrena coniunxerit, siue
quòd ex Iudæis & Gentibus vnum sibi populum, cuius ipse
sit caput & princeps, elegerit. Nam cum anguli ea sit natu-
ra, vt duos parietes vi sua contineat: non absurdum apparet
anguli nomine regiam indicari potestatem. Sic enim scri-
ptum est in Esaia, capite decimonono: Deceperunt Aegy-
ptum angulum populorum eius. Et Zachariæ decimo: Ex ip-
so angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælij. Abiectū igitur
primo regem nostrum à Pharisæis, dum in illo nil præ-
ter seruilem formam cognoscerent: ac non ita multo post à
patre mirè exaltatum Propheta noster Psal. 117. elegantissimè
describit his verbis: Lapidem quem reprobauerunt ædificā-
tes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud,
& est mirabile in oculis nostris. Cæterum Apostoli verba
quæ ex 2. Ephesi. citauimus hæc sunt: Ipse est pax nostra,
qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceræ sol-
uens inimicitiam in carne sua, legem mandatorum in dog-
matibus euacuans, vt duo conderet in seipso in vnum nouū
hominem, faciens pacem, vt reconciliaret vtrunque in vno
corpore Deo. Et post pauca: Ciues sanctorum, inquit, estis,
& domestici Dei, superædificati super fundamentum Apo-
stolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Chri-
sto Iesu, in quo omnis ædificatio compaginata, crescit in
templum sanctum in domino. Sic Esai. 28. Hæc dicit domi-
nus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem,
lapidem probatum, angularem, preciosum, in fundamento
fundatum.

A P E R.

Diuis Hieronymus scribens in Daniele, ait Hebræos, L
quicquid ferocius cogitatur in bestiis, per hoc Romanos
velle intelligi, bestiam nimirum omnium maximè formido-
losam. vnde est & illud: Ne fortè veniant Romani & tol-
lant locum nostrum & gentem. Ioan. 11. In Psal. igitur 79.
vbi scribitur de vinea domini ab impiis prophananda: De-
uastauit eam, ait Propheta, aper de sylua, & singularis fe-
C iij

rus depastus est eam. Quibus verbis ferocem & immitem populum significari consentaneum est, qui potentia & opibus præstat: vt olim populus ille Romanus nulli in his rebus secundus.

A Q V A.

M Aqua in scripturis bitariam accipitur: aut enim de fontana & pura fit sermo, quæ videlicet nihil terrenarum sordium habet admixtum, tum rectè doctorem illum, cœlestem spiritum accipimus: nam ille potum vitæ æternæ solus præbet, non sinens vnquam sitire credentes: quemadmodum pulchre interpretatur Ioannes Euangelista capi. septimo: In vltimo, inquit, magno festiuitatis die, stabat Iesus & clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Item Ioan. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Sic Propheta noster psal. 12. pastoris illius boni præconiis euehens officium, educatum se dicit ad aquas refectiois, siue potius quietis, & respirationis: quibus verbis indicat fidem potissimum, quæ se homo totum committit Deo, nihilque suarum virium agnoscit, à spiritu diuino doceri. Proinde fontium ea vis, vt non sinant arbores arescere, sed perpetuò irrigant, eorum partibus vndique scaturiginibus, adeo vt non videatur possibile sterilem inuenire arborem, cuius radices solo fontibus irriguo inhæserint. Quo magis ridenda videtur vulgi Christianorum huius nostræ ætatis dementia, in prætextum interitus otij, & in omnium facinorum genera labendi summæ dementiæ, nil aliud hominis salutis conducere prædicantis, præter fidem. Nam ea planè sententia coarguit hunc fide profusus carere, qui ita statuit fidem, vt opera cuncta reiciat, sine quibus tamen fides haudquaquam haberi poterit. Sic enim docet Propheta noster Psal. 111. Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis. Et quid est quod cupit nimis? nisi quod sequitur: Iucundus, siue frugi homo miseratus & commodat: disponit sermones suos in iudicio, vtique recto, vt videlicet nihil agat aut dicat, nisi quod sit rectum. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Et paratum cor eius sperare in domino. Confer iam typum

beati viri, qui ex fide nimium cupit, non expectans donec preces fundere ad Deum, ieiunare, vigilare, iuare fratrem, aut reliqua huiusmodi iussus fuerit: sed preuenit precepta, immodicè etiam cuncta hæc exercens. Confer inquam illum cum iis qui etiam moniti nulla iussu capessunt, sed Deum sola fide contentum sui gloriantur: & videbis tantundem esse iactare opera (vt faciebat Phariseus ille Euangelicus) quæ habebat sine fide, & (qui mos est nostrorum temporum) sine operibus de sola fide gloriari. Scimus iustificationem ex fide, atque ea sola contingere: illam tamen nunquã videri sterilem, vt scitè admodum docuit Apostolus ad Heb. cap. 11. Et propheta nem noster Psalmo 1. Beatum virum, arbori similem facit, quæ ad passim erũpentes aquæ scaturigines plantata, fructum produxerit in tẽpore. Nimirum, charitatem, gaudium, pacem, patientiam, benignitatẽ, bonitatem, & reliquos fructus fidei à Paulo Gala. 5. descriptos. Saxa igitur mihi iam erunt, stipites, aut trabes, quicunq; steriles esse volunt, quando spiritus cœlestis iubet vt sint arbores frugiferæ. Et Ioannes Matth. 3. Omnis (ait) arbor, quæ non facit fructum excidetur, & in igne mittetur. De aqua pura & fontana hætenus diximus. Porrò si inuenias spiritũ sanctum de aqua limum voluẽtẽ, & terrena fæce turbida verba facientẽ: ea significat doctrinam humanam, nihil præter terrena lucra cogitentẽ, & plene vt est in primo Psalmo, impiorum consilium. Neq; periculũ est vt illa aqua extingua corpus, sed perniciẽ molitur anime: id quòd scitè admodũ commemoratione horrendi ac capitalis periculi, Propheta Psal. 68. oculis spectandum ponit, his verbis: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est vbi insistere liceat. Multiplicatæ sunt super capillos capitis meis &c. Et Psalmo 143. Libera me de aquis multis.

A QUILAE iuuentus restituta.

Vt desit alia ratio quæ cogat hominem virium suarũ obliuisci, & toto pectore se Deo credere, senectus certè abundè id præstat. Reddit enim hominem morosum, querulum, volupratum iuueniliũ osorem, vilem, ridiculum, deniq; nil aliud quàm orbi vniuerso spectrum quoddam inuisum. Itaque si in eo rerum statu quispiam iuuentam reddat seni, nõne is videbitur semivortuum reuocasse in vitam? Atqui mirum videtur, cur non omnia nobis polliceamur de nostro con-

ditore, quando sacer spiritus sponsor existit iuuentutis, similitudinem asserens aquilæ, quæ exiit senectam. Quamquam minimè in hac vita sperandum alicui idem arbitretur, cum de anima præcipuè loquatur Psal. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Cæterum de colubris & ceruis extant monumenta veterum, quæ illos reiecto exuuii, hos depositis cornuis, tradant iuventam resumere: cum nihil simile prodit de aquila. Itaque in hac re præstat Dei auctoritatem quam humanam inuestigare. Scribit autem sacer Hieronymus aquilam, vbi consenuerit, grauari pennis, & tum quærere fontem, apud quem illas erigat ac colligat in se calorem, ita vt fiantur oculi. Deinde tertio mensa iuventam redire.

AQVILLO.

- Aquilonem, frigidum ventum & siccum, & impetu quodam ac strepitu insolentè, ac frugibus infestum, perspicuum est malum significare. Ideo cum spiritus sanctus initia ecclesiæ Christianæ turbulantes quosdã hostes habitura indicat, qui Orientem curent opprimere: Hierosolimam & montem Sion ait esse latera Aquilonis, in quæ videlicet ille potenter impingat. Leguntur hæc Psal. 47. his verbis: Magnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Mons Sion latera Aquilonis, ciuitas regis magni. In Hieremia quoque scriptum est, capite primo: Ab Aquilone pandetur omne malum. Et Canti. 4. sponsa abire iubet Aquilonem veluti noxium ventum. Surge, inquit, Aquilo, & veni Auster, & perfla hortum meum, & fluent aromata illius.

ARANEAE OPVS.

- P Scita admodum allegoria est, quam spiritus sanctus in araneæ tela, opere nimis laborioso parumq; frugifero, spectandam proponit. Atq; adeo, si quis impiorum sudores, quos in congerendis opibus, & infinita vanitate alia profundunt, rectè secum cõtempletur: inueniet impium veluti araneam, labore inani diffluere, & in ipso suo conatu totum perire. Sic legis in Esaia capi. 59. Telas araneæ texuerunt. Et Iob octavo: Arancarum tela fiducia eius. Proinde concinit aptè propheta noster Psal. 38. Diffluere fecisti sicut araneam, animam eius: veruntamen vanè conturbatur omnis homo. Et Psal. 89. Anni nostri sicut araneæ exercebantur &c.

ARBOR.

- Q Hebræorum consuetudo est, lignum pro arbore ponere:

vt Gene. 1. Lignum pomiferum faciens fructum: Et 2. De omni ligno paradisi comedetis &c. Quæcunque igitur de ligno ad decursus aquarum plantato in primo Psalmo dicta sunt: intelligamus ad hominem pertinere, à quo Deus fructum exigit operum bonorum. Id quod in Ioanne decimoquinto cap. sub vitis & palmitis metaphora clarè indicatur, dicente domino. Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum. Sic Matth. 3. Lam securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Et ibidem 7. Omnis arbor bona fructus bonos facit. Item de fico quam paterfamilias abscissam voluit ob sterilitatem, nisi persuasum illi fuisset concepta quadam spe de fructibus non nihil differendum, Lucæ 13. Diximus autem de hac re copiosius in verbo, Aqua.

ARCUS.

Arcus pro viribus plerumque accipi solet, vt Psalmo decimo: Posuisti vt arcum æreum brachia mea. Et Psal. 43. Non enim in arcu meo sperabo. Item Psal. 45. Arcum conteret, & contringet arma. Porro eos qui languent, & degenerant à viribus maiorum, arcum prauum appellat scriptura, ceu infirmiore quam vt possit sagittas excutere: vt Psal. 77. dicitur de Iudæis: Auerterunt se & non seruauerunt pactum: quemadmodum patres eorum, conuersi sunt in arcum prauum. Sic Hier. 51. Emarcuit arcus eorum.

ARDENTES.

Psalmo septimo, spiritu sanctus vocat impios ardentes, nimium quia odio, liuore, & maleuolentia in bonorum perniciem perpetuò flagrant. Sagittas suas (inquit) ardentibus effecit.

ARGENTVM.

Argenti candor & puritas pulchrè cum diuino eloquio conuenit, quem admodum apertè docet auctor noster spiritus cælestis Psal. 11. Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne exaninatum &c. Vnde animas sanctas in Psal. 67. columbas appellat pennis argento obductis micantes. Si dormiatis (inquit) inter medias possessionum terrenarum sortes, vos penne columbæ deargentate. Et in eodè Psalmo impios moliri ait, vt excludant & reiiciant eos qui Deo probantur argento, id est verbo diuino. Sic Prouer. 10. Argentum electum lingua iusti. Esa. 1. Argentum tuum versum est in scoriam.

SVPER PSAL.

AVDIRE ET VIDERE.

V In Psalmo 44. mirum quàm eleganter admonetur sponsa domini, vt attenda sit verbo Dei, illiq; omnino credat, edoceri multis Dei operibus quæ versentur ob oculos, quasi iam non homo sit, sed stipes potius, qui verbo Dei tot factis admirandis firmato, etiamnum velit diffidere. Vnde fidei certè hæc sunt verba quæ leguntur Psal. 47. Sicut audiuimus, sic videmus in ciuitate domini. Et Psal. 84. Audiam quid loquatur mihi dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Porro incredulos rectè passim scriptura surdos vocat, & epicuros. Esa. 29. Audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. Et 42. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum.

BABYLON.

X Babylonem Assyriorum urbem, ad ripas Euphratis sitam quòdo Hebræis vox ea cõfusionem significat, perspicuum est colluuiem hominum perditissimorum allegoria scripturæ indicare, & omnino quæ est Philippus ille Macedo instituit Poneropolin, in quam perfidos omnes, periuros, & quicquid est facis huiusmodi relegauit: ingenio nimirum solerti, & factis principibus nostris immitabili, si nõ aliud docuisset Christus seruator, parabolam proponens piscium bonorum & malorum in fine seculi tandem segregandorum. Atq; eò pertinet zizaniam inter triticum exorta, quam euelli non est passus paterfamilias, sed permisit vt simul cum bono semine cresceret. Item quod de hæredis dicitur ab ouibus aliquando separandis. Et quod Ioannes de palea dicit à tritico in repurgatione reicienda. Ad quod referri potest Pauli Apostoli sententia, de vasis quæ sunt in honorem, & his quæ sunt in conuulsiõnem: quæ tamen vtraque suo loco magnus paterfamilias in domo sua dignetur. Vitium igitur illud quod ubiq; gentium regnat, nobis quoque non tollendum, sed patienter facienda est potius, quo nos miseriam nostram commonefaciat, & doceat omnibus votis desiderare regnum cælestem, Hierosolymam celestem, ciuitatem supernam, de qua sola, gloriosa & quæ parua sunt prædicantur. Sanctus igitur spiritus ne hæc lasciuimus in terrenis deliciis, in psalmo 136. Iudæorum exemplum nobis proponit, qui Babylonem hostili manu perducti, perpelli nequibant vt illic canticum Hierosolymis cani solitum concinerent. Suspendebant enim instrumenta musica ad fa-

lices,

lices.
pta,
tarum

I
quam
pellat
tur in
nostr
nem
bacu
tur ac
do su
dum
rint
rint
custo
berib
spere

Be
bere
domi
Psal.
nedic
ne die
dicam
plurib
mis p
dicent
& feli
quod
mnia

Be
huma
cornu
non e
Deus
Ca

lices, diris se deuouentes, si lætitia vlla afficerentur, eà excepta, quam de Hierusalem animo conceperant. Nam prophetarum oraculis didicerent se illic olim redituros.

BACVLVS.

Potentiam & imperium baculo significare, scripturis perquam familiare est. Sic rex Aegypti baculus arundineus appellatur, Esa. 39. Proinde cùm aliorum baculi ira proferantur in medium, vt appareant formidabiles. virga & baculus nostri pastoris, non modò non terrent, sed etiam consolatio nem afferunt, vt Psal. 22. docet Propheta. Virga, inquit, tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Baculo enim non vtitur ad coercendas oues, sed ad compescendum impios: quando sufficit virga ad oues in officio retinendas, quemadmodum psal. 88. pollicetur dominus per prophetam. Si dereliquerint (ait) filij legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint. Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint: Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea.

BENEDICERE.

Benedicere si de Deo dicatur, plerunq; est felicitatem præbere: nam illi dicere, iam facere est, vt Gene. 39. Benedixit dominus domui Aegyptij. Id est felicem reddidit eam. Sic Psal. 5. Quoniam tu benedices iusto. Et Psal. 28. Dominus benedicit populo suo: cum multis aliis locis. Porrò si de homine dicatur benedicere, significat laudibus extollere: vt Benedicam domino in omni tempore. Psal. 33. cum aliis locis compluribus. Sic Lucæ 1. Benedicta tu inter mulieres, id est summis præconiis celebrata sis, nomen tuum Maria omnes prædicent, & collaudent. Aut certè benedicere, est fausta omnia & felicia precari: veluti de Simeone vetulo legimus Lucæ 2. quòd benedixerit virgini dei paræ & Ioseph. Id est iussit omnia illis esse benè ominata & felicia.

BENEPLACITVM.

Beneplacitum plerunq; in eo sensu dicitur vt excludat humana merita, vt in Psal. 88. In beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Id est, cùm tibi visum fuerit, potentes erimus: non enim nos ita meremur. Et Psal. 68. Tempus beneplaciti Deus.

CALCANEVS.

Calcaneus dolum & insidias, atque adeò semper malum B

significat : sumpta metaphora à pugilibus qui pedes suos col-
luctantium pedibus subiiciunt, quo illos præcipitét, id quod
Latinè dicitur supplantare, Græcè *ὑποβιβάζειν* : quanquam idem
quoque verbum calce ferire significat. Vnde in proclius et
scripturas promiscuè de calcaneo loquentes intelligere. In
Genesi enim capi. 3. vbi scriptum est, Tu insidiaberis calca-
neo eius: perinde est, ac si diceret, tu curabis vt illum deiciat,
& vincas. Et Ioan. 13. vbi dicit dominus : Qui manducat me-
cum panem, leuabit contra me calcaneum suum. significa-
tur Iudam proditorem non aliter atque equum calcitronem,
ictum & perniciem domino minari. Id quod paulo obscu-
rius dicitur, Psal. 40. Qui edebat panes meos, magnificauit
super me supplantationem. Et Psal. 48. Iniquitas calcanei
mei circumdabit me. Id est, dolus quo circumueni fratrem,
reum me in diuino iudicio statuet. Sic Psal 55. Ipsi calcaneum
meum obseruabunt : significat, Insidias mihi tendent, & co-
nabuntur me superare, ac prorsus deicere.

CALCEAMENTVM EXTENDERE.

C Extendere calceamentum, allegoria minimè obscura, &
gnificat, fines protendere imperij : eò quòd calceos pedibus
nostris subiicimus : ad eum modum quo de scabello dicitur,
Psal. 109. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum
tuorum. In Psalmo igitur 59. volens Deus indicare poten-
tiam suam longè latèque diffusam : In Idumæam, inquit, ex-
tendam calceamentum meum. Cæterùm quod apud Mat-
thæum capit. 10. legitur de calceamentis in negotio Euro-
gelico non sumendis, neque marsupio aut virga : non arbi-
tror allegoricè dictum, sed simpliciter ita accipiendum, vt
hæc minima non debeant Apostolos domini ab officio re-
morari, si illis rebus careant : quando multo maiora diuina
præsidio sperare debeant sibi astutura. Qui enim dabit os
& sapientiam, cætera item non negabit, sine quibus parum
prodesse ora.

CALOR.

D Lumini vis quædam inest caustica, vt dicitur Psal. 77.
Deum alluminatione ignis affuisse Iudæis, dum peregrè an-
bularent in deserto. Itaque postquam in Psalmo 18. Pro-
pheta descripsisset incredulos fidei prædicatione fuisse illu-
minatos : mox subiicit, cupidos quoque illos & præcepto-
rum Dei ardentes cauasisse. Non est, inquit, qui se abscondit
à calore

à calo
toto p
nihil e
Dei in
& Ps
hein

Di
dere c
cuit :
vndiq
nihil i
norum
Dei or
pedibu

Cal
quod
plurin
cuplet
alij ca
mus de
nus, si
omnia
luntas
Perrum
verbis
cem q
Psal. 1
mei. It
probi
pars ca
bibent
noxii
rum qu
permiss
fiat : qu
Calix il

Qu

à calore eius. Rectè igitur consequitur illuminatos à Deo, toto pectore illius desiderio calere: atque illud nisi appareat, nihil est cur iacemus eruditionem, aut summam arcanorum Dei intelligentiam. Spiritus sanctus linguis apparuit igneis: & Psalmo 113. scriptum est: Ignitum eloquium tuum vehementer.

CALIGO.

Diuina mysteria nulli esse penetrabilia, ac prorsus excedere captum humanum, Paulus ad Roma. capi. 11. clarè edocuit: & concinit eleganter Propheta noster, dum caligine vndique septum esse dominum prædicat: eaque tanta, vt nihil in illo peræstigando, aut cognoscendo valeat humanorum oculorum acies. Sic enim in Psal. 17. vbi maiestatem Dei omnibus formidabilem describit. Caligo, inquit, est sub pedibus eius. Et Psal. 96. Nubes & caligo in circuitu eius.

CALIX.

Calicem Germano scripturæ sensu accipi video, pro eo quod nobis destinauerit Deus, siue in præsentī vita exerceat plurima cruce, siue peracta hac peregrinatione, perenni locupletet gloria, noxiis in æterna supplicia coniectis. Nam alij casus vitæ tam sunt varij & confusi, vt nihil certi possimus de illis pronuntiare. Consultè itaque egerit Christianus, si nihil tribuerit fortunæ: sed dispositioni diuinæ per omnia parens, crebrò secum hanc precem repetat: Fiat voluntas tua. Proinde Christus seruator exemplo suos animas, Petrum educto gladio, crucem impediendi cupidum, his verbis coarguit Ioan. 18. Mitte gladium in vaginam. Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Et Psal. 15. Dominus, ait, pars est hæreditatis meæ, & calicis mei. Item Psal. 115. Calicem salutaris accipiam. Porrò de reprobis dicitur Psal. 10. Ignis, sulphur, spiritus tempestatis, pars calicis eorum. Et Psal. 74. Fæx calicis non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. In quo loco dum sæcem noxiis præbet, vinum itidem ait esse in calice domini, nimirum quod bibant pij. Deinde bonam potionis partem esse permissam, id est ita confusam, vt nesciamus quo consilio fiat: qualia sunt pleraque nostra negotia. Atqui in Psal. 22. Calix ille inebrians præclarus esse describitur.

CAMVS ET FRAENVM.

Quum in Psal. 31. allegoria insignis incidisset equi & muli, G

quorum vterque iustificationem quam Deus homini gratuito præter vlla merita largiretur, non intelligeret, illo firmitate quadam superbiante de cursu veloci, & iactante merita. Quanquam vt hoc obiter dicam, quid promouet qui currit extra viam? veluti per iocum Græco apophthegmate ridentur nonnulli his verbis, *καλῶς μὲν τρέχουσιν εἰς ἐκλῶς τῆς οὐδίας*. Id est, Benè currunt, sed extra viam. Porro altero stertente & lassò, atque in otio fædo & inerti, totus dies fidem extollente: rectè diffinit alterum ceu equum horocientem, lupato: alterum veluti asellum, frano & flagellis egere. Itaque orat Deum his verbis: Lupato & frano maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris, &c.

CANIS.

H Canum officium est in ædibus domini excubias agere, nec sinere furibus patere domum, aut latronibus. Itaque Deus paternam familiam noster, exprobrat præconibus sui veriti somnolentiam: quòd incuria quadam passi sunt impios intrare qua non decebat. Esa. 56. Canes muti non valentes latrare. Et contrà, illi qui nullam audiunt rationem, sed solo latratu inuehantur apertè contra veritatem, qui mos ferè omnium est impiorum, canes vocantur, planè perniciosissimi, dum latratu quo deberent propugnare veritatem, illam acerrimè impugnant & dilacerant. Equorum numero erant illi qui Pilatum præsidem à falsa accusatione Christum seuatorem absoluere conantem, solo latratu instigarunt ad fruentiam. Nam dum ille identidem indicaret accusari innocentiam: isti parum attentum ad rationes, solo latratu turbabant negotium: Tolle hunc è medio, dicètes, Tolle hunc, affige cruci. De his igitur canibus loquitur Dominus Psal. 21. Circudederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me. Et in eodem Psalmo: Libera me de manu leonis, & de manu canis vnicam meam. Proinde in Psal. 140 fore ait, vt qui despexerunt verbum Dei, verum animæ peribulum, aliquando esurire iucipiant, & veluti canes peribulum discurrere, nec inuenire quod edant.

CAPILLI CAPITIS.

I Copia alicuius rei immodica, capilli verbo designantur vt in Psal. 39. & 68. Impios ait propheta, super capillos capitis multiplicatos, id est incredibili multitudine auctos.

CAPVT.

Caput apud Latinos quoque scriptores summam rei significat, & negotium arduum, ac cum tanto periculo coniunctum, vt vita non sit in tuto. Exempla sunt passim obuia. Dicam per capita. A ductus sum in capitis discrimen. Damnatu est capitis. Sic Psal. 39. In capite libri scriptum est de me. Id est, in summa, siue argumento. Complectitur enim primus Psalmus se, è argumentum totius Psalterij: dum suis coloribus pium repræsentat & impium. Item Psal. 17. Constituit me in caput Gentium. Id est in principem. Et in Psal. 7. Conuertatur labor eius in caput illius. Id est, in suam ipsius perniciem cedat quicquid aduersi moliebatur. Est quando ludibrium & contemptum significat, testantur enim Evangelicæ literæ Iudæos Christo seruatori cruci affixo capite moto illulisse. Et in eam sententiam Psal. 43. dicit per prophetam dominus: Posuisti me commotionem capitis in populis. Id est, passus es mihi capitis motatione illudi.

CARBONES.

Sunt quibus carbonum nomine increpationes melius videntur intelligi: quia scriptum sit ad Roma. 12. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Ego, quantum nolim cuiquam legem verbis meis præscribere, simpliciter intelligo seruorem maximè intensum, quo potissimum egent metalla, vt depositis sordibus pura reddantur. Nam in solitudinibus nemorum, videmus carbones in eum præcipuè vsum aptari. Vnde spiritus diuinus volens verbum suum à contagione rerum terrenarum alienissimum ostendere, in Psal. 11. argento illud sincero & purissimo comparat. Eloquia domini, inquit, eloquia casta, argentum igne examinatum, purgatum à terra, repurgatum septies. Et Esaias vir pollutus labiis, & in medio populi qui prophanis esset labiis habitans, quo aptior redderetur ad diuina eloquia prædicanda, à Seraph per *אַבְרָחָה*, id est per carbunculum, quem forcipe tulerat de altari Dei, mundatur labiis. Ait enim per prophetam: Auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Esa. 6. Sic Psal. 17. Carbones succensi sunt ab eo. Id est, ipse repurgauit à peccatis credentes. Et in eodem psalmo pro pœna acerbissima accipimus carbones, dum in perniciem impiorum à Deo immittuntur. Grando, inquit,

& carbones ignis. Et Psal. 139. Cadent super eos carbones. Sic Psal. 119. de carbonibus desolatoriis dicitur, ab impijs simul cum acutis sagittis in credentium capita detortis. Desolatorios autem vocari arbitror à Solitudine, in qua fieri siue quam faciunt, omnia vastando. Vnde Hebræi, carbones iuniperi legunt, nequis allegoriam in re aperta querat. Ut igitur summatim complectar omnia, Carbones iuxta sententiæ congruentiam, modò repurgationem à peccato significanti, modò acerimam pœnam. Admoneo autem lectorem carbunculi huius, ex Esa. 6. vt expendat secum, num legat aptius carbunculus, eo quòd Seiaph forcipe illum sustulerit (quando Græca lectio consentit) quàm calculus, vt uerò legimus.

Cathedra, quære in verbo Sedes.

CEDAR.

M Cedar filius Ismaël, impios significat, quorum omne consilium eò tendit, vt opprimant & extinguant credentes. Scilicet per enim qui secundum carnem natus est, eum persequitur qui est ex spiritu. Sic Cain inuidia extimulatur erga Abel, Esau contra Iacob, Iudæi aduersus dominum & illius discipulos. Propheta igitur Psalmo 119. fastidire se ait illud persecutorum contubernium, quo carere non possi, nisi totum hunc mundum velit deserere, nec æquo item animo ferre. Habitauit, inquit, cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Consolatus est autem dominus credentes in Esaia capit. 21. post Babylonis, id est totius impietatis ruinam, Cedar itidem comminatus exitium. Auferetur, inquit, omnis gloria Cedar, & reliquæ numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar minuentur.

CERA LIQVESCENS.

N In Psalmo 21. Dominus in cruce pendens, Factum est, inquit, cor meum tanquam cera liquecens in medio ventris mei. Atque huiusmodi verbis destitutum se testatur vitali virtute: diffluit enim cor in quo residet vita, ad modum ceræ dum igni admouetur. Neque ab hac sententia abhorret literæ Evangelicæ. Ioanne perhibente, latus domini cum ferro fuisse transfixum.

CERVVS, CERVA.

O Idem Psalmus 21. aptè inscribitur ab Hebræis, Pro cerva matutina: nimirum quia dominus qui illic extrema omnia passus

passus fuisse memoratur, miserabilis præda fuit impiis Iudeis illum crudeli venatione in casses suos agentibus. Obseruatur autem eiusdem allegoriæ tenor, Psal. 41. dum ostenditur, pios eo Dei desiderio teneri, quo misera cerua longa venatione lassata, fontes aquarum sitit. Quemadmodum cerua desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Proinde in diuino præsidio situm esse, vt hostium nostræ salutis insidias, & conatum omnem fallamus, non aliter atque cerui venatorum spem eludentes, in Psalmo decimo septimo describuntur, dum propheta ait, de Domino: Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum. Ad quem modum in Abacuc quoque capit. tertio legitur. Sic in Psalmo vigesimo octauo, inter cæteras virtutes verbi Dei, & illa prædicatur: Vox domini præparantis ceruos. Quanquam in ea re quidam aliam ceruorum naturam contemplantur, quæ verè conuenit Euangelij diuini præconibus, quando peruersam doctrinam, perinde atque illi serpentes ex latibulis, narium odore, extrahunt, atque interficiunt.

CICATRIX.

In Psalmo 37. memorantur cicatrices, aut, quod nos adnotauimus inter scriptos eius Psalmi, liuores, ob neglectum & incuriam languentis, maximo illius malo, oluisse simul & computruisse: quo doceamur morbos animi haudquam contemnere, sed medico illi qui sanat contritos corde, mox agnitos prodere, ac opem exposcere. Vereor autem ne multo plurima pars mortalium, in reprobum dati sensum, non intelligant se esse peccatores: & serius tandem vt Phryges olim sapere incipiant, quando omnia vulnera iam foetent & computruerunt.

CYMBALVM.

Propheta cum in Psalmo 150. nihil vacare voluisset à laudando Deum, inter organa musica cymbalorum etiam mentionit, quæ sint arguta & cymbalorum iubilationis, per quæ non ineptè plerique charitatem in fratrem intelligunt. Et videtur huic sententiæ subscribere Paul. I. Corint. 13. fore indicans, vt à charitate alienus æs sonans fiat, aut cymbalum tinniens. Id est, inconcinnum, & quo laudari non expectat Deus.

CINEREM tanquam panem manducare.

In Psal. 101. ob territam metu diuini iudicij conscientiam, R

D

nihil sibi dulce fuisse in hac vita ait propheta, & ne panem quidem, alioqui esurientibus impendio optabilem. Non enim separauit à pane cinerem illum in quo coctus fuerat, sed simul cum pane illum comedit. Et sequitur: Potum meum fletu miscebam. quibus verbis aptè describitur peccatoris resipiscens conuersatio: nam si illi sordent deliciae, nihil est cur affectatorem voluptatum fieri huiusmodi hominem arbitremur.

IM CIRCVITV.

S In circuitu idem significat quod propè, & in foribus, Psal. 11. In circuitu impij ambulat. Id est, ante oculos. Et Psal. 30. Audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. Sic Psal. 3. Angelus domini in circuitu timoratum dominam, cum multis aliis locis.

CIVITAS DEI.

T Ciuitas Dei Hierosolyma est, id est visio pacis, quam hic per fidem Deus habitat, & alibi per gloriam. Sic Psalmo 46. scribitur: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Et Psal. 86. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Diximus autem de hac re, in verbo Babylon.

CLAVDICARE A SEMITIS SVIS.

V Duplicatum incommodum est quod in Psal. 17. propheta ait Iudæis legis diuinæ desertoribus accidisse: nam extralocum tota erratur via, vt est in proverbio: & insuper difficultas additur labori. Vnde est illa vox impiorum, Sapient. 4. Lassati sumus in via iniquitatis.

INTER MEDIOS CLEROS DORMIRE.

X Qui memores sunt verbi Apostolici, 1. Corinthi. 7. egeram videlicet huius mundi præterire, eò quòd tempus est breue. Ita vt qui habent vxores, sint tanquam non habentes & qui flet, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes; & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Quæque vt filij lucis, prudentiam in rebus terrenis relinquunt hominibus huius seculi, ipsi omnem curam reiicientes in Deum, hi verè dormiunt inter medios clericos. Cleros enim fors est Græcis: & significatur hoc verbo possessio, vel quicquid fortuna attulerit. Proinde præcipit Petrus Apostolus, 1. Petr. 5. ne pastores animarum dominantur in clericum: id est in sortem domini. credentes enim sunt Dei possessio, vt legitur

legis
locus
dere

Pe

tr in

10. E

luti c

lumb

celest

e

De

tar ad

stret

iam sp

mus. I

in æru

lis fui

infixæ

figat.

enim t

Cor

tribuen

compe

diu eni

seum et

nores,

te facis,

vulgaris

Nam in

tuo mir

est, ita b

bonitat

iustitiam

alij pecc

vnico se

tur tibi,

gligent

Cor

legis apertè Psal. 2. Itaque impius erat timor Iudæorum, ne locus & gens à Romanis eriperetur: metuebant enim perdere quod non possidebant.

COLUMBÆ.

Per columbam significare candorem Christianum, & vitæ innocentiam, apertè docuit in Matthæo dominus capite 10. Estote, inquit, prudentes sicut serpentes, & simplices veluti columbæ. Psalmo igitur 54. propheta optat pennas columbæ. Et Psal. 67. describuntur pennæ columbæ argento cælestis verbi obductæ.

CONFIGI SPINAM, VEL SAGITTAS.

Deus, benignus ille pater beneficiis aliquando nos inuitat ad bonam frugem, nonnunquam pœnarum metu absterret à flagitiis: atque hoc posterius si proficit, confixam spinam aut sagittam, corporique inhaerentem intelligamus. Rectè igitur propheta Psal. 31. Conuersus sum, inquit, in ærumnam. dum configitur mihi spina. Vana enim & inutilis fuisset spina, nisi fuisset infixæ. Sic Psal. 37. Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Et Psal. 118. prece sollicitat Deum vt configat. Confige, inquit, timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui.

CONFITERI DEO.

Confiteri Deo, est optima quæque ac præstantissima illi tribuere, ac suam contrâ imbecillitatem agnoscere, quæ via compendiaria esse videtur ad consequendam salutem. Quantum enim tua agnoscis merita, atque illa prædicas, Pharisæum euangelicum proximo refers. Ad eum modum si honores, opes, voluptates, & reliqua huiusmodi, magni apud te facis, non confiteris Deo, sed mundo. Hinc procedunt hæc vulgaria in Psalmis: Confitebor domino in toto corde meo. Nam in toto corde: significat ita, vt nihil aliud in animo tuo mireris. Et: Confitemini domino quoniam bonus. Id est, ita bonus, vt alia bona ad illum collata, umbra sint potius bonitatis. Et Psal. septimo: Confitebor domino secundum iustitiam eius. Id est, Confitebor, quia dominus est iustus, alij peccatores, nunquam habituri iustitiam, nisi ab illo cœlesti fonte accipiant. Sic Esa. 38. Non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te. Id est, sua præferent, negligentiæ tuæ.

C O R.

Cor quandoquidem fons est consiliorum & appetentiæ, B
D ij

SUPER PSAL.

in impiis graue esse dicitur & vanum, quod ob terrenarum rerum immodicum ardorem non possit ad sublimitatem rerum cœlestium assurgere: vt Psalmo quarto: Fui hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Et Psalmo quinto: Cor eorum vanum est. Sic honorum & credentium cor altum, exultans, & mundum esse describitur. Vt Psal. 63. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Id est, sublimis fiet Deus, ac summis laudibus euehetur ab homine, qui terrena contempserit. Et Psal. 118. Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt. Item Psal. 50. Cor mundum crea in me Deus.

CORNVA.

- C** Cornua, potentiam, robur, vires, quibus ad res arduas cœtendas, siue aduersariorum in te conatum frangas, nihil prohibet in Psalmis intelligere. Videmus enim cornuta animantia plurimum fiduciæ in cornua ponere. Sic Deus vires se additurum promittens, Psal. 88. In nomine meo, inquit exultabitur cornu eius, Psal. 111. Cornu eius exaltabitur in gloria. Sic Psal. 74. Cornua peccatorum confringam, & exultabuntur cornua iusti. Est quando cornu pro extremitate siue angulo ponitur: ut Psal. 117. Constituite diem solemnem in condensis vsque ad cornu altaris. Sic Latini quoque scriptores cornua faciunt exercitui, amibus & antennis. Virg. Cornua velatarum obuertimus antennarum.

CORVORVM PVLLI.

- D** In Psal. 146. exemplum cum primis efficax affert propheta, quo doceamur Deo ex toto pectore fidere: nempe pullos coruos, qui implumes, à solo Deo quem inuocant, edocantur. Nam pennis nigricantibus tum primùm agnoscuntur à matre. Sic in Matth. cap. 6. docet seruator, vt increduli volucres cœli contueantur, & lilia, agri, quæ utique hominibus sint longè inferiora: & tamen à Deo communi parente vtrique commodè, de his quæ in rem sunt illorum prouidetur.

CREMIUM.

- E** Propheta volens miserrimam impiorum conditionem et rebus corporalibus in Psal. 101. ostendere, inter cætera hominem quendam tabe prorsus consumptum, & succo omnino destitutum inducit. Ossa, inquit, mea sicut cremium auerunt. Id est, cum ossa intus medulla, & foris carnis humoribus de-

beret
crem

v
hinc
not
& hi
Vbi d
Den
trium
est le
Dei d

So
to qu
miser
factus
dieba

C
conti
cæm
gallic
sanctu
re, ex
ante c
custo
erunt.
sperar
Israel

Pol
qui ia
huius
modò
pios i
Psal. 5
per ini
vox in
sunt in

beret

berent esse succulenta, vtroque decedente, ligno arido ad cremandum apto, similia euaserunt.

CVRRVVS.

Vetere, vt auctor est Homerus, ex curribus pugnabant: **F** hinc factum est, vt *caereditus*, & principum potentia, curruum nomine significetur. Sic Psalmo 19. dicitur: Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine domini inuocabimus. Vbi contemnuntur, qui in militares copias magis, quam in Deum fiduciam collocant. Et Psal. 67. instruitur exercitus & triumphus Christi, in quo visantur decem milia curruum. Id est legiones numero & viribus incomparabiles. Currus, ait, Dei decem milibus multiplex, chiliades lætantium, &c.

CVRVATVS.

Solent anxij & queruli, fortunam suam accusantes, len- **G** to quodam incessu terram contueri. Hinc Psal. 37. in quo miseria peccatoris describitur, inducitur qui dicat: Miser factus sum & curuatus in finem, tota die contristatus ingrediebar.

CVSTODIA NOCTIS.

Custodiam noctis, siue excubias, breuissimo momento **H** contineri perspicuum est, veteribus in quatuor partes noctem olim diuidentibus: conticinium, intempestam noctem, gallicinium, & antelucanum vel matutinum. Itaque spiritus sanctus volens breuissimum humanæ vitæ spatium indicare, excubiis eam metitur, Psal. 89. his verbis: Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesternæ quæ præterit. Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. Et Psalmo 129. cum Israeli totos dies iuberet in Deum sperare: A custodia matutina, ait, vsque ad noctem speret Israel in Dominum.

DESPICERE SVPER INIMICOS.

Pollicetur certa fides quæ est in Deum, fore vt credentes **I** qui iam abiecti sunt & contempti ab impiis, post tenebras huius vitæ, in luce æterna, coram Deo sint conspicui: non modo erepti ab oppressione, sed etiam in sublimi supra impios ita collocati, vt despiciere illos ex arduo videantur, Psal. 53. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus. Huc accedit Sap. 5. vox impiorum de credentibus: Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, &c.

SVPER PSAL.

DILATARE.

K Qui superatis angustiis & difficilibus locis, in campos latentes emerferint, liberati iam à periculo & dilatati videntur. Sic qui ex ruinis & calamitate aliqua fuerint elapsi. Psal. 4. In tribulatione dilatasti me. *Psalm. 17.* Dilatasti gressus meos subtus me. Item Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

DIMIDIARE DIES.

L Impij etiam Nestores annos viventes, dimidium annorum non attingunt. Nam quando mortis prorsus sunt immores, multa moliuntur, multa proponunt animo, & machinantur in bonorum virorum perniciem. Itaque mors inopinata semper opprimit multa cogitantes, & nondum paratos quippe multas technas etiamnum struunt, quæ aliquot annorum centurias desiderant, quo plenius absoluantur. Hoc est quod spiritus sacer Psal. 54, his verbis explicat: Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos.

DOMVS SPECIES.

M Aedium ornamentum planè vxor est, vt legis Proverbia ultimo & 19. Coniunx igitur Christi ecclesia, ex Apostolorum doctrina, spolia credentium opima in Psal. 67. narratur acceptura, his verbis: Dominus dabit verbum euangelizantibus, virtute multa. Rex virtutum dilecti, dilecti: & speciosa domus, vt illa diuidat spolia.

DORMIRE.

N Si vlla est in scripturis diuinis consolatio, quæ hortetur non modò rerum iacturam ob Dei amorem leuem esse, sed etiam vitam hanc parui aestimare: ea potissimum in hoc consistit, quòd finem & periodum nostram non mortem, sed somnum passim solent appellare. Sic legis de Christo seruatore, Psalmo 3. Ego dormiui & soporatus sum. Et Psal. 4. In credente: In pace in idipsum dormiam & requiescam. Item Dan. 12. Multi qui dormiunt in terræ puluere, caugilabunt. Et 1. Thess. 4. Nolite contristari de dormientibus.

DORSVM.

O Dorsum ponere, fugare est, & ita propulsare hostem, vt tergum illius appareat. Psal. 17. Inimicos meos dedisti mihi dorsum. Et Psal. 20. Pones eos dorsum. Cæterùm quando xergis hominum & iumentorum imponuntur sarcinæ, non ineptè itidem dorsum ad labores & molestias describenda videntur.

videtur esse accommodatum. Vt psal. 128. Supra dorsum meū fabricauerunt peccatores, id est affixerunt me, & pœnis affecerunt. Et psal. 68. Dorsum eorum semper incurua, id est, nulla laborum fiat intermissio. Sic psal. 65. Posuerunt tribulationes in dorso nostro. Et psalmo 80. Diuertit ab oneribus dorsum eius.

DRACO.

Dracones quandoquidem in promptu habent venenum P quo noceant, sitque istud animantis genus inuisum hominibus, rectè hoc verbo conueniet impios intelligi, qui tum demum suo se functos ritè officio arbitrantur, vbi læserint viros bonos. Veluti Pharaon ille populum Dei opprimens, tandem & ipse oppressus in mari diuina potentia, vt legis psal. 73. Tu confregisti capita draconis, dedisti eū escā populis Aethiopiae. Id est, submersisti exercitū Aegyptiorum in sinu Arabico, ita vt Aethiopes vicini exuias detraxerint, mirè hinc ditati. Sic psalmo 90. vbi auxilium Dei credenti contra impios promittitur. Super aspidem, inquit, & basilicum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.

EBVRNEAE DOMVS.

In epithalamio prophetæ quod psal. 44. in Christi sponsi, & ecclesiæ illius sponsæ præconium instituit, eleganter admodum delicias describit, quibus sponsus sese oblectet, nimirum filias regum, in eburneis ædibus educatas. Cæterū quando ebur auctores boni negant sentire cariem, consentaneum est, Dauidis elogio plurimum à Christo seruatore adamari, & in delitiis haberi animas regias, quæ carnem domantes, integritate illius, se sponso commendarunt.

AEDIFICARE.

Aedificare plerunque significat saluti animarum consuleri, quemadmodum apertè docet Apostolus 2. Corinth. 12. Omnia, inquit, charissimi propter ædificationem vestram loquimur. Et cap. 13. Potestatem dedit nobis Deus, in ædificationem, non in destructionem. Sic de fidei incremento futuro pollicetur Propheta psal. 68. Aedificabuntur ciuitates Iudææ. Et psalmo 101. Aedificabit dominus Sion, cum multis aliis locis.

EQVVS ET EQVES.

Equus indomitam quandam ferocitatem, superbiam, & arrogantiā sibi immodicè placentem, iuxta animantis naturam

SUPER PSAL.

turam significat, quam cum alibi crebrò, tum verò potissimum in impiis inuenias licebit. Nihil enim Deo còmitur rerum suarum, sed ex propriis viribus toti pendet, vt in verbo Camo diffusus diximus. Sic in psal. 19. Ridetur impiorum nimia de viribus propriis spes & præsumptio. Hi in curribus, ait, & hi in equis: nos autem in nomine domini inuocabimus. Et psal. 9. Fallax equus ad salutem. Id est, caballus frustra promittit equiti salutem. Item psal. 146. Non in fortitudine equi voluntatem habebit. Id est, Deus minimè gratis habebit equi vires.

ERUCTARE.

T Amplitudo & ingens copia mysteriorum diuinorum non explicatur verbis, sed fermè patente meatu eructatur, vt 44 psalmo, propheta benignitatem Dei qua nos assumpta carne dignatus est inuisere, & ecclesiam ducere coniugem enarraturus: Eructauit, ait, cor meum verbum bonum. Et psalmo 118. Dies dici eructat verbum. Item psal. 118. Eructabunt labia mea hymnum. Et psal. 144. Memoriam abundantiae suauitatis tuae eructabunt, &c.

EXINANIRE.

V Vastare, consumere, & è medio tollere significatur in psalmis verbo Exinanire. Vt psalm. 136. hostium populi Dei vti refertur: Qui dicunt, inquit, exinanite, exinanite vsq; ad fundamenta in ea. Id est, vastate urbem & subuertite vsque ad fundamentum. Et psalm. 75. Veruntamen sèx eius non est exinanita. Id est, adhuc super est sèx, quam bibant peccatores.

FACIES PECCATORVM SUMERE.

X In psalm. 81. propheta volens ostendere quàm sceleratissimorum exemplum qui còertionem habent in alios, & tamen interea summa impunitate peccant: Vsquequo, ait, iudicabit iniquitatem, & facies peccatorum sumis? Quo loco facies peccatorum sumere, ferè significat perperam famæ suæ consulere.

FOENVM TECTORVM.

Y Gramen illud quod testis innascitur, quum ex humoris defectu non possit radices agere, faciliè arefcit, non expectat manum scænicæ, qui letus illud cum vicinorum gratulationibus recòdat in horrea. Quæ ratio pulchrè cum impiorum operibus, etiam in speciem bonis cògruit. Nam cum non sit patris cœlestis plantatio, non perueniet ad frugem. Itaque

psal.

psal. 128. propheta hoc prædicens: Fiant, inquit, sicut fœnum rectorum, quod prius quàm euellatur exaruit. De quo nō impleuit, &c. Sic Esaię 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fœnū, & cecidit flos: verbum autem domini manet in æternum.

FERAE ARVNDINIS.

Sic in psal. 67. Impios, feras appellat arundinis: nimirum **Z** quia sordibus suis gaudent, errantes in solitudine: denique summo studio conantur, tauris & vaccis cōiunctæ, id est potentibus huius mundi, opprimere Dei ecclesiam, & prorsus extinguere. Increpa, inquit, feras arundinis, cōgregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos qui probati sunt argento.

FLUMINIS IMPETVS.

Spiritus illius cœlestis gratia, quando subitò adoritur ho **A** minem, ac vi sua rapit quò mauult, elegantissima allegoria impetu fluminis indicatur psal. 45. Fluminis impetus, ait, lætificat ciuitatem Dei. Et memineris illorū quæ in verbo Aqua superius diximus.

FRUCTVS VENTRIS.

Fructus ventris, filij sunt, & posteri. psal. 131. De fructu vē **B** tris tui ponam super sedem tuā. Id est ex posteritate tua progibitur tibi imperium æternum: quippe ex Christo seruatore, cuius regnum nescit finem. Sic psal. 126. Ecce hæreditas domini, filij merces, fructus ventris. Id est, hæreditas & merces domini in filiis constituitur, qui fructus sunt ventris. Et nota hæc fermè omnia appositiuè dici.

FUGAM PERIRE.

Fugam perire, est fugæ non esse locum, & nusquam patere **C** effugium. psal. 141. Perit fuga à me.

FVMVS.

Fumus cùm sit res vana, plurimùm tamen infestat oculos: **D** & vi sua intercludit spiritum, vt etiam præfocet. Ita impij, quanquam nihil sunt homines & vilissimi, faceffunt tamen negotiū credentibus, & exagitant eos iniuriis. Cæterùm breui durabit hæc molestia, cùm alibi à spiritu diuino somnio similes esse prodantur, alibi ymbrae, alibi pulueri qui est ante faciem venti. Et psal. 36. dicitur: Inimici domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient. Item psal. 67. Sicut deficit fumus deficient.

SVPER PSAL.

HAEREDITAS.

E Hæreditas Christi est in animarum accessione regnum enim accepit à patre, non in prælia aut beluas, sed in animas verbo illius credentes. psalm 2. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Et psalm. 15. Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Item: Hæreditas mea præclara est mihi, cū multis aliis locis.

IGNIS.

F Ignis fermè perpetuo iudicium significat, & pœnâ quam impiis Deus passim in psalmis comminatur. Vt psalmo decimo: Pluet super peccatores laqueos, ignis, sulphur, spiritus pestatis, &c. Et psal. 17. Ignis à facie eius exarsit. Item. 65. Tis suimus per ignem & aquam, cum multis locis aliis. Ita intelligo hunc locū, psal. 38. In meditatione mea exardescet ignis. Id est, ita exercitatus sum in aduersis, vt pœnas mihi optimo iure deberi pro malefactis intelligerem: quæ res occasio fuit vt animum demitterem.

IMAGO.

G Ne insolentius in huius vitæ miseria felicitatem nostram aut vires extollamus, placuit spiritui sancto totum hoc velle nobis placemus, non res ipsas, sed rerum quâdam imaginem appellare. Sic psal. 38. legis: Veruntamen in imagine pertransit homo. Thesaurizat & nescit, &c. Et psalm. 72. de impietatis miserando exitu loquens: Velut somnium surgentium, domine, inquit, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

INCOLA.

H Credentibus & piis parum conuenit cum hoc mundo, quæ ea ratio facit, vt ex Apostoli sententia ad Hebræos: ciues se non velint haberi, sed incolas: id est hospites, & breui hic moraturos. psal. 118. Incola ego sum in terra. Et. 119. Multum incola fuit anima mea. Item in eodem: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Vide ad hæc quæ dicimus in verbo Aduena.

INFERNVS.

I Infernus, mors est perpetua: mors temporalis & ærumæ, in hac vita, morti quodammodo videntur esse similes, vt 4^o psalm. dicitur: Quia propter te mortificamur tota die. Itaque hæc posteriora, portio quædâ sunt inferni. De priori intellige quod psal. 15. legitur: Nō derelinques animâ meâ in infer-

no. Verba aut Christi seruatoris, qui solus fuit inter mortuos liber, Psal. 87. De altero: Pericula inferni inuenerunt me, psal. 114. Et psal. 17. Dolores inferni circudederunt me. Quanquā nihil prohibet metum inferni qui terret conscientiam, dolores inferni appellare: dum enim ille excruciat, in procliui est vt verbum domini nos soletur. Osee 13. De manu inferni liberabo eos, de morte redimā illos. Vbi est causa tua mors? Vbi est aculeus tuus inferne?

IUDICIUM.

Iudicium, cognitio rerum est, maximū earum quæ in K controuersia sunt positæ. Vt psal. 16. De vultu tuo iudicium meum prodeat. Et 105. Beati qui custodiunt iudicium. Item 118. psal. Aspice in me, & miserere mei, secundum iudiciū diligentium nomen tuum. Id est, ita videtur diligentibus nomē tuum, vt miserearis. Sic psal. primo: Ideo non resurgunt impij in iudicio. Id est, ad sublimitatem iustorū, qui legem Dei in consilio captando sibi proponunt, non possunt assurgere impij. Non enim in deliberando aliud sectantur quam cōsiliū impiorum: id est peruersitatem sui cordis, verum profectō impietatis conciliabulum. Vnde est illud aptissimē dictum psal. 118. Iudica iudicium meum. Quasi dicat, lex tua est filium & amulsis iudicij mei, atque id ita esse tu iam poteris iudicare.

IUGUM.

Lex vetus, vmbra quædam fuit gratiæ quæ est in Christo, L & exercitatio qua præfactæ Iudæorum ceruices ad veram proficerent pietatem. Cæterū postquam affulsit verbum abbreviatum, quod dominus fecit super terrā, onus esse cœpit & labor superuacaneus, quod prius fuit necessitas. Itaq; vero nomine propheta iugum appellat legem veterē, psal. 2. Dirumpamus, inquit, vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum. Et Esa. 9. Iugum, inquit, oneris eius, & virgā humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti. Sic Petrus Apostolus Actu. 15. Qui nouit corda Deus testimoniū perhibuit, dans illis spiritum sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tentatis Deum, vt imponatis iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neque pares nostri portare potuimus? Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi.

M Iurare in domino, est perpetuo tenore illi per fidem adhaerere, & quod aliis verbis dicimus, in verba illius iurare. In hanc igitur sententiam dicitur Psal. 62. Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Id est quicumque illi dederint nomina, eo milites sacramento astricti, euehentur præconio.

IUSTITIAS IUDICARE.

N Rectè scribit Apostolus Roma. 10. eos qui iustitiam Dei ignorant, & suam quærunt statuere, iustitiæ diuinæ non esse subiectos. Deus igitur iustitiam quam non agnoscit, cum aliud sit nisi impietas, acri utique iudicio suo illam persequitur: veluti per prophetam comminatur, Psal. 74. Cum accipero tempus, inquit, ego iustitias iudicabo.

LATITUDO.

O In Psal. 17. scriptum est: Eduxit me dominus in latitudinē. Et Psal. 117. Exaudiuit me in latitudinem dominus. Itē Psal. 118. Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua quærui. Quibus verbis significatur ex angustiis & vitæ erumnis intantum sese aliquē recepisse. Et dixi de hac re in verbo Dilatare.

LEO.

P Leo fera truculentissima, & in aliorum animantium perniciem viuens, quando quidem naturam habet Christianis moribus plurimum dissimilem, non absurdè efferata hominum monstra nobis referet, qui in hoc solùm sapiunt, vt quærant quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Petrus igitur Apostolus veterem animarum prædonem, ac salutis nostræ hostem, eo leonem fugiendū hominibus suadet 1. Petri 5. Sobrij, inquit, estote, & vigilate, quia aduersarius vester tanquam leo rugit circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Et Psal. 90. credenti, victoria contra insidias huiusmodi promittitur. Super aspidem, inquit, & basilicum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Et de impiis alibi dicitur psal. 16. Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam. Sic psal. 7. Saluum me fac ex omnibus persequentibus, & libera me. Ne quando rapiat vt leo animam meam.

LIBER INTER MORTVOS.

Q Quicumque hanc vitalē aurem captamus, morti sumus obnoxij, atque adeo gehennæ. Nec quisquam est qui ira sit soluendo, vt seipsum etiam queat redimere, tantum abest vt fratrem, aut alium quē malit. Sic enim docet propheta. psal. 48. Frater

Frat
cet
stult
scrib
ber,
cet

I
mini
persp
ocul
man
sti ce
inqu
tuam

Pe
serua
Et Pe
perfe
quadr
lumbi
res ho
cacod
forum
septim
bus, ed
ignom

Sic
dicit,
datur,
gini, v
17. Vt

Ma
aut bo
scitur,

Frater

Frater non redimet, redimet homo? & dabit Deo vnde placeatur? Cùm viderit sapientes morientes, simul insipiens & stultus peribunt. Itaque psal. 87. Vnus atque adeo solus describitur Christus dominus, qui inter mortuos habeatur liber, ac facile possit redimere debitores, modò se illi fide syn-
cera commendent.

LIGNVM.

De hoc in verbo Arbor diximus.

IN LVMINE LVMEN VIDERE.

In Psal. 35. promittit sibi propheta, fore vt in lumine do- **R**
mini lumen videamus. Nimirum indicans, quòd ad ingenij perspicacitatem attinet, multos videri industrios, & egregiè oculos, qui tamen in media luce cæcuciant, ac densa premanantur caligine: non tam ob aliam causam, quàm ob Christi certèq; in illum fidei neglectum. Sic psal. 126. Vanum est, inquit, vobis ante lucem surgere. Et psal. 42. Emitte lucem tuam & veritatem tuam.

LVMBI.

Per lumbos significari libidinem, apertè indicat Christus **S**
seruator, Lucæ duodecimo: Sint lumbi vestri, ait, præcincti. Et Petrus. i. Petri 1. Succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, perfecti, sperate in eam quæ offertur vobis gratiam. Item Iob quadragesimo, de hoste antiquo dicitur: Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius. Vbi vires hominis in Venerem propensi, propter peccatum quosæ cædæmoni subdidit, vires illius non aliter atque flagitiosorum capitis propriè describuntur. Vnde psalmo trigesimo-septimo, queritur propheta lumbos repletos esse illusionibus, eò quòd præter offensam quæ est in Deum, summa etiam ignominia sequitur libidini deditos.

LVTVM PLATEARVM.

Sicut propheta vndique impiis horrendum exitium præ- **T**
dicat, alibi fore indicans vt somnio surgentium similes red-
datur, alibi fumo, alibi pulueri qui est ante faciem venti, ima-
gini, vmbre, & si qua res alia vanior esse videretur: ita in psal.
17. Vt lutum platearum, ait, dolebo eos.

MANVS DOMINI.

Manu domini pœnas significari, qua ille plectit noxios, **V**
aut bonos exercet ad patientiam, vel ex Iob verbis clarè di-
scitur, capite decimonono: Miseremini mei, miseremini mei,

salte vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Et Ruti capite primo: Egressa est manus domini contra me. Sic psalmo Dauidis vigesimo: Inueniatur manus tua omnibus qui te oderunt. Et psalmo 31. Die ac nocte grauata est super me manus tua. Atque hæc ratio potissimum stabilire nos debet in aduersis, ne terga demus patientiæ, dum vndique nobis obturbant impij, & innumeris afficiunt molestiis, quando certus sumus hanc esse manum domini. Proinde non semper castigat manus domini, sed affert etiam suppetias, atque isthuc in tempore. Vt Psal. 88. Manus enim mea auxiliabitur ei. Et Psal. 138. Posuisti super me manum tuam. Item Psal. 143. Emitte manum tuam de alto.

M A R E.

- X Ex Ionæ cap. 2. perspicuum fit, mare interitum & perniciose significare. Proiecit me, inquit, in profundum & cor maris, cæti ventrem in quo latuit, cor maris esse indicans. Sic Psal. 45. pijs qui urbem impetu fluminis diuini spiritus irriguam habitant, propheta ait non esse metuendum quando turbatur terra, & montes in cor maris transferuntur. Id est, quando terreni homines qui solis caducis rebus inhiant, terrentur, & potentes qui alios fastu suo premunt, à Deo in malorum pelagus deiiciuntur. Nihil enim ad pios hæc res perinet, qui in Deo certa spe fixi perire non possunt. Et vt illa ait, fractus si illabatur orbis, impaudum ferient ruinae.

M A T U T I N V M.

- Y Matutinum plerumque in psalmis, resipiscentium ab errore est verbum. Vt psalmo 5. Mane astabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tuas. Et psal. 62. In matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. Item psal. 100. in matutino interficiebam omnes peccatores terræ. Et psalmo 129. A custodia matutina vsque ad noctem. Id est, tota die speret Israël in domino. Non tamè absurdè item licebit iuxta sententiæ congruentiam, matutinum intelligere hoc tempus, quod potestati tenebrarum huius seculi, cuius seruus ipse meminit, Lucæ 22. succedet. Matutinum videlicet illud vitæ æternæ quod vesperum non habet. Sic psal. 29. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.

M E N S A C O N T R A T R I B V L A N T E S.

- Z In Psal. 22. functio pastoris illius boni, qua oves curat suas, pulchrè describitur. Et inter alia, mensam esse paratam

gregi,

gregi
aliud
bum
&ior

I
ribus
prato
oper
inimi
vinca
fidere
plum

Ex
dibus
lis rel
mont
eodem
Sion
ba sur
misti v
eo. It
Sion,
falem
rem Si
monte
Fere er
ritur,
quam
clamau
rè exau
cogitar
ex Dec
quod i
poreft
pijs. Ita
nistran
monte
bitare,

gregi, aduersus eos qui sunt molesti. Quibus verbis fallor si aliud indicatur quàm pabulum vitæ æternæ, nempe Dei verbum, quòd solum in tanta impiorum frequentia, qui ad defensionem sollicitant, immotos in officio retinet credentes.

M E N T I R I.

Impietas quando quidem, aut opibus terrenis, aut suis operibus omnia tribuit, nihil Deo: rectè aut aliud dicitur agere præter nugari. Sic Psal. 65. Dicite Deo quàm terribilia sunt opera tua domine, in multitudine virtutis tuæ mētientur tibi inimici tui. Et Psal. 50. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Item Hieremiæ septimo: Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes templum domini, templum domini: cum his quæ sequuntur.

M O N S.

Ex secundo psalmo satis apparet per fidem Deum in cordibus credentium regnare, ac regnum illud quoniam in solis rebus cœlestibus est, & longè ultra hæc terrena stabilitū, montem appellari. Aliquando autem mons dicitur Sion, vt eodem psalmo: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Verba sunt Christi saluatoris de patre cœlesti. Et psal. 73. Redemisti virgam hereditatis tuæ, mons Sion, in quo habitasti in eo. Item psal. 124. Qui confidunt in domino sicut mons Sion, non commobitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Ex quibus verbis, non obscurum est fidem per montem Sion significari. Nonnunquam fides ipsa simpliciter per montem sacrum non adiecto aliquo nomine demonstratur. Ferè enim fit, vt quibus per fidem in periculis à Deo succurritur, ad eum modum fiat, vt consiliis humanis vix aut nunquam possit comprehendi. Vt psal. 3. Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Id est, mirè exaudiuit in extremo discrimine rerum, vt non potuerim cogitare quàm veniret auxilium, quàmquam certus fuerim quòd ex Deo. Et psal. 14. Quis requiescet in monte sancto eius? Itè quod in 67. psal. de monte coagulato & pingui dicitur, eò potest referri: coagulatus est enim hic mons, credentium copiis. Ita vt rideantur increduli, qui de montibus coagulatis si nistram habent suspicionem. Vt quid suspicamini, inquit, montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est Deo habitare, etenim dominus habitabit in finem. Et Psal. 86. Funda

menta

SVPER PSAL.

menta eius in montibus sanctis. Item 124. Psal. Montes in circuitu Hierusalem, & dominus in circuitu populi sui.

NAVIS.

C Propter merces quæ nauibus vehuntur, vnde opes potissimum crescunt, summa mali materies, placuit spiritui sancto pecuniæ studium & perpetuos illos impietatis sudores navigationem appellare, vt psal. 106. Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis &c. Sic psal. quadragesimoseptimo: In spiritu vehementi conteres nauem Tharsis. Id est, Franges opulentorum contra bonos potentiam & impietatem.

NOMEN DOMINI.

D Nomen domini est, Optimus, Maximus, Sanctus, Iustus, & quicquid est sublime vsquam quod de illo poteris cognoscere. Vt psalmo octauo: Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum. Id est, tua gloria, præstantia, & sublimitas, in vniuersa terra. Et psal. 53. Confitebor nomini tuo domine. Item 113. Nomini tuo da gloriam. Et 134. Domine nomen tuum in æternum. Sic psalmo non de impiis: Nomen eorum delesti in æternum & in seculum seculi. Id est, gloriam & æstimationem omnem abstulisti, & famam quam illi maximè ambiebant. Nam hoc fermè est quòd psal. 48. dicitur: Vocauerunt nomina sua in terris suis. Id est, terris suis indiderunt nomina diuites impij, quòd longius famam protenderent ad posteritatem.

NOSSE DOMINI.

E Deus cum sit optimus, ipsaque bonitas, eos duntaxat nescit qui iustitia, quæ est ex fide, illi probantur, cum aliis nihil illi conuenit. Sic Lucæ decimo tertio, ad impios dixit dominus: Nescio vnde sitis. Et psalmo primo: Nouit dominus viam iustorum. Item Matth. 25. ad virgines imprudentes: Amen dico vobis, nescio vos.

VELVTI NOVACVLA acuta nocere.

F Sunt qui simulent amicitiam & pietatem, quo se in aliena confortia ingerant, & inter ipsa necessitudinis officia, per occasionem ledunt, maximè quãdo de re agitur pecuniaria. Nam illa impij omnes, cum cælestia omnino negligunt, mire sunt oculati. Hos igitur impostores propheta aptissimè acutæ comparat nouacula, quæ inter radendum tam vulnerat leniter, vt etiam nõ sentiatur. Psal. 51. Sicut nouacula acuta fecisti dolorem

IN NOUILVNIO SAGITTAS torquere.

In nouilunio tenebræ noctis sunt densissimæ, & idèd imposturæ magis conuenit illud tempus. Ita in potestate tenebrarum huius mundi, facilius est impiis circumuenire innocentè. Sic Psal. 10. in insidiis collocatos propheta ait impios, vt sagittis petant rectos corde, atq; isthuc in obscuro. Id est, nouilunio: veluti inter scrupos eius psalmi adnotauimus.

NOX.

Nox plerunq; errorem significat impietatis Deum ignorantis. Vt Psal. 5. Mane astabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Id est, discussa nocte & ignorantia tenebris. Sic Apostolus Roma. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die, honestè ambulemus: non in comestationibus &c. Et 1. Thessa. 5. Non sumus noctis, neque tenebrarum. Qui dormiunt, nocte dormiunt &c. In caligine autem & potestate tenebrarum, vt dicitur Lucæ 22. quando omnia licent impiis, haud dubiè in summo versantur periculo credentes & boni, ita vt tum maximè diuinegeant præsidio. Media igitur propheta, inquit, nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustificationis tuæ. Sic Psal. 91. Bonum est confiteri domino &c. Vt annuncietur mane misericordia eius, & veritas illius per noctem. Id est, vt post opem in aduersis à Deo latam prædicetur ab hominibus illud accidisse ex Dei misericordia. Et in nocte tentationis, veritatem diuinæ promissionis celebrent credentes, per quam certò intelligant se pericula euasuros. Et Psalm. 41. In die mandauit dominus misericordiam suam, & nocte ostendit illam apud me. Vt dixi in scrupis eius psalmi, misericordiam in felicitate rerum à credentibus celebrari debere, quam in summo rerum discrimine aliquando senserunt. Et vt quidam ait, O passi grauiora. & Olim hæc meminisse iuuabit. Est quando nox obscuritatem legis significat, quæ typus fuit & umbra Euangelij. Nam illud clarum nobis diem propriè refert. Psalmo decimo octauo: Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scienciam. Id est, quando Apostolorum officio, Euangelij doctrinæ longè latèque est per orbem diffusa: collata sunt simul domini verba & res gestæ, proinde scriptura veteris legis, omnia pariter ad cognitionem veritatis hominem perducentia.

E

I Maieſtatem Dei tenebris eſſe ſeptam, ita vt ad illius natu-
ram perueſtigandam nihil agant mentes mortalium, vberius
in verbo Caligo explicauimus. Et pertinent eò quæ de nobis
denſitate paſſim in Pſalmis produntur. vt in Pſal. 17. Poſuit
tenebras latibulum ſuum in circuitu eius, tenebroſa aqua in
nubibus aëris. Sic Pſal. 96. Nubes & caligo in circuitu eius.

O B D O R M I R E.

K Tanta impunitate plerunq; in credentes videntur ſeruari
impij, vt Deus crebro inuocatus à ſuis, preces non modò non
negligere, ſed etiam deſertis credentibus obdormire possunt.
Sic Pſal. 43. Exurge, ait propheta, quare obdormis do-
mine? Cæterum vana eſt hæc noſtra opinio: cùm alibi Pſal.
120. certò polliceatur, nunquam commiſſurum Deum in
ſomno cõcedat, in tenta ſuorum oppreſſione. Ecce (inquit)
non dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſraël.

O B L I V I S C I P O P V L V M & domum patris.

L Cùm in Pſal. 44. Deus, pater cœleſtis, ſponſam filij ſui ad
fidem inuiſſet, ac docuiſſet tantùm audire & videre, id eſt,
verbo Dei parère, & conſiderare mirabilia, quæ opinionem
diuinitatis meritò debeant confirmare: mox iuſi ſit vt ea quæ
curat populus, id eſt totus hic mundus, deinde quæ domus
patris, id eſt caro & ſanguis, penitus negligat, & ne cogit
quidem. Obluiſcere (inquit) populum tuum, & domum pa-
tris tui. Sic Luc. 9. iubet ſeruator credentibus, vt ſeſe proſe
abnegent, etiam vſque ad crucem. Iam liberum ſit cuiſlibet
conſtitimare, num vere ſimus Chriſtiani, dum ad complexum ſpõ-
ſi noſtri, rebus aliis neglectis, vocati, nos adhuc apud ſordes
& lucra terrena, ad quæ caro & ſanguis impellunt, fixi deſide-
mus. An verò magis lubeat fateri, nihil in Chriſtiano corde
videri quod mordicus à Chriſto retinuerimus, præter ſalutem
nomen.

O B S C V R A T I T E R R A.

M Fallor ſi vltim in impios verbum rectius cõpetat eo cuius
propheta Pſal. 37. meminit obſcuratos appellans terra. Vo-
lens enim indicare claritati fidei & iuſtitia: Dei plurimum ob-
ficere poteſtatè tenebrarũ, dum terrenarum rerũ immo-
dico affectu excæcati, omnia quæ obſtant huiuſmodi deſideriũ,
etiam ſi ex Deo eſſe ſciant, demoliri tamen, & damnare ſtitu-
dent. Reſpice, ait, in teſtamentum tuum, quia repleti ſunt, ob-
ſcurati

scurati terra, domibus iniquitatum, Psal. 73. Id est, au& sunt
impij ciuiū immenso numero, dum sola terrena cōcupiscunt.
In obscuro sagittare, dixi in verbo Nouilunium.

OBVMBRARE.

Obumbrare, protegere significat, & ab æstu solis arden- **N**
tis, siue quod magis respondet lectiōni prophetice, ab hosti-
li impetu credentes tueri. Psal. 90. Scapulis suis obumbrabit
tibi, & sub pennis eius sperabis. Et Psal. 139. Obumbrasti su-
per caput meum in die belli.

OBDVRARE AVRES.

Impiorum proprium est sanas rationes, quibus coargui
possint, non admittere: quando semel illis decretum est in
fædo peccandi proposito velle persistere. Itaque nihil hîc
agit Euangelium Dei, omnibus viribus humanis potentius
nihil hominum diuinæ legis peritorum industria: denique
nihil dicendi obseruata, & rebus apta occasio. Surdo enim
narrabis fabulam, quando aures obstruunt, veritatis strenui
osores. Hæc arma impietatis pulchrè describit propheta
Psal. 57. Furor illis est (inquit) similis ei quem habet serpens,
accedens ad illum surdæ aspidis, obdurantis aures suas. Quæ
non exaudiet vocem incantantium, & ne venefici quidem vo-
cem, sapienter incantantis.

OLEVM.

Oleo veterum ritu vngebantur reges, prophetæ, & sacer-
dotes: quæ ratio indicat ad gloriæ, sanctitatis, & lætitiæ signi-
ficationem hoc verbum pertinere. Sic Psal. 88. de propheta
nostro Dauide loquitur dominus: Oleo sancto meo vnxi
eum. Et de rege nostro Christo dicitur psal. 44. Dilexisti iu-
sticiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus
tuus oleo lætitiæ, præ cōsortibus tuis. Ad hoc pertinet quod
Matthæi sexto præcepit seruator: Cùm ieiunans, vnge caput
tuum oleo: id est, ne sis tetricus, sed præ te feras hilaritatē. Et
Psal. 103. cùm de beneficiis innumeris creatoris nostri lo-
queretur propheta, quæ suppeditat creaturis non modò ad
necessitatem huius vitæ, sed etiam ad delectationem & vo-
luptatem, ad alterum hoc posterius refert oleum. Vt exhila-
res (inquit) faciem oleo. Sic Psalm. 108. ob olei penuriam,
dicit propheta carnem suam contraxisse maciem, dum ait:
Genua mea infirmata sunt propter ieiunium, & caro mea
immutata est propter oleum. Proinde cùm videamus nullum

liquore latius se diffundere, nec corpori humano gratior inueniri, magisq; salubrem oleo: aptissimè nimirum cōgru- cum gratia Dei & misericordia, quæ in omnes longè late exuberat. Atq; eò pertinet, quod paucis mutatis literis, idem fermè sonus est Græcis, oleum & misericordiam nominantibus, ἔλαιον & ἔλεος. Sic Cantic. 1. sponsa Christo hanc misericordiam copiosam gratulata: Oleum effusum, inquit, nomen tuum. Et Psal. 22. Impinguasti in oleo caput meum. est, effudisti in me tuam misericordiam. Sic Psalm. 132. Misericordia & charitas erga fratrem vnguento sacro comparatur, quod in caput Aaron sacerdotis effusum, non ibi remanet: sed descendit in barbam, totamq; vestem vsque in orbem virtutis sue fecundat. Item Esaias capi. 1. de peccatorum miseria queritur, qui misericordiam Dei non expetunt, quærentur: sed sibi etiam plus nimio placent. Omne caput inguidum, & omne cor mærens. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Vulnus & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque foueo. Est autem præter oleum lætitiæ & misericordiæ, de quibus hætenus diximus, oleum item quoddam peccatoris, id est assentatio, pestis ingeniorum & virtutis maxima, laudibus celebrans vanos homines & nihil, quibus sibi Thrasivulstus, vel (vt vocant) Euangelicæ literæ Pharisei & Hypocritæ, vilissimæ gloriosæ mancipia plurimum placent. Similes planè virginibus illis stultis apud Matthæum 25. quæ dum de in Christum & eximiis virtutibus ante sponsum hæret debuissent, quo aliis suo exemplo ad veritatem iter aperire illi iam oleum ierunt emptum ab hominibus, saniam aucupantes. Sic in Psal. 54. mores adulatorum describens propheta Molliti sunt, ait, sermones eius super oleum, & ipsi sunt iactantia. Et Psal. 140. pluris facit credentis increpationem, quam laudes, & immensa præconia assentatorum. Corripiet me iustus (inquit) in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

O L I V A.

Q Oleæ fecunditatem & sacre celebrant literæ, & apud bonos auctores passim inuenias laudatam. Ait enim Plinius lib. 35. cap. 3. arundine leui istam, nec aduersus ramos illa abstinere si uictus decussis germinibus. Propheta igitur in Psal. 51. post impietatis infinita prodita, credentium illi op-

portat

ponit
tem o
Dei,
seculi
lis ole
127.

Qu
erit, e
in ter
exicio
nitas,
iudici
dente
mofex
cient
rescen
Spera
tiam
mnis
cidit

Op
tribus
quæ e
vitiol
ram,
seruare
subeas
hi: qui
tè erg
nuè ge
Deum
deat, o
stasti r
quitas.

Sicu
cōpag
ribus n

ponit vberimum fructum, oleæ ipsi fidem, ceu malis credentem comparans. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei in æternum, & in seculum seculi. Sic filios credentis ob honestam educationem, nouellis oleis similes facit, à quibus breui fructus expectetur. Psal. 117. Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ tuæ.

O L V S.

Quandiu viret olus, primas tenet horto: at postquam aruit, eiicitur & euanescit. Sic impij quandiu opibus florent in terra, diis similes habentur, quanquam proximi tunc sint exitio. Quod enim est spatium humanæ vitæ, aut quæ diuturnitas, vt longissimè etiam duret? Propheta igitur indignos iudicâs quibus breuis felicitas, quæ nulla sit, inuideatur, credentes his verbis ad patientiam cohortatur. Psalmo tricessimosexto: Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam gramen velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum citò decident. Spera in domino, & fac bonitatem & c. Et in eadem sententiam fermè Esaias cap. 40. Omnis caro, inquit, gramen: & omnis gloria eius, quasi flos agri. Exiccatum est gramen, & cecidit flos: verbum autem domini manet in æternum.

O P E R A H O M I N V M.

Opus Dei, fides est, Ioan. 6. & quicquid illa ceu arbor fructibus fecundissima produxerit. Porro opera hominū sunt, quæ ex corde humano, siue impiorum conciliabulo, veluti ex vitiosa radice prodeunt. Et vt exempli causa aliquid proferam, opus hominum erat, quod Petrus Apostolus Christo seruatori suggerebat, Matth. 16. Absit à te domine, vt crucem subeas. Vnde audiuit, Abi post me Satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Sollicitè ergo cauens propheta, ne in rebus ex diuino consilio strenuè gerendis, caro & sanguis trahant in diuersum. Psal. 16. Deum his verbis affatur: De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant æquitates. Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Vt non loquatur os meum opera hominum.

O S S A.

Sicut ædificiorum moles columnis sustinetur: ita corporū T
cōpago ossibus innixa videri potest, adeò vt actum sit de visceribus nostris, si loco mota sint ossa. Itaque secundum spiri-

tum non ineptè intelligimus, quæcunque in animo nolent sunt firmiora, osium nomine significari. Sic Esa. cap. 58. legitur: Erit Deus tuus tecum semper, & impleberis sicut desiderat anima tua, & ossa tua pinguescent. Et Psal. 34. Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi? Item Psal. 50. Erubescunt ossa humiliata. Et Psal. 6. Conturbata sunt omnia ossa mea. cum multis aliis locis.

O SCVLA IVSTITIAE.

- V In Psal. 84. cum ostendisset spiritus cœlestis per fidem, conscientis turbatis pacem reddi: ne quis dubitaret solidam esse deesse iustitiam, oscula illam dicit paci infigere, ceu factam micam eius, à qua nolit desciscere. Iustitia (inquit) & pax in mutuo impesserunt oscula.

OVIS.

- X Nullum credentibus aptius conuenit quàm ouis vocabulum, nec in scripturis aliud inuenias magis vsurpatum. Non curat pecus illud in quæ pascua ducatur, aut vbi adaqueat. Num expediat retinere aut deponere exuuias, viuere aut mori. Breuiter id solum cauet, ne aberret à pastoris oculis, à liberis protinus deuoranda: reliqua omnia illius curæ cōmittit. Sic Christus seruator discipulos oues vocat. Matth. 10. Ego mitto vos sicut oues in medium luporum. Et cap. 23. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Sec. 1. Petri 2. Eratis aliquando sicut oues errantes. Itē Esa. 53. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinavit, & posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrorum. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus corā teo te se obmutescet, & non aperiet os suum. Sic Psalmo 43. Didisti nos tāquam oues in escam, siue mastationem, & esum sumus sicut oues occisionis. Item Psal. 73. Iratus est furor tuus, super oues pascuæ tuæ. Et Psal. 78. Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ. Psalmo 79. Qui deducit velut ouem Ioseph. Porro de pastore nostro Christo legis, Ieron. 10. Ego sum bonus ille pastor. cum aliis quæ sequuntur. Et ad Heb. 13. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti æterni, dominum nostrum Iesum Christum &c. Et Esa. 40. Dic ciuitatibus Iudæ, Ecce Deus vester. Ecce dominus in fortitudine venit, & brachium eius dominabitur: ecce merces eius cum eo, &

opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtus ipse portabit.

PANIS LACHRYMARVM.

Ne inutiles nobis appareant ærumnæ vitæ præsentis, quibus Deus exercet credentes, quemadmodum legis Hebr. 12. Quem diligit dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit, placuit spiritui sancto incommoda huiusmodi panem appellare. Sicut enim panis cor hominis confirmat, vt habetur Psal. 103. & vires suppeditat, quo possis in hac vita perdurare: ita interiorem hominem, & nouum illum, qui secundum Deum creatus est, aliquando reficiunt & extimulant labores & mala huius mundi, vt cogatur à Deo opem petere: alioqui per delicias & felicitatem, quibus sibi placeret, relicto Deo, casurus. Rectè igitur Propheta Psal. 73. Cibabis nos (inquit) pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis, magna copia. Est proinde alius panis, verbum Dei, de quo in Ioan. 6. loquitur dominus, panem appellans viuum: nimirum quia vitam perennem suppeditat. Eum panem, cum de nulla re corporali in prece illa diuina, quam Christus Seruator Matth. 6. docuit, fiat mentio: nihil enim aliud sonat quàm patrem cœlestem, regnum minime terrenum, & alia huiusmodi: vero propius existimo, panem qui perpetuò vegetet animum, vtilius ibi desiderandum. Nam ille verè noster est. Alter communis nobis est cum omnibus, etiam cum fidei hostibus.

PARERE INIQUITATEM.

In Psalmo septimo dum Propheta impietatis fructum describeret, verbis ad eam rem maximè idoneis vsus esse videtur, parturitionis, conceptus, & partus. Constat enim hæc omnia, mulieri plurima incommoda simul cum dolore grauissimo afferre. Quo intelligas non solùm virtutis viam angustam esse, sed etiam scelerum officinas non carere suo labore, & perpetuis sudoribus. Nam hinc illa vox damnatorum impietatis, Sapien. 5. Lassati sumus in via iniquitatis. Denique magis infestat labor, vnde nulla spes sit fructum aliquem optatum nasci. Vt eo argumento, etiam Cato ille ethnicus viuia suaserit esse vitanda, & amplexandam, virtutem. Extant autem in oratione quadam hæc verba, quæ Numantiz fecit ad equites: Cogitate cum animis vestris, si quid vos

per laborem rectè feceritis, labor ille à vobis citò recedet, benè factum à vobis dum viuetis non abscedet. Sed si qua voluptatem nequiter feceritis, voluptas citò abibit, nequiter factum illud apud vos semper manebit. Hactenus Cato. Cæterum sententia, qua Propheta noster peccaturos absterret, labores impietatis commemorans, hæc est: Ecce paruerit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. It in Psal. 47. cum indicasset fore, vt Euangelij præcones Sathanæ regnum contra se prouocent, elegantissimè describit laboriosum illorum in bonos conatum. Quoniam ecce (sunt) reges terræ congregati sunt, conuenerunt in vnum. Ipsi videntes sic admirati sunt, turbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos. Ibi dolores vt parturientis, &c. Et confertur cum hoc loco, quod diximus in verbo Claudicare à semine.

PARTICIPATIO IN IDIPSUM.

- A** Mirè in Psalmo 121. spiritus sacer cœlestem rempub. Hierusalem, quæ mater est nostra, vt ait Apostolus, præconi effert. Atque adeo magis licet nobis in hac lachrymans valle positus, optare hanc felicitatem quàm assequi: vt resp. apud nos floreat, quando tanto pro se quisque studio priuatas accumulât opes. Proinde mouere nos debet hæc ratio, quo maiori lætitia gestiamus municipes in cœlesti illa Hierosolyma nos conscribi: si cogitemus ibi duntaxat veras inuenire charitatem, vbi ciues proprios ignorant affectus, & in communi omnes salutem consulunt societatis. Hoc enim est quod his verbis significatur: Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Id est, cuius societas & communicatio rerum omnium, ex æquo contingit omnibus. Et in vltimo versu eius Psalmi dicitur: Propter cœlum domini Dei nostri, quæsiui bona tibi. Id est, non pro me sollicitus, sed pro communi omnium municipum felicitate.

PARIES INCLINATVS, ET maceria depulsa.

- B** In Psalmo 61. spiritus sanctus volens inglorios impiorum conatus, ac sibiipsis plurimum noxios ostendere, credentes quos isti extinguere moliantur, quod ad statum rerum terrenarum attinet, parieti comparat ruinam minanti, & maceræ impulsæ, ac loco motæ. Quasi verò speciosum improbi hinc reportent triumphum, si præcipitent iam casurum. Verba Psal.

ba Psalms hæc sunt : Quousque irruitis in hominem ? qui vosmetipsos omnes interficitis, incumbentes parieti inclinato, & maceræ depulsæ. Cæterum quòd credentes rebus vilibus comparantur, eò pertinet vt diximus : quia tales apparerent in potestate tenebrarum huius vitæ. Porrò multum interest bonus aut ignobilis sis, an appareas.

PARVVLIS DIMITTERE reliquias.

Immensa diuitiarum cupido quàm sit detestabilis, in decimosexto Psalmo probè taxat cœlestis spiritus, causam asserens tam perditæ auaritiæ, sobolis numerosum prouentum. Nam cum præstaret Deo fidere in prole educanda, & bonis artibus illam instituere, quo ex industria & labore manuum victitaret, vt Psalmo 127. docetur : nam ibi beatus dicitur qui hac ratione victum sibi parat. Impij contrà per fas & netas congerunt opum immensam struem : non vt inde viuant, sed potius vt hac mali materia etiam perdant liberos : volunt enim illos non modò rei familiaris, & nominis, sed etiam impietatis, & æternæ damnationis esse hæredes. Qualis enim euadat iuuentus molliter educata in luxu, & perpetuo victura in otio, quotidiana testantur exempla. Eat iam aliquis, & diuitiarum appetentiam celebret laudibus, quando tantorum malorum certa est occasio. Verba Psalms hæc sunt : De absconditis tuis impletus est venter eorum. Id est, Opes impiis exuberauerunt, quas incertum est, num in felicitatem reputet Deus humano more, an magis in perditionem. & sequitur : Saturati sunt filii, & dimiserunt reliquias paruulis suis. Ego autem in iustitia apparebo, &c.

PARVVLORVM SAGITTA.

Iacula puerorum ob sagittandi imperitiam plerunque in caput eorum retorquentur, nec eas habent vires vt possint nocere. Ita impiorum conatus in delendis bonis, viris non rarò sibi potissimum incommodat, & vanior est quàm vt possit quod niritur. Exemplum in promptu est impiorum Iudæorum, qui dum Christum seruatores perdere curabant, ne fortè venirent Romani, & locum simul cum gente auferrent : non solum in crucem dominum tollendo nihil profecerunt, sed etiam magis in se malum huiusmodi prouocauerunt. Nam de hoc facto apparet, Psalmum 63. fermè esse conscriptum, in quo illa de qua diximus tractatur impietas. Accedet (inquit) homo & cor profundum, & exaltabit

SVPER PSAL.

zur Deus. Id est, conferat, si lubet, homo manum cum Deo, cuius profunda sunt consilia. Certè nil in eo confidimus, nisi vt superior sit Deus. Et sequitur: Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt contra eos; linguæ eorum.

PASSER.

E Credentes perpetuis impiorum insidiis agitati, ita vt supra quandoque saluti suæ consulere cogantur, ad eum sanè modum, quo aliquoties Christus fecit seruator, non absurde in Psalmis passeribus similes esse traduntur. Sic in Psalmo decimo: In domino confido, ait Propheta. Quomodo dicitis animæ meæ, Transmigra in montem sicut passer? Et Psal. 101. Factus sum sicut passer solitarius in tecto. Item Psal. 124. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Sic Psalmo 83. gratulatur sibi domum, quam præparauit nouit in cœlis. Etenim passer, ait, inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos.

PAUCI IN TERRA.

F Dolendum est res credentium eò recidisse, vt in terra multis partibus, impiis videantur pauciores. Porrò hoc nos seclabitur, quòd istorum potentia non diu durabit: nam ita futurum prædicit sacer spiritus Psalmo 16. Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum. Id est, viui auferantur in infernum, qui iam credentibus numero & potentia habentur superiores.

PAUPER.

G Ioannes Chrysostomus scribens in Matthæum, docet *μαχὸν*, vera significatione ad mendicum pertinere: qui videlicet rebus suis diffusus, opem alienam cogatur implorare. Eòsque verè esse tales, quos dominus Matth. 5. pauperes spiritu appellat. Nam pauperes inuenire licet, quos potest mendicare, quanquam penuria rerum laborent. At inopæ spiritu nihil sibi promittunt ex re familiari, nihil ex fauoribus humanis, aut potentia huius mundi, denique nihil ex meritis, bonisque operibus: quæ ratio protinus cogit à Deo mendicare. Iurèque beati diuina sententia esse probantur, quando illi, adeoque soli ad domini curam in sacris litteris vndique pertinere describuntur. Quemadmodum Luca primo, concinnit virgo Deipara: Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Sic Psalmo nono: Tibi dederunt

listus est pauper, orphano tu eris adiutor. Et Psalmo decimo: Oculi eius in pauperem respiciunt. Item Psalmo 21. Non despexit deprecationem pauperis. Et Psalmo 33. Iste pauper clamavit, & dominus exaudiuit eum. Sic Psalmo 73. Pauper & inops laudabunt dominum. Et Psalmo 108. Astitit à dextris pauperis.

PENNA.

Penna in sacris eloquiis volatum aut navigationem significat, eò quòd vtrunque celeri motu perficitur. Et ne eius rei desit exemplum, posterius illud in fabulis poetarum inuenias vsurpatum, qui Dædalum & illius filium Icarum, alas sibi quibus volarint tradunt fabricasse: vela nauigiorum indicare volentes, quæ primi inuenerunt, ex hostium manibus quasi volando per mare elapsi. Sed ad sacras literas redeamus. Psal. 17. & 103. dicitur dominus volasse super pennis ventorum: id est, diuina potentia sua motum ventorum qui omnium est celerimus superasse. Et Psalmo 138. Si sumpsero pènas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Id est, si nauigio sumpto, fugam adornare coner per pelagus.

PESTILENTIAE SEDES.

Sicut pestilentia non est aliud malum nocentius, quippe quod non vno contentum est corpore, sed mortifera contagione in alia atque alia serpit: sic impietati non satis est auctores rapere in perditionem, nisi proximos quosque pernicioso corrumpat exemplo, potissimum vbi iam in reprobum sensum datus peccator, legem Dei contemnit & ridet. Vnde Hebræi in primo Psalmo sedem legunt irrisorum: vbi nos aptissimè pestilentia, ceu, quod magis spiritus diuini sententia congruit, & 70. interpretum translationi, pestium. Non enim simplex ea pestis est, sed multifariam diuiditur, dum ille contempto Deo, opibus studet, quas per fas ac nefas colligit, alter honores ambit, alius potentiam & fastum sitit: vt in scrupis primi Psalms copiosius diximus.

PETRA.

Petra si Apostolicis verbis Christum significari dicemus, non aberrabimus à scopo. Ita enim ille interpretatur 1. Corinth. decimo: Petra autem (inquit) erat Christus. Et Roman. octauo: Ponam in Sion lapidem offensionis & petram scandali. Et Petrus item in eam sententiam enarrat, 1. Petri secundo. Itaque quod ad hanc allegoriã propriè explican-

dam pertinet: nisi in Christo consistas, luto inhæres, & limo maiori periculo te implicans, si fundum quæ rere nitaris, vultu psalmo 68. & 39. apertius indicat propheta. Vnde psalmo 29. & 60. gratulatur sibi firmam stationem contigisse. In petra (inquit) exaltasti me. Et psal. 39. Statuit supra petram pedes meos. Cæterum quando olim ex rupibus præcipientes dabantur reipub. hostes, in psal. 140. Propheta impiis iudicibus & magistratui nefario eundem exitum prænuntiat. Absorpti sunt (ait) iuxta petram iudices eorum.

PLUVIA VOLUNTARIA.

L Aquæ dulces diuini spiritus, ad quarum irrigationem vberimus fructuum sequitur proventus, vt superius in verbo Aqua diximus: congruo nimirum verbo pluvia voluntaria in psalmo 67. nominatur. Pluuiam voluntariâ (inquit) segregabis hæreditati tuæ, & infirmata est, tu verò perfectam eam. Id est, Imbres illos cælestis spiritus locis variciniis olim populo Dei, non meritis illius, sed ex mera liberalitate, & diuina beneuolentia promissos, affatim præstabis. Vnde miseriam suam mox agnoscet & fatebitur: verum tui erit numeris lapsas tua virtute erigere conscientias. Proinde in psalmo 134. inter cætera beneficia Dei quæ illic commemoratur, narratur fulgura in pluuiam fecisse. Id est, ex horrendo fulgure, humano generi & animantibus cunctis inuiso, pluuiam salutarem & optabilem produxissè.

POMORVM CVSTODIA.

M In psalmo 78. propheta volens ostendere quâdam cladem credentes ab impiorum scæda societate acceperint: Hierosolymam fidei ciuitatem, ait ita viluisse vt in tugurium mutata sit, in quo hortorum custodes poma per æstatem vigilantia sua ne à prætereuntibus diripiantur conseruant. Miseranda planè conditio, si vrbis venustissimæ facies ita fuerit mutata, vt tugurium verius dicatur: tanta vis est turpissimæ societatis. Deus (inquit) venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalè in pomorum custodiam. Sic Esaiæ primo, Derelinquetur filia Sion vt umbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur.

PORTA.

De hoc diximus in scripturis psalmi 9.

P R I N C I P E S .

Primipilares & antesignani fidei Christianæ aliquando **N**
 sub principum nomine in psalmis intelliguntur. Vt psal. 44.
 cum propheta in patrum locum Apostolos dicit numero
 & auctoritate successisse. Constitues eos principes (ait) su-
 per omnem terram. Et psalmo 46. Principes populorum
 congregati sunt cum Deo Abraham. Id est, Idem fidei præ-
 conium Apostolos Christi manet, quod & ipsum Abraham.
 Item psalmo 67. vbi instruit triumphum Christi, de Satanæ
 regno triumphantes Apostolos omnibus priores facit, &
 honorificentiori dignatur loco. Præuenerunt principes (in-
 quit) coniuñcti psallentibus, in medio iuencularum tym-
 panistrarum.

P V E R .

Christus seruator pueris mirè affectus, apud Matthæum **O**
 capite decimo octauo indicauit, se non tam ætatem ipsam
 tenellam, quàm mores puerorum probare, dum ait: Nisi
 conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis
 in regnum cœlorum. Quicumque ergo humiliauerit se sicut
 paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum. In eam igitur
 sententiam accipi potest quod in psalmis passim prædi-
 carur de pueris, si intelligamus illos qui norunt animum de-
 mittere. vt Psal. 68. Non auertas faciem tuam à puero tuo. Et
 Psal. 85. Da imperium tuum puero tuo. Item 112. Laudate
 pueri dominum, &c.

P V L V I S A N T E F A C I E M V E N T I .

Inuenias impios quosdam voluptatis effertores, qui in **P**
 terrenis desiderijs ad puluerem redacti, non doleant vicem
 suam, neque Deo & cœlestibus inuideant felicitatem æter-
 nam, modò non sit qui pecudibus istis obturbet. Sed multò
 aliter atque, sperauerant, diuinus spiritus auguratur futu-
 rum. Sunt enim non simpliciter puluis, sed is quem proiicit
 ventus à facie terræ. Nam pulueri nihil decederet, si etiam
 perpetuò maneret puluis: verùm inuenti arbitrio positum
 est vt non maneat, sed dispergatur, & locum cogatur relin-
 quere. Hæc fermè sunt quæ cœlesti oraculo in primo psal-
 mo sunt explicata. Et psalmo decimosextimo, comminatur
 dominus: Comminuam eos vt puluerem ante faciem venti, vt
 lutum platearum delebo eos. Item psalmo 34. Fiant sicut pul-
 uis ante faciem venti.

Q Quando in puteum semel delapsus, non habet quo se expediat, sed manere ibi cogitur ac perire, rectè in psalmis pericula præsentem intentantia mortem hoc verbo significatur. Sic psalmo 54. Deduces eos in puteum interitus. Et psalmo 68. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum.

RHAMNV M A SPINIS INTELLIGI.

R Insignis planè allegoria est, quam in psalmo 57. tradit spiritus sacer de spinis & rhamno. Fiducia animans credentes, ne impiorum infestatione lassati, ad hostes ipsos deficiant. Ait enim spinas quidem verè esse incredulos: id est, ad pungendum & lacerandum viros bonos, impendio paratos. Verum eo non proficere per ætatem, vt rhamnii, id est senes robustiores euadant, ad vinum penetrare valentes. Nam hoc fermè est quod in psal. 54. dicitur: Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos, & diximus de hac re in verbo Dimidiare dies. Porrò locus quem citauimus ex psal. 57. sic habet: Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum, ita viucentes in ira absorbet eos.

R E X.

S Christus seruator à patre cœlesti vnctus præ omnibus humanæ naturæ confortibus, rex est: atque adeo rex verior atque sublimior, quia regnum non habet terrenum. Nam illud negauit coram Pilato præside. Ioan. decimo octauo. Quia magis regno potitur in animas credentes suo verbo: quod regnum est cœleste & æternum, de quo in psalmo secundo apertè loquitur his verbis: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum illius, prædicans præceptum eius. Et psalmo vicesimo, de Christo ad patrem dicimus: Domine in virtute tua lætabitur rex, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum, & in seculum seculi. Gloriam & magnum decorem impones super eum. Et quoniam dabis eum in benedictione in seculum seculi. Sic psalmo vicesimo tertio, rex gloriæ esse describitur, & psalmo quadragesimo quarto: Vnxit te Deus &c. Thronus tuus Deus in seculum, sceptrum æquitatis, sceptrum regni tui. Et psal. 71. 73. 94. 97. & 98, de hoc rege multa præclara dicuntur. Item psalmo 149. Filia Sion exultet, inquit, in rege suo.

R E.

REGVM FILIAE.

In psal. 44. scriptum est regem hunc cœlestem & sp̄sum T
 ecclesiæ suæ, animi causa quasdam admisisse puellas, in domi-
 bus eburneis educatas, quas ille habuerit in deliciis. Cæte-
 rum non commendantur forma, moribus, ætate, aut aliis ille-
 cebris, quæ potuerint regis animum in amorem pertrahere:
 sed solo genere, quia videlicet virgines sint, non admodum
 vulgares, sed regū filia. Vt intelligamus Christo domino ve-
 hementer probari animas regias, quæ carnis dominari sciunt
 affectibus. Mirra, inquit, gutta & casia à vestimentis tuis, à
 domibus eburneis, ex quibus oblectauerunt te filiæ regum in
 honore tuo.

RENES.

Carnis petulantiam renibus significari minimè est obscuro- V
 rum: atque ea plerumque, vt desint alia, cōmonefacit sanctos,
 qui se carnis abdicarunt voluptatibus, miseræ humanæ, vt
 discant sese demittere. Sic Apostolus 2. Corinth. duodecimo:
 Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi
 stimulus carnis meæ, angelus Satanæ qui me colaphizet. Et
 psalmo decimo quinto: Benedicam dominū qui tribuit mihi
 intellectum. Insuper & vsq; ad noctem erudierunt me renes
 mei. Id est, dum intelligo Deum non aliter atque parentē be-
 nignum ac beneuolum mecum agere, dum exercet me stimu-
 lis libidinis etiam vsq; ad peccatum, vt iam iā visus sim mihi
 ruinæ proximus, multa planè in hac tētatione didici. Primū,
 minimè esse fidendū hīc humanis viribus, quæ prorsus nihil
 sunt ad hostem illum indomitū, qui latet in carne. Propterea
 in hac desperatione rerum inuocandum esse Deum, qui non
 negabit præsidium, id quod solum erit efficax. O quàm salu-
 tarem intelligentiam! Itaque Apostolus, Ter (inquit) rogauī
 dominum vt discederet à me stimulus. Et dixit mihi, Sufficit
 tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Itē psal-
 mo vicesimo quinto, oratur Deus vt renes & cor adurat, id
 est exerceat tētionibus, quo disciplinā hanc percipiamus.
 Et psalm. 72. Inflammatum est (dicit) cor meum, & renes mei
 commutati sunt: & ego ad nihilum redactus sum, & nesciui.
 Nam qui viribus propriis innititur in hac tētionem, vt di-
 ximus, succumbit, & nescit quid expediat.

ROTA.

Rotis ea vis est, vt ex arduo decliua petentes, nisi auri- X

gæ prospiciant, & seipsas perdant & sarcinas. Ita quod ad hunc locum attinet, impij ad perniciem sibi alijsque afferendam semper apparent esse propensi. Vnde propheta in Psalm. 72. enumeratis principibus, qui hæreditate acquiruros se Dei sanctuarium populo dominico sunt comminati: Deus meus (inquit) pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Id est, cura vt vertigine circumagatur in suis consiliis, quæ miseros præcipitet in barathrum interius.

R V I N A.

Y Ruinæ verbum ad exitium significandum videtur conuenire, & mortem. Sic psalmo 105. cum cædes post vitulum Iudæis conflatum secutas describere: Irritauerunt (inquit) Deum in adinventionibus suis, & multiplicata est in eis ruina Et Psalm. 109. cum in regno Christi omnium aduersariorum iniuriam capitis supplicio vindicandam olim prædiceret: Iudicabit in nationibus, ait, implebit ruinas. Id est, omnia cædibus implebit, cum cœperit plectere impios. Ceterum quod in Psal. 143. scriptum est: Non est ruina maceriet simpliciter ita intelligendum est, vt sciamus impijs aliquando omnia respondere ad vota, & præter opes quas maxima numero possident: aditum quoque ita septum, vt fures non possint surripere quippiam. Denique in plateis non audiri strepitum aut clamorem: quæ res bonam partem felicitatis videtur diuitiis afferre.

S A C R I F I C I V M.

Z Sacrificium quod perenne esse voluit dominus, in laude sua constabiliuit, vt legis Psalmo 49. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare meum. Sic Psalmo 39. Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem aprasti mihi. Id est, vmbra reiecisti, postquam corpus vmbrae, sua veritate emicuit. Et Psalmo 50. Si voluisses sacrificium dedissem, vtique holocaustis non delectaberis. Item Esaiæ primo: Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit dominus. Plenus sum: holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui Incensum abominatio est mihi. Neomeniam & sabbatum, & festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cœtus vestri. Calendas vestras & solennitates odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta, &c. Proinde intelligere ite conuenit,

uen
prim
den
sacr
beci
sac
ritus
sacri

A
Chr
Iura
tern
Dei
quo
sacer
Nam
pro p
mon
hom
ces,
stolus
haber
nus el
siti
tium
per Je

Ter
eos in
plurin
cipiam
dedisti
dueban
vestim

Sagi
quibus
mo 76.
rota. A

uenit, sacrificium iustitiæ laudis esse sacrificium, quando ad primam Dei laudem pertinet iustificatio illa, quâ tribuit credentibus: quemadmodum legis psalmo quarto: Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in domino. Denique suam imbecillitatem agnoscere, ac diuinam insuper opem expetere, sacrificium est: veluti psalmo 50. dicitur: Sacrificium Deo, spiritus contritus. Et psalmo 140. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

SACERDOS.

Apostolus scribens Hebræis, cap. 7. aperte indicauit ad **A** Christum seruatorem pertinere, quod psalmo 109. legitur: Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Itaque in spiritu Dei per fidem quæ est in Christo Iesu, vnum est regnum de quo suo loco diximus, finem planè nesciens, & cœternum sacerdotium: vt intelligamus nos omnia habere in domino. Nam quod ad sacerdotium pertinet, semel obtulit seipsam pro peccatis, pingue profectò holocaustum, vt psalmo decimonono dicitur: & vsque ad finem mundi semper expians hominum malefacta. Denique sacrificio addit perpetuas preces, quas pro nobis fundit ad patrem. Porrò non ineptè Apostolus Petrus credentes admonet, ne tantæ dignitatis quam habent in Christo vnquam obliuiscantur. 1. Petri 2. Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, &c. &c. Aedificamini in domos spirituales, in sacerdotium sanctum, offeretes spirituales hostias, acceptabiles Deo, per Iesum Christum.

SACCYS, SIVE CILICIVM.

Tetrici olim veteres, volentes se mœstos ostendere, sac- **B** eos induerunt, vt legis Ionæ 3. & 2. Reg. 3. & 3. Reg. 20. cum plurimis aliis locis: quod factum est, vt saccum pro tristitia accipiamus. Sic psalm. 29. Concidisti saccum meum, & circumdediti me lætitia. Et psalmo 34. Cū mihi molesti essent, induebar cilicio. Id est, dolebam illorum vicem. Item 68. Posui vestimentum meum cilicium.

SAGITTAE.

Sagittæ Dei, pœnæ sunt quas sumit de impiis: aut certè **C** quibus terret illorū conscientias vt respiscant. Sic legis psalmo 76. Etenim sagittæ tuæ transierunt, vox tonitru tui in rota. Alluxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, commota est

& contremuit terra. Et psalmo septimo : Sagittas suas ardentibus effecit . Id est, præparavit & constituit pœnas odio & ira flagrantibus. Item psalm. 43. Fulgura conuscationem, & dissipabis eos : emitte sagittas tuas, & conturbabis eos. Et psalm. 36. Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Psalmo item quadregesimoquarto : Sagittæ tuæ acutæ in corda inimicorum regis, populi sub te cadent, cū aliis plurimis locis. Proinde notandum quòd de Christo peculiariter dictum est. Esa. capit. 49. sagitta electa : ait enim per prophetam de patre : Posuit os meum quasi gladium acutum, & sub protectione matris suæ abscondit me. Posuit me quasi sagittam electā, & in pleretra sua abscondit me. Quibus verbis indicatur sagittam hanc esse optabilem, eo quòd ad bonam frugem tactos perducatur. Sic Canti. 4. dicit spōsa: Vulnerata charitate ego sum. Nemo planè est, qui non ex animo desideret se hac sagitta confodi.

Sagitta volans per diem. De hoc vide quæ scripsi in verbo Tenebræ.

SANGVINUM VIRI.

D Impij qui potètia sua bonos miserè premunt, sanguine & sudoribus illorū pascuntur, ac perpetuò sæviunt, & armantur in multorū perniciem: hi verbo nimirum aptissimo, sanguinarij, aut sanguinum viri appellantur. Quid enim iniquius est, si cæde cruenta hominè protinus tollas è medio, an verò longa tæbe & inedia perpetuis laboribus tandem conficiatur. Sic psal. 25. Ne perdas cum impiis Deus animam meam, ait propheta, & cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est munitionibus. Ego autem in innocentia meâ ingressus sum. Vbi videtur sanguinarijs illis innocuos opponi: quòd pietatis sit prode se, impietatis aliena tollere, & instar truculentæ feræ omnino vastare quæ sunt aliorum. Iusta igitur prorsus est sententia quam tulit dominus, Psal. 54. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Id est, tandiu non vivent, donec compleant nocendi voluntatem: quemadmodū alibi etiam diximus. Porro in psal. 50. cū propheta à peccato resipiscens, et mundum in sese creari postulasset à domino, eo quòd vetus illud contaminatum esset peccandi libidine: proinde spiritum rectum novari in visceribus, qui dux fiat rerum gerendarum, cum multis alijs quæ forent vsui homini ad bonam fru-

gem toto pectore conuerso rectà peruenit ad carnē & sanguinem, ceu fontem quandam repugnantiae illius & perpetui dissidij aduersus spiritum, & libera, inquit, me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae, & exultabit lingua mea iustitiam tuam Quasi parum credibile videatur iustitiam Dei à quopiam celebrari laudibus, qui carnis & sanguinis adhuc subditus sit imperio. Sic Apostolus Rom. 7. Infelix ego, ait, homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum.

SEDES.

Venustissima sanè allegoria, qua spiritus sacer in depingendo suis coloribus pium & impium vsus est, in primo psalmo sese concipienda offert: cum enim impium non consuleredescripserit in rebus agendis legem Dei, quae certissima esse deberet regula viuendi, sed prauitatem sui cordis, deambulare illum ceu cunctabundum quid agat, ostendit. Deinde stare dum peccat, & prorsus considerare, in peccandi assiduitate. Atque in eam sententiam intelligi potest quod psalmo 93. dicitur: Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, fingens laborem in præcepto? Id est, longè absit à nobis ô Deus, ut credamus te in sede pestium sedere: ea nimirum quae labores fingit in tuo præcepto, quae videlicet suis inuentis obscurat, & antiquat legem tuam. Et intelligitur de Pharisæicis operibus: ut verum sit quod ait Apostolus: Quicquid extra fidem sit, peccatum est, Rom. 14. Dixi de hac allegoria in verbo Ambulare.

SEPVLCRVM PATENS.

Elegans & cum primis apta allegoria est in impiis, quam psalmo quinto explicat propheta his verbis: Sepulcrum patens est guttur eorum. Linguis suis dolosè agebant. Nam sicut sepulcra ideo aperiuntur, ut mortuos recipiant: ita impij semper hiant, & nil desiderant aliud, nisi interitum & perditionem aliorum, hæc est charitas multorum Christianorum.

SEPTIES.

Septem, ob orbis totius machinam eo dierum numero à Deo absolutam, & quietem admissam, perfectioni proprie congruit, in operibus sine vlllo defectu ad finem perductis. Sic Matthæi decimo octauo, non septies remitti delictum quod in te commisit frater, voluit, sed septuagies septies. Id

est, ita vt semper nulla sit remittendi mora. Sic psalmo 118. Septies in die laudem dixi tibi. Id est, nunquam cessauit à laude. Et psal. 11. de verbo Dei loquens propheta: Eloquia domini, ait, eloquia casta, argentum igne examinatum, probata à fæce terrena, repurgatum septies. Id est, quoties fuit opus, donec ad summum perueniret candorem, & extremam puritatem. Et psalmo 78. Redde vicinis nostris septuplum in finibus eorum, improperium ipsorum, quia exprobrauerunt tibi domine. Id est, pœnas de aduersariis tuis, qui nos afflixerunt commito, atque eas ipsas quas meruerunt. Et Prouerb. 24. Septies in die cadit iustus. Id est, crebrò, & plus satis. Ad eum mochi Ethnici ternario primas tribuunt, qui in sese multiplicatum nouenarium producit, Musarum numerum, quem arbitratum esse perfectum. Itaque Flaccus de poemate non precipitando legem statuens: Nonum, inquit, prematur in annum. Id est, donec fuerit maturum, & omnibus suis partibus absolutum & perfectum.

SERVI.

H Servos constat sui non esse iuris, & nihil sibi querere, sed domino, qui vitæ necisque habet potestatem. Ea plane est conditio quam docet fides, quæ est in Deum, nihil tribuens nostris meritis, sed omnia domino. Proinde non ambiens saluti humanum, opes, potentiam, delicias, voluptates, & quæcunque sunt huiusmodi, si offerantur à domino, non recusans, sed moderatè his utens. Itidem si aduersitas, languor, labores, etiam mors ipsa immineat, æquo animo docet ferre omnia, quando ex nutu Dei tota pendet. Sic psalmo 122. prophetæ scatis admotis cælo, hac putat in sublime scandendum. Feet (inquit) sicut oculi seruorum in manibus dominorum seruum. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ. Ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostris. Apparet igitur liquidò, eum dumtaxat seruum Dei rectè appellari, qui proprios ignorat affectus, & domini per omnia sequitur voluntatem. Ita enim nos comparare decet, vt semper liberum sit dicere ad Deum: Fiat voluntas tua.

SION.

I Sion, mons sacer, in cuius radicibus sita est ciuitas domini Hierusalem, typo minimè obscuro fidem significat, propter Euangelium ibi primò prædicatum, vt legis in psal. secundò: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem.

sanct
exibi
die ill
tudine
mura
verita
spera
riam r
habita
Israël
psalm
omnia
elegit
cunqu
bertat
perpe
præcip
sunt h
vnqua

St
signifi
apud p
quod c
templa
Quem
vbi cõ
illam a
betur. E
bant, ne
ante fac

Basil
psalmu
tatione
culi non
sus, eum
hic in p
dilectio
taberna

sanctum eius, prædicans præceptum illius. & Esa. 2. De Sion
 exiit lex, & verbum domini de Hierusalem. Et cap. 26. In
 die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda. Vrbs forti-
 tudinis nostræ Sion saluator, ponetur in ea murus & ante-
 murale. Aperite portas, & ingredietur gens iusta, custodiens
 veritatē. Vetus error abiit, seruabis pacem, quia in te
 sperauimus. Item 46. Dabo in Sion salutem, & in Israël glo-
 riam meam. Et in Ioele tertio: Ego dominus Deus vester,
 habitabo in Sion. Sic psalmo 52. Quis dabit ex Sion salutare
 Israël? Et psalm. 68. Quoniam Deus saluum faciet Sion. Item
 psalm. octuagesimosexto: Diligit dominus portas Sion super
 omnia tabernacula Iacob. Et psal. 131. Elegit dominus Sion,
 elegit eum in habitationem sibi, cum multis aliis locis. Quæ-
 cunque igitur in prophetis passim de amœnitate, arcibus, v-
 bertate glæbæ, affluentia opum & habitatorum, firmitudine
 perpetua contra ventorum impetum, & aliis huiusmodi, in
 præcipuam huius montis laudem prædicantur, intelligenda
 sunt haud dubiè de fide ea quæ est in Christum, quam nemo
 vnquam satis digno extulit præconio.

S T A R E.

Stare, id quod crebrò iam repetiuimus in primo psalmo. **K**
 significat operi nefario peccati insistere. Situs cum primis
 apus peccatori. Nam de bonis nunquam meminit scriptura
 quòd consistant, sed aut scandunt in sublime cœlestia con-
 templando, aut descendunt, fratrum inopiæ consulentes.
 Quemadmodum in Genesi capite vicesimooctauo, in loco
 vbi cômorabatur Deus, & scala cœlis erat innixa, angeli per
 illam ascendebant & descendebant, ac nullus stetit perhi-
 betur. Proinde animalia in Ezechiele capite primo, non sta-
 bant, nec reuertebantur cum incederent, sed vnumquodque
 ante faciem suam gradiebatur.

T A B E R N A C V L V M.

Basiliius magnus, pius iuxta & eruditus auctor, scribens in L
 psalmum decimumquartum, annotauit terrenam hanc habi-
 tationem, quam ceu hospites in procinctu colimus, taberna-
 culi nomine siue tentorii in scriptura significari. Vt sit sen-
 sus, eum tandem in monte sancto ciuem perpetuum fore, qui
 hic in procinctu habitans, militia, vel exercitu, officia mutue
 dilectionis fratri impenderit. Domine, ait, quis habitabit in
 tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui

ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Qui loquitur
veritatem, &c. Verum (quod pace tanti viri dixerim) nos ad-
uertimus hanc allegoriã non esse perpetuam. Sic enim psal-
mo decimo octavo legitur: In sole posuit tabernaculum suum.
Et psal. 83. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum
quæ tabernacula cum multis aliis quæ passim obuia sunt in
psalmis de cœlis propriè intelligimus.

TAVRI.

M Tauri pingues qui arant terram, pecudes sunt malè feris-
sime, & vt appellat Apost. ventres pigri, qui nil præter terrena
cogitant in hoc enim potissimum sunt quidam oculati, & in-
ficiant: & cum multorum iniuria opibus polleant, in spiri-
tualibus negotiis etiam talpis sunt cæciores. His hominum po-
tentis nunquã rectè conuenit cum veritate, nõ minus quæ
sunt cum amaracino, vt nulli debeat mirum videri, si euange-
lium Christi tales perpetuò habiturum sit hostes. Quæritur
enim ipse in psalmo vicesimo primo, istos forem voluisse
nauigeli præcipere, dum se innocuum in crucem tollerent.
Circudederunt me (inquit) vituli multi, tauri pingues oblo-
derunt me. Et psal. 67. propheta enumerans feras truculentas
quæ veritati minantur exitium, taurorum meminit his quæ-
dam verbis: Increpa feras arundinis, congregatio taurorum
inter vaccas populorum, vt excludat eos qui probati sunt in-
gendo. Id est, magnates isti & impij qui sunt in populo, id est
olum moliuntur vt extinguant, & à cõsortio suo reiciantur
qui verbo Dei & veræ student pietati.

TEMPLVM.

N In verbo Altare, diximus pontificatum nostrum ac verum
sacerdotium secundũ ordinem Melchisedech seruatum esse
strum Christũ secum transtulisse in cœlos, vbi templũ quod
illud & sancta sanctorum extructa sunt: quemadmodum hæc
olim visebantur Hierosolimis, typum honorum cœlestium
quæ toto pectore debemus cõcupiscere, præferentia. Id quod
non vsque adeo ineptè in nostris templis, accensis claro de-
luminibus, & sacris cantu arguto in Dei laudem, cum precio-
so etiam rerum apparatu celebratis, cernere liceat. Nisi eni-
hæc præclara edificiorum & cultus illius ecclesiastici pon-
pa, quæ principibus alioqui & magnatibus huius mundi sunt
in delitiis, cœlestis illius tẽpli nos commonefaceret, & iube-
ret animos tollere in cœlum, quemadmodum ex veteri ritu
nostra

nostro sacrifici docet, his verbis: Sursum corda, cum his quæ sequuntur: eundem mihi protinus in sententiam vulgi pedibus existimarem, quod, vt alia omnia, ita tépla quoq; nostra demoliri, & sacra abrogare conatur. In psalmo igitur quinto ait propheta: Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Id est eò vertam oculos, & animi desiderium, vbi tua habitabat sanctitas. Et psal. decimo: Dominus in templo sancto suo, dominus in cælo sedes eius. Item psal. 28. In templo eius omnes dicent gloriam. cum multis aliis locis. Cæterum templi illius Hierololymitani varia & preciosa ornamenta. psal. 143. indicare volens propheta, impiorum qui opibus intumescunt filias ita comptas prodire in publicum ait vt accedere ad templi decorem quodammodo videantur, tantus est in re inani luxus, & sumptuum intemperantia. Filia eorum, inquit, compositæ, circumornatæ, vt similitudo templi.

IN TEMPORE.

Quid sit quod in primo psalmo legitur, Beatus vir, similis erit ligno ad scaturigines aquarum plantato, quod fructum suum daturum sit in tempore, à quibusdam dubitari intelligo. Scimus enim fidem quæ est in Christum nunquam videri otiosam, sed semper producere vberes fructus, ita vt frustra adiectum appareat in tempore. At contrà tam sublimi sapientia Dei editum est psalterium, & potissimum psalmus ille primus, qui totius rei argumentum complectitur, vt fas non sit hæc particulam In tempore superuacaneam ab aliquo iudicari. Arbor igitur domini, in fide per gratiam illius plantata, semper quidem parit fructus, sed tum maximè quando subest occasio. Quamquam enim vir bonus, vt psal. III. scribitur, tota die miseretur, & commodat: id est ad misericordiam & charitatem erga fratrem semper est propensus: non tamen id agit, nisi quando fratrem videt esurire, sitire, veste carere, & alios huiusmodi sustinere defectus. Sic in psalmo 103. cum Deus benignus semper creaturis suis necessaria ministrat: potissimum tamen hoc fieri in edicte tempore, dum animantia cibum appetunt, ostenditur. Omnia (inquit) à te expectant, vt des illis escam in tempore. Dante te illis colligent, aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.

TENEBRÆ.

Ignorantia nostra, qua Dei præcepta negligimus, & quasi P impune hoc nobis liceat, temerè peccamus, veras nobis in-



gerit tenebras. Proinde spiritus sacer, psalmo nonagesimo, verbo aptissimo nominat negotium perambulans in tenebris, atque illud confert cum dæmonio meridiano: quo significari potest species quædam pietatis, quam in malefactis quoq; inuenias licebit. Veluti si exempli gratia, avarus quippiam tentetur pecuniæ per fas nefasque acquirendæ studio, nullum modum ponere: quòd possit iuuare pressum inopia, instaurare templa, & alia huiusmodi ex facultatibus efficere, quæ, in speciem bona videantur. Hoc est dæmonium meridianum, angelus videlicet Satanæ transfigurans se in angelum lucis, vt ait Apostolus secundæ Corinth. Vndecimo. At qui in negotio in tenebris perambulante nullus est boni pretextus, sed in reprobum dati sensum, veluti cæci riuus in facinora. Et inculcatur fermè res eadem à spiritu sancto crebrius, quo tenacius animo nostro hæreat, dum paulo ante appellat hoc malum, sagittam volantem in die: videntes enim tentationem, non cedimus loco quo ictum liceat vitare, neque excutimus manu ne vulneret: sed videntes nos exponimus periculo, vnde in tenebras ignorantia tradimur. Roman. primo: Ideo tradidit illos Deus in desideria cordis eorum &c. Sic psalmo tricesimoquarto: Fiat via illorum tenebræ & lubricum. Et psal. lxxi. Exortum est in tenebris lumen rectis corde, cum multis aliis locis.

V A S.

Q Vasis Hebræorú more instrumenta, & res ille in quas presidia collocamus significantur. Sic Gene. 49. Simeó & Levi fratres, vasa iniquitatis bellantia. Et Actu. nono de Paulo Apostolo dixit dominus: Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus, & filiis Israël. Item Marci tercio: nemo potest vasa forti diripere, nisi prius alligauerit illum. Sic psal. 7. Et in eo parauit via mortis, id est arma mortifera. Et psal. 30. Factus sum tanquam vas perditum. Item psal. 70. Confitebor tibi in vasis psalmi.

VERBUM ASPERVM.

R Benè facere, & malè audire, ea res demum vita est verè Christiana. Atqui multos absterret à via virtutis, quòd videntur sè habitu, cultu, moribus, & totius vitæ conuersatione, diuersum quiddam tentent à vulgi consuetudine: tum pròtinus maledictis, & mirè exquisitis quibusdam probriis, & cõuitiis dilacerantur. Hoc est verbum asperum, quod propheta

phet
dum
catu
nat
nim
ro.

V
videl
psal.
tis. E
tur v
ad ni
mnis
cidit

V
cœle
Præ
in lu
gnob
nit C
deie
fius d
hunc
psalm
mo, o
viden

Vid
in vari
verita
quàm
psal. 5.
psal. 11.

Verita
44-Pr
te mira
in æter
lere no
tua, &c

pheta

pheta psal. nonagesimo inter cætera incommoda ad peccandum sollicitantia, quæ ibi enumerantur, ne obsit, sedulo precatur. Proinde ex verbis fidei fore ait, vt omnia hæc contemnat quis sub alas Dei fuerit illius beneficio receptus. Ait enim: Ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. Non timebis à timore nocturno. A sagitta &c.

VERBUM.

Verbum Dei, hoc est, vnde voluntatè illius discimus, lex S videlicet, regula & amussis ad quam aptanda sunt omnia: vt psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis. Et psal. 32. Rectum est verbum domini. In hoc solo tribuitur vita perennis, aliis omnibus in quibus gloria quæritur ad nihilum redactis. Esa. capi. 40. Omnis caro gramen, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est gramen, & cecidit flos: verbum autem domini manet in æternum.

VERMIS.

Vermes in latebris terræ delitescunt, animantibus aliis qui T cælo, terra, marique continentur, viribus longè inferiores. Præterea à prætereuntibus facilè conculcantur, si prodeant in lucem: omnino tam vile animal est vermis, vt vix liceat ignobilius aliud cogitare. Quo magis gratos nos esse conuenit Christi morte seruatos, in qua ille tam miserè à Judæis est deiectus, & omnium ludibrio expositus, vt non potuerit pressus deprimi. Itaq; in hanc sententiam rectè per prophetam hunc statum rerum verbis huiuscemodi explicat dominus, psalmo vicesimoprimo: Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum & reiectamentum plebis. Omnes videntes me, deriserunt me.

VERITAS.

Videre licet diuina promissa, quo illis fixius inhæreamus, V in variis atq; duriusculis huius vitæ casibus, perpetuo tenore veritatem in scripturis appellari. Ideo impij qui sibi magis quàm Deo confidunt, mendaces à scriptura esse prædicantur, psal. 5. Non est in ore eorum veritas, cor eorum vanū est. Et psal. 11. Diminutæ sunt veritates à filiis hominū. Item psal. 35. Veritas tua vsq; ad nubes. Id est, longè latèq; diffusa. Et psal. 44. Propter veritatem & mâsuetudinem & iustitiâ, deducet te mirabiliter dextera tua. Et psal. 116. Veritas domini manet in æternum. Sic psal. 91. Bonum est cõfiteri dominò, & psallere nomini tuo altissime. Vt annuncietur mane misericordia tua, & veritas tua per noctem. Id est, & post finè tentationis

SUPER PSAL.

miseri cordia Dei collaudetur, cuius beneficio inde sumes re-
repti, & in tētatione ipsa non taceatur veritas, id est Dei pro-
missio, qua ille spondet liberationem. Nam hæc duo dona,
mirè temperant res prosperas & aduersas, vt omnia feliciter
cedant. Psal. 1. Omnia quæcunque faciet vii beatus erunt bo-
ne auspiciata. Item psal. 88. Veritas mea & misericordia mea
cum ipso. Et psal. 118. Omnes viæ tuæ veritas.

V E S P E R V M.

X Vbicunq; dominantur impij, & boni premuntur istorum
potentia, illic haud dubiè est illa tenebrarum potestas, cuius
meminit seruator, Luc. 22. dum à Iudæis ad supplicium rap-
retur. Cæterum in eo statu cogitanda est rerum vicissitudo
neque enim semper durat vespera, sed succedit illi nox, & no-
ctem finit dies. Ita ne insolescamus rerum felicitate, Deus per-
mittit regnare tenebras. Et ne prorsus in aduersis despere-
mus, consolatur suos, & respicit miseriam cui serat auxilium.
Sic Iob 17. Rursum post tenebras spero lucē. Et psal. 29. Ad
vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.

V I A.

Y Ex singulis vitæ humanæ momentis, quibus per iuuentutem
& senectâ ad mortem pergimus, perspicuum est vitâ hanc cui-
dam lōge peregrinationi, qua per varias migratur regiones,
esse similitimâ. Quâquâ si verû fateare, nihil hic longū est. Vel
vt sensit magnus ille Basilius, ad navigationē vitæ proximè
cedit, in qua siue dormias, vigiles, labores, valetudine vitæ
prospera, aduersa, sedeas, deambules, aut quicquid horū agas,
semper promoues in portū, Vita igitur credentiū, qua se to-
tos Deo cōmittētes, nihil cōcupiscunt rerū terrenarū, & fer-
titer durāt in aduersis, non est habitatio, vbi sedes cōstituitur,
sed via ad felicitatē æternā. Neq; verò hoc nos moueat, quod
omnibus vidētur miseri qui hanc tenent viā, vniuerso prope-
modum humano generi inuisam, quādo pro toto mūdo vnus
nobis sufficit, qui eūtes respiciat, quippe Deus. Ita enim pol-
licetur propheta psal. 1. Nouit dominus viam iustorū. Et psal.
5. vnum hoc erat: Dirige in cōspectu tuo viā meā. Et psal. 39.
Notas (inquit) mihi fecisti vias vitæ. Sic psal. 118. Beati im-
maculati in via. Porrò de impijs qui neglecto Deo affectu
noxios sectantur, & viā struunt in perditionē, Psal. 1. dicitur
Iter impiorum peribit. Et psal. 9. Inquinatæ sunt viæ illius in
omni tēpore. Itē psal. 34. Fiāt viæ illorū tenebræ & lubrici.

VIDERE.

In verbo Audire inuenies quid hoc sibi velit.

VIRGA.

De hac dictum est in verbo Baculus.

VITVLI.

Vitulum nomen non absurdè ad petulentem, & indomitam iuuentutè referri potest, què ab impiis patribus in delitiis & otio educata, lasciuiedo bonos lædit viros: mox enim ab vnguiculis, vt dicitur, irridere & etià laceffere audet pietatis studiosos Sic psal. 21. per prophetà, accusat dominus ludibria Iudeorū, qui illū in crucem adigere sunt aggressi. Circundederunt me, inquit, vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suū sicut leo rapiens & rugiens. Proinde Arnobius in psal. 50. quærens allegoriam in his verbis prophete: Imponent super altare tuū vitulos; post ædificationem mœniorum Hierusalé, id est post dimissa peccata, rectè facturos prædicat, qui carnis libidine domita, super altare Dei illam posuerint, domino eam immolâtes, gratū haud dubiè sacrificium. Cæterum quid per vitulum Libani significetur in psal. 28. vide in verbo Vnicornis, in fine.

VMBRA.

Vmbra in sole à corporibus prodeuntes, promouere quidem suis spatiis scimus, at nemo hoc sentit Denique vesperi, quando sunt longissimæ, subito pereunt, & vertuntur in tenebras. Talis profectò est vitā nostra, in qua senectam aduenisse intelligimus, temporis lapsum & spatia illa quibus accedit non percipiuntur. Simile quiddam refert Plutarchus de ciconiis, quarum præsentiam videmus in vere, cum nemo vidisse dicatur earum appulsam. Cæterum ferè fit, vt quando multa ardua molimur, & nobis plurimum pollere viribus videmur, vt tum morti maximè simus vicini. Sic psal. 101. legitur: Dies mei sicut vmbra declinauerunt. Et psal. 143. Homo vanitati similis factus est dies eius sicut vmbra prætereunt. Itè psal. 108. Sicut vmbra cum declinat ablatus sum. Et Ecclesia. 7. Quid necesse est homini maiora se quærere, cum ignorat quid conducatur sibi in vita sua numero dierum peregrinationis suæ, & tempore quod velut vmbra præterit? Hactenus Ecclesiastes. Porrò sicut vmbra sequitur ex sua natura corpus, illòque plerunque apparet esse maior, cum prorsus nihil sit, & res omnium vanissima: ita pericula huius vitæ sem-

SUPER PSAL.

per conduplicant metum. Ut rectè dixerit Penelope apud Nasonem de marito sollicita: Quando ego non timui grauiora pericula veris? Hinc factum est vt vmbra pro figura rei accipiamus. Vt Psal. 22. Si ambulauero in medio vmbre mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Id est, si incidam in periculū, vnde nō appareat exitus, adeo vt iam iam mihi videar periturus, non timebo, &c. Et Psal. 43. Cooperuit nos vmbra mortis. Item Psal. 87. Posuerunt me in loco inferiori, in tenebris, & in vmbra mortis.

VNGVENTVM.

De hoc diximus in verbo Olcum.

VNICORNIS.

B Unicornis, animal est quod & rhinoceros dicitur, eo quòd cornu vnum gestet in nare repandum: ferox bestia, & cum elephanto etiam pugnam capeffens, cuius aluum petere potissimum: scit enim illam cornu quod ad hoc acuit in cautibus esse peruiam. Tradit Plinius lib. octauo capitul. reliquo corpore equo similem, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte cubitorū duorum eminente. Cæterum negant ob indomitam ferocitatem viuam hanc bestiam capi. In Psalmo igitur 21. volens dominus Iudæorum truculentiam, per prophetam, qua in se sæuierunt, ostendere, illam que serui formam in qua apparebat in terris, viribus ad elabendum vel certandum longè inferiorem: Salua me (inquit) ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Vocat autem leones ob prædæ appetentiam, & vnicornes: quia nullis rationibus nullaque prorsus lege domari potuerint, & ad bonam frugem pertrahi. Vnde est illud Iob capi. 39. Nunquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum? Nunquid alligabis rhinoceros ad arandum loro tuo, aut confringet glæbas vallium post te? Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos? Nunquid credes illi, quoniam sementem reddat tibi, & aream tuam congreget? Sic Psal. nonagesimo primo, ostendens Propheta fore vt credentes ab impiorum infestatione aliquando reddantur liberi, neque commissuros vt sub iugum mittantur, aut loco cedant, Deo missellos respiciente: Ecce (inquit) inimici tui domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, & dispengentur omnes qui operantur

tantur iniquitatem. Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum. Id est, vires meæ erunt insuperabiles. Sic Psal. 77. Et ædificauit sicut vnicornis sanctificium suum, in terra quam fundauit in æternum. Id est, thronum Dauid: hoc est regnum Christi, per quod omnes consequentur sanctificationem, Deus in spiritu ita constabiliuit vt perpetuo sit duraturum: nullis planè cessurum hostibus, & omnem inimicorum eludens aduersus se conatum. Cæterum quæ hæcenus diximus de rhinocerotis viribus insuperabilibus, intelligenda sunt de adultis. Nam pulli faciliè terrentur & aguntur in fugam. Quando enim natura hæc animantia sunt indomita, faciliè consequitur vt fugacissima sit illorum iuuentus. Sic Psal. 28. cum propheta reges triginta vnum, vt in Iosue duodecimo cap. legitur, diuina virtute subactos cedris Libani comparat, nimirum ob fastum & eminentiam inter suos: mox dilectos vocat, id est in precio quidem habitos, sed vitulis similes qui pascuntur in Libano, & filiis, id est pullis vnicornium, quæ vtraque animantia maiorum mores in se tutando non imitantur, sed fuga salutis suæ consulunt. Comminuet, ait, eas vt vitulum Libani, & dilectus quemadmodum filius vnicornium.

VNICVS, SIVE VNIGENITVS.

Filij quibus non contigit vt fratres haberent aut sorores, diliguntur quidem tenerius à parentibus, verum destituuntur multis comparium præsiis, quibus vita hæc non mediocriter potest iuari. Credentes igitur semel propter Christum omnia quæ sunt in mundo despicientes, atque ipsi ob eam rem aliis ridiculi facti, verè sunt vniceniti, & sine fratribus: vt possint liberè cum domino dicere illud ex Psal. 68. Expectaui cum qui simul contristaretur, & non fuit: qui me consolaretur, & non inueni. Et Psalmo 24. Respice in me & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego. Denique cum nullius rei alterius studio tenentur pij, nihilque curant præter animam, vt illam fide & benefactis commendent Deo, rectè animam quoque vnicam licebit credentibus appellare. Sic Psal. 21. Erue me de ore leonis, & de manu canis vnicam meam. Et Psal. 34. Domine quâdo respicies, restitue animam meam à malignitate eorum, è leonibus vnicam meam.

VOX DOMINI.

Ex Genesis capite tertio, certum est voce domini horren-

dam illius maiestatem, & ad plectendum noxios, potentiam omnibus humanis viribus maiore significari. Ait enim postquam in legem Dei commisisset Adam, & ab illo vocatus esset in paradiso: Vocem tuam domine audiui in paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Sic Psal. 28. Vox domini super aquas, Deus maiestatis in tonuit, dominus super aquas multas. Id est, dominus potentiam suam plurifariam ostendit in aquis. Nam primò, quis non miretur diuina virtute sinum Arabicum filiis Israel praebuisse transitum, & Aegyptios omnes ad vnum in aquis fuisse praefatos? vt legis Exodi decimoquarto. Item quod in Aegypto flumina cuncta in sanguinem versa leguntur computruisse, vt nemo potuerit inde potum capere, Exodi seprimo. Et rursus ex fluminibus prodierunt totam Aegyptiorum terram regentes, Exo. octauo. Item decimoquinto capite, de aquis Marath amaris legitur, diuina potentia in dulcedinem commutatis. Et decimosextimo capite, quando populus Israel venit in Raphidim solitudinem aridam, vbi è petra iubente domino aqua fluebant. Ad eum modum Numeri vicesimo scribitur aqua in Cades diuino miraculo è saxo educta. Et his liquidò apparet verum esse quod in Psal. 28, quem proximo citauimus, scriptum est: Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia: quando hæc quæ diximus, nemo potest humanæ industriæ aut viribus tribuere. Porro quod sequitur in eodem Psalmo: Vox domini confringentis cedros, & confringet dominus cedros Libani: eò pertinet vt intelligamus reges triginta vnum, qui in Syria Libanum montem habitabant, olim à Iosue manu domini cæsos vt legis Iosue duodecimo. Item quod superiori versui cohæret: Vox domini intercidentis flammam ignis: quis dubitet ad illud referri, quod in Numeris legitur decimosexto capite? de quatuordecim milibus hominum & septingentis flamma ob incredulitatem à Deo exustis, Aarone se medium inter viuos & consumptos igni obiciente, ita vt stragem precibus sedarit. Quæ omnia cum in deserto Cades gesta esse memorantur, rectè sequitur post verba superiora: Vox domini concutientis desertum, & concutiet dominus desertum Cades. Et mox subiungitur: Vox domini preparantis ceruos, & reuelabit condensa. Quibus verbis indicatur, potentiam manu domini, ex venatoribus fieri ceruos, id est ex horrendis praedonibus

d on
mè
Isra
tore
terra
om
nus
quod
sylv
no e
vlcio

V
fueri
nou
Chri
ne re
118.
prob
tari,
bus
Qua
ferui

N
phet
tutel
tum
cibus
nos e
bus
phet
traxi
proie
es tu
tu es
mea.
tu es
meos
lo alt

donibus meticulosos, & fugaces, vt sunt cerui. Id quod ferme regibus & populis accidit Chananeorum ad filiorum Israel ex Aegypto aduentum. Ita enim Raab ait ad exploratores, Iosue secundo: Noui quòd dominus tradiderit vobis terram. Etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Audiuimus quòd siccauerit dominus aquas maris Rubri, ad vestrum introitum, &c. Proinde quod de reuelandis condensis dicitur, intelligi potest de syluis, in quibus reges illi frustra quæsierunt latibula, domino eosdem in populo suo persequente, quando aspectum & vltionem Dei nemo potest fugere, nemo declinare.

V T E R.

Vtres ad oleum aut vina retinenda idonei, postquam vsu fuerint attriti, abiiciuntur. Neque enim conuenit vt vinum nouum in vtres veteres mittatur, quemadmodum docuit Christus seruator, Matth. capite nono. Quòd periculum sit ne rumpantur vtres, & vinum effluat. Propheta igitur Psal. 118. volens ostendere quanta molestia pij infestentur ab improbis, abiectum se dicit, & ab omnibus ceu inutilem reputari, perinde atque vter vetus sub dio iacens, pruinæ & omnibus iniuriis aëris expositus. Vel vt Hebræi legunt in fumo. Quia factus sum (inquit) sicut vter in pruina. Quot sunt dies serui tui quando facies de persequentibus me iudicium?

A B V T E R O.

Ne in vlla vitæ parte Dei diffidamus auxilio, docet propheta illum nostri perpetuam curam gerere, dum mox in tutelam suscipis è matrum visceribus egressos. Quis enim tum retineret infantem ne periret, quando adhuc infirmum cibis os omniem respuit alimoniam, nisi Deus (quæ illius in nos est benevolentia) fontem lactis ex matrum ciceret vberibus? Hoc est enim quod magni beneficij loco habet propheta, Psalmo vicesimo primo: Quoniam tu es (ait) qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus sum ex vtero. De ventre matris meæ Deus meus es tu, ne discesseris à me. Sic Psalmo septuagesimo: Quoniam tu es patientia mea domine, domine spes mea à iuuentute mea. In te confirmatus sum ex vtero, de ventre matris meæ tu es protector meus. Et Psal. 138. Quia tu possedisti renes meos, suscepisti me de vtero matris meæ. Quanquam vt paulo altius repetamus ea quæ diximus, non satis etiam Deo

fuit nascentes protinus in tutelam suscipere, nisi etiam in occultissimis materni alui recessibus, omnia ritè suo non disponeret, ossa ibi, corporis humani fulcra formando. Nunc hoc est quod in sequentibus verbis eodem Psalmo docetur Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occultis, & substantia mea in inferioribus terræ. Imperfectum meum viderunt oculi tui, &c.

VULNERATI.

- G** Vulnere etiam leuia, aliquando sunt letalia, non tam à alia causa, quàm quia negliguntur, & sic ad vicina quæque serpit mali contagio: quo uerbò aptissimè peccatum in scripturis significatur. Nisi enim pœnitentia huic malo medecaris, medicum accersens illum, qui non ad rectè valentes missum se ait, sed ad languidos, actum est de salute tua. Id quod non obscure Esaias capite primo indicat: Væ genti, inquit, peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, sceleratis, &c. Vulnus & liuor & plaga tumens non est circunligata, nec curata medicamine, neque fôta oleo. Et Psalmo octogesimo sexto, Christus seruator peccatorum nostrorum sarcina pressus: Factus sum (inquit) sicut vulnerati dormientes in sepulcris, quorum non es memor, &c. Et Psal. 88. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum.

VULPES.

- H** Impij in rem suam oculati, & in aliorum viuentes perniciem, aptissimo vocabulo scripturæ vulpes appellantur. Sic Christus seruator Lucæ decimotertio, de Herode sanguinario loquens: Ite, ait, & dicite vulpi illi, Ecce eicio demonia, &c. Psalmo sexagesimo secundo, impios iudicant volens suis ipsorum telis interire: Tradentur, inquit, in manibus gladij, partes vulpium erunt.

Finis allego-
riarum Psalterij
Dauidis.

SEQVUNTUR

nocti
suis v
dore
nat m
bueri
ceps d
bit: I
lenne
obser
ris do
noue
est, q
diuini
scienti
brica
tentio
tanqu
gat, &
grauita
ditate
terra si
nos cor
cretio
fortes

SEQVNTVR MORALIA DICTA IN PARABOLAS Salomonis.

ADAM DE PERSEVIA. De septem diebus.



Initium sapientie timor Domini. Amor Cap. I.

perfectus, sapientie plenitudo. Felix anima quam timor initiat ad sapientiam. Amor in sapientia proficit, & ad splendorem prouehit sempiternum. In ipso sane tanquam in veri luminis aurora finem sortitur nox criminum, & initium accipit salutis. In illo sapientie matutino nocti malitia prescribitur terminus: & sapientia etiam de suis vitis vincit malitiam & expellit. O sapientie diem! O splendorem gratie, quae ignorantiae vel malitiae tenebras suo eliminat matutino! Certè cum venerit amor, cum meridies effuerit, cum Aquiloni discessum imperauerit Auster, nil deinceps obscurum aut frigidum in nostrae rationis aere remanebit. Imò iam celebratur secreta illius contemplationis solenne sabbatum, ad quod perducit & dirigit praecedentium obseruantia feriarum. Prima siquidem feria est spiritus timoris domini, qui mentem resolutis vitiorum tenebris quadam nouae lucis iucunditate perfundit. Secunda spiritus pietatis est, qui piae fidei fundamentum collocat & componit, & ad diuini cultus amorem mentem emollit. Tertia est spiritus scientiae, qui dum fluxos motus fluctuagosaque discursus lubricae sensualitatis sub iudicio rationis coarctat, rectaeque intentionis firmitatem ab his lubricis motibus alienam separatamque demonstrat, quasi aquas inferiores in vnum congregat, & aridam rectae intentionis apparere facit, quam pro suae grauitatis pondere, aut pro spiritualium germinum fecunditate terram vocat. De hac arida dicitur: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Quarta, spiritus fortitudinis est, qui dum nos contra rebelles motus & aduersantes incursus zelo discretione accendit, & ad executionem bonorum operum fortes & longanimis reddit, firmamentum fidei nostrae qui-

busdam sideribus exornat & pingit. Fides enim sine operibus mortua est, sicut & firmamentum nisi haberet luminaria esset obscurum. Quinta est spiritus consilij, qui dum alia hostis consilia menti denudat, & reteggit, quasi quasdam bestias & reptilia super faciem terrenitatis nostræ repernit. Cautelæ nostræ circumspectionem ostendit. In hac etiam feria, id est spiritus consilij, discimus quomodo de his in quibus à Deo nobis consultum est nostris proximis consulamus. Sexta est spiritus intelligentiæ: qui dum nostræ rationis armen inuisibilem cognitione certum & nobile reddit, qui tunc primum & plenè formatum hominem in paradysum voluptatis inducit. Septima hinc feria, id est sabbatum spiritus requietionis, Spiritus sapientiæ est, per quem mens tanto celestium non modò sapore cognitionis, sed sapore dulcoris afficitur: vt quicquid cœleste non sit, ei in tedium & amaritudinè cõuertatur. Verum his omisis quæ supra nos sunt, ad quæ non experiendo transuolauimus, ad timoris feriam cuius interim obseruantia paruitati nostræ congruit, reuertemur. In hac timoris domini feria tanquam in initio sapientiæ, tanquam in aurora diei gratiæ, tanquam in ingressu lætitiæ æternæ oportet satagere paruulos, vt prima cœlestis philosophiæ discere studeant elementa. Dis, inquit, à me, quia nihil sum, & hu. co. In primis igitur discenda est humilitas, qua timoris magisterio obtinetur. Timor autem eo quòd metum terret humiliat, eo illuminat, quia humilibus dat gratiæ Deum, & intellectum dat paruulis vnctione magistra. Timor vero ea ratione humiliat, qua aut compungendo vt stimulus aut conuertendo vt malleus tumorem animi detumescere facit. Detumescit animi tumor, cum vanus & ventosus amor in cordis vesicam malè collectus eiicitur, & vitæ locum occupat amor voluntariæ paupertatis.

Quam timor Dei suis legat discipulis lectionem.

- B** *Initium sapientiæ timor Domini.* Sub timoris magisterio tenera paruulorum initia cõuenit erudire. Castigat enim timor co verberare animum, ne aut de generis aut scientiæ nobilitate superbiat, ne de corporis incolumitate lasciuat, ne de successibus aut de lasciuuis insolescat. Bonus magister timor est. Vbique animum continua sapientiæ lectione sollicitat, ne interruptis feriis ad otia vanitatis diuertat. Denique de parsimonia in conuiujs legit, in cubilibus de pudicitia, de

fra
bu
cla
cib
agr
af
bea
ctur
non
do s



ob
Illu
a mu
dum
sanct
ante
cum
magi
in stu
occul

Bea
ergo
audire
ore tu
ge de l
pruden
mirum
tum co
per esu
rient.
euoma

fragilitate in colloquiis, in actionibus de iustitia, in moribus de innocentia, in obsequiis de modestia, de disciplina in claustris. Filij si sub eius magisterio vixeris, faciet te Dei docibilem, ac per hoc immortalis sapientiae non ignarum. Dei agnitio immortalis est sapientia: & si dilectio cognitioni affuerit, bonum te facient & beatum. Bonum primò, postea beatum: quia ad beatitudinem gradus est bonitas, sicut fructum in naturalibus flos praecedit. Vbi se botrus in florem non luserit, inanis est fructuum expectatio: nec illi beatitudo speranda est, cui bonitas non infloret.

GALFRIDVS.

Quantae utilitatis sit veram sapientiam inuenire.



Eatus homo qui inuenit sapientiam, & qui af. pr.

Cap. 3.

In beato Benedicto non tam commendanda est gratia signorum, quòd s. mortuum suscitauit, leprosum mundauit, futura praedixit: quàm quòd inuenit sapientiam per quam sibi obtinuit sanctitatem & prudentiam ad multorum salutem.

Illud potius praedicandum in eo, quod nobis est studiosius emulandum. Relaxat enim pedem ab introitu mundi, necdum sua plangens praecipitia: sed expauescens ad aliena, & sanctimoniam potius illibaram seruare desiderans, quàm instantem scientiam obtinere. Et sapienter recessit indoctus, cum in scholis multos dyscolos inuenisset. Quàm multorum magister factus est, & in sacris & salutaribus disciplinis, qui in studiis noluit secularibus detineri. Traxit sapientiam de occultis, cum in arctissimo specu se contulit.

BERNARDVS.

Quomodo sapientia sit quaerenda.

Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui af. pr. **Quere D**

ergo dum inueniri potest, & dum prope est inuoca illam. Vis audire quam prope sit? Prope est verbum in corde tuo & in ore tuo, tantum si recto illud quaesieris corde. Erige cor. Surge de lectulo. Sic enim corde inuenies sapientiam, ore affluens prudentia: sed affluere non affluere cura vel euomere. Nimirum mel inuenisti, si inuenisti sapientiam: tantum ne multum comedas, ne satiatus euomas illud. Sic comede vt semper esurias. Nam & ipsa dicit: Qui edunt me, adhuc esurient. Noli reputare multum quod habes, noli satiari, ne euomas, & hoc ipsum quod videris habere, auferatur à te;

G ij

quippe qui ante tempus quærere destitisti. Quæramus ergo sapientiam in corde, & sapientiam quæ est ex fide, quem admodum Apostolus ait: Non plus sapere quàm o. sa. sed sa. ad so. Sobria siquidem sapientia est in pœnititudine peccatorum præteritorum, in contemptu præsentium commodorum, in desiderio futurorum præmiorum. Inuenisti planè sapientiam, si prioris vitæ peccata desleas, si huius seculi desiderabilia parupendas, si æternam beatitudinem toto desiderio concupiscas. Sicut verò beatus homo qui inuenit sapientiam, sic beatus vir vel etiam beatorum qui moratur in sapientia. Fortè enim ad affluentiam spectat. Sanè in his tribus ore affluens sapientia vel prudentia: si sit in ore cõfessio propriæ iniquitatis, sit gratiarum actio & vox laudis, sit etiam sermo a dicationis. An verò etiam in opere affluendum est sapientia? Et maximè. Quæramus ergo triplicem affluentiam in opere. Inque si vos melius non habetis, puto ego quod ad opus perinet. copiosè satis affluere sapientia, quicumque inter vos continenter, obedienter, patienter cõuersatur. Tantum vt fidelis obedientia propriam mortificet voluntatem. Humilis patientia carnalem amputet pariter voluptatem. Hilaris patientia corporalem & mundialem viriliter sustineat aduersitatem.

GALFRIDVS. De triplici fructu sapientia.

E *Primi & purissimi fructus eius.* Fructus nouissimus illos tenet, quibus aliquando dicturus est iudex: Venite benedicti, &c. Medius, eorum est qui in domino moriuntur. Primus enim ipsius qui inuenit sapientiam, & in præsentem etiam vitam gustat. Lignum vitæ est apprehendentibus eam, & qui tenuerit eam beatus. Si lignum vitæ est, qualiter apprehenditur, cum cherubin & flammeum gladium atque ver. collocauerit dominus ad custodiendam viam l. v? Non desperationem inferat, sed desiderium magis ingerat, consilium suggerat hæc custodia: opus est diligentia, opus est prudentia. Nemo simulatorè, nemo temerè accedat ad lignum quod à Cherubin custoditur, in quibus est plenitudo scientia. Opus est temperantia: quia gladius imminet qui superbia refecet vniuersa. Sed nec tepidè accedendum. Magnanimitate opus est & seruore: quia gladius etiam flammeus perhibetur. Nihilominus sectanda est iustitia, vt reddamus cuique quod suum est: quia gladius versatilis nihil dissimulat, nihil intactum pertransit. Et nunc si sic apprehenditur sapientia,

in ea v
modò
rauerit
laudat
trium

In si
& amb
gloria
argent
num er
stra sur
non su
tutes:
fiat. D
est test
ria, qu
accipit
vana cl
sum,
quod a
lius sapi
tunt V
abscõn
quæ ver
venient
tur: &
Propter
habemus
non pro
hulcera
animus

Vie t
ad nos
Cauent
Molest
est illa,
in ea

in ea viuatur, & ex ea. Veruntamen solus ille beatus, qui non modo apprehenderit, sed tenuerit. Solus enim qui perseuerauerit, saluus erit. Inde est quod in vita hominum cauenda laudatio: nec enim militiae, sed victoriae exhibetur gloria triumphalis.

BERNARDVS.

Quod vanum sit mundi gloriae & diuitiis inhiare.

In sinistra eius diuitiae & gloria. Filij Adam genus auarum & ambitiosum audite. Quid vobis cum terrenis diuitiis & gloria temporali, quae nec verae nec vestrae sunt? Aurum & argentum nonne terra est rubra & alba, quam solus hominum errot facit, aut magis reputat preciosam? Denique si vestra sunt haec, tollite ea vobiscum. Sed homo cum interierit, non sumet omnia. Verae ergo diuitiae non opes sunt, sed virtutes: quas secum conscientia portat, vt in perpetuum diues fiat. De gloria quoque dicit Apostolus: Gloria nostra haec est testimonium conscientiae nostrae. Haec est vtique vera gloria, quae est a spiritu veritatis. Gloriam vero quam ab inuicem accipiunt qui gloriam quae in solo Deo est non quaerunt, vana est. Inspiciens tu, qui merces congregas in factum pertusum, qui thesaurum tuum alieno in ore constituis, ignoras quod arca ista non clauditur, nec habet seras? Quanto melius sapiunt, qui thesaurum ipsi sibi seruauit, aliis non committunt? Verum, nunquid semper seruabunt? Nunquid semper abscondent? Veniet cum manifesta erunt abscondita cordis: quae vero fuerint ostensa, non comparebunt. Hinc est quod veniente domino fatuarum virginum lampades extinguuntur: & qui receperunt mercedem suam, a Deo nesciuntur. Propterea vile est abscondere magis quam ostentare, si quid habemus boni: sicut & mendici cum eleemosynam petunt, non preciosas vestes ostendunt, sed seminada membra, aut hucera si habuerint: vt citius ad misericordiam videntis animus inclinetur.

BERNARDVS.

Qualiter via domino sit paranda.

Via eius, via pulchra. Si hoc de domino dictum est, & eum G ad nos venire volumus, pulchrae faciendae sunt viae nostrae. Cauendum igitur ne flagitiosi simus, vel iniqui, ne vel elati. Molesta est gradientibus via quae fossas habet: nec minus est illa, quae crebris est ardua collibus. Paranda est igitur via

plana & acceptabilis domino : nequa in nobis sit aut dolofitas vulpium, aut elatio volucrum. In his quatuor nobis paranda est domino, vt non porci, non canes, non vulpes aut volucres : sed pudici & pacifici, simplices firmi & humiles.

HUGO DE S. VICTORE.

Quod in ardore sapientia tanquam xv. gradus, xv. sunt profectus.

H Sapientia est lignum vite iis qui apprehenderit eam. Iesus Christus, verus Deus & verus homo est : in homine praxema exemplum, in diuinitate remedium. Ex humiliatione suscepta infirmitatis & superbiam nostram reprimit, & illuminat caecitatem. Ex virtute maiestatis & animas nostras cibo inuisibili pascit, & corpora obumbratione spiritus ab acti vitiis protegit. Idem ergo nobis & lignum vite, & liber efficitur. Lignum, quia obumbrat & pascit : liber, quia increpat & erudit. Increpat elatos, illuminat caecos. Esurientes cibatur, astuantes obumbrat. Hoc ergo lignum, id est sapientia Dei in cordibus electorum, tanquam in paradiso inuisibili, per timorem seminatur, rigatur per gratiam. Per dolorem moritur, radicitur per fidem. Per deuotionem germinat, oritur per compunctionem. Per desiderium crescit. Per charitatem roboratur. Per fidem viret. Per circumspectionem frondet, & expandit ramos. Per disciplinam floret. Per virtutem fructificat. Per patientiam maturefcit. Per mortem carpitur. Per contemplationem cibatur. Per timorem seminatur sapientia : quia timor domini initium sapientia, id est charitatis. Timor autem domini ipse ad nos charitatem adducit : quia dum docet timere periculum, facit amare praesidium. Per gratiam rigatur. Postquam enim mens hominis a delectatione carnali per timorem abstracta fuerit, necesse vt statim iam aliquid spiritualis gaudij praegustare incipiat : ne si omnino a delectatione aliena remanserit, quasi solum aridum absq; humore ad germen sapientia conualescere non valeat. Per dolorem moritur. Sicut enim semina germinare non possunt, nisi prius in terra computrescant & quodammodo moriantur : ita nos germen bonum proferre non possumus, nisi prius per salubrem quendam & viuificum dolorem huic mundo moriamur. Per fidem radicitur sapientia : quia per fidem firmatur animus, & constabatur affectus. Qui autem in fide haesitat, neque in timore, neque in amore Dei

valet esse perfectus, per deuotionem germinat. Deuotio est feruor bonæ voluntatis, quem mens cohibere non valens certis manifestat indiciiis. Hæc diuiditur in tria, in zelum & compassionem, & beneuolentiam. Zelus est, dum pro amore iustitiæ defensorem se offert animus, calumniam veritatis pati non sustinens. Compassio est, quando aliorum miseriis condolemus. Beneuolentia est, quando prompta voluntate beneficia rogata annuimus. Per compunctionem oritur. Compunctio mentem accendit: mens autem accensa illuminatur: illuminata, veritas manifestatur: & sic sapientia oritur. Compunctio igitur & quasi palus acutus terram cordis nostri fodit, & quasi ignis rubiginem exurit, & quasi splendor tenebras pellit. Per desiderium crescit. Sicut compunctio incendio comparatur, ita desiderium simile est fumo, qui de ipso nascitur, qui in directum ascendit: & quanto magis sursum tollitur, tanto amplius extenuatur: tandemque eleuatus in sublime, ab oculis intuentium prorsus subducitur. Per charitatem roboratur. Charitas similis est vino. Vinum nanque eos quos inebriauerit, reddit alacres, fortes, obliuiosos, & quodammodo insensibiles. Sic charitas mundat mentem, conscientiam exhilarat: deinde audacem reddit, quando per munditiam conscientia fiduciam præstat. Obliuionem quoque generat: quia dum cor ad æterna trahit, omnium quæ transeunt memoriam ab animo funditus euellit. Insensibilem reddit: quia dum mentem per internam dulcedinem medullitus replet, quicquid exterius amarum infertur contemnit, quasi non sentiat. Per spem nitet. Spes futurorum bonorum in mente, quasi scintillatio quædam est quæ nutritur in fomite: & hæc non patitur arescere arborem sapientiæ. Per circumspectionem frondescit, & expandit ramos. Quidam sunt in quibus sapientia in altum crescit: quidam verò in quibus in latum se expandit. In contemplatiuis in altum, in actiuis in latum. Per disciplinam floret, quæ omnia per similitudinem in bono opere iuuenimus. Sicut enim in flore fructus promittitur, sic in bono opere præmium expectatur. Item sicut flos per speciem fulget, & per odorem demulcet: sic & bonum opus & præsentis illuminat, & absentes accendit. Per virtutem fructificat. Fructus boni operis, est virtus occulta rege intentionis. Bonum nanque opus sine bona intentione,

SUPER PROVERB. SALO.

est flos sine fructu in arbore. Per patientiam maturefcit. Inchoata virtus non prodest, nisi ad finem perducatur. Per mortem carpitur. Quando fructus maturus est, tunc decerpitur, vt ad patrisfamilias mensam veniat. Et nos cum ad modulum nostræ perfectionis perducti fuerimus, ab hac vita per mortem præcidimur, vt ad æterni regis conuiuium transferamur. Iuxta illud: Veniat dilectus meus in horum suum & co. f. po. f. Per contemplationem cibatur. Iuxta illud: Adimplebis me læ. cum vul. t. & c. Ecce arbor sapientiæ per xv. gradus vsque ad summum peruenit incrementum. Hic autem numerus ex vij. & viij. componitur, & magnum continet sacramentum.

BERNARDVS.

Quomodo castrum cordis muniendum,
sit & seruandum.

Cap. 4.

I



*Q*ui custodiam serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Duobus modis à corde vita procedit. Aut quia corde creditur ad iustitiam, & iustus ex fide viuit, & mundo corde Deus videtur. Aut quia Christus vita nostra qui nunc per fidem habitat in cordibus nostris, erit cum apparebit, & nos cum ipso in gloria: & qui nunc latet in corde, tunc de corde ad corpus procedet configurandus corpori claritatis suæ. Vulgò dicitur, Bonum castrum custodit, qui corpus suum custodit. Nos autem non sic: sed vile sterquilinum custodit, qui corpus suum custodit. Quoniam qui seminat in carne, de car. cor. & m. & c. Qui verò in spiritu, de spiritu, & c. Ac si dicat: Colendum & custodiendum magis est animæ castrum, quoniam ab ipso vita procedit. Sed castrum hoc in terra inimicorum suorum vndique impugnatur, & ideo omni est custodia obseruandum. i. omni ex parte muniendum, inferius, superius, antè, retrò, à dextris & à sinistris. Inferius impugnat concupiscentia carnis: quia caro concupiscit aduersus spiritum. Superius imminet iudicium Dei. Horrendum nanque est incidere in manus, & c. Retro mortifera delectatio ex recordatione præteritorum delictorum. Antè instantia tentationum. A sinistris arrogantium fratrum inquietudo. A dextris obedientium fratrum seruos & deuotio: & hoc duobus modis, aut bonis

bonis
tiam
nz, co
plex. N
nosm
cato
instan
palsio
latio d
nimia

Quod
na. Vi
tentio
ipso p
tur. C
eam p
erit, s
pria n
tione
ad obl
Quid i
adulto
bortiu
vel dor
melius
meum
liorum
sferum

Q
Ne d
tuibus
gens ac
lum, glo
cui sub
doxiam

bonis eorum actibus inuidendo, aut singularem eorum gratiam æmulando. Ergo contra carnem rigor vigilet disciplinæ, contra iudicium Dei iudicium confessionis. Hoc sit duplex. Manifestum de manifestis, occultum de occultis. Et si nosmetipsos iudi. &c. Contra delectationē ex memoria peccatorum frequentia lectionis. Contra tentationes orationis instantia. Contra fratrum inquietudinem patientia & comparsio. Aduersus obedientium fratrum feruorem congratulatio & discretio. Congratulatio expellit inuidiam, discretio nimiam æmulationem.

R I C A R D V S.

Quanta diligentia bonorum operum
sint seruanda principia.

Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit. K

Quod est corpus sine vita, hoc est opus sine intentione bona. Vita igitur ex corde procedit, quando per consilium intentio deprauata corrigitur. Nam mors potius quàm vita ex ipso procedit, quando ex consilio bona intentio deprauatur. Quid igitur iuuat bonorum operum prolem gignere, & eam per intentionis deprauationem necare? Et quale quæso erit, si liberorum nostrorum interfectores conscientia propria nos esse conuincit? Alij in ipso proposito ex mala intentione opera sua corrumpunt. Alij post exercitia virtutum ad oblationē vanæ laudis ab intentione pristina inanescunt. Quid illi, nisi abortiuos faciūt? isti quasi iam natos ceu etiam adultos occidunt? Nonne melius est non gignere, quàm abortiuum facere: satisque vtilius prolem non parere, quam vel dormiendo opprimere, vel ex consilio trucidare? Nonne melius est vt vadam absque liberis, quam immolem filium meum demoniis? Nonne multo felicior est sterilis, quàm filiorum suorum necatores sine misericordia, & comestores viscærum hominum, & deuoratores sanguinis?

C A S S I A N V S.

Quanta solertia sit in via domini procedendum.

Ne declines ad dextram, neque ad sinistram. i. ne tibi de virtutibus blandiaris, & dextris successibus extollaris: ne deflens ad sinistrum tramitem vitiorum, secundum Apostolum, gloriā tibi ex eis in tuam confusionem conquiras. Nam cui sub specie succinctæ vestis ac nitidæ aduersarius cenodoxiam non potuit generare, pro squalida & inculta ac vi-

SVPER PROVERB. SALO.

liore conatur inferre. Quem non per honorem deicere, humilitate supplantat. Quem scientiæ & locutionis ornatu nequiuit extollere, grauitate taciturnitatis elidit. Si ierunat palam gloria vanitatis pulsatur. Si illud contemnendæ gloriæ causa contexerit, eodem vitio elationis obtunditur. Ne vanæ gloriæ contagio maculetur, orationes prolixius sub frustum vitat celebrare conspectu: & quòd eas latenter exerceat, nullumque habeat conscium, non effugit aculeos vanitatis. Pulchrè seniores naturam morbi huius in modum cepe bulborumque describunt, quæ vno decoriato tegmine, alio rursus inueniuntur induta totiensque reperiuntur oblecta, quotiens fuerint expoliata. In solitudinè quoque cunctorum mortalium consortia causa gloriæ fugientem, persequi non desisti: quantòque vniuersum quis vitauerit mundum, tanto eum acrius insequitur.

HVGO DE FOILLETO.

Quòd propter duos fauo, mellis meretrix comparetur.

M *Fauus distillans labia meretricis, & vitidius oleo guttur eius.*
 In fauo mellis duo sunt, i. mel & cæra: & in facie meretricis similiter duo sunt, decor & gloria: hoc est pulchritudo oris, & dulcedo sermonis. Cera succendit ignem, mel præbet dulcedinem: sic pulchritudo meretricis igne libidinis inflammat carnem, blandimento verò lenocinantis sermonis subuertit mentem. Stillat mel ex cæra, dum meretrix verba sua mollit, & facit dulcia. Hanc autem dulcedinem æternæ mortis amaritudo comitatur. Vnde sequitur nouissima illius quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps. Mores æternæ damnationis per gladium, amaritudo verò desperationis per absinthium designatur.

CASIANVS.

Quòd non solùm consensus, sed contactus turpis cogitationis inquinet mentem nostram.

N *Fili noli demorari in loco eius, nec intendas oculum tuum in eam.*
 Cùm præteritorum memoria vitiorum nostrum pulsauerit sensum, ita ab ea resiliendum est, sicut refugit honestus & grauis, si impudicæ ac procacis scæminæ in publico aut colloquiis aut amplexibus appetatur. Qui utique nisi se à contactu eius festinus abstraxerit, & vel breuissimam horam inhonestæ confabulationis admiserit: etiam si consensum pudendæ respicit

respu
cunct
nos o
sifer
ne d
Fili
eam
tionib
cere:
est me
pale ce
lorum

Qu
Bib
tium h
ris, & l
qui lic
collig
qui de
ferre n



tionis &
ducend
animab
tuenda
bet. G
rundam
tas. Imp
nas ait:
apud D
propter
pro seip

respuat voluptatis, infamiae tamen ac reprehensionis notam cunctorum praetereuntium iudicio non euadit. Ita etiam & nos oportet, cum fuerimus in huiusmodi cogitationes pe-
nosa recordatione deducti, raptim ab earum contemplatione discedere, & implere illud quod à Salomone praecipitur: Fili, inquit, noli demolari in loco eius, neque inten. o. t. in eam. Ne videntes nos angeli immundis ac turpibus cogitationibus inuolutos, non possint de nobis praetereuntes dicere: Benedictio domini super vos. Impossibile nanque est mentem bonis cogitationibus immorari, cum principale cordis ad turbes atque terrenos circuitus fuerit deuolurum.

GALFRIDVS.

Qui sint putei, & qui cisternae.

Bibe aquam de cisterna tua, &c. Habent in puteis venas fontium homines profundi sensus, qui biberint aquam saluatoris, & factus est in eis fons aquae salientis. Habent cisternam: qui licet in seipsis nihil inueniant, ab aliis tamē dicta studiosè colligunt & cōseruant. Habet & cisternam & fontem putei, qui de corde suo tanquam doctus scriba noua pariter proferre nouit & vetera.

Quis periculis obnoxius sit praelatus.

Fili mi si sponderis pro amico tuo, defixisti a-
pud extraneum manum tuam. Est sponsio obedientiae, sed non minor sponsio prouidentiae est. Non enim debitum maius est sequendi quàm praecedendi, obtemperandi quam imperandi. Magna sponsio diuinæ propitiationis & humanæ salutis ducendi per viam iustitiae, & introducendi ad gloriam vitae aeternae. Magna sponsio medendi amicis, & seruiendi multorum moribus. Magna & metuenda promissio: nec parum debere se aestimet, qui hoc debet. Grauis seruitus: & dura necessitas, praesertim si quorundam ex his quibus seruiendum est consideretur improbitas. Importabile onus, nisi id nos consoletur quod dominus ait: Quod impossibile est apud homines, possibile est apud Deum. Nec parum despiciet, si quis spondere audeat, nisi propter eum, quod exhiberi nequeat nisi per eum. Alius enim pro seipso, alius pro amico suo sponsonem hanc facit. Pro

Cap. 6.
P

seipso spondet, qui suam quærit in ecclesiastica prælatione vel temporalem gloriam, vel utilitatem quemlibet transitoriam, vel corporalem etiam voluptatem. Et va pastoribus pascensibus semetipsos. Malè etiam pro amicis & proximis suis spondent, qui non timent semetipsos periculis terribilibus immergere, ut eos valeant in hoc seculo promouere. Dicens ergo: Si sponderis pro amico tuo: conscientias conueniet singulorum, & radicem cordis interrogat, ut discutiatur homo seipsum, & sollicitè perscrutetur quam intentione se tali obligauerit sponsioni. Nec enim Deum habet patrem, nec sapientiam matrem, quisquis aliam in ipsius officio habet intentionem, quàm ipsius amorem. Nam & Petrus à domino prius de amore interrogatur, quàm aliquid ei de pasceendis ouibus imponatur. Et sanè spondendum nobis est & proximis nostris pro Deo, & pro proximis Deo. Vtrumque tamen ad eum nobis est referendum, vtrumque fundandum, & indicandum semper in eo. Fidelis siquidem mediator ad hoc constituitur, ut humanam offerat Deo pœnitentiam, diuinam hominibus referat gratiam. Oportet ergo sponsorem istum apud Deum fideliter & prudenter proximorum culpas diluere, vota & opera suis orationibus conciliare gratiam, impetrare misericordiam, voluntatem annuntiare diuinam. Et quoniam ad Deum nobis referendus est ipse etiam amor proximi, eiusdem nobis in vtraque sponsione intuitus habendus amici: ut illud etiam quod videtur propter proximum fieri, totum sibi vendicet amor Dei. Ille enim amicus summus & vnus sic amorè nostrum sibi præcipit penitus exhiberi, ut tamen velit diligi & in se pariter & in suis. Magnas quidem amicus & verus animi custos, qui apud extraneum non patitur desigi animum, etsi manum. Alioquin sponsionem hanc si sponderit quis non pro amico suo, sed pro hoc seculo: non solam manum, sed animum desigit apud extraneum. Quis enim extraneus, nisi qui extra est mundus? & utinam semper nobis extraneus sit, nunquam domesticus, nunquam amicus. Quanuis in his verbis intelligi etiam potest, quòd idem nobis qui reputandus amicus est in sponsione, timendus sit etiam velut extraneus in reddenda aliquando ratione. Cauendum enim ne fortè velut quædam amoris familiaritas videatur audaciam alere, facere negligentem, sicut vulgò dicitur, quòd familiaris dominus famulum nutriat

triat
tuo,
amic
redd
quan
Ad
oris
quea
meti
homo
cond
& pa
ni co
sequi

ris qu
sed tu
queri
de au
Quia
non f
sepiu
nus pr
nam v
torum
fint in
vivere
manifi
nus co
Chri
prebe
candi
nobis
strum
impru
psum h
pria co
non no
populu

triat imprudentem. Audiens igitur, Si sponder. pro amico tuo, de. apud extra. m. t. hoc semper cogita: quòd etsi fuerit amicus tibi Deus in suscipienda huiusmodi sponsione: in reddenda tamen ratione inueniendus sit quodammodo tanquam extraneus, & iudicaturus sine personarum acceptione. Ad hoc etiam pertinet quod inferitur: Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus. Verbis nostris illaqueamur, si fortè dum corripimus alios, non corrigimus nosmetipsos. Inexcusabilis enim est, sicut ait Apostolus, omnis homo qui iudicat, si tamen in quo iudicat alterum, seipsum condemnat. Sermonibus nostris capimur, si magna dicimus, & parua facimus. Vel fortè etiam dum bona loquimur, prava committimus. Audiamus igitur consilium sapientiæ quod sequitur.

Quomodo prælatus possit à periculis liberari.

Fac ergo fili mi quod dico, & temetipsum libera. Non glorie ris quòd filiis tuis dicatur de te: *Quæcunque dixerit facite:* sed tu ipse facito quod dico. Si enim vt alios liberes, benè loqueris: temetipsum non liberas, nisi benè etiam opereris. Vnde autem liberemur, pia mater in eo aperit cum subiungit: *Quia incidisti in manus proximi tui. videlicet si quod dico non feceris.* Si proximum hunc intelligimus, eum quem & sæpius sic vocamus: grauiter satis hodie vt experimur in manus proximi incidimus, non faciendo quod dicimus. Inde enim vilescit auctoritas prælatorum, crescit temeritas subditorum. Et si illis non expedit iudicare eos, quorum non fuerint iudices constituti: non nobis multò minus expedit sic vivere inter eos, vt occasione demus ex nostris offensionibus manifestis, quas non debuerant iudicandi. Aut si illos eate nus cohibuerit timor Dei, vt non audeant manum mittere in Christum domini: incidimus tamen in manus proximi, dum prebemus velut opportunitatem faciendi, materiam scilicet iudicandi. Nec nostrum, sed illius est meritum, si insidentibus nobis ipse continet manum. Si verò non continet, & nostrum est, & illius peccatum. Non ergo improbè exigas, non imprudenter suadeas, vt ille tibi parcat: sed magis temetipsum libera, faciendo videlicet quod diuina gratia, non propria concupiscentia: sapientia, non malitia: mater suggerit, non nouerca. Discurre sicut olim Moyses inter Deum & populum: illi supplicans, illos iudicans. Suscita, inquit, ami-

cum tuum, & vtrunque sollicita. suscita vt amicus amicium nec apud Deum præsumptuosus, nec apud proximum malitiosus: sed illinc fiducia, hinc velut quædam sæuitia, ex amore vtraque pariter oriatur. Benè inter proximos amicum suscitatur, qui velut quibusdam stimulis vrgens inelamat: Surge qui dormis &c. Nec incongruè illicò subinfertur: Non dederis somnum oculis tuis, nec palpebræ tuæ dormitent. Alioquin quomodo suscitabis alios somnolentus? Verumtamen si non nimis videtur curiosum à somno oculorum, dormitationem discernere palpebrarum: opus est nobis oculis, sed palpebris fortè non minus. Multis enim multorum suspecti sunt oculi: & qui videntur plurimùm oculati, plurimùm inveniuntur hodie odio & terrori. Quamobrem non modò inuestigare, sed plurima dissimulare nos conuenit, & nonnulla nescire. Quòd si vigilantia opus est in rebus considerandis, non minori forsitan in dissimulandis. Benè ergo vigilat, etsi palpebras quandoque complodat, qui nihil negligit, etsi multa dissimulat. Benè etiam clausis palpebris non dormitat, qui quantum expedit singulara curat, etsi plura quasi non videat. Aliter: quasi dat somnum oculis, qui videt facienda, sed negligit. Dormitat palpebris, qui malè sibi de ignorantia blandiens, quod scire potuerat & debuerat, non inquirat. Vigilat oculis, qui non negligit pensare quod sciat. Vigilat palpebris, qui considerat etiam quod ignorat. Sequitur: Eruere quali damula de manu, & quasi auis de insidiis aucupis. Sicut enim stupis, vt aiunt, inspiens sese scarabeus magis ac magis cornibus intricat: sic est omnis qui ad secularia negotia aduocatus, non accelerat vt se eruat: sed moras necitat, occasiones exquirat vt se obliget amplius, & immergat. Et quid aliud sua conferunt cornua scarabeo? Non enim ceruus vt saliat & transliat, sed scarabeus vt hæreat. Melior est damula de manu sese eruens. Eruere, inquit, quasi damula de manu: & si tenere te voluerit mundus, excutere, & fugam arripe. Recurrat piscis ad aquam, ne moriatur in secco. Recurrat monachus ad disciplinam, ne periclitetur in seculo. Et quasi auis (inquit) de insidiis aucupis. Malè tenemur his laqueis, si occupatione prælationis non in cælum euolent corda nostra, sed terrenis hæreant desideriis tanquam rebus aucupis.

Quòd

terit p
gia ser
dicim
fatis c
pacer
& qu
quem
tia ad
cium
hic ef
nem c
tiam f
ter, c
sua in
nunq
bis re
figura
neces
est ofi
admir
sic de
in que



non a
dam: I
tis in d
saurus
dissim
lorum
legimu
tias, F

HVG O DE S. VICTO.

Quòd per exteriorem hominē homo interior dignoscatur.

Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oc. R
tritit pe, di loquitur, prauo corde machi, dolium, & omni tempore iur-
gia seminat. Huic extēplo veniet perditio sua, nec habebit vltra me-
dicinam. Quā sit iste perditioni proximus, ipsa sua actione
 satis demonstrat, qui per inquietudinis vitium in semetipso
 pacem perdit, etiam prius quā foris inueniat obfistentem.
 & quo præcipitandus sit patet, si occasionem foris inuenit,
 quem nullo turbente exterius, sua intus leuitas & impatien-
 tia ad furorem præcipitem rapit. Vnde in fine furoris indi-
 cium expresit dicens: Omni tempore iurgia seminat. Quia
 hic est ordo perditionis, vt primū homo per inquietudi-
 nem constantiam deserat, ac sic tandem vsque ad impatien-
 tiam foris erumpat. Nemo igitur eos parum delinquere pu-
 tet, qui contra disciplinam ad inordinatos gestus membra
 sua inflectunt, & eorum indecenter actiones peruertunt: quia
 nunquam scriptura tam seuerè istos exteriores motus in no-
 bis reprehenderet, nisi omnis exterioris hominis inhonesta
 figuratio ab interioris mentis corruptione manaret. Proinde
 necesse est vt vnumquodq; membrum in eo ad quod creatū
 est officio se contineat, neq; alterius membri ministerium sua
 admixtione confundat. i. vt oculi videant, aures audiant, &
 sic de reliquis. Est enim quasi quædam resp. corpus humanū,
 in quo singulis membris sua officia distributa sunt.

GALFRIDVS.

Qui sint qui cælestes diuitias obtinebunt.

Ecum sunt diuitia & gloria, opes superba & iustitia. Cap. 8.
M Non incongrua sanè connexio gloriæ & diui-
 tiarum, quas vtrasque pariter sapientia secum
 esse testatur. Norandum tamen quòd huius-
 modi gloriæ & diuitias quas comitatur iustitia,
 non ad sinistra pertinent sapientiæ, sicut legitur de quibus-
 dam. In sinistra illius diuitiæ & gloria. Nimirum cor sapien-
 tis in dextra illius. Et sanè vt veritas ipsa testatur, vbi est the-
 saurus tuus, ibi est & cor tuum. Itaq; nemo cunctetur, nemo
 dissimulet, infirmus dicat quia fortis sum. Regnum enim cæ-
 lorum vim patitur, & robusti diripiunt illud. Egestatem vt
 legimus operatur manus remissa, & robusti habebunt diui-
 tias, Fratres si tanta faciunt homines, tanta sustinent pro di-

uitiis terrenis fallacibus & caducis, quid non deberent pro
 celestibus veris pariter & æternis? Quibus equidem obti-
 nendis in omnibus & per omnia necessarium robur mentis
 contra humana odia, opprobria, damna, supplicia. Iuxta illud
 Beati eritis, cum vos oderint homines, &c. Alios enim hu-
 mana magis aut terret, aut grauat offensa. Alios verborum in-
 iuria. Alios iactura rei familiaris, illos molestia corporalis.
 In quibus omnibus diuitias veras soli poterunt obtinere ro-
 busti, qui poterunt præteritorum malorum, præsentium, fu-
 turorum non recordationi, non dolori cedere, non timori.
 Ad hoc itaque opus est fortitudine, sed non sola: quia nec so-
 la illa est virtus. Omnis autem virtus necessaria est his qui ve-
 rè volunt esse robusti: vt fortitudo, prudentia, temperantia,
 iustitia: sine quibus nullum est robur mentis.

V V E R R I C V S .

T Quòd omnes mundi diuitias paupertas superet christiana,
Mecum sunt diuitia & gloria, opes superba & iustitia. Bonæ o-
 pes prorsus diuitiæ salutis, in quibus superbitur vt iustitia nõ
 deseratur. Fratres superbia ista est gloria exultantium in do-
 mino, & insultantium mundo: quòd nihil habeat tam precio-
 sum, vt paupertati valeat comparari sanctorum. O quam pu-
 sillo animo estis! cur non superbitis mecum in opibus istis!
 Superbiam istam non damnat, sed remunerat magister humi-
 litatis: si videlicet ita magnanimis sit in contemptu mundi, vt
 omnem gloriam eius quasi de sublimi despicias, & nihil pen-
 das præ amore & gloria tuæ nuditatis. Omnino diues es, si in
 paupertate gloriaris.

B E R N A R D V S .

Quòd Christus vij. columnarum sibi domum vir-
 ginem præparauit.

Cap. 9.
 V



Sapientia ædificauit sibi domum &c. Cum multis
 modis dicatur sapientia, quærendum est, de
 qua sapientia dicitur quòd ædi. si. do. Dicitur
 enim sapientia carnis, quæ inimica est Deo: &
 sapientia huius mundi, quæ stultitia est apud
 Deum. Nulla talis sapientia ædificat, imò destruit quancun-
 que domum inhabitat. Est alia sapientia quæ desursum est,
 & ipsa est Christus, Dei virtus, & Dei sapientia. Hæc sapien-
 tia de sinu patris ad nos veniens ædificauit sibi domum: ip-
 sam s. matrem suam virginem Mariam: in qua vij. columnas
 excidit.

excidit. Quid est autem in ea vij. columnas excidere, nisi ipsam dignum sibi habitaculū fide & operibus præparare? Nimirum ternarius numerus ad fidem propter sanctā trinitatem, quaternarius pertinet ad mores propter quatuor principales virtutes. Quod autem in beata Maria sancta trinitas fuerit per præsentiam maiestatis, vbi solus filius erat per susceptionem humilitatis, testatur nuncius cœlestis qui ait: Spiritus sanctus superueniet in te, &c. Ecce habes altissimum, habes filium, habes spiritum sanctum. i. patrem, & filium, & spiritum sanctum. Neque enim potest esse pater sine filio, aut sine patre filius, aut sine utroque procedens ab utroque spiritus sanctus. Manifestum est ergo fuisse in corde virginis fidem sanctæ trinitatis. Vtrum autem quatuor principales virtutes possederit videamus. Et primū an fortitudinem habuerit. Quomodo enim illi fortitudo abesse potuit, quæ abiecit secularibus pompis, spretis voluptatibus carnis, soli Deo in virginitate viuere proposuit? Porro quod temperans, prudens, & iusta fuit, ex angeli colloquutione & ipsius responsione luce clarius comprobamus. Salutata enim ab angelo tam venerabiliter, non se extulit, quasi quæ singulari gratiæ privilegio benediceretur: sed siluit, & qualis esset hæc salutatio secum cogitavit. Qua in re quid nisi temperans fuit? Cùm verò de cœlestibus mysteriis ab eodem angelo doceretur, diligenter quæsiuit quomodo conciperet, & pareret, quæ virum non cognosceret. Et in hoc prudens extitit. Iustitiæ autem præfert insigne, vbi se ancillam domini confitetur. Fuit igitur beata Maria fortis in proposito, temperans in silentio, prudens in interrogatione, iusta in confessione. His itaque quatuor morum columnis & tribus fidei prædictis extruxit in ea sibi domum sapientiæ cœlestis: quæ adeo mentem eius repleuit, vt de plenitudine mentis fecundaretur & caro: ac virgo eadem sapientiam carne tectam pareret, quam prius mente pura conceperat. Nos quoq; si eiusdem sapientiæ fieri domus volumus, necesse est vt eiusdem vij. columnis extruamur. i. vt fide & moribus ei præparemur. Et in moribus solam puto iustitiam sufficere, cæteris tamen virtutibus circumfultram. Itaque ne errore fallatur ignorantia, sit ei præuia prudentia. Sinthincinde temperantia atque fortitudo, ne fortè labatur vel in dexteram vel in sinistram declinando.

Quibus virtutum studiis sedes in anima domino
præparetur.

X *Sapientia adif. f. do. ex co. vy* Quæ est domus sapientiarum
Vtique anima iusti, quæ sedes dicitur sapientiæ. Meritò pla-
nè quia iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Iustitia,
virtus est quod suum est vnicuique tribuens. Si ergo deside-
ras in anima tua sedem parare sapientiæ, tribue tuis vni-
cuique quod suum est. s. superiori, inferiori, æquali: & dignè
paras ei in iustitia sedem suam. Redde inquam reuerentiam
prælato & obedientiam: quarum altera cordis, altera corpo-
ris est. Nec enim sufficit exterius obtemperare maioribus
nostris, nisi ex intimo cordis affectu sublimiter sentiamus de
eis. Quod etsi tam manifestè indigna innotuerit prælato
alicuius vita, vt nihil omnino dissimulationis, nihil excusa-
tionis admittat: propter eum tamen à quo est omnis pote-
stas, eum quem talem nouimus, excelsum reputare debemus
non præsentibus personæ meritis, sed ordinationi diuinæ &
dignitati ipsius officij deferentes. Sic & fratribus nostris in-
ter quos viuimus, ipso iure fraternitatis & societatis huma-
næ consilij sumus & auxiliij debitores. Hæc enim volumus,
vt & ipsi nobis impendant: consilium, quo erudiatur igno-
rantia nostra: auxilium, quo iuuetur infirmitas nostra. Sed
fortè erit qui dicet: Quod ego consilium dabo fratri, cui
nec vnum verbum dicere fas est absque licentiâ? Quod auxi-
lium impendere est, cum nec minimum quid agere liceat ab-
sque obedientia? Ad quod ego: Non deerit certè quod faci-
as: tantummodo charitas fraterna non desit. Nullum ergo
consilium melius arbitror, quàm si exemplo tuo fratrem
tuum docere studeas quæ oporteat fieri, prouocans eum ad
meliora, & consulens ei nō verbo neque lingua: sed o. & vt.
An verò vtilius aut efficacius auxilium est, quàm vt ores pro
eo? vt non dissimules redarguere culpas eius, vt non modò
nullum ei offendiculum ponas, sed & sollicitus sis quantum
præuales, tanquam angelus pacis de regno Dei scandala tol-
lere, & occasiones scandalorum penitus remouere? Si te te-
lem consiliarium, & auxiliarium fratri exhibes, reddis ei
quod debes. Porrò sicut fortè prælatus es, huic sine dubio
teneris debitor sollicitudinis amplioris. Exigit à te & ipse
custodiam & disciplinam. Custodiam, vt possit cauere pec-
catum. Disciplinam, vt quod minus cauit, non maneat impo-
nitura

nitum. Quòd et si nemini fratrum præesse videris, habes tamen sub te cui custodiam hanc & disciplinam oporteat exhiberi. Dico autem corpus tuum, quod sine dubio regendum accepit spiritus tuus. Debes ei custodiam, vt non regnet in eo peccatum, nec membra eius arma fiant iniquitatis. Debes disciplinam, vt dignos faciat pœnitentiæ fructus castigatum, & subditum seruituti. Longè tamen grauiori & periculosiori debito tenentur astricti, qui pro multis animabus reddituri sunt rationem. Quid ergo infelix? quòd me vertam, si tantum thesaurum, si preciosum depositum illud quod sibi Christus sanguine proprio preciosus iudicauit, contigerit negligentius custodire? Si stillentem in cruce domini sanguinem collegissem, essetque repositus penes me in vase vitreo, quòd & portari sapius oporteret: quid animi habiturus essem in discrimine tanto? Et certè id seruandum accepi, pro quo mercator non inspiens, ipsa s. sapientia sanguinem illum dedit. Sed & habeo thesaurum istum in vasis fictilibus, & quibus multo plura quàm vitreis imminere pericula videantur. Accedit sanè ad sollicitudinis pondus, & timoris, quòd & meam, & proximi conscientiam seruare necesse sit neutra mihi satis est nota. In eo tamen excusabilis videor, si (vt prædixi) debitam exhibeo pariter disciplinam & custodiam. Quòd si priora ex quatuor non defuerint, id est erga prælatos reuerentia, & obedientia: consilium, & auxilium erga fratres: quo ad iustitiam pertinet, non imperatam sedem inueniet sapientia. Et fortassis hæc videantur septem columnæ, quas exiit in domo quam ædificauit sibi. Septima verò querenda est. Quid verò prohibet sicut vj. in iustitia, septimam intelligi in iudicio? neque enim iustitia sola: sed iustitia ait, & iu. præ. se. t. Deniq; si prælatis, & æqualibus, & inferioribus reddimus quod oportet, nihilne accipiet Deus? At ei planè quòd debet retribuere nemo potest: quòd tam copiose accumulauerit super nos misericordiam suam, quòd tam multa delinquimus ei, quòd tam fragiles & nihil sumus, quòd tam plenus & sufficiens ille sibi, & bonorum nostrorum non egens. Audiui tamen sanctum quendam dicentem: Honor regis iudicium diligit. Nihil quòd in se est à nobis exigit amplius. Tantum dicamus iniquitates nostras, & iustificabit nos gratis. Diligit enim animam, quæ in conspectu eius, & sine intermissione considerat, & sine dissimulatione diiudi-

SVPER PROVERB. SALO.

cat semetipsam. Honorat quippe veritatem, qui se, & sua omnia in eo statu quo veritas habet, & agnoscit veraciter, & humiliter confitetur. Audi manifestius à te iudicium exigi post iustitiam. Cùm feceritis, inquit, hæc omnia, dicite, Serui inutiles sumus. Hæc planè quòd in hominem est digna sedis præparatio domino maiestatis, vt & iustitiæ mandata studeat obseruare, & semper indignum sese & inutilem arbitretur.

GALFRIDVS.

Quòd etiam in præsentì dolore non careant gaudia reproborum.

Cap. 14.
Y



*R*isus dolori miscbitur, & extrema gaudij luctus occupat. Infelix mixtura est, si materia lugubris fallacem sibi formam induat gaudiorum, & effectum lætitiæ causa tristis vsurpet. Nec illius interim risus dolore caret, qui delitias computat esse sub sentibus: & licet foris intentus vel distentus potius parum intus sentes sentiat, compungitur tamen in cubili suo. Cæterùm si in huiusmodi perniciosâ gaudij commixtione perstiterit, luctus sanè non mixtus mixti occupabit extrema: vt cùm dixerit pax & securitas, subitaneus illi superueniat nunquam effugiendus interitus. Quod enim extremum fuerit, erit æternum.

BERNARDVS.

Quibus de causis omnia fecit Deus.

Cap. 16.
Z



*V*niversa propter semetipsum fecit Dominus. Alibi dicitur: Quia omnia propter electos. Aliter tamen propter se, aliter propter suos. In eo enim quòd omnia propter se, præueniens commendatur origo. In eo autem quòd dicitur omnia propter suos, magis exprimitur fructus sequens. Omnia propter semetipsum gratuita bonitate, propter suos pro eorù utilitate vt illa efficiens causa sit, hæc finalis. Omnia ergo propter semetipsum fecisti Deus. Vnde qui esse vult sibi non Deo, nihil incipit esse inter omnia.

Cantica sine titulo.

De triplici statu sanctorum.

Cap. 17.
A

*G*emma gratissima expectatio prestolantis. Sicut cùm aliquis puerum necdum per se ambulare scientem, vt eum ingressu proprio firmet, ostendit ei pomum, vel aliquid aliud quod

quod sui decore oculos eius alliciat, desiderium excitet, vt rei conspectu intentus ad eum perueniat: sic dominus vt à temporalibus nos auocet, promittit æterna, vt rerum amorem labilium meliorum desiderio superemus. Ait ergo: Gemma gratis. expec. præst. Ac si cunctis mortalibus clamet: Quandiu tam perditè rebus miseris & pereuntibus adhæretis, & beata ac permanentia, quæ à puris mentibus expectantur, negligitis? Aspicite gemmæ speciosæ naturam, & rerum felicitum in ea considerate figuram Gemma pura, leuis, & lucida: puritatem, leuitatem, claritatem quam sancti præstolantur, designat. Hæc etiam in hac vita habent sancti tanquam gemmam gratam: habent eam post hanc vitam vsque ad diem iudicij tanquam gemmam gratiorem: habebunt illam post generalem resurrectionem tanquam gemmam gratissimam. In præsentem etenim vitam puritas sanctorum est in emendatione vitiorum, leuitas in tranquilla compositione motuum, claritas in contemplatione cœlestium gaudiorum. Porro post hanc vitam vsque ad diem iudicij, puritas sanctorum est illud conscientiæ gaudium, quod nec præteritorum malorum memoria, nec præsentium molestia, nec timor futurorum in aliquo minuit aut perturbat. Leuitas autem eorum ibi est inturbabilis, & vndique pacata internæ quietis suauitas, & omnium vitiorum ac quarumlibet impugnationum asperitate non tam depressa quam penitus exclusa, in summa iucunditate serenitas. Caritas verò eorum ibi est lucida tota: non horaria sicut hîc, sed perseuerans contemplatio veritatis: & semel accepta, sine amittendi timore iugiter possidetur. Iam verò beata resurrectione celebrata cum immortalibus receptis corporibus Christo feliciter cœperint conregnare: quæ vel qualis sit ibi eorum futura pietas, leuitas, claritas: quis dignè cogitare, quis capere, quis enarrare sufficiat?

P E T R V S R A V E N N A S .

Quòd iudicium sine misericordia, sit palatium sine rege.



Qui obturat aurem suam ne audiat pauperem, & ipse Cap. 21. clamabit ad Dominum, & non erit qui exaudiat eum. B

Quomodo petit misericordiam, qui negauerit? Iudicium, inquit, sine misericordia fit illi qui non f. m. Proinde quod est sine rege aula regis,

hoc est sine largitate ieiunium. Aula regis fulget auro, nitet

marmore, picturis splendet, grandescit spatiis, leuatur culmine, amœnatur testis, ipso terribilis est secreto : sed sine rege honorem non habet, caret gloria, est vacua solitudo. Sicut iunium licet innocentia radiat, castitate fulget actu, pingitur moribus, micat sanctitatis incessu, toto magnificatur ornatu: sed sine misericordia, gloriam non habet, mercede caret, palmam non tener, perdit fiduciam supplicandi, impetrandi meritum non capefit, attestante scriptura, quæ dicit: Qui claudit aurem suam &c.

GALFRIDVS.

Quòd de omni hoste obedientia triumphabit.

Vir obediens loquitur victorias. Verè non victoriam, sed victorias. Triplicem enim loquitur victoriam de mundo, triplicem de peccato, triplicè de seipso. Scimus quoniam mundus in triplici maligno positus est: in maligno curiositatis, cupiditatis, voluptatis. Curiositas ad dignitates, & dominationes affectandas insudat. Cupiditas ad pecunias, & possessiones ampliandas anhelat. Voluptas ad ollas Aegypti, & delicias terrenas aspirat. Ecce quomodo triplici victoria de mundo triumphat obedientia. Triplici modo similiter triumphat de peccato. Triplex namque est funiculus peccati. Est enim peccatum in Deum, est in proximum, & est in seipsum. In Deum peccat, qui diuina iudicia detrectando diiudicando condènat. In proximum delinquit, qui in necessitatibus ei subuenire dissimulat, cum habeat vnde possit. Ille peccat in seipsum, qui in aliquo suæ carnis flagitio commaculat corpus suum. Tertia nunc restat de seipso, & hanc sicut cæteras triplicem esse conspicio. Tria namque sunt quæ ad vincendos non medioeriter obsunt, natura, cõsuetudo, sua vniuscuiusque vita. Ut igitur plenam quisque de seipso capiat victoriam, vincat necesse est naturam, vincat consuetudinem, vincat vitam suam. Vincat naturam non secundum statum illum, in quo creata est, sed secundum istum, in quo remansit, scilicet corruptionis. Oportet eam restringere, non extinguere reprimere, nõ opprimere. Seruiat ergo, ne sequatur ancilletur, ne dominetur. Alioquin qui secundum eam vixerit, morietur. Vincat nihilominus consuetudinè, illam scilicet quæ de corruptione nascitur: non illam quæ per rationem introducitur, & prudentia & discretionem nutritur. Graue est enim prauam consuetudinem abrumpere, difficile est inolitam aboleri.

Sed

Sed nec sic planè teipsum viceris, nisi & vitam propriam odio habueris.

CASSIANVS.

Quòd desides ac remissi virtutum gloria minimè vestiantur.



*V*estietur pannis dormitatio. vel vt in veteri translatione habetur: *Vestietur conscissa & pannosa omnis somniculosus*. Sine dubio enim non merebitur illo incorruptionis vestimento ornari, de quo Apostolus præcipit: *Induimini dominum Iesum Christum*. Et iterum: *Induti lorica iustitiæ & charitatis*. Et de quo etiam ad Hierusalem dicitur: *Induere vestimentis gloriæ tuæ*. quisquis somno otij vel acidie superatus non industriæ, suæ labore, sed inertie pannis operiri maluit. quos abscindens de plenitudine scripturarum, non vestimentum gloriæ nec decoris, sed ignominiosum excusationis velamen, suæ coarctavit ignauie. Solent enim dicere qui eiusmodi sunt: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam*.

Quòd septem sunt quæ licet iustus committat, tamen iustitiam non amittat.



*S*epties cadit iustus & resurgit. Quid aliud est cadere, quàm peccare? & tamen cum dicatur septies cadere, pronunciatnr nihilominus iustus: nec iustitiæ eius præiudicat lapsus fragilitatis humanæ. quia multum interest inter sancti & peccatoris hominis lapsum. Aliud est enim admittere mortale peccatum, & aliud cogitatione, quæ peccato non caret, præueniri, vel ignorantie aut obliuionis errore, aut facilitate sermonis offendere, aut ad punctum à fide catholica aliquid hæsitare, aut subili quadam cenodoxie titillatione pulsari, aut necessitate naturæ aliquantisper à summa perfectione recedere. Hæc enim sunt septem lapsuum genera, in quibus vir sanctus licet nonnunquam cadat, tamen iustus esse non desinit. quæ quauis leuia videantur ac parua, tamen faciunt eum sine peccato esse non posse.

Quòd in vitiorum victoria nemo debeat de propriis vitibus gloriari.

F *Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas.* Id est, si suggestio-
nem inimici adiuuante Dei gratia omnino contempseris,
penitusque extinxis, noli inaniter gloriari. Hoc enim est
quod subiungit: In supplantatione autem eius noli extolle-
re videat dominus, & non placeat ei, & auertat iram suam
ab eo: id est, ne peripiciens elationem cordis tui, ab eius im-
pugnatione discedat: & incipias derelictus ab eo rursus pri-
ma, quam per Dei gratiam ante superaueras, passione vexari.
Non enim orasset Propheta dicens: Ne tra. do. bestias a.
con. ti. nisi scisset propter inflationem cordis quosdam vt
humilientur eisdem rursus vitiis quæ vicerant tradi.

PETRVS DAMIANVS.

Quòd prius extirpanda sunt vitia, vt virtutes postmo-
dum inferantur.

G *Diligenter exerce agrum tuum, vt postea edifices domum tuam.*
Incallum conatur ædificare fastigium, qui in arena quæ di-
filit collocat fundamentum. Qui virtutum lapidibus festinat
atrium sublime construere, prius cum necesse inhorrentia
carnalium delectationum dumeta purgare. Diligenter, in-
quit, exerce agrum tuum, &c. Ille quippe benè domum mentis
ædificat, qui prius agrum coporis à spinis vitiorum purgat.

BERNARDVS.

Quòd qui plus iusto delectatur propriis, alienis
laudibus mordeatur.

Cap. 25.
H



*El inuenisti, comede quod sufficit tibi. Nò
multum comedere, ne forte satiatus euomas illud.*
Potest non incògruè hoc loco mellis no-
mine, fauor humanæ laudis intelligi. Me-
ritoque non ab omni, sed ab immodera-
to mellis huius edulio prohibemur. Est
enim cum vtiliter humanas laudes recipi-
mus fraternæ duntaxat charitatis intuitu, & ad salutem co-
rum qui nobis propterea facilius acquiescunt. Hac ergo
parcitate seruata, mellis huius moderata comestio non no-
cebit. Inuento autem melle immoderatus vescitur, qui quis
apponens omnino cor suum fauore humanæ laudis inflatur.
Vis autem noscere quando euomat immoderatus epulo mel-
lis edulium, quod vsque ad satietatem sumens modum par-
citatatis excessit? Tunc sine dubio, cum fauore ipso contem-
tus humano non alium fructum quærens: tunc inquam multa
cum

dum anxietate euomit, quod cum pernicioſa delectatione comedit: cum alium quemlibet laudari audiens contabefcit. Mens enim dedita vanitati, & arrogantia tumens, laudem alterius ſuam reputat vituperationem.

CASSIANVS.

Quòd anima quam triſtitia confecerit, Deo nec veſtimentum nec ædificium poteſt eſſe.

Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno, ita triſtitia viri nocet I cordi. Satis euidenter ac propriè vim noxiſſimi huius ac pernicioſi vicij ſermo diuinus expreſſit. Veſtimentum nanque tinearum eſu atactum, nullius precij, vel honeſti vſus poterit viterius habere commercium. Similiter lignum vermibus exaratum, non iam ad ornatum vel mediocriſ ædificij, ſed ad conuulſionem ignis merebitur deputari. Ita igitur & anima quæ edaciſſimis triſtitia morſibus deuoratur, inutilis erit vel veſtimento illi pontificali quod vnguentum ſpiritus ſancti de cælo descendens infudit. iuxta illud: Sicut vnguentum in capite quod descendit in bar. bar. Aaron. quod descendit in oram veſtimenti eius. Sed nec ad ſtructuram templi illius ſpiritualis atque ornatum poterit pertinere, cuius Paulus ſapiens architectus poſuit fundamentum dicens: Vos eſtis templum Dei, & ſpiritus ſanctus habitat in vobis.

BERNARDVS.

Quòd propria opprimatur à gloria, qui veritatem quærit ſtudio vanitatis.

Qui ſeruator eſt maiſtatis, opprimetur à g'oria. Ita dico, niſi K ſimplicem & purum oculum attulerit: ſi non Dei, ſed ſuam quaſerit gloriam. Alioquin ſua quiſque opprimitur non Dei gloria, dum procliuiſ in iſtam, ad illam leuare ceruicem non ſinitur, nimirum grauem cupiditate.

ADAM.

Quòd non tam ſit amor quàm amentia non redarguere quos amamus.



Meliora ſunt vulnera diligentiſ, quàm fraudulenta odientis oſcula. Noli irasci vera dicenti amico: quia ſi veritas odium parit, non id tamen agit inter eos qui ſanctæ charitatis vinculis aſtringuntur. In odium vitiorum ſanctus amor igneſcit & loquitur: & in illos inuehitur magis, quos magis diligere comprobatur. Amicorum

Cap. 27.
L

parcere vitiis, adulatio est, non dilectio : nec tam amicitiam
quàm amentiam sapit, non redar guere quos amamus.

GALFRIDVS.

Quòd laus vitæ præsentis maledictio nominetur.

M *Qui de nocte assurgens magna voce benedicit amico suo, maledi-
centi similis erit.* Nox est vita ista mortalis, ignorantia tene-
bris tetra, & culparum obscura caligine. In ea tamen con-
surgens amico suo voce grandi benedicit, qui in vita sua
laudare hominem & non parcè laudare præsumit. Itaque si-
milis est maledicenti, dum inutiliter vtilem somnum excutit,
& beatificans in errorem inducit : vel non recipienti misero
molestus lucem ingerit, quam ille non diligit : iuxta illud : Et
diem hominis non desideravi, tu scis.

Quòd prælatus non de intentione, sed de opere debeat
iudicare.

N *Diligenter agnosce vultum pecoris tui.* Sicut de occultis alie-
ni cordis temerè est iudicare, sic de eis quæ in facie sunt non
licet dissimulare pastori. Habet & vultus probabile quod-
dam voluntatis indicium. vnde etiam dicitur obtinuisse vo-
cabulum. Cauendam ergo pastori ne inueniatur in iudican-
da intentione cordis suspiciosus : sed nihilominus attenden-
dum, ne sit in consideranda exteriori conuersatione remis-
sus. Vultum enim pecoris sui non solùm agnoscere, sed dili-
genter iubetur agnoscere : vt non præsumat facilem sese ha-
bere notitiam, sed adhibeat diligentiam non enim semper
eris princeps, sed summo principi reddes rationem. Alio-
quin corona, inquit, datur à generatione in generationem.
Ideo enim, vt ait Apostolus, plures facti sunt sacerdotes,
quòd mor inter.ma. non possent. Iesus autem eo quòd ma-
neat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Illis ergo
corona datur à generatione in generationem, à quibus eius-
dem coronæ ratio exigitur : & in illis inuenitur hæc vici-
tudo, quibus vicaria creditur dispensatio. Quid autem pro
eius coronæ adeptione ambitio humana non faceret, si per-
petua foret ? Nunc autem habet hæc corona terminum, &
non habet concupiscentia modum. Sequitur : Aperta sunt
pratæ, & apparuerunt herbæ virentes. En pratæ gratissimè
vernans, gloriosissimè florens, congregatio sancta heb-
lium. Apparuerunt herbæ virentes. Apparuerunt inquam &
disparuerunt : videlicet sancti patres, qui ante non fuerunt,
sed

sed iam præterierunt. nec diu inuenta sunt loca eorum vacua. Quicumque enim decidant, faciliè satis & abundanter inveniuntur, qui pro eis illicò collocentur. Collecta sunt scæna de montibus. quia omnis viror exaruit, & virentium humiliata altitudo virorum.

HUGO DE FOILLETO.

Quam diligentiam prælati debeant subditis adhibere.

Considera diligenter vultum pecoris tui. Vultum pecoris sui **O** considerat, quid singuli subditorum possint non ignorat. cui per confessionem corda, per circumspectionem opera, per experimentum quid possint, per effectus quid velint, ratio manifestat.

Quòd solus timor gratiam custodiat quam meretur.

Beat *Eatus homo qui semper est pauidus.* In veritate didici nihil æquè esse efficax ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, si omni tempore coram Deo inueniaris non altum sapere, sed timere. Time ergo cum arriserit gratia, time cum abierit, time cum denuo reuerteretur: & hoc est semper pauidum esse. Cum adest, time ne non dignè opereris ex ea. Sed superbix spiritus si impedire non præualet actionem, tentat intentionem, suggerens & suadens quatenus effectum gratix arroges tibi. Quod quidem genus superbix intolerabile esse non ambigas. Timendum est ergo manente gratia. Quid si recesserit? Num multo magis timendum? Planè multo magis: quia ubi tibi deficit gratia, deficiis tu. Audi quid dator gratix dicat: Sine me (ait) nihil potestis facere. Time ergo subtracta gratia tanquam mox casurus. Time Deo, tibi vt sentis irato. Time, quia reliquit te custodia tua. Nec dubites in causa esse superbiam, si non appareat: etiam si nil tibi conficius sis. Nunquid enim qui humilibus dat gratiam, humiliasset datam? Ergo argumentum superbix, priuatio gratix est. Quanquam tamen interdum subtrahitur gratia, siue retrahitur, non pro superbia quæ iam est, sed quæ futura est nisi subtrahatur. Habes huius rei evidens documentum de Apostolo, qui stimulos carnis suæ sustinebat inuitus: non quia extolleretur, sed ne extolleretur. Iam si gratia repropitiata redierit, multo amplius tunc timendum: ne fortè contingat recidium pati, quod vtique deterius est.

Cap. 28.
P

Quòd sapienti quandiu viuit in tempore, sit timendum.
Beatus homo qui semper est pauidus. Semper. i. omni tempore. Nam in illa beatitudine quis timebit? Nunc autem interim time, si vis esse securus. Simeon iustus & ti. & spi. san. c. in e. Ne mireris quòd timuerit iustus, & in quo spiritus sanctus erat. Non enim erat vacuus coram latrone viator, & quomodo non timeret? Thesaurum magnum habebat in vase fictili, & timoratum fuisse miraris? Tua credo securitas, aut de inopia, aut de ignorantia est. Aut enim deest quod possit auferri, aut deesse iam putas qui possit auferre. Time igitur vel ob hoc ipsum, quòd te inuenis non timentem.

De duplici progeie propriæ voluntatis.

Cap. 30.
R



Anguisuga dua sunt filia. Pessima mater voluntas propria: cuius sunt duæ filia non degeneres, iniquitas scilicet & voluptas. Hæc animam inquinat, illa contrahit, & quodammodo rugat. Sed quid loquitur ad discipulos dominus? Nisi abundauerit nobilitia vestra plusquam Scrib. & Pha. nõ intra. in reg. cœl. Ex hoc etiam patet quòd nullam animam Christus sibi sponsam assumet, nisi quæ non habuit maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Et tortassis ad flagitium macula, ruga ad facinus non incongruè referatur. Non ergo non putemus sufficere nobis, si facinorum rugas, & flagitiorum maculas declinamus. Oportet vt nec huiusmodi aliquid inueniatur in nobis: non sermo, non habitus, non aspectus, non etiam cogitatus ipse lasciuum aliquid redolere videatur: non similtas aliqua, vel radix amaritudinis occupasse animum, vel in signo quolibet apparere. Mementote sermonis illius: Ab omni specie mala abstinete vos.

De quatuor viis quæ Dei sapientiæ sunt ignotæ.

Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro, via aquila in celo, via colubri in petra, via nauis in mari, & via viri in adolescentia sua. Verbum sapientiæ est hoc: sed quid est quod sapientia Dei ignoret? Horrendum nobis est potius, quàm quærendum. Præsertim cum ignorare Dei, reprobare sit non ignorare. Ignorat enim dominus impies, quem

quem ipsi non norunt: iuxta illud: Ignorans ignorabitur. Et forte de huiusmodi ignorantia ad seipsam loquebatur sponsa cum diceret: Nesciui: anima mea turbata est propter quadrigas. Aminadab populus meus spontaneus. Istæ sunt rotæ illæ volubiles quatuor affectionum, in quibus humanus voluitur animus: gaudium scilicet & tristitia, timor & desiderium. Ad affectionem lætitiæ pertinet via aquilæ in cælo, cum in prosperitatibus vitæ præsentis extollitur quis & eleuatur: seu etiam cum falsò sibi de iustitia quasi blanditur. Ad affectum tristitiæ pertinet via colubri super petram, cum in aduersitatibus vitæ præsentis mens humana tabescit infecta veneno mortifero, & supra petram quasi coluber reptans. Et quanuis elatis ad sapientiam difficilis sit accessus: non minus forsitan grauis est desperatis, & consternatis animo in rebus aduersis. Vnum eis remedium est, vnum consilium, vt exaltatum in ligno serpentem æneum pia consideratione respiciant: & dum eius dolores attendunt, qui in carne mortali Deus erat æternus, suas omnes molestias parvipendant. Affectus timoris, via nauis est in mari. Nihil enim in rebus humanis terribilius, nihil periculosius est, quàm inter flatus aëris, & fluctus maris: inter auras instabiles, & vndas mobiles ligno fragili credere vitam suam, & vix duobus digitis à morte distare. Sic fluctuant quos metus agitat, & vana sollicitudo conturbat, vt nullum inueniat spei ancora firmamentum, nullum prorsus, aut penitus scopulosum littus appareat. In huiusmodi naui dormit atque dormitat qui custodit Israël: quia non est qui suscitet, qui inclamet: Domine salua nos, perimus. Isti difficilè quidem ad sapientiam redeunt, dum quæ sua sunt quærunt potius & cogitant, quam quæ sapientiæ Dei. Affectio desiderij sicut efficacior ad salutem, sic ad perniciem vehementior comprobatur: ipsa est via viri in adolescentia post concupiscentias suas euntis, via quam tenebrosa, & lubrica, peruersa & auersa à Deo: nec modò aliena à sapientia, sed vsquequaque remota, & penitus ignorata. Nonnullos tamen diuina pietas reuocat & ab ipsa, sicut ad nescientem animam, & turbatam propter quadrigas Aminadab dicit & clamat: Reuertere, reuertere Sunamitis: re. re. vt intueamur te. Reuertere quater dicit, vt viis quatuor reuertatur: vt quæ nesciens nesciri pariter merebatur, sciat & videat semetipsam: vt eam pariter intueatur &

sponsus. Hoc enim est quod dicit: Vt intueamur te. ambo pariter tu & ipse. Reuertere igitur à via aquilæ Sunamitis, & à via colubri supra petram: à via nauis in mari, & à via in adolescentia sua. Ipsis forsitan viis quatuor, vitia totidem, imprudentia, iniustitia, pusillanimitas, & intemperantia principantur.

De eo quod scriptum: Per tria mouetur terra, &c.

T Per tria mouetur terra, & quartum sustinere non potest. Per seruum, cum regnauerit. Per stultum, cum saturatus fuerit cibo. Per odiosam mulierem, cum in matrimonium fuerit assumpta: & per ancillam, cum hæres fuerit domina. De regno serui alio loco idem Salomon ait: Vidi seruos in equis, & principes ambulantes quasi seruos super terram. Et sanctus Dauid: Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut ced. Li. & cætera. Quod non solum diuina geritur uisione, sed humana etiam animositate, & pusillanimitate. Amant cathedras, sed latebras fouent. Extolluntur inaniter, & ignauiter submittuntur. Siquidem tumiditas & timiditas pondus & pondus: & vtrunque abominabile est apud Deum. In equis iniqui superbiunt, sed suis prauitatibus humiles & deiecti non nituntur manibus, ut moerentur in domibus regum: sed ut serui pedibus ambulant super terram, sola suis affectibus, & terrena sectantes. Immo verò quod infelicius est, ascendunt usque ad cælos, & descendunt usque ad abyssum, & anima illorum in malis utrisque tabescit. Prò nefas! hodie sues volant in cælo, & in cœno aquilæ volutantur: insolenter abiicitur pia seruitus sacræ ministracionis, & impudenter terrenæ cupiditatis seruitus indigna suscipitur. Similiter etiam stultus satiatus cibo, & suppetentibus sibi subsidiis temporalibus inuentus pariter & contentus, formicæ prouidentiam quæ sibi parat in messe negligit imitari. Eiusmodi stultis improperat Apostolus dicens: Iam satiati estis, iam diuites facti estis. Odiosam sumit in matrimonio mulierem, qui non quando ex necessitate vel ex charitate fraterna, sed ex proposito quasi iugiter cohabitaturus, corpoream eligit voluptatem: nec cubile ponit in petra sicut lepusculus, qui securitatem magis quàm suauitatem, loca aspera quàm amœna sectatur. Siquidem mulier à mollitie nomen accepit, & odiosa voluptas est habens pœnam. Ancilla hæres domina.

Sapientia

Sapie
do ei
ducit
les &
la co
stiu
dis fer
Ipsa e
proxi
cilla
Alio
propt
factur
etian
omni
ludat
quid
di qu
dis o
tria p
quod
anima

seru
cutor
garen
absc
sa hod
ne glo
uetur
quand
christi
tunc v
synag

Mo
seru
uum p
gnit.

Sapientia huius mundi, quæ stultitia est apud Deum, quando ei, quæ desursum est pudica & pacifica, subripit, & subducit possessionem mentis humanæ. Nimirum inter seruales & liberales artes seculares etiam doctrina distinguens illa corporum exercitiis, ista studiis deputat animorum. Rectius tamen ancilla dicitur omnis peritia temporalis commo- dis seruiens, cum sit domina, quæ illam edomat, & affligit. Ipsa est quæ ad salutem propriam & ædificationem pertinet proximorum. Ad aliquid forsitan potest esse utilis hæc ancilla: sed cauendum omnimodis ne fiat hæres dominæ suæ. Alioquin si insolens esse cœperit, & contemnere dominam propter conceptum suum, quod speret grande aliquid se facturam, coërceatur necesse est, & durius castigetur. Imò etiam si peperit, & effectum obtinuit aliquem spei suæ: illud omnimodis attendendum, ne filius ancillæ filio liberæ col- ludat, ne illudat, ne pro eo vel cum eo etiam hæres fiat. Si- quidem cernere est nonnullos sapientiæ potius huius mun- di quàm diuinæ & spiritali deditos dare operam magis augē- dis opibus quàm moribus corrigendis. Vnde etiam cum ad tria præcedentia mouetur, id potissimum terra non sustinet, quod omisis studiis spiritalibus qui pastores debuerant esse animarum, studiosius aliena sectantur.

Item aliter. vnde supra.

Per tria mouetur terra, & quantum sustinere non potest. Per V
seruum, cum regnauerit, &c. Seruus regnauit tempore perse- cutorum apud eos, quibus seruilis timor præualuit, vt ne- garent. Stultus satiatus est cibo apud hæreticos, qui panes absconditos sic edebant, vt etiam eructarent. Mulier odio- sa hodie ducitur in matrimonium, apud ambitiosos & va- næ gloriæ deditos: quia mulier gloria viri. In his tribus mo- uetur terra: quia turbata est ecclesia. Cæterùm tandem ali- quando hæres erit ancilla dominæ: quando tempore Anti- christi in Iudæis, qui Messiam inaniter expectatum sibi iam tunc visi fuerint inuenisse, quodammodo succedet ecclesiæ synagoga.

Moraliter de eodem.

Moraliter etiam mouetur terra, turbatur ecclesia. *Per X*
seruum, cum regnauerit. i. hominem criminosum, & ser- uum peccati, cum ecclesiasticæ prælationis obtinuerit di- gnitatem. Per stultum, cum satiatus fuerit cibo. i. populum

imperitum cum fastidierit verbum Dei. Per mulierem odiosam, cum assumpta fuerit in matrimonium, videlicet cum officiales religiosarum congregationum qui proprietati renu-
ciauerant, velut odiosæ mulieri dantes libellum repudij, occasione administrationis ei iterum copulantur. Per ancillam, cum fuerit hæres dominæ suæ: quod claustrales tangit, qui voluptatem carnis saluti præferunt animarum, vel spiritali deuotioni obseruantias corporales.

Item aliter.

Potest etiam intelligi quòd affectiones quatuor turbant & commonent statum mentis: sed desiderium grauius reli-
quis tribus euertit. Timor enim ad seruum pertinet, iuxta illud: Si ego dominus, vbi est timor meus? Satietas stulti vana lætitia est in rebus friuolis & caducis. Mulier odiosa in matrimonium ducitur ab eo, qui vsque ad desperationem tristitia absorbetur. Fortè ipsa est Thamar. i. amaritudo: quam ob hoc ipsum filio suo tradere Iudas veretur. Ipse tamen ignorans in via gignit ex ea Phares & Zaram, diuisionem & orientem: vt ex confessione & amaritudine tristitia generetur diuisio à peccato, & vitæ deinceps melioris exortus. Ancilla dominæ hæres efficitur, cum cupiditas præualeat charitati: & eadem extincta, ipsa potius per desideria noxia dominatur.

Quæ sint quatuor minima terræ in quibus sapientia commoratur.

Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus. Forsitán apud eos qui cum infirmis proximis infirmantur, & operibus student interim in hac vita, cibum sibi parat in messe prouida pariter & operosa formica. Cubile sibi lepuseculus ponit in petra apud eos, qui inu-
alidi quidem, sed eiusdem suæ inualitudinis non ignari in fructibus pœnitentiæ custodiunt vias duras. Similiter in his qui fraternitatis amatores vitam gerunt sub regulari professione communem, sine violentia voluntariè Deo sacrificantes, regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas. Nihilominus in his quæ à mandatis Dei intelligunt, & conantur assurgere ad contemplationem celestium præmiorum per obedientiam mandatorum, stellio minibus nititur, & mo. in ædibus re. Formicæ dicitur: Quicquid potest operari manus tua, constanter operare, &c. Le

pusculo dicitur : Ingrederere in petram , abscon. in fo. hu. Et beatus homo qui semper est pauidus. Locustæ dicitur : Ecce quàm bonum & quàm iu. ha. fr. in v. Stellioni dicitur : Fili concupisti sapientiam , serua man. & dominus præ. e. tibi. Qui sectantur opera misericordiæ , non modò horrea sua exinaniunt , sed seipfos : & cum infirmis infirmantur , & cum paruulis paruuli fiunt. Lepusculus plebs inualida omnia opera sua veretur : nec currere audet , nec in terra sua uiter uiuentium vbi sapientia non inuenitur , nec in locis humentibus vbi Leuiathan dormit , sed in petra ponit cubile suum . Locustæ nomen hoc loco si simpliciter intelligatur sine antiphrasi , stabilitatem in congregatione commendat : & eorum arguit leuitatem , qui ad negotia seu studia secularia curiosè vagantur , si per antiphrasin , illos notat qui præsentia & terrena amant , ac si manantem habeant in hoc seculo ciuitatem . Denique turbas cavet locusta , & egreditur vniuersa per turmas , & castrorum acies ordinata . Vbi illud magis mirabile , quòd cum regem non habeat , tamen sine rege in grege suo permanens militiæ seruat legem : & quidem necesse est vt præeant alij , alij & sequantur . Et quàm necessaria est in congregatione prælatio , tam noxia est in prælatione elatio . Sanè per turmas egrediuntur , qui in exterioribus obseruantis socialiter & communiter ambulant . Nam in studiis spiritalibus ingrediuntur quodammodo singulariter , prout mensuram fidei vnique diuidit Deus . A stella stellio nomen accepit , quòd natiua quadam pictura decoris , velut aureis guttis rutilans illustretur . Sic in viris religione conspicuis ipsa quoque exterior conuersatio tantquam pellicula stellionis diuersarum signis est insignita virtutum , aurea quædam pro loco & tempore experimenta fidei præferens , & exempla . Nec alij pedes , alij manus stellionis , sicut in viris virtutis affectus & actus idem sunt : & in nullo diuersi , ipsis nituntur : & ad Deum in cælum leuant corda cum manibus non sublimitate quanlibet perspicacis ingenij vel solius studio lectionis , sed exercitatione iustitiæ .

Quòd tripliciter à domino visitemur.

I

Cap. 31.

A

Date siceram merentibus, & vinum his qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscantur egestatis suae, & dolorum non recordentur amplius. Apertè his verbis vinum illud quod leti. cor. ho. non otio dissolutis, non diem in cachinis & fabulis expendentibus, sed iis qui amaro sunt animo repromittit: siceramque illam, quæ de pomis nouis & veteribus, quæ in sponsi delitiis sponsa conseruat, conficitur non epulantibus & potantibus, sed propter angustias huius vitæ merentibus & egestatis, ac dolore laborantibus pronuntiat esse donandam. Bibant, inquit, & obli. e. s. laboris. s. magnitudinem diuina consolatione asserens minuendam: iuxta illud: Secundum malum. m. m. c. con. t. læ. a. m. Tripliciter autem visitat suos Deus. Visitat autem aliquando ad excitationem, aliquando ad consolationem, aliquando ad præmium. Ad excitationem dormientes, ad consolationem laborantes, pro præmio ad celestia suspirantes. Prima ergo visitatio ad sanctitatem prouocat. Secunda sanctitatem conseruat. Tertia remunerat. Prima terret contemptentem, vel allicit timentem. Secunda fouet & promouet annitentem. Tertia amplectitur venientem. Prima est quasi stimulus deuium corrigens. Secunda quasi baculus debilem sustentans. Tertia lectulus quiescentem suscipiens. Quod igitur poterit esse maius diuinæ miserationis indicium, quàm vt illa suauitas, illa iucunditas, illa mira serenitas in qua nihil inquinatum incurrit, animæ inquietate adhuc gratiam suæ visitationis impertiat: nec solum terrore concutiat, sed omnia mentis claustra seris vitiorum obserata sua penetrabilitate perscindens fœdis adhuc labentibus quoddam suæ dulcedinis imprimat osculum, ac inestabat suauitate sua blandiatur auertenti, cunctantem alliciat, animam desperantem? O dulcis domine, quid retri. ti. pro. o. que retri. mihi?

BALDVINVS.

Quòd carnis pulchritudo sit turpitudinis velamentum.

B *Fallax gratia & vana est pulchritudo. Quid est vana pulchritudo, nisi pulchra vanitas? Aut quid est fallax gratia, nisi grata fallacia? Cernentibus enim gratiosè placet: sed spectantes fallit, & intuentium oculis quasi quibusdam præstigiis illudit. Nam si interioris oculis acumine humani ce-*

poris
velam
ignom
cultu
horro



omnem
tria gen
tis. Prim
mes sunt
non hab
bus con
in super
per defect
tredimen

Quòd
saluatore

poris

poris intima penetrantur, quid est pulchritudo carnis, nisi velamentum turpitudinis? nisi pretextus quidam latentis ignominia, & confusiois? Sub gloria enim carnis latent oculata dedecoris: quæ pudor est nominare: sed & ipsi hominû horror est etiam cogitare.

Finitur liber Prouerbiorum.

SEQVITVR ECCLESIASTES.

HVGO DE S. VICTORE.

De triplici genere vanitatis.



Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes. Vani, vani, & omnia vanitas.

Cap. 1.
C

Cum pondere pronuntiandum est: quod de se tanquam de alio loquitur. Dixit Ecclesiastes. q. d. Quod tãtus ac talis dixit, vanum esse non potuit, etiam si de vanitate dixit. Vbi autem putatis mēs illius erat, cùm hæc diceret? Supra hominem erat. Aliter enim

omnem hominem mendacem esse non videret. Sunt autem tria genera vanitatum: tautabilitatis, cupiditatis, mortalitatis. Prima duobus modis in rebus consideratur: siue quia inanes sunt, siue quia transitoria: inanes, quia ostendunt quod non habent transitoria, quia non permanent. Secunda in tribus constat: in concupiscentia s. oculorum, in concu. carnis, in superbia vitæ. Tertia in duobus. In pœna s. quæ atterit per defectum, & in pœna quæ per mortem dissoluit, & in putredinem ire compellit.

GALFRIDVS,

Quod per hoc capitulum, Oritur sol, &c. multa de domino saluatore mysticè designentur.

D *Oritur sol & occidit, &c.* Verus sol iustitiae dominus Iesus Christus qui in nocte natiuitatis suae ortus est, & in passione occidit, in die ascensionis reuersus est in locum suum. Huius solis qui solus lucet verè in se pariter & in suis, secundus ortus, occasus lugubris, festiuus verò per omnia reditus ad locum suum. Ibi renascens gyrat per Meridiem, & reflectitur ad Aquilonem. Renascetur sol, quando iterum apparebit expectantibus se in salutem. Nec peregrè, sicut olim diuersorij locum non habens. Non reclinabitur in praesepium, vbi locus non suus est, sed iumentorum. Non pendebit in ligno, vbi locus latronum. Non iacebit in tumulo, vbi locus mortuorum. Ibi, inquit, renascens gyrat per Meridiem, electos omnes à dextris positos pleno & perpetuo seruore dilectionis suae, & lumine cognitionis illustrans. Illic enim etiam nunc quadam spei praesumptione pascit, & cubat. Illic suos facit recumbere, & transiens se ministrat. Sed reflectitur etiam ad Aquilonem: ita vt à latitudine deiiciat praesumptione superbum, & cum omnibus qui sunt ex parte eius, supplicii tradat aeternis. Sic sapiens veritas innotescit paucis dominicae incarnationis mysterium, passionis occasum, ascensionis triumphum, secundum etiam saluatoris aduentum, & electorum gloriam, & iudicium reproborum.

Moraliter. vnde supra.

E Sed & nobis singulis oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur. Oritur sol, cum suam infundendo nobis gratiam dixerit dominus de tenebris lucem splendescere. Occidit, cum accidit illud de Psalmo: Avertisti faciem à me, & factus sum contumeliosus. Oritur timentibus Deum, & occidit negligenteribus, & perniciosè securis: sed ad locum suum reuertitur post occasum: quoniam nouit dominus qui sunt eius, nec eos derelinquit. Timeat cui sol occidit: sed multo magis ad quem non reuertitur, cum occiderit. Gyrat per Meridiem credentibus inspirando seruorem dilectionis cum lumine cognitionis. Reflectitur ad Aquilonem, ad humilitatis custodiam immitendo timorem.

Item aliter.

F Aliter per solem seruor tribulationis intelligitur, factus patet in parabola seminantis. Sol iste quotiens super nos oritur, meminisse debemus quia etiam occidit, & quantobis

vehem
tamen
uius m
torum
tur, se
ret p
leris in
& vnde
sua vi
stius h
nec qu
no por
rante p
ruit qu
ignis q
iniqui

Quo
scatur.
Oritur
per Me
intellig
gentiae
re. vt ite
mus. Q
intuitu
go Sol
gratie a
beratur
trahit.
Oritur
gentiae
scensum
spectior
bleueru
cud con
Quo
tur.
Omnia
quia flu
veho

vehemens tribulatio celeri disparebit occasu. Reuertetur
tamen ad locum suum, vt conscientiam vrati nique, & ibi gra-
uius malignetur, vbi sumpsit originem malignandi. Vnde san-
ctorum quidam miserum esse definit, non qui iniuriam pati-
tur, sed qui facit. Vbi etiam quotienscumque renascens gy-
ret per Meridiem, vt filios lucis affligat: ne timueris, ne æmu-
leris in malignantibus: ad Aquilonem sine dubio reflectetur,
& vnde panditur omne malum: illud etiam omnes malitiæ
suz vires, omne virus, & omnem impetum retorquebit. Iu-
stus hoc veneno nihil est, quod in suum grassatur auctorem:
nec qui bibit moritur, sed qui propinat. sicut de sancto Sabi-
no pontifice in dialogo legitur: nam bibente eo nec igno-
rante poculum toxicatum, archidiaconus longè positus cor-
ruit qui fecerat propinari. Ibunt prorsus impij in flammam
ignis quam succenderunt, & vnde oritur illuc reflexa stabit
iniquitas.

RICARDVS.

Quòd ex defectu gratiæ nostra plenius infirmitas cogno-
scatur.

Oritur sol & occidit, & ad locum suum re. Ibi que renascens gy. G
pr. Me. et fleitur ad Aquilonem. Sol oritur, quando veritatis
intelligentia cordi inspiratur. Idemque occidit, cum intelli-
gentiæ radius obscuratur. Sed post occasum ad locum suum
re. vt iterum renascatur. Solis huiusmodi locus ipse est ani-
mus. Quid est ergo solem ad locum suum redire, nisi mentis
inuitum ad sui considerationem reflectere? Post occasum er-
go Sol ad locum suum reuertitur: quia per subtractionem
gratiæ ad defectus sui considerationem mentis oculus reuer-
beratur. Per hoc enim quòd diuina gratia se ad tempus sub-
trahit, cogitur cognoscere homo quòd nihil per se possit.
Oritur ergo sol & occidit, & ad locum suum reuer. Intelli-
gentiæ sol post ortum suum, & sublimis contemplationis a-
scensum, iterum ad locum suum reuertitur, & ad sui circun-
spectionem cordis oculus reuocatur, vt ad altiora iterum su-
bleuetur. Cor enim quod ad sui considerationem obdormit,
cito contemplationis gratiam quam accepit amittit.

Quòd omnis delectatio carnis in amaritudinem termine-
tur.

Omnia flumina iurant in mare, & mare non redundat. Scimus H
quia flumina dulcem faciunt aquam, sicut maria amarã. Quid

igitur est flumina intrare in mare, nisi omnem delectationem
carnalem terminari in amaritudine? Omne ergo flumen
mare intrat: quia extrema gaudij luctus occupat. Omnis
qua dulcis in mare decidens in amarum vertitur: quoniam
quidem risus dolore miscebitur. Omnia flumina in mare
feruntur, & omnis dulcis aqua in amarum mutatur: quia om-
ne oblectamentum, vt dictum est, in fastidium vertitur, &
omnis delectatio carnis in amaritudine terminatur. Sed flu-
mina in mare intrant, & mare non redundat: quia in omni
afflictione nostra, quia in omni percussione sua diuina equi-
tas modum seruat: quia in omni eo quod nos ad ultionem
ad correctionem percutit, metas iustitiæ non excedit. Mare
ergo non redundat: quia malitiæ nostræ meritum, miseræ no-
stræ quantitas non exuperat.

GALERIDVS.

Quod nouæ gratiæ materia sit exhibitã iugiter actio gra-
tiarum.

I. *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat.* No-
nosse cur ita? Ad locum vnde exeunt flu. reuert. vt iter. A
simili. In duobus omne studium nostrum, omnis nostra con-
sistere debet intentio: vt postulanda gratia, & gratia referen-
da. Sed quid opus est vt omnis nostra gloriatio & gratiarum
actio in Deum transeat: quia solus omni gloria plenus, so-
lus sibi sufficiens bonorum nostrorum omnino non egestis
glorificatur ab hominibus Deus, quomodo in mare influunt
aquæ, quibus tamen non abundat. Et quid erit, si in mare
influant: aut fontes siccati necesse est, aut diluuiò redundan-
te vniuersa deleri.

Quod licet expleatur carnis concupiscentia, nec tempo-
rali caret amaritudine, nec æterna.

K. *Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iter. flu.* Quid
est dicere: Concupiscentiam ex qua oriuntur voluptates,
non sanant vel satiant, sed irritant. Experta siquidem carni-
lis voluptas irget animum stimulo grauiori: & ad locum v-
nde iam semel prodiit iterum proditura reuertitur, dum exple-
ta concupiscentia non compefcitur. Hæc carnalis ille ceber
gemina pernicies: videlicet quod in perpetua amaritudine ter-
niatur: & iterum quoque magis irretet animum quàm dele-
ctet, amplius habens anxietatis in concupiscentia, quàm in ex-
perientia voluptatis.

HUGO DE S. VICTORE.

Quòd cordi humano nullum bonum sufficit
præter summum.

Non saturatur oculus visu, nec impletur auris auditu. Mirum est: I.
cor humanum toti mundo nõ sufficit, nec illi totus mundus.
Ipsum mundo non sufficit: quia cunctę res difficiles non va-
let eas homo ser. ex. Mundus illi non sufficit: quia non satu-
ratur oculus visu &c. Ergo scientia succumbit, affectus tran-
scendit. Tendit se scientia quantum potest, & totum capere
non potest. Amor verò totum haurit, & adhuc saturari non
potest. Quare hoc? quia scientiæ charitas supereminet: nec
cordi humano quicquam sufficit, donec ad Deum perueniat
& in illo feliciter requiescat. Magna igitur hominis felicitas,
cui nullum bonum sufficeret præter summum.

Quòd labor exterior hominem sæpè reuocat ad quietem.

Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum vt di- M
stendantur in ea. Occupatio est distractio & illigatio mentium:
quæ auertit, & dissipat, & illaqueat animas: ne quæ salutis
sunt cogitare præualeant. Vt distendantur in ea. vt se ten-
dant & distendant: laborent & deficiant: & reuertantur, & sa-
nent eos. Si enim in occupatione sua non laborarent, dulcis
feret nimis ipsa occupatio: & nolent illam deferere, & ad ve-
ritatem redire. Agamus ergo gratias tantæ pietati, quæ nos
in nostra auersione laborare facit: quia sepiuit spinis viam nõ
stram, quia in cibum absinthium, & fel in poculum dedit, vt
reuertamur & conuertamur ad ipsum virum & sponsum ani-
mæ nostræ. Item vt distendantur in ea. Quid est distendan-
tur? Exterius intumescant, interius inanes fiant. Nam quod
distenditur, foris quidem maius apparet, sed intus solidita-
tem amittit. Sic mens humana, dum ad inquirenda quæ extra
ipsam sunt tenditur, ne semetipsam consideret ipsa inquisitio-
ne plurimum præpeditur. O distentio perniciofa, quò trahis
animum? quantum promittis, & quantum tollis? Promittis
homini totum quod ipse non est, & tollis totum quod ipse est.
Quæ sit differentia inter spiritalem læti-
tiam & carnalem.

R *Isun reputari errorem: & gaudio dixi: Quid frustra decipe-* Cap. 2
ris? Spiritale gaudium nequaquam animum dissoluit N
ad risum: sed ea tantum lætitia quæ à carnis blandimento
concepitur, etiam per carnis motum facile appetitur. Lubri-

ca enim mens semen peruersum quod primum sine molesta concipit, quasi parturiens postmodum sine pudicitia effundit. Notandum autem quod gaudium tantum arguitur, risus vero reprobatur omnino. quia risus omni modo malus est gaudium non semper malum est: & idcirco illum reprobatur, hoc castigat. Propterea inquit: Risum re. et. & ga. d. Quid frustra deciperis? Frustra decipitur: quia ipsae delectationes mundi à consideratione futurorum cor auertere possunt, sed à pressura superuenientium liberare non possunt.

Quod contemplationis otium debeat actio praeuenire.

Cap. 3.

o



Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi. Si per lapides fortia virtutum opera accipimus, dispersio lapidum est multiplicatio bonorum operum. Lapidem enim spargere, est fortium exemplarum in multorum notitiam longè lateque efferre. Colligere verò, est post laboris studium, bonorum operum percipere fructum. Tempus itaque spargendi lapides, & tempus colligendi: quia prius debeat se homo in actiuae vitae studium exercere, vt possit postmodum fructum sui operis in gaudii contemplationis percipere.

Quod electis interdum gratia dispensatoriè subtrahatur.

P

Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplex. Sunt quidam amplexus sapientiae, & interni amoris delectabiles nexus: cum mens introrsum admissa suae dilectionis gaudium apprehendit, & quasi quibusdam desideriorum astringent brachiis foedus inquit cum dilecto, & pascit pactum perpetuae mansionis. Sed quia citò relabitur, adiungitur: Tempus longè ab amplex. fugit enim dilectus, sed non fugit vt effugiat: sed abscondit se tantum & celat in irritationem dilectionis: vt quaeratur in desiderio, & non inueniatur quoadusque ardentissimè diligatur. Hinc est quod subditur: Tempus acquirendi, & tempus perdendi. Quando enim dilectus praesens est, successus omnium multiplicatur virtutum, & repletur domus interior omnimoda ubertate. Tunc sterilia faciunt fructum, & quae emarquerant impinguantur fecunditate. Parata sunt omnia, sancti afflagrant affectus, diuitias suas anima ipsa miratur quas possidet. Sed ne fortè successus continens aliquatenus cor humanum per elationem praecipitet, sequitur: Tempus perdendi. Vt dum ab eo ad tempus salubris dispensatio-

spen
tem
C
Te
sine
tar,
post
tionis

Vn
cau
ni sim
terve
simile
Vnde
peran
homo
iume
Qu



fit bon
ratus r
nocer
Quid
possum
uenire
aut ine
tamen
ad fati
vore n
li nimi
iustus,
dum est

Q

spensatione successus virtutum tollitur, melius per humilitatem in virtute solidetur.

Qui de certamine trepidat, spe victoriæ confortetur.

Tempus belli, & tempus pacis. Vt simul agnoscat homo quòd sine pugna nemo ad victoriam peruenit. Et qui legitime certat, post adeptam victoriam in pace requiescit. Idcirco enim post tempus belli tempus pacis ponitur: vt qui de consertationis frangi poterat, de pacis dono consoletur.

BERNARDVS.

In quibus iumento similis habeatur homo.

Vnus meritis hominis & iumentorum. Homo enim per peccatum comparatus est iumentis in. & s. f. est illis. Igitur quidni similiter exeat, qui similiter vixit? More bestiali incubuit terrenis, morte bestiali excedet terris. Quid etiam mirum, si similem sortimur exitum, qui similem habuimus introitum? Vnde enim hominibus, nisi de similitudine bestiali ille intemperans ardor in coitu, tam immoderatus dolor in partu? Ita homo & conceptu & ortu, in vita & morte comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Quòd nec ipsa iustitia sit vltra quàm satis est appetenda.

Noli nimium esse iustus. Hoc dicitur, non quòd iustitia bona non sit: sed quia dum adhuc infirmi sumus, oportet ipsam nobis bonam gratiam temperari, ne fortè elationis aut indiscretionis vitium incurramus. Sicut enim sol iste corporeus licet sit bonus & valdè necessarius: tamen & feruor eius si temperatus non fuerit, infirmo capiti, & splendor infirmis oculis nocet: nec est solis culpa, sed infirmitatis: sic sol iustitiæ est. Quid est enim quòd incessanter orantes & supplicantes non possumus ad eam quam desideramus abundantiam gratiæ peruenire? Nunquid avarus aut inopes factus est Deus, impotès aut inexorabilis? Absit hoc. Sed ipse cog. sig. nostrum. Non tamen propter hoc à petitione est cessandum: quia etsi nõ dat ad satietatem, dat ad substantiationem. Etsi cauet nobis à feruore nimio, tamen fouet nos tanquam mater calore suo. Noli nimium esse iustus. Esto quòd possis, esse fortassis nimium iustus, possis & nimium sapiens: sed planè bonus vltra modum esse non potes, aut vltra quàm oportet.

Quomodo sit spiritalis facienda minutio, vt animi sanitas conseruetur.

T *Noli nimium esse iustus.* Minuendi sanguinis duplex est cura. Interdum qualitas, interdum quantitas obest: nec minus perniciosa immoderata abundantia quam corruptio. Liber meus est iste. Sanguis animæ meæ voluntas est. Naturæ siquidem cognatus præ cæteris humoribus sanguis dicitur: & animæ vita in voluntate est. Minuatur ergo prava voluntas, quæ morbi causa est spiritalis. Minuatur inquam, dum penitus exhauriri exsicarique non potest. Scindatur & aperiaturo vena ferro compunctionis, vt peccati etsi non omnis sensus ceterè consensus effluat & abiiciatur. An verò dubitas inueniri & in anima sanguinis inutilem inutilis abundantiam? Audi sapientem medicum, qui & ipsum docet iustitiæ sanguinem minuendum. Noli inquit, nimis esse iustus. Simile est illud Apostoli: Non plus sapere quam oportet scire. sed scire ad se. Cui patas venæ parcendum, si & iustitia & sapientia eget minutione? Quis enim sanguis vitiorum. Illud tamen memento, nec nimis iustum, iustum, nec ebriam (vt ita loquar) sapientiam oportere sapientiam nominari. Sic in sanguine corporis vbi excreuerit, non iam nutrimentum affert corpori sed detrimentum. Quamobrem si peccare delectat, adhuc sanguis vitiosus est: & minuere festinato. Si vis agere penitentiam, punire membra oportet, corpus affligere, iudicare temetipsum. Iustum id quidem, sed nec id nimis. Alioquin reprimendus est feruor immoderatus, ne noceat vnitati, seuiat indiscretioni.

CASSIANVS. Ex alia translatione.

Cap. 10. **V** *Quod peccator nisi fuerit confessus non sanatur.*
Si morderit serpens non in sibilo, non est abundantia incantatorum. Id est si per confessionem suggestio siue cogitatio diabólica incantatori cuiquam spiritali s. viro qui carminibus scripturarum mederi protinus vulnere, & extrahere de corde consuevit noxia venena serpentis, patefacta non sunt, succurrere periclitanti perituro non poterit.

Quod sicut nemo repente fit summus, sic nec turpissimus quidem.

In pigritiis humiliabitur contignatio. Lapsus quispiam nequam subitanea ruina corruisse credendus est: sed aut prauæ institutionis deceptus exordio, aut per longam mentis incuriam paulatim virtute animi decidente, & per hoc sensum vitiorum inerescentibus casu miserabili concidisse. Ante cõtritionem enim præcedit iniuria, & ante ruinam mala cogitatio. Quemad-

Quemadmodum domus nunquam subitaneo adruinam pro-
cumbit impulsu, nisi aut antiquo vitio fundamenti, aut lon-
ga inhabitantium desidia stillicidiis primum parvissimis pe-
netrantibus corrupta sensim fuerint munimenta tectorum.
Quibus per vetustam negligentiam in maiorem modum pa-
refactis atq; collapsis, priuatim post hæc insuet pluarum
tempestas. In pigris enim humiliabitur contigatio, & in
segnitie manu stillabit domus. Quod animæ spiritualiter e-
uenire idem Salomon aliis verbis ita designat dicens: Stilli-
cidia, inquit, efficiunt hominem in die hyemali de domo
sua. Eleganter ergo mentis incuriam domui comparauit te-
dōque neglecto: per quam primò quidem velut minutissima
quædam penetrant ad animam stillicidia passionum. Quæ si
velut parua & leuia negligantur, corrumpunt signa virtu-
tum: & post hæc influunt imbre largissimo viti orum, per quæ
in die hyemali. i. in tempore tentationis ingruente impugna-
tione diaboli expellitur mens de habitatione virtutum.

BERNARDVS.

Quòd perpetuò possessura sit anima quicquid in
exitu sortietur.

Sive ad Austrum siue ad Aquilonē ceciderit lignum, in
quocumque loco ceciderit ibi erit. Austrus calor & le-
nitas in scriptura sacra bonam solet habere signi-
ficationem. Ab Aquilone verò panditur omne
malum. Porrò homines sicut arbores ambulantes vidit ali-
quis. Exciditur ergo arbor in morte, & quacunq; ceciderit,
ibi erit: quia vbi te Deus inuenerit, ibi te iudicabit. Videat
quò casura sit, antequam cadat: quia postquam ceciderit, iam
non adiciet vt resurgat, sed neque vt se vertat. Qua parte ca-
sura sit arbor si scire volueris, ramos eius attende. Vnde ma-
ior est eorum copia, & ponderosior, inde casuram non dubi-
tes. si tamen fuerit tunc excisa. Rami nostri, desideria nostra
sunt, quibus ad Austrū extendimur, si spiritualia fuerint: si car-
nalia, ad Aquilonē. Quæ verò præponderēt mediū corpus in-
dicat. Et nepe præponderant, quæ secum attraxerunt corpus.
Sic enim corpus nostrū est inter spiritū cui seruire debet, &
carnalia desideria quæ militāt aduersus animā vel potestates
aërias, ac si iumentū cōstituas inter raptorē & rusticū. Quic-
quid ille minetur, quicquid intenet, si iumentū non duxerit,

Cap. 11.
Y

vincit inermis agricola latronem lorica tum. Sic quantuncun- que sæuiat malignus, quantuncunq; praua desideria cruci- ent, si vas suum vendicat sibi anima, vicisse credenda est.

G A L E R I D V S .

Quàm sollicitè cuique mortalium finis sui qualitas sit pensanda.

Z *Sive ad Austrum sive ad Aquilonem lignum ceciderit, ibi erit.* Prouideat igitur sibi antequam cadat. Postquam enim ceciderit, non adiiciet ut resurgat. Sed nec ad Orientem vel Occidentem cadere potest: sed sive ad Austrum, sive ad Aquilonem. Stat quidem in Oriente qui proficit, & in Occidente qui deficit. Et interdum apparet clarior qui declinat, & lucidior vespera quàm aurora: cum sit à plenitudine Meridiani luminis illa remotior quæ iam recedit & elongatur, quàm quæ accedit, etsi procul posita videatur. Nec facile est discernere inter mane & vesperam, inter crepusculum & auroram. Vel magis facile est decipi inter ista, si quis incrementum nesciat aut defectum. Nam inter Aquilonem & Austrum, inter Meridianam scilicet claritatem & profundam mediæ noctis caliginem, nemo vidēs ambigere potest. Quis autem Aquilo vel quis Auster, nisi plenitudo lucis, & caligo profundissima tenebrarum? Felix arbor quæ ad illum ceciderit Austrum. erit enim in illo Meridie totius boni satietas indeficiens, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit. Plena erit felicitas: quòd nihil nos mediocriter iam delectet, nihil modicè placeat, nihil parum ametur. Plena erit quia corporis simul & animæ ineffabilis erit & diuina quædam voluptas, incogitabilis & incomprehensibilis felicitas. Continua erit dupliciter, quasi loco simul & tempore, nullam vel in rebus intercapedinem, vel in momentis vicissitudinem delectationis inueniens. Erit continua, quòd in omnibus omnino rebus electi omnes plenissimè collatentur in Deo, in proximis omnibus, in seipsis & in omnibus creaturis. Erit autem quòd perfectissimum est etiam sempiterna: sicut vicissitudinis nescia, sic etiam finis ignara. Porro infelicitas miserorum quorum ceciderit fors ad Aquilonem, nihilominus eregiõne & vehemens erit, & continua, & æterna: quòd è contrariis quæ prædiximus facile quibus intelligat. Iam qui desiderat præscire quòd cadat, vbi interim stet considerare non negligat. Siquidem & Austrum
Orient,

Oriens, & Occidens vergit ad Aquilonem: vt perinde quam parte easurus facillè quisque coniciat, si studuerit considerare quò tendat. Veruntamen in his omnibus fides potius est consulenda quàm facies.

Quàm necessaria sit memoria creatoris.



Memento creatoris tui. Inter omnia Salomonis verba & multiplices eius parabolas, vt quibusdam videtur, nihil obscurius his quæ prope finem libri Ecclesiastes perorat ad memoriam excitans creatoris. In quibus admonitum conuenit esse lectorem, quòd ab eo loco vbi ait, *Memento creatoris tui: vsque ad illum, Spiritus redeat ad dominum qui dedit illum: tota pendet oratio. & hoc solum concionator noster intendit: vt quàm sit necessaria creatoris memoria insinuet, dum sequitur quàm graua mala parturiat eius obliuio. Memento igitur creatoris tui. Dum videre adhuc non licet, vel memoriam eius amplectere, si præsentiam eius concupiscis. Memento cre. t. Nil vtilius. Ea nempe memoria tollit extollentiam, & sub eo humiliat: tollit dissidentiam, & aduersus inimicum erigit & confortat. Memento cre. t. Parum est hoc. Ego amplius aliquid addo. Memento redemptoris tui. Nihil enim profuit creari, nisi redimi profuisset. Salomon suæ generationis hominibus quod erat notum pro tempore loquebatur. Nobis clamat Apostolus: Empti estis precio mag. &c. Non mediocriter periculosa est beneficij huius obliuio: odibilis foret omnibus bonis, si quis hominum homini inueniretur ingratus, per cuius operam videretur auditum recepisse vel visum, amplius tamen si ipsius memoriæ intellectum. In diebus iuuentutis tuæ. Quos fortè arbitraris plurimos, sed finientur breui. In diebus, inquit, iu. t. Velut copiosa quadam luce prosperitatis & fortitudinis iuuenilis: quando quod iuuat & delectat habes, antequam veniat quod affligat. Vnde subditur: Antequam veniat tempus afflictionis. Quicumque affligitur, impute sibi: quia fortè aliter meminisse noluit creatoris. Memoriam Dei velut à contrario nobis commendat, dum copiosè insinuat quid periculi ex obliuione Dei & beneficiorum eius ingratitude proueniat. Sibi enim relinquitur, qui illius non recordatur. Est ergo sensus: Antequam veniat tempus afflictionis: præsentis seculi, vt per tentationem eas in perdi-*

Cap. 12.

A

tionem. Notandum etiam est hoc quod dicit: In diebus
 iu. t. id est in tempore discretionis & intelligibilis aetatis.
 Nam in pueritia velut in hasta literæ Pythagoricæ indiffe-
 renter vivebas. A iuventute verò necesse est vt vel ad des-
 tram memor Dei; vel immemor eius transeas ad sinistram.
 Sequitur: Et appropinquent anni de quibus dicas, Non mihi
 placent. Ac si dicat: Memento ere. t. antequam hæc & hæc
 veniant. quia si memor eius non fueris, hæc sequentur. Po-
 test idem quod per tempus afflictionis, etiam per annos istos
 intelligi: vt quod noluisse prius timere, fatearis tibi postmo-
 dum iam non placere. Et possunt intelligi anni multi, multi-
 tudo tentationum. Vel aliter. Sicut pietas promissionem ha-
 bet vitæ quæ nunc est, & futuræ: sic impietas Deum non co-
 lens nec memorans interim affligitur, postmodum & damna-
 tur: quia non est nunc pax impiis, sed in posterum minus.
 De impatientia & rancore animi damnatorem minus dicit,
 & plus significat: cum nullum eis tormentum sit grauius,
 quam contra stimulum calcitrare. Possent etiam damnatio-
 nem euadere, si possent iustitiæ concordari: & in ipsa sibi
 vltione vt iustum fuerat complacere. Sequitur: Antequam
 tenebrafeat sol. in te, s. vel tibi. & lumen, & luna, & stella.
 Sol, spiritalis intelligentia vel doctrina euangelica potest in-
 telligi. Lumen, id est ratio humana, vel propria experientia.
 Solet enim hoc primum esse & grauissimum in tentationi-
 bus nostris: quod vniuersa sub trahitur cognitio veritatis.
 Ea autem quadripartita est: in intelligentia spiritali, & huma-
 na ratione, & fide & exemplis sanctorum. Vel aliter: in euan-
 gelica doctrina, & experientia nostra, & lege Moyse, & ver-
 bis doctorum. Intelligitur ergo luna fides, vel lex Mosai-
 cæ. Stellæ verò sanctorum exempla vel doctorum scripta. Sequi-
 tur: Et reuertantur nubes post pluuiam. Quod nubes ad
 pluuiam, hoc culpa ad pœnitentiam. Aliter. Post pluuiam
 succedit serenitas: cum post lachrymas orationis sequitur
 tranquillitas mentis. Nubes verò post pluuiam reuertitur,
 quotiens post orationem cogitationes nostræ priori caligi-
 ne iterum confunduntur. Aliter. Dum peccata nostra inter
 nos & Deum separant, ipsa est nubes quæ opponitur ne
 transeat oratio. Debuerant autem cessare, cum in lachryma-
 rum imbrem soluuntur: sed ad immemorem creatoris no-
 rum reuertuntur. Quando commouebuntur custodes do-

ms. ne sicut solebant indigna quæque arceant ab ingressu. Ad hoc enim fuerant constituti, vt considerans quis considerantē se Deum, timeat incōgrua cogitare: gehennam timens, prauis affectionibus locum dare: cœlum desiderans, indignum recipere aliquid in intentione. Habet enim domus nostra quæ est mens nostra, vestibulum cogitationis, palatium affectionis, thalamum intentionis, & ad singula opus est custodibus & ostiariis. Obseruet igitur fores vestibuli intuitus & reuerentia inspectoris occulti. Ianuam palatij, timor inferni. Ostium thalami, desiderium regni. Et nutabunt viri fortissimi, à priori s. constantia. Quia nemo repente fit turpissimus. Cauenda sanè commotio & mutatio, quæ ruinæ quædam origo & perditionis accessio est. Nutabunt, inquit, viri fortes, id est custodes ipsi, vel homines qui custodes tales ante habere meruerant, vt vix auderet tentator accedere. Et otiosæ erunt molentes imminuto numero. molentes, id est cogitationes timoris & spei: quibus tanquam animæ dentibus debet cibus commoli, vt vtiliter possit in conscientiæ stomacho digeri. Vbi altera mola subtrahitur, altera frustra relinquitur. Vnde etiam prohibet lex ne qua earum pro pigro auferatur. Prodesse enim huiusmodi cogitationes, si plures essent: sed quia raræ, ideo etiam otiosæ. Contingit autem hoc iis qui non meminerint creatoris, vt ex aliqua occasione interdum quidem sed inefficaciter cogitent quæ prius solebant cogitare vtiliter dum frequenter. Et tenebræ videntes per foramina. In consideratione sui s. Vbi enim affectiones languerint, etiam à cogitatione animus tenebrascit. Vid. per fo. id est curiosè iam nunc neglectis propriis aliena scrutantes. Vel prius subtiliter spiritalia intuentes. Et claudunt ostia in plateis Vbi nihil occultum. Latere enim cupient, & inaniter posse sperabunt in euidenti, in publico, vbi omnes faciliè deprehendunt. In humilitate vocis molentis, id est malo studio aliena bona conterentis & comminuentis. Quasi enim plangendo nequiter humiliati loquentur submissa voce detrahendo. Et consurgent ad vocem volucris. Inaniter s. gloriantes in testimonio famæ, non propriæ conscientiæ. & miseri qui non cogitant quam volucris & volatilis sit. Consurgent inquam, id est eleuabuntur, ab humilitate s. quam antea simulabant. Qui enim occultè detrahunt, vt opportunitatem sibi inuenisse videntur

exultant, exaltant vocem, & prius demissum continuo le-
uant caput. Vox est volucris, blanda, sed nequam adulatio
quædam transitoria prosperitatis, & fallacia diuitiarum. de
quibus Sapiens ait: Quia facient sibi pennas & auolabunt.
Quia verò ad vocem volucris huius consurgunt, ad carmen
cœleste infeliciter obsurdescunt. Et hoc est quod sequitur:
Et obsurdescunt omnes filia carminis. Obsurde, inquam, si-
cut aspides, quæ alteram aurem infigunt terræ, alteram obto-
rant cauda: dum hinc quidem obediunt carni, inde peccant
in spe: & sibi tamen de confessione vltima blandiuntur.
Fi. car. id est deuotæ affectiones: quæ prius oriebantur ex car-
mine promissæ iucunditatis. Hoc carmen apud Iezechie-
lem legitur scriptum, cum lamentationibus huius vitæ, quæ
bonis & malis inueniuntur esse communes. Vnde etiam vitæ
ipsa à fletu incipit, & cum illo væ maledictionis æternæ. Ab
his siquidem lamentationibus alius ad carmen transit, alium
ad væ: id est alius ab hac vitæ ad veram lætitiã, alius ad per-
petuam maledictionem. Excelsa quoque timebunt. Quasi dicitur
cat: Nec in ipsa elatione sua qua renuunt humiliari sub timore
Dei, poterunt esse securi. Et formidabunt in via. Quan-
libet enim elongentur à vitæ, non carebunt sollicitudine
& timore. Florebit amygdalus. Amygdalus, nux longa
est: quæ est spes æternitatis, qua nihil longius. Florebit in
specie pietatis: non fructificabit in virtute: quia sola exinde
impin. lo. eosdem flores deuorans, propria s. vanitas, vel aliena
loquacitas. Hyemalis quædam præpropere gloria tem-
poris huius in floribus amygdali arguitur: quòd florere ap-
petat ante tempus. Siquidem arbor illa hyeme floret. Impin-
guabitur locusta. Impinguatum cor contemplationis saltem
dare non poterit. Vnde: Incrassatus est dilectus. Locusta,
leuitas est vanæ gloriæ: vel detractores aut adultores ore
nocentes, nec loco stantes: quia qui verum dicit, non labo-
rat. Dissipabitur capparitis. Hebræus habet verbum ambi-
guum: quod & cap. amor interpretatur. Capparitis splentis-
cos curat, vt aiunt, purgando melancholiam, sicut charitatis
fraterna malitiam. Est ergo sensus: Cappa. dissipa. id est fra-
terna charitas dissoluetur. quæ per cappa. designatur: quia
herba vel arbuscula est calidissima: & in parietibus oritur,
per quos fraterna vnanimitas intelligitur. Quoniam ibi ho-
mo in domum æternitatis suæ. Oblitus enim se esse in taber-
naculo

maculo errando tendit in domum seculi huius, quam amando quasi fingit æternam. Suam dicit non verè, sed quam sibi ipse fecit. Misera domus rea conscientia, cuius fundamentum obstinatio, testum simulatio. Pariès anterior negligentia. Posterior impœnitentia. Dexter paries ingratitude beneficiorum. Sinister impatientia tribulationum. Vtrinque enim aduersus eum qui salutem nostram in rebus quærit vtrisque, velut obiectis parietibus claudimur, si ingrati ad beneficia, duri ad flagella fuerimus. Et circumibunt in platea, id est in via lata & ampla. Quid ergo facerent in angusta? circumibunt exquirentes & vix inuenientes vnde plangant, vnde murmurent, vnde causentur. Occasiones enim murmurationis exquirunt nunc verba, nunc facta, nunc suspitiones proprias sectantes. Plangentes antequam rumpatur funis argenteus. Plan. quòd non omnia ad votum profus occurant. Non timentes sicut debuerant, ne via lata in profundum demergat inferni: sed causantes quòd sibi adhuc videatur angusta. Et maior est nunc planctus in platea, quàm olim fuerit in via arcta. Funis, id est sermo diuinus, qui opera nostra coercere solebat. Rumpitur hic funis, cum iam stultus non corrigitur verbis. Meminisse expedit creatoris, antequam immemores eius omnino dissoluti inueniamur, nec fune ligati, nec vitta redimiti. Funis iste argenteus dicitur: quia per argenteum diuina eloquia figurantur. Et recurat vitta aurea, id est diuina sapientia, subtilis & ampla, quæ per aurum sapièntissimè designatur. Non autem quòd recurat dicitur: quia nescimus vnde veniat, aut quòd vadat. Accurrit enim cœlitus illapsa, peccatis exigentibus subtracta dispareret. Clavis affigitur, qui timore vrgetur. Vitta ligatur, qui promissione tenetur. Visco conglutinatur, qui charitate Deo vnitur. Et conteratur hydria super fontem. Hydria, id est prompta quædam & facilis intelligentia super scripturam planam & euidentem. Et confringatur rota super cisternam, id est artificiosa & quasi circumiens meditatio super scripturam apertam atque profundam. Errat qui ad fontem applicat rotam, nec minus qui hydriam exhibet ad cisternam. Perdit enim plana, qui ea tanquam profunda rimatur: & ab abditis vacuus redit, qui solam intuens superficiem penetrare interna non nouit. Fons, incarnatio Christi est: quando veritas de terra orta est. Super hunc hydria confringitur, cum mens

nostra non in memoria humanitatis Christi afficitur, Cisterna, est profundior & secretior sapientia de sursum collecta sicut cœlestis pluuia colligitur in cisterna. Qui haurire non potest nec de fonte, nec de cisterna, iam neque in pinguedine terræ nec in ro. cœ. de. e. bened. sua: sed cœlum ei aeneum est, & terra ferrea est: cui videlicet nec in humanitate nec in diuinitate Christi est deuotio vlla. Et reuertatur puluis in terram suam vnde erat. Puluis humore carens quandoque haurire iam nec de fonte potest, nec de cisterna. Perniciosa enim iterum terræ incipit adhærere, qui priuatus humore gratiæ tanquam puluis sibi ipsi desit cohærere. Et spiritus redeat ad dominum qui dedit illum. Spiritus, id est gratia priuata accepta quæ in suam perniciem immemor largitoris eius abutitur. Hoc redire, innotescere est. Vnde enim simulatione prius auertitur, illuc tandem impudentiæ animositate reuertitur. Sicut de pace oblata dicitur, quod non recepta ad eum qui obtulit reuertatur. Sic in vanum accepta gratia quæ indigno tribuitur, & ab eo quasi repellitur, ad largitorem suum reuertitur. Et si non proficit ad salutem eius cui tribuitur, ad ipsius qui contulit gloriam non iniuste refertur: ut in omnibus donis & iudiciis suis ipse glorificetur. Hic spiritus datur gratis, vt merito subtrahitur ingratis. quod si meritis, memento (vt expedit) creatoris.

Quod vana gloria amygdali flore pascitur
& non fructu.

B *Florebit amygdalus, impinguabitur locusta.* Amygdalus, arbor longa, cuius specie simul & nomine intelligitur spes æterna. Non enim de facili in nuce sicut in pomo pertingitur ad saporem. Quod si in nuce spei quædam similitudo, æternitatem innuit longitudo. Huiusmodi arbor frondet in sermone, floret in spe, fructificat in opere & veritate. Inque fructus eius locusta non nouit, sed impinguatur vbi illa floruerit. Delectatur siquidem & fouetur quadam specie pietatis, sed ad fructum eius non peruenit. Nec inuenerit vbi decem plagis opposita, x. præcepta traduntur, falsus vocatur locusta vocatur: non modò quod ore noceat sicut illa, sed quod nullatenus loco stet vt locusta. Siquidem à contrario eiusmodi obtinuit nomen, quod minime certam in loco vno hincinde saliens habeat stationem. Sic nimirum falsus testis circumit & tergiuersat, certum non habens fundamentum

tum veritatis cui innitatur. Et quid tam falsum est, quid tam fallax quam gloria vana?

PETRVS LOMBARDVS.

Mythicè de proprietate amygdali.

Florebit amygdalus, impinguabitur locusta, dissipabitur cappar **C**
ri, &c. Amygdalus ista, Christus est. Amygdalus enim tria
 habet, corticem, testam, & nucleum: & Christus in tribus
 consistit substantiis. In eo quippe est cortex carnis, testa
 mentis, nucleus deitatis. Cortex amaritudinem habet, testa
 fortitudinem, nucleus dulcedinem. Sed quando floruit hæc
 amygdalus? In resurrectione, quæ siccata & mortua visa
 est in passione & morte. Florente autem hac amygdalo im-
 pinguata est locusta, id est populus Gentilis, & dissipata cap-
 paris, id est populus Iudæorum. Per locustam non imme-
 ritò populus Gentium designatur. Locusta enim saltu mo-
 uetur, nec nisi saliendo ambulat, & inordinatè fertur. Hæc
 est gentilitas, quæ olim non pederentim, sed quasi saltu ra-
 ptatur per vitia. Et audi Paulum de huius locustæ saltibus
 disputantem: Qui mutauerunt, inquit, g. incor. Dei, in simi-
 litudinem cor. hominis. Pessimus hic saltus. Sed audi & alios
 saltus immò præcipitia quædam. Sequitur: In similitud. vol.
 & quadru. & serpentium. Sic saliebat locusta hæc, donec ve-
 nit saliens in montibus, & transiliens colles, vt post locustam
 salire faceret. Hæc itaque locusta cum prius esset tenuis &
 macilenta, squalida & infæcunda, florente amygdalo im-
 pinguata est, id est resurgente domino deuotione fidei re-
 plota & pinguedine charitatis. Sed impinguata locu-
 sta, dissipata est capparis: quia dum sterilis pe-
 perit plurimos, quæ mult. habe. si. infir. est.

Capparis petræ inhærere dicitur, &

renibas valere. Sic quondam

synagoga Christo

inhærebat.

Finitur Ecclesiastes.

SEQVNTVR CANTICA CANTICORVM.

BERNARDVS.

Quòd spiritualis ardor desiderij exteriorem
hominem decoloret.

Cap. I.
D



Igra sum, sed formosa, s. Hie. s. tal. p. Salo. Nolite me considerare quòd fusca sum: quia decolor me sol. Ac si manifestè spiritualis quispian dicat teneras & infirmas mentes exhortans: Quid laboriosa quæque & humilia conversationis nostræ tam sedule numeratis? Saga cilicina sunt, & peller arietum rubricata: quibus interior ille splendor & interna tegatur gloria, & illæsa pulueri & imbris iniuria conseruetur. Neque enim tristitiæ aut necessitatis est exterior iste neglectus & nigredo forinseca, sed occulti splendoris & exultationis æternæ. Decolorauit me sol, id est lux interior exterioris impatiens. Nimirum ignis est, & inania folia non admittit. Alioquin aut exuri folia, aut si præualuerint, ignem extinguere necesse est. Spiritum, ait Apostolus, nolite extinguere.

Quòd hædos pascat qui exterioribus sensibus est intentus.

Pasce hædos tuos. Hædos qui peccatum significant, reddi oculos aurisque appellauerim. quoniam sicut mors per peccatum in orbem, sic per has fenestras intrat ad mentem. In his pascendis se occupat curiosus, dum scire non curat qualem se relinquat intus. Homo si te vigilanter attendas, morum est si ad aliud vnquam intendas.

BALDVINVS.

Quomodo charitas tripliciter ordinetur.

Cap. 2.
E *Introduxit me rex in cellam vinariam. Ordinavit in me charitas.* Item. Cella vinaria, est cella cordis. Vbi est vinum compunctionis, & vinum amoris. Cella inquam cordis, sed eo-

rum

rum qui conuertuntur ad cor. Ordinauit in me charit. Charitas ordinatur æstimatione, emulatione, & electione. Aestimatione quidem, cum vero iudicio mentis omnibus melior, dignior, preciosior æstimatur. Parum est autem sic sentire de ipsa, & sola æstimatione omnibus eam præferre, nisi & affectione omnibus præponatur, vt ante omnia & super omnia desideretur. Sed & hoc parum est, nisi & electione ordinetur, quatenus sic quæratur vt habeatur & teneatur. Aestimatio igitur in iudicio rationis est, æmulatio in desiderio voluntatis, electio in consilio discretionis.

GILBERTVS.

Qui sint qui ambire debeant lectulum Salomonis.

Lectulum Salomonis ambiunt lx. fortes ex fortibus Is. om. te. gla. & ad bella doctiss. Vide Cap. 3.



quomodo amplæ delitiæ arcta cinguntur custodia. Fortes sunt qui prærogant & iustitia operis & notitia legis. Non est de fortibus Israel, qui cum vulneratur non dolet, cum verberatur non sentit, stupidus manens ad omnes stimulos ancipitis gladij verbi penetrabilis: & gloriatur si contra sapientiæ stimulos calcitret. Non talis Maria, cuius animam acsi mollem materiam gladius pertransiuit. Me vtinam facile obtineat verbum validum, in me operetur eius efficacia, & animam meam hic penetret gladius, vt & ipsa quasi in gladium cõuertatur contra spirituales pugnatura nequitas. Quid mittis manum ad fortia, qui ex fortissimis non es? Custodiam vt quid suscipis, qui lectulum non excutis? Quid lectulum ambis, qui gladium non habes? Aut si habes gladium verbi, habes eum in vagina, non habes in lingua. Non tenes manibus linguæ verbi Dei verfatilem gladium. Volubilis est sermo spiritus, flammeus est: sed nescio quomodo extra naturam suam in manu tua hebetatur, restringitur & pigrescit. Quid igitur tibi vsurpas officium, cuius vsum non habes? Vnius cuiusque ensis super se. Vt seipsum primò corripiat, custodiat semetipsum. Vnius cuiusque ensis super se. Vt vbi est tentationis occasio, ibi maior verbi præoccupatio fiat, commonitio crebrior. Propter timores nocturnos, propter lapsus subitos, præoccupatos casus. Super femur. non propter femur, sed propter timores nocturnos. Fortè quia non est col. aduersus carnem & san-

SVPER CANTICA CANTIC.

guineum, qui signatur in femore, sed aduersus mundi recitanebrarum harum: ideo propter ti.no&. contra spirituales nequitias. Quanto feliciorem sortita est luctam quæ Salomonis continetur in lectulo! Amplexere igitur verbum quicumque in lectulo contineris. Vtere eo sicut in lectulo, non sicut in bello. In lectulo locus est non enlibus, sed amplexibus strictis Noli fortis esse, ne tibi foris esse contingat. Quid tibi cum conflictu, qui totum de affectu constare debet? Que sponsa est, non disputantis & configentis sedatur negotium, sed otium amplexantis.

GILBERTVS.

Quòd non debeat Christianus nisi in cruce Domini gloriari.

G *Ascensum fecit purpureum.* Verè ascensus purpureus quem Christi signauit cruor, & passionis eius colorauit fides. Et vide quàm congruo modo sibi concinunt columnæ argenteæ, & ascensus purpureus. In illis sapi fideliter, in isto sentis humiliter. In illis meditatio, in isto imitatio Non enim in sermone tantum est regnum Dei, sed in virtute. Quid istic dices, qui humiliationem seruitutem reputas? Seruus non est, quem regalis purpura nobilitat. Humilitas suscepta pro Christo regiam præfert dignitatem. Hic tu pedem libenter pone, vt pes tuus intinguatur in sanguine Christi. Euacuaris à gloria Christi, si alia re nobilitari præsumas. Nam si compateris, & conregnas.

BERNARDVS.

Quòd qui non Christum videre contemnit in exilio securus, in iudicio non videbit.

H *Egredimini filie Sion, &c.* Animæ seculares debiles, delicatæ, filie & non filij, in quibus nihil est fortitudinis, nihil virilis animi, egredimini de sensu carnis ad intellectum mentis, de seruitute carnalis concupiscentiæ ad libertatem spiritualis intelligentiæ. Et videte regem Salomonem. Alioquin non erit vobis tutum videre Ecclesiastæ. Idem enim qui Salomon, id est pacificus in exilio est: Ecclesiastæ, id est cœciator, erit in iudicio: Idida, id est dilectus domini in regno. In exilio mansuetus & amabilis, in iudicio iustus & terribilis. In regno gloriosus & admirabilis. Vbique rex est. Licet enim regnum eius non sit de hoc mundo, tamen rex est etiam in hoc mundo. Interrogatus siquidem, Ergo rex es tu? Ego

inqu
recto
distr
videt
rona
tus
ricor
enim

Ore
hiber
nauit
tam
circu
heri
noris

Q
para

N

Nihil
labiis
Tori
rem,
perio
super
profes
est: &
num p
solati
tur. H
Coric
sollici

inquit, in hoc natus sum, & in hoc veni in mūdum. Hic ergo rector est morum, in iudicio discretor meritorum, in regno distributor præmiorum. Egredimini proinde filiæ Sion, & videte eum in diademate quo coronauit eum mater sua, in corona paupertatis, in corona misericordiæ. Siquidem coronatus est & à nouerca sua corona spinea, à matre corona misericordiæ: coronandus à familia sua corona iustitiæ, coronat enim eum & pater corona gloriæ.

Quòd humiliati capitis membra debeant conformari.

Egredimini si. Si. & vi. r. Sa. in dia. quo coro. e. mater sua. I

O regem! O diadema! Mater synagoga, non matrem se exhibens sed nouercam, regem nostrum corona spinea coronauit. Pudeat sectari gloriam membra quibus caput suum tam inglorium exhibetur: peccatorum scilicet nostrorum circumdatum spinis. Pudeat sub spinato capite membrum feri delicatum, quod amictum interim purpura non tam honoris, sit quàm irrilionis.

Quòd monachi dentibus & tonsis ouium gregibus comparatur.



Entes tui sicut grex tonsarum, &c. Non sunt Cap. 4.
K
hi dentes de quibus dicitur: Deus conteret dentes eorum. Sunt enim dentes ecclesiæ, cuius decorem dominus concupiuit. Quæ cum tota sit pulchra, pulchrior tamen apparet in dentibus. Dentes candidi sunt & fortes, carne carent & corio. Nihil intra se pati possunt. Non est dolor eorum. Clausi sunt labiis ne videantur. Indecens est cum videntur nisi ridendo. Toti corpori masticant cibum, nullum inde trahunt saporem, non facillè consumuntur. Per ordinem positi sunt. Superiores alij, & alij inferiores: & cum inferiores moueantur, superiores nunquam. Dentes isti sunt homines monasticæ professionis, qui de toto ecclesiæ corpore quod candidum est: & candidiores videntur: qui s cogitationum sicut actionum peccata deplorant. Fortes sunt quibus tribulatio pro solatio, contumelia pro gloria, inopia pro abundantia ducitur. Hi carnem non habent: quia in carne carnis oblitii sunt. Corio carent: quia nitorem & distensionem mundanarum sollicitudinum non habentés, in pace in idipsum dormiunt

SUPER CANTICA CANTIC.

& requiescunt. Nihil morari intra se patiuntur: quia nec modicum quidem offendiculum tolerabile reputant, aut inter se, aut in consciis singulorum. Non est dolor sicut dolor eorum: quia nihil tam horrendum & horribile est, sicut murmur & dissentio in congregatione. Clausi sunt labiis ne videantur, & nos materialibus valis circuncingimur, ne secularium oculis & accessui pateamus. Indecens est si appareant nisi ad risum: quia nihil turpius quam monachus per verbes & castella discurrens, nisi cum illa cogit quæ operit mulierem. Charitas enim risus est: quia hilaris, læta, non tamen dissoluta. Dentes toti corpori cibum masticant: quia pro toto corpore ecclesiæ viuis scilicet & defunctis orare sunt constituti. Nullum inde saporem habere debent, nullam sibi gloriam assignare. Non facile consumuntur: quia quanto annosiores, tanto feruentiores, & eo rapidius currunt, quo vicinius propinquant ad palmam. Per ordinem positi sunt, quibus scilicet cibus & potus, vigilare & dormire, laborare & quiescere, & cætera omnia in pondere & numero & mensura constituuntur. Alij superiores, alij inferiores: quia alij prælati, alij subditi: & sic superiores inferioribus iunguntur, ut ab inuicem non discordent. Cum inferiores sepe moueantur, superiores nunquam moueri debent: quia etiam subditi turbentur, constantia prælatorum immobilis perseveret. Sicut grex tonfarum, inquit, &c. Benè monachi tonsis ouibus comparantur. Benè enim tonsi, & ut dicitur præfati tonsi, quibus nec corda, nec corpora, nec mundanum aliquid in proprietate delictum est. Lauacrum, baptismus est, de quo ascendit qui ad celsitudinem vitæ perfectioris assurgit. Descendit autem, qui se vitæ mancipat inhonestæ. Omnes gemellis fœtibus: quia verbo pariunt & exemplo. Et sterilis non est in eis: quia nullus est infœcundus.

GILBERTVS.

Quòd feruens oratio Deum liget, vulneret, & incendat.

L *Sicut vitæ coccinea labia tua.* Nimirum ea labia ligant & rutilant, quæ de tali ventris fructu loquuntur. Concepta in corde charitas, quasi ignis flammigerans coccineo colore labia inficit per quæ erumpit. Calor de excelso missus in corde, germanum labiis præstat colorem. Quid enim aliud sibi

vult
mon
iam
adur
& co
Sal
domi
hunc
Deni
nea l
lentia
plius
stris
Dei,
mea
labio
Sed c
tenax
hii,
astrin
Qu
Dor
sunt,
ma fer
sus de
da: Sul
tia in
bra, c
Qui p
ciur,
tia, h
multo
& dele
cum ap
cultatu
in sum
inter q
vbi var
kiloru

vult quòd coccinea dicuntur, nisi quòd in hoc flammea demonstentur, eo quòd coccus igneo rubet colore? Labia hæc iam non altaris carbone purgari indigent, & exteriori igne aduri, ipsa enim de interiori ignis flamma iam flammea sunt, & conceptum visceribus de excelso ignem aliis seminant. Salutarem utique disseminant scientiam, legem igneam quã dominus venit mittere in terram. Benè coccinea labia, quæ hunc ignem non solum in terrã sed etiam in cœlum mittunt. Denique & ipsum cœli dominum succendunt. Ideo coccinea labia commendat: quòd ibi coccinea sunt, quòd ibi calentia videntur, quòd illa flammea sentit, & in mutuam amplius charitatem succendunt. Mira res. Ignis ipse est, & nostris tamen inardescit scintillis. Quid ni? Et gladius est verbũ Dei, & tamen vulneratur. Vulnerasti, inquit, cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum m. v. o. t. Vulneratur oculo, labio inflammatur etiam & ligatur. Ideo vittæ comparatur. Sed charitas vulnus est, vitta coccus. Vides quàm acuta, quàm tenax, quàm ignea est charitas? Talibus inhærendo vtere labiis, tenaci velut vitta vinculo memoriæ cordi tuo dilectum astringe, agglutina, succende illum succenso affectu.

Quòd sit umbra triplex, fraus, fides, mysteriũque.

M

Donec aspiret dies & inclinentur umbræ. Plures hîc umbræ sunt. Umbra fallaciæ, umbra refrigerij, umbra figuræ. In prima serpens dormit. In secunda sponsa quiescit. In tertia sponsus delitescit. De prima dicitur: In umbra dormit. De secunda: Sub umbra illius quæ desideria se. De tertia: Quia sapientia in mysterio absconditur. Omnes istæ reclinabuntur umbræ, cum aspirauerit dies. Umbræ fraudis, fidei, & mysterij. Qui pascuntur in liliis. Qui inter lilia pascitur, inter illa refectur, illa esurit. Beati enim qui esuriunt & sitiunt lilia iustitiæ, lilia castitatis, omnium lilia gratiarum. Si esurire beatum, multo magis inter illa pasci, & ipsa virtutum esuries pascit, & delectat auditas, odor cibis, sed nondum satiat. Satiabor cum appa. g. t. Totum quod inde haurimus in odore est. Occultatur forma, sed famam audimus. Tenuis quidem in fama, in fumo, in odore cibus. Dulcis sed tenuis. Infelix planè qui inter quædam lilia positus, inter lilia sanctę congregationis, ubi variaz vndique virtutes redolent: nihil tamen suaue, nihil liliorum simile nouit odorari.

SVPER CANTICA CANTIC.

HVGO DE S. VICTORE.

Quibus profectibus anima visitationem domini mereatur.

N *Vadam ad montem Myrrhae & co. Li. & lo. spon. mea.* Nota quod non semper domi est sponsus iste. Cauet enim ne forte vilescat amor suus. Et quia citius in tedium veniret, si semper praesens esset: ideo aliquando se subtrahit, aliquando ad tempus recedit: ut dum quaeritur absens, strictius tenetur praesens. Tunc forte aberat, quando haec dicebat. Sed ne mora longior obliuionem gigneret, redire disponebat, & ait: Ibo mi. & c. Secum loquitur quid facturus est: quia ad dicendum dulce est, quia ad faciendum dulce est: & nescio quo pacto, quod multum cupimus, nunquam loqui fastidimus. Ibo, inquit, mihi. Sibi vadit: quia singularis amor participem secreti non recipit. Ad montem Myrrhae & colles Li. Myrrha mortificationem carnis significat: Libanus qui interpretatur decandatio, munditiam cordis. Haec est via per quam sponsus ad sponsam venit Mons Myrrhae & col. Li. Quia primum per abstinentiam concupiscentia carnis occidit, deinde per munditiam cordis ignorantia mentis abstergit, postremo quasi tertia die ad colloquium sponsae veniens desiderio suo animam accendit. Ideo conuenienter dicit, Mons Myrrhae & col. Li. non montes, quia in afflictione debemus esse constantes, & in successu virtutum homines.

GILLEBERTVS.

Quod intensione pura cor Domini vulneretur.

O *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Cor durum, & male durum, in quo verba ista vulnera non generant Cordis vulnus vehementiam designat amoris. O verè dulce cor, quod nostri mouetur affectibus, tangitur amore! Nonne beatam animam reputatis, quae ipsum cor domini nostri Iesu Christi piis affectibus transigit & penetrat? Acutus, & efficax, & verè violentus affectus ille est, qui tuum Iesu bone meretur & mouet affectum. Magna est & violenta vis charitatis, ipsum affectum Dei attingens & penetrans, & velut sagitta iecur eius transfigens. Quid mirum si regnum caelorum vim patitur? Ipse dominus violenti amoris vulnus sustinet. Sed vide quibus iaculis vulneretur. *Vulnerasti, inquit, cor meum in v. oc. t. & in v. cri. col. t.* Ne

parat

parcas sponsa talibus sponsum appetere telis. Aspectibus piis quasi spiculis utere. Noli in hoc negotio remissius agere. Noli contenta esse dilectum vulnerare semel: sed concide illum vulnere super vulnus. Bonum vulnus de quo virtus egreditur. Tetigit mulier simbriam, & virtutem de se sensit Christus exire. Quanto magis, cum cor eius non leuiter tangitur, sed vulneratur, gratiam de se emanare sentit? Vulnus illud non est sine sensu: ideo puri aspectus in illum spicula vibra. Reputa illum quasi signum ad tales sagittas. Tales fauorabiliter excipit, quia tales iacit. Respexit Petrum, & cor eius percussit, & compunxit ad poenitentiam. Vulnerati cordis lachrymae dant signa. Talia in me utinam multiplicet vulnera, à planta pedis vsque ad verticem, vt non sit in me sanitas. In vno cr. c. t. In intensione pura, cui crini vt dignum est respondeat cogitatus.

BALDVINVS.

Qualiter & quibus iaculis Deus ab anima vulneretur.

Vulnerasti cor m. soror m. spo. vul. cor m. in vno oc. t. & in v. cri. P.
coll. iui. Cum sororem nominat, communionem indicat & naturam & gratiam. Hoc est enim commercium amoris. Accipit naturam, & communicauit gratiam. Cum sponsam nominat, indicat fidem dispensationis, & sacramentum indissolubilis coniunctionis. Sed quare soror dicitur & sponsa, cur vulnerasse dicitur cor fratris & sponsi? An & amor sua vulnera habet? Habet utique. Facilis enim & promptus, vulnus tam suaue quam salubre, & sufferre pariter & inferre. Attendamus igitur quomodo sponsus cor suum à sorore & sponsa vulneratum dicit: nec semel dicit, sed secundò ingeminat vulnus, &c. Nempe propter nimiam charitatem quae nos dilexit: cum essemus mortui peccatis, vitam nobis desiderauit, & sibi mortem. Hinc eius vulnera in cruce suspensa. Hinc peccatorum nostrorum vulnera sunt sanata. Hinc nobis salus est ministrata.

De gemino vulnere charitatis.

Desiderium ergo nostrae salutis, & pro nostra salute desiderium propriae mortis, duo vulnera sunt. Alterum amoris, alterum doloris, imò vtrunque amoris. Vtrunque enim desiderium de amore processit: quo praeventa est sponsa, vt sic diligentem praedilecta diligeret: & in omni puritate sancti

amoris, sanctique timoris immaculatam se illi conseruaret. Sed quid sibi vult quòd in tota pulchritudine sponsæ quæ tota pulchra dicitur, non vulneratur sponsus, nisi in vno oc. & vn. cri. colli? Sed sciendum quòd ante omnia illi placet. Et quæ sunt illa? Puritas sancti amoris, & puritas sancti timoris. Hæc in vno oc. illa in vno cri. colli intelligitur.

De vno oculo sponsæ.

R Iste autem oculus non est, sed vnus oculorum est Verè vnus: quia vni intentus, vnum amat, vnum curat, vni adheret. Sed quo magis hæret quàm oculo? Nam vbi amor, ibi oculus. Oculus autem quia potest videre & videri, illex & index solet esse amoris. Nam sua pulchritudine amorem prouocat, & secreta significatione nunciat. Pulchritudine dico fideli & vera, non fucata vel ficta.

De vno crine colli.

S Nunc autem quomodo vnus crinis cõponatur videamus. In vertice vbi summitas capitis est, capilli in diuersa se vertunt, & alij ad frontem descendunt, alij ad occiduam capitis partem. Alij hinc inde ad aures & tempora. Et in mulieribus (quæ comam nutrire solent) capilli compti & ad pulchram æqualitatem depexi, à vertice vsque ad frontem discriminantur, & hinc inde ad collum & humeros reducuntur, vbi in vnum crinem colliguntur. Et quia cætera nota sunt, mysterium videamus. Sponsa quoque Christi vt oculis eius placeat, curam capillorum suorum non negligit. Religio enim Nazareorum, & fortitudo Sampsonis in capillis est. Subtiliter igitur cogitationes sanctarum cogitationum & affectionum de vertice mentis, hoc est de cogitatione Dei, in quatuor partes diuiduntur, & pectine discretionis discriminantur: & alia sunt de bonis æternis quæ ad frontem descendunt, alia de malis quæ retro respiciunt, alia de bonis vel malis temporalibus quæ ad dextram vel ad sinistram hinc inde se diuidunt. Hi capilli oculis sponsi placere probantur: quia dicitur: *Auferte malum co. v. ab o. m.* Omnes autem capilli sponsæ ad collum vbi est iugum obedientiæ reducuntur, & in vnum crinem nodo timoris constringuntur: quia in omnibus semper obedientia in timore Dei cogitanda est: sicut scriptum est: *Quod præcepit Deus hoc co. f.* Vnus itaque crinis in collo, vnitas est cordium cogitationum in iugo obedientiæ, quas timor Dei in vnum colligit, & indissolubiliter constringit.

stringit. Hic timor, quod sparsum est colligit, quod dissipatum est vnit, quod malum est expellit & excludit, quæ bona sunt & nutrita custodit. Hoc denique cor mundum & immaculatum facit, & omni custodia custodire satagit. Prima custodia est, ne quid mali in opus exeat. Secunda, ne malus sermo de ore procedat. Tertia, ne quid mali in corde remaneat, vnde aspectus sponsi offendi debeat. Hinc cor sponsi vulneratur. Hinc sponsa laudatur: quia mulier timens Deum, ipsa laudabitur.

De tribus emissionibus sponsæ.

Emissiones tua paradysus. Vox est cælestis Hierusalem con-
T
gaudentis huic quæ peregrinatur in terris. Sunt autem tres emissiones. Prima coniugatorum pœnitentium in mundo. Secunda conuersorum continentium in claustro. Tertia prælatorum prædicantium & orantium pro populo.

De prima emissionem.

De prima emissionem dicunt angeli quibus est gaudium
V
super v. pec. pœ. a. Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aro. myrrha & thu. & v. p. pig. Ascendere autem dicitur anima pœnitens per desertum. s. terram inuiam & inaquosam, peccatorum suorum recordando. Ascendit sicut virgula fumi, eadem peccata humiliter confitendo. Quæ confessio rectè fieri sicut virgula fumi dicitur: quia per plures peccatorum species tanquam fumus de thuribulo per plura foramina deriuatur, fumus cum nunquam habeat splendorem, nonnunquam tamen habet odorem. Quòd autem fumus confessionis habeat odorem quandam pietatis, innuitur cum subiungitur: Ex aromatibus myr. & thu. Confessionem enim semper debet comitari myrrha & thus. i. mortificatio carnis & oratio cordis. Alterum enim sine altero aut parum valet aut nihil. Nam si quis carnem mortificet & orare dissimulet, superbus est, & dicitur ei: Nunquid manducabo carnem thau. &c. Item si orauerit, & carnem mortificare neglexerit, audiet: Quid vocatis me domine domine &c. Et illud: Qui auertit aurem suam ne au. le. &c. Vtrunque ergo alteri suffragatur, dum constat quòd alterum sine altero reprobatur. Sequitur: Et vniuersi pulueris pigmentarij. Post recordationem & confessionem peccatorum, post mortificationem & orationem exhibendus est fructus eleemosynarum. Quæ benè puluis dicuntur: quia de terrena substan-

tia sunt. Pigmentarius verò : quia suauissimum odorem emittunt. Hinc est quòd ab angelo Cornelio dicitur: Orationes tuæ & elemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu domini. Nisi enim suauè aliquid redolerent, ascendere in conspectu domini non valerent. Vel vniuersi pul. pig. dicitur : quia non solùm magna, sed minima quæ conterenda sunt per confessionem, diluenda per communionem.

De secunda.

X Secunda emissio, est vita continentium in claustro vel eremo. In hac nulla fit mentio deserti, vel fumi, vel penitentiarum, sed lucis, splendoris, atque virtutis. In huius laude angelica voce cantatur : Quæ est ista quæ a se, sicut auro, confur. p. vt lu. elec. vt sol, &c. In quibus verbis triplex eius virtus ostenditur, humilitas, castitas, charitas. Aurora quippe finis est noctis, & initium lucis. Nox autem vitam peccatoris, lux significat vitam iusti. Aurora ergo quæ fugat tenebras & lucem nunciat, meritò humilitatem designat: quæ sicut illa diem & noctem, ita ipsa diuidit iustum & peccatorem. Nam ab humilitate iustus quisque incipit, & inde proficit. Vnde etiam aurora confurgens dicitur : quia virtutum structura surgens ab humilitate tanquam proprio fundamento erigitur. Quod autem sequitur: Pulchra vt luna : castitatem demonstrat. Luna dicitur splendorem suum non à se habere, sed à sole trahere : quantoque solis conspectui magis cernenda opponitur, tanto maiore sui parte ab eiusdem solis lumine illustratur. Similiter congregatio sancta, siue quæque fidelis anima, si veri solis obtutibus offeratur intuenda : sine dubio ex visione illius admittit protinus in se decus quoddam pulchritudinis, & venustatem castitatis. Vnde fit vt ex lumine eius crescens, & proficiens, etiam ad perfectionem prouehatur, vt de illa sequatur quod dicitur: Electa vt sol. Quare vt sol? An ideo qui iusti fulgebunt vt sol in regno p. c. Sed vnde sicut sol fulgebunt, nisi de splendore vestis nuptialis? Hæc veste. i. virtute charitatis quisquis indutus fuerit, eamque in se rectè ordinauerit, erit proculdubio terribilis hostibus suis vt castrorum acies ordinata. Nam de cæteris quidem virtutibus quantascunque sine charitate habuerit, non ce-rant da-mones. Potest etiam in eo quod dicitur Electa vt sol, perseveretia intelligi, quæ tantum electorum est. In eo quod sequitur,

sequitur, Terribilis vt castrorum acies ordinata, discretio
mater virtutum per quam terrentur & fugantur demones,
acquiruntur & conseruantur virtutes.

De tertia.

Tertia emissio conuenit sanctis prædicatoribus, de quo-
rum vita & doctrina vox illa sub administratione profertur: **Y**
Quæ est ista quæ ascendit de deserto de as. in. s. In prima e-
missione dictum fuerat per desertum, in hac dicitur de de-
serto quia ibi pœnitentes compungunt spinæ per quas in-
cedunt: hic verò doctores quicquid de seculo subripere po-
test, sublimi mente calcauerunt. Sed quærendum est quæ
sunt illæ delitiæ quibus affluere dicuntur. Et quis ille dile-
ctus, aut cur super eum inniti dicuntur. Neque enim parui
æstimandæ sunt, quæ à supernis ciuibus delitiæ nominantur.
Siquidem huiusmodi delitiæ mentis sunt non ventris: animi,
non corporis: spiritus, non carnis: rationis, non sensualitatis.
Quas vt breuiter aliquo modo describam, ipsæ sunt abun-
dans infusio gratiæ spiritualis. Affluere huiusmodi delitiis, est
verbo & doctrinæ insistere, opus spirituale instanter exerce-
re. Sed necesse est vt in his omnibus non suam, sed auctoris
quærat gloriam. Ipse est enim dilectus eius super quem inni-
tendum est: vt videlicet ipse gratiæ & auxilio ascribatur o-
pus eius, per quem omnia & ad quem omnia referuntur. Cur
autem super eum inniti debeat ipse dilectus docet. Sine me,
inquit, nihil potestis facere. Ac si dicat: Si delitiis vultis af-
fluere, mihi innitimi. Beatus ergo Paulus affluit delitiis cum
dicit: Gratia Dei in me vacua non fuit. & illud: Abundan-
tius, inquit, omnibus laboraui. Magnæ delitiæ. Sed ne illas a-
mittat, innititur super dilectum. Non autem ego, inquit, sed
gratia Dei mecum Rursum affluens: Omnia possum, ait. Et
innititur, dicens: In eo qui me confortat. Hæc de tribus emis-
sionibus in significatione trium generum hominum dicta
sunt. In quibus prima emissio est pœnitentia. Secunda ius-
titia. Tertia doctrina. Primò enim pœnitendo conuertuntur.
Secundò benè viuendo iustitiam exercent. Tertiò si be-
nè profecerint, ipsam iustitiam quam vita tenent, verbo do-
cent. Sed quoniam virtutibus insidiantur vitia, & ita iuxta
sunt posita, vt qui ab illis declinauerit, istorum laqueos in-
currat: oportet vt sit pœnitentia sine pudore, ne s. erubescat
confiteri peccata. Cauet iustitia simulationem, eliminat præ-

SVPER CANTICA CANTIC.

Iatio elationem. vbi enim magnitudo gratiarum, ibi magnitudo discriminis est.

GILLEBERTVS.

Quòd à sponsa sponsus inuitatus eam ad amoris studia reinuiteret.

Cap. 5.
Z



Veniat dilectus meus in hortum suum. Verus amor non tantum blanditur & applaudit dilecto presenti, sed etiam in absentem inuadunt vota ipsius. Falsus verò & simulatorius absentem obliuiscitur, presenti blanditur. Non sic sponsa, nò sic: sed absentem desiderat, presente letatur. Nota tamen quòd non nisi post multa præconia & descriptionem pulchritudinis eius dilectum inuitare præsumit. Temerariæ siquidem præsumptionis est prius quàm aptus sis ad contemplationis vsum, inuitare dilectum. Tu illum ad deliciandum tecum sollicitas, qui forte ad huc sordes delictis. Hortus tuus sentibus horret & sterilefcit, & illuc Iesum inuitas? Inuita illum non delectetur, sed vt delectat quod plantauit dextera tua. Inuita eum vt purget primò, & postea plantet: & tempore congruo de plantatione comodat dexterae suæ. Veni in hortum meum soror mea sponsa. Vehemens amator est dominus ad vnam inuitationis vocem, aduolat libens in hortulum sponsæ. Quasi præuolat & præuenit immaturatè veni inquit. Accipiatur hoc verbum imperatiuè: sic aptè cohærebit quod dicit veni. Non est piger, non est parcus retributor: sed in continenti sponsam reinuiteret. Veni in hortum meum soror m. sp. Durus est affectus, quem non permouent inuitationes & reinuitationes istæ tam dulces. Quid hac vicissitudine gratius? Quid mirabilius isto commercio? O admirabile commercium dilectus Dei patris, gloria, cœli, angelorum delitiæ, ad hortulos nostros inuitari se permittit, & ad suos reinuitare nos prætermittit!

BERNARDVS.

Quòd tres sint status electorum.

Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Tres sunt status electorum. Primus laboriosus, sed fructuosus. Secundus ociosus, sed minime fastidiosus. Tertius gloriosus. Laborantes vocat Deus ad cibum, iam posito corpore quiescentes ad potum inuitat, resumentes corpora vt inebriantur.

tur
nisi
tia e
tur p
com
per
tò n
cund
runt
nil ia
tarde
cum
sine a
delis
lectio
exua
quam
sed si
enim
affect
rat. C
dit à
ritò i
ti, qui

Adi
sa veli
miser
rumeli
in infir
ger do
de amp
pate mo
sponsi
somnia
lia Hic
volet. C
insuper
ritas ip

tur impellit. Quos & vocat charissimos, id est charitate plenissimos. Nam & in ceteris quos amicos appellet, differentia est: ut hi qui in carne grauari adhuc gemunt, chari habeantur per charitatem quam habent: qui verò iam soluti carnis compede sunt, eo sint chariores, quo & promptiores & expeditiores facti sunt ad amandum. Porro præ utrisque meritò nominantur, & sunt charissimi, qui recepta iam stola secunda in corporibus cum gloria resumptis, tanto in Dei feruntur amorem liberiores & alacriores, quanto de proprio nil iam residuum est quod eos aliquatenus sollicitet vel retardet. Quod neutrum reliquorum statuum sibi vendicat, cum in priori corpus cum labore portetur, in secundo non sine aliqua proprietate desiderij expectetur. Primò igitur fidelis anima comedit panem suum, sed in sudore, dum per dilectionem operatur. Ipsum enim opus cibus est. Carne verò exuta iam pane doloris non cibatur, sed vinum amoris tanquam post cibum haurire permittitur. Non purum tamen, sed sicut sponsa dicit in Canticis: Bibi v.m. cum lac. m. VINO enim diuini amoris miscet etiam tunc dulcedinem naturalis affectionis qua corpus suum resumere glorificatum desiderat. Ceterum hoc adeptò quod solum deerat, quid iam impedit à seipsa quodammodo abire, & ire totam in Deum? Meritò iam charissimi qui charitate inebriantur: meritò inebriati, qui ad nuptias agni introduci merentur.

ALLREDVS.

De triplici somno.

Adiro vos filie Hierusalem, ne suscitatis dilectam quoadusque ipsa velit. Est somnus contumeliosus, iniquitas: & est somnus miserandus, infirmitas: & est somnus gloriosus, charitas. Contumeliosè dormienti ait Paulus: Surge qui dor. Dormienti in infirmitate vel pigritia dicit sermo diuinus: Usquequo piger dormis? Ait sponsæ dormienti inter medios clericos, quæ de amplexibus sponsi gloriatur: Leua eius, inquiens, sub capite meo, & dextera eius amp. me. Inter vbera sponsi, in sinu sponsi, super pectus sponsi suauiter requiescit. Ecce sponsi somnus iste beatissimus confirmatur dicentis: *Adiuo vos filie Hierusalem, ne susci. di. quoadusque ip. ve. Rogo quando volet.* Quando his carere amplexibus, ab his anelli vberibus, insuper unu vel pectore volet separari? Certè quando charitas ipsa quæ eam hoc cœlesti somno sopiuit, ex citare vo-

SUPER CANTICA CANTI.

luerit, ad ostium stans & pulsans. Aperi mihi soror mea, sponsa mea. Audiens deinde illa caput amici plenum rore, & cinnos eius guttis noctium, euigilat, surgit, aperit ostium: reliquisque delitiis quibus fruebatur, ad capillos eius. i. illos qui fide illi adherent, qui ex nocte ignorantia aliquid Aquilonaris frigoris contraxerunt erudiendos, charitate suggerente pertransit. Hinc beatissimus Paulus optabat anathema à Christo esse pro fratribus, salutem multorum propriis licet summis præponens delitiis.

GILBERTVS.

Quanta sit feruentis violentia charitatis.

C *Filia Hierusalem nunciate dilecto quia amore languet.* Vos nunciate quibus patet ad dilectum familiaris accessus. Vos nunciate qui estis expertæ quanta sit amatorij viuis amoris quia amore languet. Non languet amor, sed languet amare. Vbi viget amor, viget languor, si absit quod amatur. Quod est languor, nisi affectio quædam de absente dilecto amantem conficiens? Amor vehemens patientis simul afficit & carnem & mentem. Illius lasciuiam extinguit, huius lætium præstringit. Languet caro, dum eius languidior & remissior motus elicitur: languet animus, dum æstuantis voti nimietate conficitur. Sic enim in consumpta materia & iam deficiente languidiora redduntur ignis incendia: & Deus noster ignis consumens est. O potens & præpotens passio charitatis, si non temperetur, & non tollatur Iure potens animum quem possedit sui ipsius efficit impotentem. Cum semel fuerit accensa in mente, attingit à fine vsq; ad finem fortiter, facit ad quod venit, & prosperatur, & crescit, nec deficit, donec debentem reddiderit animam: & aliquando quidem intensioribus votis exæstuat hora orationis maximè. Tunc quidem languet amans: quia spiritus vehemens perturbat in illo, & non subsistit. In exitu horæ illius dicere potest: *Filia Hierusalem nunciate dilecto, quia amore liquiesco.* Ante hanc horam languor est, sed in exitu eius in liquefactionem vertitur languor. Ideo tu cum oras, non sinas animum fluitare, non declinare ad alia: vt cum felici hac passione tactus, ad illam se stringat, donec plenius inficiatur, & percurratur, & consumatur. Non enim desinet quousq; totum percurrat, & ebibat hominis spiritum. Sicut vir desideriorum. i. orationum elanguit Daniel ex visione cœlesti, vt nihil virium remaneret in ipso.

Quòd iniquè agat contra dominum, qui tam vehementer amantem non diligit.



*P*one me sicut signaculum super cor tuum. Ac si diceret: Ama me sicut ego te. Habe me in mente tua, in memoria, in desiderio, in suspirio, in gemitu & singultu tuo. Memento ò homo qualem te fecerim, quali dignitate te nobilitauerim, quomodo sub pedibus tuis omnia subiecerim. Memento nò solùm quanta tibi fecerim, sed quàm dura, quàm indigna pro te pertulerim. & vide si non iniquè agis còtra me, si non amas me. Quis enim te sic amat sicut ego? Quis à te sic amari desiderat vt ego? Quis defensor vitæ tuæ periculum duelli subit nisi ego? Vt ergo vicissitudinem amoris mihi rependas, exerce brachia, vires exerce. Pone me vt s. s. c. t. Pugna pro me, sicut ego pro te. Ne mihi simulatione adulatoria blandiaris, vt dicas, Domitiae amo te. Si amas, ostende quia amas. Ama non verbo & lingua, sed opere & veritate. Tuum periculum vertitur, pugna est de anima tua, de salute tua: nec vinci poteris nisi ex te, nec vincere nisi per me. Proinde pone me vt signaculum super cor tuum, & sic tibi victòria cedit. Pone me igitur vt signaculum super cor tuum: vt me tota virtute diligas, super brachium tuum: vt quæ mihi placita sunt, tota dilectione perficias. Pone me super cor tuum, super omne quod cogitas, quod amas, quod tibi cordi est: vt omne quod charum est postponas, & me semper superponas, & me semper plus diligas: non solùm quàm quod extra te est, sed plusquam quicquid intra te est. Quoniam autem probatio dilectionis, & exhibitio operis: pone me super brachium tuum: vt de me solo confidas, vt sic te exerceas operando pro me, vt opereris ex me.

Sequitur:

Quia fortis est vt mors dilectio, dura quasi inferus æmulatio. Si tibi durum videtur hoc, quid causari potes contra me? Et ego custodiu vias duras. Si me velis æmulari, scito quia dura est sicut inferus æmulatio. Oportet te bibere calicem quem ego bibi. Ego mortem gustauì, ego ad inferna descendi, sed solus doloribus inferni resurrexi. Si tu per æmulationis studium volens me imitari, te senseris grauari, & quasi in infer-

L ij

Cap. 8.
D

SUPER CANTICA CANTIC.

no cruciari: hoc est quod à te exigo, hoc est quod desidero
hoc est quod consulo: vt ad modicum crucieris quasi in in-
ferno, ne sine fine crucieris in eo. A Emulatio enim quasi in-
ferus est, similis loco pœnali. Sed hæc est via quæ ducit ad
introitum regni.

V V E R R I C V S .

Quòd sancti angeli nos psallentes vacuos dimit-
tant, si vacui dimittantur.

F *Quæ habitas in hortis, amici auscultant. Fac me audire vo. a.*
Cuius vocem in ecclesia deceat audiri, hic apertè monitru-
tur. Illi enim hęc dicitur qui habitat in hortis, non qui ha-
bitat in sepulchris. Corpora autem peccatorum quid sunt, ni-
si sepulchra mortuorum? Qui ergo subditi sunt corporibus
suis, non in hortis habitant, sed in sepulchris: Deumque ex-
asperant, donec educit vinc-tos in forti. forti voce inclamet:
Lazare veni foras. Illorum igitur vox debet audiri, qui in
libros legunt tot hortos perambulant, quot hortis habi-
tant, qui in le. do. me. die ac noc. qui quot sententias
eligunt, tot poma carpunt. Dupliciter tamen potest intel-
ligi quod à sponso dicitur: *Quæ habitas in hortis a. a. s.*
me. au. vo. tu. Vel quòd deuotum amatorem inuitet ad psal-
lendum, vel orandum: vel quòd sanctum prædicatorem et-
citet ad loquendum. Quod vt magis persuadeat amicos audi-
re, memorat angelos. s. orantem vel psallentem fidelem vel
prædicantem. Vbi primò intueamur qua disciplina cordis et
corporis nos oporteat in conspectu angelorum psallere, vel
orare: ne vacui dimissi nos vacuos dimittant, qui venerant e-
mici. Quinimo sponsus ipse qui stat ad ostium, & pulsat, si
nulla ei deuotio digna deintus respondens aperiat, recedet
conquerens & dicens: Attendi & auscultau: nemo quod bo-
num est loquitur &c.

Finiuntur Cantica Canticorum.

SEQUITUR

In
la anim

SEQVITVR LIBER SA- PIENTIAE.

GALFRIDVS.

Quòd simplici animo dominus sit quærendus.



Intelligite iustitiam qui indicatis terram.

Cap. I.
G

Multi terrenam vituperant conuersationem. Multi causantur & arguunt quòd terra dara sit in manus impij, quòd mundus positus sit in maligno: sed eadem agunt ipsi qui iudicant, nec iustitia placet eis per quam terra iudicatur ab eis. Sentite de domino in bonitate: vt quantum terra vituperatur, tantum cœli & terre dominus commendetur. Et sicut sentitis quia bonum non est hic esse, sic santiatis intimo cordis affectu, quia bonum est esse cum domino: quia bonus dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. Et in simplicitate cordis quærite illum. Est enim velut quædam plica & duplicitas cordis, si non quæris bonitatem quam credis, si non appetis quod cognoscis, si non desideras quod consideras quam sit desiderandum. Nec frustra quæritur, sed inuenitur ab iis qui toto corde requirunt, & qui non tentant illum: sicut quis tentans vadum, paratus est retrahere pedem. Non tentat, qui non sibi animam conseruat consolationem, si contigerit non inuenire diuinam: sicut Saul & Cain fecisse leguntur: quorum alter iectus à facie domini, optauit ne occideretur: alter sese audiens reprobari à domino, vel coram populo petiit honorari. Apparet autem eis qui fidem habent in illum. Fides autem substantia sperandarum rerum argumentum non apparensum ab Apostolo definitur. Attamen apparebunt aliquando, quæ nunc interim non apparent. Apparebit dominus iis qui in eum credunt, cum non apparet.

Quòd tam fictionem quam negligentiam spiritus sanctus aspernatur.

In maliuolam animam non introibit sapientia &c. Maliuola anima, est quæ in corde odium retinet & rancorem. Cor-

pus autem subditum peccatis est, quod contra Apostolum fornicationi non domino & passionibus desiderijseruit, & illecebris voluptatum. Fictio disciplinæ hypocritarum regit vanitatem. Quauis possit etiam sic distingui: quod factus disciplinæ spiritus fugiat fictum. Et merito nomen penitur disciplinæ. Quis enim tam disciplinatus apparet quam hypocrita tristis? attamen spiritus amator disciplinæ, & ordinator, & dator, odit & aspernatur, fugit & execratur eiu- modi disciplinam. Cogitatio autem sine intellectu, carnalis est & secularis. Sola animo versans visibilia & caduca. Intellectus enim est de spiritualibus & inuisibilibus. Quæ vero sine intellectu est cogitatio, solum iam exteriorem sequitur sensum, & in sola corporearum rerum imaginatione versatur. Intelligere, intus legere est. Non autem intus legit, qui circa exteriora vagatur. Secundum vulgare nostrum, Intelligere, intro tendere sonat. Et non tendit intro, sed foras, qui non solum terrena agere, sed & cogitare assidue delectatur. Potes autem si libet & vacat diligentius intueri virtutes quatuor iisdem vitijs inuenire contrarias. Dico autem magnanimitatem, temperantiam, iustitiam & prudentiam. Quantum in diuinis & secularibus literis authentica satis & omnibus nota distinctio. Sicut enim in finibus magnanimitatis patientia locum obtinet singularem, sic impatientsia mater odij & rancoris ex quadam animi imbecillitate procedit. Nam etsi videtur velut quandam præferre molem, dum ex ira animus turgescit non est illa animi magnitudo, sed tumor. Denique sicut scâdalizare prauorum est hominum, sic scâdalizare parvulorum: veritate dicente: Qui scâdalizauerit unum de pusillis istis &c. In reliquis autem rebus evidens est quod temperentia restringat corporis peccata, coërceat voluptates: quod fictionem hypocritiss iustitia condemnet: quod prudentia cogitationibus tribuat intellectû. Sequitur: Et corripiebatur a superueniente iniquitate. Si de anima dicitur quod spiritus fugit, terribilis hæc corruptio, quæ sic corripit vitia corrigat, sed corrumpat. Sed est peccatû causa peccati, & est peccatum pœna peccati: cû sit nihilominus vttrunq; peccati. Atque ea maxime causa in omnibus nos vel leuissimis debet vehementer terrere peccatis, ne fortè si minus illa ad demeritionem sufficere videantur, eorû tamè neglectum iustissimè indignâe Deo grauiora sequantur. Recedente enim spiritus, quidni

qu
irru
bit
dom
qui
Se
rabi
cuiq

Q
imp
S
con
& m
pam
tur.
exce
sunt
nita
quæ

au:
tar:
ne co
troer
Deu
laten

Q
volu
ca
quia

quidni iniquitas superueniat? Abscedente domino, quidni irruat hostis? Imò verò alios septem nequiores se conuocabit qui videbantur exisse, vt quam inuenerint malè vacuam domum, fiant peius plenam. Sic ergo non impune feret qui talem se exhibuit, in quo sapientiæ spiritus non maneret. Sequitur: Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit maledictum à labiis suis. O benignitas! Nunquam est cuiquam violentus, neminem saluet inuitum.

BERNARDVS.

Quòd ad sacram lectionem non debeat accedere cor impurum.

Spiritus sanctus discipline effugiet fœlum: Quod est vita incontinens. Ante carnem enim disciplinæ studiis edomitam & micipatam spiritui. Ante spretam & abiectam seculi pompam & sarcinam indignè ab impuris lectio sancta præsumitur. Quomodo nempe lux incassum circumfundit oculos cæcos vel clausos, ira homo animalis non percepit ea quæ sunt f. Dei. Nec enim est spiritui sancto pars cum mundi vanitate: cum veritatis sit spiritus, aut cum sapientia carnis quæ stultitia est apud Deum.

GALFRIDVS.

Quòd castitas cum charitate sit animæ pulchritudo.



Quam pulchra est casta generatio cum charitate: Castitas & charitas faciunt hanc pulchritudinem. Sine altera enim corpus in putredinem defluit. Sine altera verò animus extingubilem sibi flammam de ardore suæ obstinationis accendit. Quod ne contingat dominus discipulos admonens ait: Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos. Sal castitatis, ne corpora libidine corrumpantur. Pacem charitatis, ne corda dissensione scindantur. Alioquin & illa cum putruerint, vermem generant qui non morietur: & ista si in Deum vel in se inuicem collidentur, ignem emittunt qui nullatenus extinguetur.

BERNARDVS.

Quòd vir iustus tantum meruit in tempore, quantum voluit cucurrisse.

Consummatus in breui expleuit tempora multa. Benè multa, **L** quia vniuersa complectitur. Quomodo enim non expleuit

L iiij

omnia tempora, qui transit ad æternitatem? Quanta sanè tempora, non longxuitate: hoc est non annorum serie vel dierum numero: sed mentis deuotione, & inextinguibili semper proficiendi desiderio percurrere potuit, tanta sibi in meritis non immeritò vendicauit. Retinet quippe virtute, quod amisit in tempore. Porro vera virtus finem nescit, tempore non clauditur.

GALFRIDVS.

Quòd periculosius sit semel quàm sapius iudicari.

Cap. 6.
M



Verissimum iudicium his qui presum, fiet. Iudicant quotidie in ecclesia Dei prælati subditos: semel veniet dominus iudicare prælatos. Quotidianum monachis suis abbates videntur exhibere iudicium. Sed nunquid melior est abbatum conditio, qui videntur expectare nouissimum? Et quàm miseri sunt qui gloriantur quòd humanum videantur euasisse, quàm trepidi veniant ad diuinum? Quàm terribile illud capitulum quod semel & nihil deinceps supererit corrigendum?

BERNARDVS.

Quòd spiritus domini multipliciter operetur.

Cap. 7.
N



Spiritus Domini multiplex. Verè multiplex quia multiplex filiis hominum inspiratur. Siquidem conceditur eis ad vsum, ad miraculum, ad salutem, ad auxilium, ad solatium, ad feruorem. Ad vsum vitæ bonis & malis, dignis pariter & indignis: communia bona abundantissimè tribuens, ita vt videatur hic discretionis limitem non tenere. Ad miraculum in signis, prodigijs, & varijs virtutibus. Sed quia nonnullis hanc quoque gratiam sine propria vtilitate largitur, infunditur ad salutem, cum in toto corde nostro reuertimur ad dominum Deum nostrum. Ad auxilium verò datur, cum in omni collocaione adiuvat infirmitatem nostram. Nam cum testimonium perhibet spiritui nostro quòd filij Dei sumus, ea inspiratio est ad consolationem. Datur etiam ad feruorem, cum in cordibus perfectiorum vehementius validum ignem charitatis accendit: vt non solum in spe filiorum Dei, sed etiam in tribulationibus gloriantur, contumeliam reputantes gloriam, opprobrium gaudium, desperationem exaltationem.

Quomodo

Quomodo sapientia vincit malitiam.



Sapientia vincit malitiam: Dum Sathanam contemnit Dei virtus & sapientia Christus. Attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter: in cælo quidem deiiciendo superbum, in mundo superando malignum, in inferno spoliando avarum. Et disponit omnia suauiter, in cælo stantes angelos confirmando. In mundo venundatos redimendo. In inferno captiuos liberando,

Quòd charitas omnia complectatur.

Sapientia vincit malitiam: Cùm nec inimicissimo homini P negari quantuluncunq; affectum charitas ambiciosa permittit. Attingit à fine vsque ad finem fortiter, in institutendis & continendis rebus: disponit omnia suauiter, in ordinandis & beandis affectibus.

De conflictu vitiorum pariter & virtutum.

Sapientia vincit malitiam. Attingit ergo à fine vsque ad finem, &c. In cælo deiiciendo superbum, in mundo superando malignum, in inferno spoliando avarum. Disponit omnia suauiter, in cælo stantes angelos confirmando, in mundo distractos redimendo, in inferno liberando captiuos. Vel aliter: Constringit timor contra negligentiam. Qui enim timet Deum, nihil negligit. Si autem negligentia præualeat, parit curiositatem. Qui enim in seipso non quiescit, foras cogitur euagari. Hæc ergo hominem à corde suo eiicit, contra quam pugnat pietas. Est enim pietas cultus Dei. & in corde colitur, qui in corde creditur habitare. Curiositas si superet, parit experientiam mali. Dum enim euagatur per multa, facile inuenit animus vbi adhæreat, vbi noxiam experitur dulcedinem. Cõtra hanc pugnat scientia, docens quid tutum sit experiri, quid non. Si verò præualeat experientia generat concupiscentiam, vt transeat in affectum cordis. Transit autem in affectum cordis, qui legem spreuit, transliit honestatem: nec ratione regitur, nec inhietur pudore. Timorem autem domini penitus dereliquit, & est apud eum pro lege voluptas. Solo vehitur appetitu. Sequitur concupiscentiam solam. Aduersus hanc concupiscentiam congregitur fortitudo: quia nulla iam nisi in manu forti liberatio est. Castigandum ergo corpus, extenuanda adeps de qua prodit iniquitas, & peccandi occasiones auferendæ. Alioquin si con-

Cap. 8.
O

Q

Quomo-

cupiscentia extincta non fuerit, nascitur de ea consuetudo: vt sæpè sine æstu desiderij ad rem illicitam protrahatur. Ex hoc iam melius est ingenium quàm vires. Et opus est spiritum consilij, ne fortè dum persequimur concupiscentiam, substantiam destruamus. Consuetudo si victa non fuerit, parit contemptum. Aduersum istum procedat necesse est spiritus intelligentiæ illuminans tenebras nostras, & lucem ostendens miserationum Dei. Intelligentia enim est de inuisibilibus & abditis: quæ nec experientia cognoscit, nec ratio comprehendit: quale est: Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Quòd si non præualuerit intelligentia reducere animum ad spem, contemptus deiicit in malitiam. Qui enim desperat de venia, quam potest consolationem querit deinceps in hac vita. Iam non est liberari, nisi cõtra malitiam congregiatur sapientia: vt clauus clauum expellat, & dulcedinem perniciosam amaram reddat dulcedo spiritualis immissa. Sic sapientia vincit malitiam. Attingit ergo à fine vsque ad finem, à timore ad sapientiam, fortiter eradicans vitia singula: & disponit omnia suauiter singulas inferendo virtutes. Expellit enim negligentiam, & timorem immittit: expellit curiositatem, & immittit pietatem: & sic de aliis. & tandem expulsa malitia sapientia regnat. Ergo quod negligentia obdormire fecit, concupiscentia peius excitauit, attraxit experientia, tenuit concupiscentia, ligauit consuetudo, contemptus trahit in carcerem, malitia iugulauit. Contra iuuenes sapientia timor excitat, demalacet pietas: scientia dum suggerit quid & quomodo factum sit, apponit dolorem, fortitudo erigit, consilium soluit, intellectus de tenebris educit in lucem, sapientia cibat & salutaribus reficit alimentis.

Quomodo debeat homo imitari sapientiam,
R Sapientia attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Attingit à fine vsque ad finem fortiter: hoc est à summo cælo vsque ad inferiores partes terræ: à maximo angelo vsque ad minimum vermiculum. Attingit autem fortiter, non quidem mobili discursione, vel locali dissiuisione, vel subiectæ creaturæ tantum officiali administratione: sed substantiali quadam & vbique præsentis fortitudinis: quia vniuersa potentissimè mouet, ordinat, administrat. Nec aliqua in his laborat difficultate: sed disponit omnia suauiter placida voluntate. Vel attingit à fine vsque ad finem

forti-

fortiter: hoc est ab ortu creaturæ vsque ad finem destina-
tum à creatore: siue in quem vrget natura, siue quem acce-
lerat cura, siue quem concedit gratia. Attingit fortiter, dum
nil horum euenit, quod non prout vult potenti ordinat
providentia. Sic & homo imitetur sapientiam, vt & vitis
resistat fortiter.

Quòd primos parentes corporis corruptio
non grauabat.



Corpus quod corrumpitur aggrauat animã. Non Cap. 9.
dicit corpus simpliciter, sed corpus quod S
corrumpitur: vt immunem ab hoc grauami-
ne primi parentis animam noueris existisse,
donec corpus adhuc gereret incorruptum.
Nimirum in libertate posuit eum Deus, vt
inter summa & infima versans, & in illa excederet sine dif-
ficultate, & ad hæc sine illecebra aut necessitate descende-
ret. Illa penetrans naturali viuacitate & puritate mentis, hæc
auctoritate diiudicans præsentis.

Quòd Christus in nobis illuminat intellectum, spiritus
sanctus purgat affectum,

Corpus quod corrumpitur aggrauat animam & deprimis terrena T
inhabitatio sensum multa cognantem. Per sensum hæc arbitror
intellectum designari: qui tunc verè deprimitur, cum multa
cogitat, cum non colligit se circa illam vnã & vnicam
cogitationem, quæ concipitur de ciuitate illa, cuius partici-
patio eius in idipsum. Huiusmodi intellectum oportet deprimi
& distrahi per multa, multis & multiplicibus modis. Ani-
mam verò existimo dici affectiones quæ corrupto corpore
diuersis passionibus afficiuntur: quæ mitigari nunquam pos-
sunt ne dicam sanari, donec voluntas vnum quærat & ten-
dat ad vnum. Duo ergo sunt quæ nobis purganda sunt, in-
tellectus vt nouerit, affectus vt velit. Christus intellectum
illuminat, spiritus sanctus affectum purgat. Venit enim filius
Dei, & tot & tanta mirabilia in mundo operatus est, vt meri-
to intellectum nostrum ab omnibus mundanis rebus euoca-
uerit: vt semper cogitemus, & nunquam cogitare sufficiamus,
quia mirabilia fecit. Quis enim cogitare sufficiat quali-
ter rerum Dominus præuenerit nos, venerit ad nos, subue-
nerit nobis, & singularis illa maiestas voluerit mori vt vive-
remus, seruire vt regnaremus, exulare vt repatriaremus:

& vsque ad seruilissima inclinari, vt constitueret nos super omnia opera sua? Talem se obrulit Apostolis Apostolorum dominus. Et quia discipuli carnales erant, & Deus spiritus est, nec benè conuenit spiritui & carni: vmbra corporis sui temperauit se eis, vt omnem cogitatum eorum ab humanis rebus ad carnem suam adunaret, & sic de carne transferret ad spiritum. Non tibi videtur eis intellectum illuminasse, cum aperuit illis sensum vt intelligerēt scripturas? Sed illi sanctissimæ carni assuefacti, verbum de discessu eius audire non poterant: quia intellectus humiliatus erat, sed nondum purgatus effectus. Eleuatus igitur in cælum spiritum sanctum misit, qui affectum illorum. i. voluntatem mundauit: immò potius alterauit: vt iam magis velint dominum ascendisse, quæ prius detinuisse voluerant. Sic ergo eorum intelligentia illuminata per Christum, & voluntas emundata est per spiritum: vt sicut bonum nouerint, sic & velint: quod non solum perfecta religio, vel religiosa perfectio est.

Quomodo iustus per vias rectas à domino deducatur.

Cap. 10.
V

Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Est iustus qui in principio sermonis accusator est sui. Et est iustus qui ex fide viuit. Et est iustus qui absque terrore est. Et primus bonus: quia accedit ad viam. Secundus melior: quia currit per viam. Tertius optimus: quia iam appropinquat ad finem viæ. Hic tamen accipiamus primum, quem fortassis velocius inueniemus. Hunc deduxit dominus & nõ alius: quia ipseus est de via iniquitatis ad viam veritatis reducere, & deducere per eam. Per vias, inquit, rectas. Viæ enim domini, viæ rectæ, viæ pulchræ, plenæ, & planæ. Rectæ, sine errore: quia ducunt ad vitam. Pulchræ, sine sorde: quia docent munditiam. Plenæ multitudine: quia iam totus mundus intrat Christi sagenam. Planæ, sine difficultate: quia donat suauitatem. Et ostendit illi regnum Dei. Regnum Dei conceditur, promittitur, ostenditur, percipitur. Conceditur in prædestinatione. Promittitur in vocatione. Ostenditur in iustificatione. Percipitur in glorificatione. Et dedit illi scientiam sanctorum. Scientia sanctorum est hic temporaliter cruciari, & delectari in æternum. Et in contrarium scientia malorum relabatur. Alia est scientia mundi, quæ docet vanitatem: alia scientia carnis, quæ docet voluntatem. Illa tanquam pater,

ista tanquam mater nobis est. Sicut enim mater filio suo semper optat quietem, sic caro incrassata nec minimis saltem digitis paritur se concingi. Et sicut pater vult filium suum huc illicque discurrere, vt addiscat aliquid vnde magnificetur: sic & mundus vult hominem multis laboribus intricari, vt habeat vnde superbiat, vnde infletur. Honestavit illum in laboribus. Nonne & nos in ipsis laboribus nostris honestamur, cum omnia quæ facimus, ad vnitatis vinculum adunamus? Nonne & hæc vilitas, hæc deformitas, hæc semicincia honorantur à principibus terræ? Væ nobis, si exultauerimus nisi in Christo, & pro Christo. Væ nobis, si vendibilem obtulerimus paupertatem. Et compleuit labores illius. Vel hic in perseuerantia, vt vsque ad finem iustitiam non relinquat. Vel illic in gloria, vt gaudeat in æternum Felix vtraque completio: cum & hic moritur iustus plenus dierum, & illic oritur in longitudinem dierum. Vtrobique plenus: hic videlicet gratia, illic gloria.

S E L L O .

Quòd tribus modis iusti spolia diripiunt impiorum.

Iusti tulerunt spolia impiorum, Et decantauerunt nomen sanctum tuum Domine. Videndum est quomodo iusti sine culpa tulerunt spolia impiorum. In euangelio legitur: Regnum cælorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. Regnum cælorum, locus est iustorum. Quomodo autem non sunt violenti, de quibus dicitur: Quia tulerunt spolia impiorum? Quod quia mysticè dictum sit, ipsa rerum experientia docet: cum versa vice iustos magis ab impiis, quàm impios à iustis spoliari videamus. Impij verò & dæmones & homines intelliguntur: & vtrique à iustis similiter spoliantur. Ipsi quippe angelo qui primus conditus est, per Prophetam dicitur: Omnis lapis preciosus operimentum tuum, &c. Quod operimentum tunc perdidit, cum per superbiam deiectus sanctorum angelorum societatem amisit. Sed hæc spolia iusti tollunt, cum per pœnitentiam semetipfos cruciantes, & crudeles sibi met existentes, consortium angelorum, quod illi per superbiam amiserunt, isti per pœnitentiam assequuntur. Sed & cum aliquem verbis & exemplis de peccato ad iustitiam conuerti faciunt, quasi spolia sua dæmonibus impiis tollunt. Sed & hominibus impiis spolia auferunt, quando mala opera quasi vestimenta sordida abiicere compellunt. Quòd autem hoc faciunt, non

humanæ virtuti, sed diuinæ pietati ascribunt. Et hoc est quod dicitur: Et decantauerunt nomen sanctum tuum domine. Et victricem manum tuam laudauerunt pariter domine Deus noster.

ADAM DE PERSE.

Quòd Deus quærit à creatura, quod contulit creaturæ.

Cap. 17.

Y



Mnia in pondere & mensura & numero dispositi Domine. Si mediatori vis amicitias iungere, si dignè vis mysterio mediaticis assistere, vide ne discedas à medio, vide ne quid nimis, ne quid facias sine modo. In oculis hominum piis conformare moribus conuiuentium: sed in conscientia coram Deo si potes alios transgredere diligendo. Hoc solum est in quo moderator seculorum nostra delectatur immoderantia, cum nostri amoris affectio in ipsum sine modo intenditur & mensura. Ipse auctor omnium, omnia in pondere & numero & mensura condidit: & quod creaturis contulisse cognoscitur, hoc requirit. Habe ergo pondus, serua numerum, mensuram tene, & diuidi non poteris ab auctore. Falsitas non habet pondus, vnde fertur & euolat in incertum. Pondus nescit leuitas, cor non sinit esse stabile neque firmum. Numerum non seruat singularitas, cum sit numerus collectio vnitatum. Vbi regnat diuersitas, non est collectio, sed diuisio vnionum. Modum ignorat superfluitas, & nihil ab ea admittitur mensuratum. Beatus igitur quem ponderis grauitas reddit stabilem, ratio numeri socialem, moderantia mensuræ frugalem. Stabilem in fide, socialem in charitate, frugalem in conuersatione.

GALFRIDVS.

De tribus verbis, & tribus silentiis.

Cap. 18.

Z



In quietum silentium continerent omnia, &c. Opportunè in silentio & quiete quod nocturnis horis potissimum conuenit, sermo viuus & efficax exponitur. Ipsum tamen silentium in quo venit. Verbum caro factum, non reuerentiæ sed negligentia fuit. Nocturnis autem horis exorta est lux in tenebris. Venit autem durus bellator contra sortem armatum, qui in pace atrium possidebat. Quòd si medium silentium, sicut habet translatio altera, medio noctis itineri copulamus, tria nobis verba, & tria erunt consideranda silentia. Primo igitur

igitur ad primòs patres locutus est Deus per voces angelorum: sed siluit verbum illud, & factum est silentium primum. Rursus locutus est populo, s. per scripturam legis & Prophetarum. Cùm autem nec illud iam verbum audiretur, factum est silentium secundum, quod hęc medium dicitur: in quo venit sermo omnipotēs, verbum s. incarnatum. Tertium verò silentium erit, cum & huiusmodi cessauerit tempore Antichristi. Huiusmodi sanè propter electos necesse est breuiari dies, sicut Ioannes ait: Factum est silentium in cœlo quasi media hora, vnde etiam de tempore priorum verborum seruari sunt duo, Enoch s. & Helias: qui in tertio illo silentio debeant subuenire. Nobis quoque loquitur Deus, & prouocat ad virtutem per humanæ priuilegium rationis, vt erubescat viuere pecus quem Deus hominem fecit. Per sacramentum fidei, vt christianus Gentiliter viuere timeat. Postremò per votum religionis, vt non seculariter agat monachus, vel conuersus. Si primum vel secundum non exauditur, in medio iam silentio verbum tertium venit. Si & illud contemnitur, tempus est Antichristi. Semper autem silentium verbū Dei comitatur nox: quia mandatum lucerna est, & lex lux, & lucerna pedibus verbum Dei. Nec immeritò propter triplicem hunc sermonem ter in die natiuitatis domini missarum solennia celebrantur, quarum tertia solennior est duabus. Tertio siquidem omnipotens sermo de cœlo in terram à regibus sedibus in præsepium venit.

HVGO DE S. VICTORE.

De triplici silentio.

Dum medium silentium tenerent omnia. Tria sunt silentia. &
 Primum largitoris. Secundum desperatio curationis. Tertium adeptio sanitatis. Primum ante legem, quando homo non agnouit morbum suum, vnde nec quærebat remedium. Sed subintravit lex, quæ ostendit languidis vulnera sua, & statim ruptum est silentium: quia cœperunt ægri salutem quærere. Sed considerans homo neminem per legem posse iustificari, quasi diurnis clamoribus fatigatus, & iam desperans siluit: & secutum est secundum silentium. Tunc ergo omnipotens verbum Dei patris in carnem veniens rupit silentium, locutum est pacem, dedit gratiam, proposuit veniam, promisit misericordiam, & cœperunt ægri currere ad medicum: pura fide cordis, & vera confessione oris flagitantes

remedium. Et hoc in hac vita agitur, vt homo per Dei gratiam recipiat sanitatem. Sed cum plenam sanitatem receperit, tunc tertium illud beatum, & sine fine silētium subsequetur. Inter primum & medium silentium multa verba sonarunt, scilicet legis mandata. Inter medium & vltimum sonat vnum verbum, id est gratia Dei. Bene omnia, i. non solum illa quæ in petitione desperabant, sed & quæ in promissionibus defecerant. Et nox in suo cursu medium iter perageret. Præsens vita nox est, vita futura dies. Nox ista habet vesperam, illa dies auroram. Vespera præsentis noctis, fuit inclinatio vnius diei. Aurora illius diei, inclinatio præsentis seculi. Vespera huius noctis, fuit ex quo Adam peccauit. Aurora sequentis diei, à resurrectione Christi vsque in finem seculi. Videamus quo nox ista currat. Per mortalitatem currit in mortem, per mortem in damnationem. Igitur vita mortalis deorsum currit, i. in infernum. Vita immortalis sursum, id est in cælum. Iter medium stadium vitæ præsentis, quod nascendo intramus, viuendo percurrimus, moriendo eximus. Quando ergo nox medium iter in suo cursu habuit, nisi quando mors omnes in stadio vitæ præsentis reperit, secum ad inferos traxit? Vide ergo ordinatissimum diuinæ dispensationis consilium. Quando omnis recuperandæ salutis spes perierat, & mors omnia secum deorsum rapiebat, peccatum ad summum venerat: tunc omnipotens sermo mittitur liberandis, vt amplius diuinæ munus gratiæ commendetur. Venit, inquit. Quis? Vnde? Quò? Sermo altissimi, vnicus patris rex filiorum regis. De consensu patris ad tolerantiam passionis, de equalitate maiestatis ad patibulum crucis, de sede regali ad officinam peccati, de lumine cœli ad tenebras inferni. Sed nunquid ideo regnum perdidit, immò eos qui seruierant peccatis liberans, vsque ad conregnandū sibi sublimauit? Et ideo fortassis à regalibus sedibus venit.

Finis.

SEQUITVR

SEQVITVR ECCLE- SIATICVS.

GALFRIDVS.

Quòd qui nouissima sollicitè præuiderit,
sapienter media gubernabit.



*T*imenti Dominū bene erit in extremis,
Ecce. Non desipiūt qui nouissimā
prima, & prima nouissima faci-
unt: solliciti maxime de extre-
mis, ne extrema gaudij luctus oc-
cupet. Qui nauem regit, non in
prora residet, sed in puppi. Sic no-
ster etiam nauis gubernator ani-
mus, nostræ conuersationis ar-
biter, prosperè cuncta dirigit, si
fuerit intentus extremis. Nam ea

Cap. 1^o

A

memorans non peccabit.

Quòd peccatum timor hominis reprimat, Dei celat.

*T*imor Domini expellit peccatum. Nam qui timet hominem, B
cicò cadit. Humanus etenim timor ad horam fortassis exte-
rius peccatum coërcet & reprimat: sed eo ipso interius impi-
mit potius quàm expellit, & occasione sumpta vehementius
mox ebullit quod inclusum fuerat non extinctum, vberius
pullulat quod præcisum superficie tenus non radicitus ampu-
tatum. Veruntamen etsi nulla videretur utilitas timèdi Deū,
vnde nobis securitas non timendi? Quis enim scit si dignus
est amore, an odio? Timeamus itaque: quia in multis offen-
dimus, & qualiter dominus ea reputet, quanti æstimet, quali-
ter iudicet, ignoramus.

BALDVINVS.

Humilitas in dignitate fit dignitas dignitatis.

*H*umilitas in dignitate fit dignitas dignitatis. Ac si di-
ceret: Secundum magnitudinem dignitatis æ-
qua fit mensura humilitatis. Humilitas in ho-
nore: honor est ipsius honoris, & dignitas di-
gnitatis. Omnis dignitas ipso dignitatis nomi-
M

Cap. 2^o

C

ne digna est, si humilia dedignetur. Humilitas autem sine honore, ipsa sibi sufficit ad honorem. Honor verò sine humilitate, sese perducit ad confusionem. Item quanto magnus es, &c. Si egregius es, esto tamen de grege. Si omnibus pecces, non dedigneris subesse. Considera teipsum, & magistratum tuum, & in quo opere se confiteatur magistrum. Considera quid fecerit, quid dixerit. Non veni, inquit, ministrari, sed ministrare. Ecce quid dixit, & quid fecit. Humiliauit se vsque ad pedes discipulorum suorum. Quis hoc fecit? Is cuius est terra scabellum pedum eius.

BERNARDVS.

De duplici confusione.

Cap. 4.
D

Fest confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Bonus pudor quo peccasse aut certè peccare confunderis: & omni licet humanus arbiter fortè absit: diuinum tamen quàm humanum tanto verecundius reuereris aspectum, quanto verius Deum quàm hominem cogitas puriorem, tantoque eum grauius offendi à peccato, quanto constat longius ab illo esse omne peccatum. Huiuscemodi pudor fugat opprobrium, parat gloriam, dum aut peccatum omnino non admittit, aut admissum penitendo punit, & confitendo expellit. Quòd si quis constanter confunditur, id quoque vnde compungitur: talis pudor peccatum adducit, & gloriam de concupiscentia perdit: quando malum quod ex profundo cordis compunctio conatur expellere, pudor ineptus obstruso labiorum ostio non permittit exire.

RADVLPHVS.

Quàm firma, quàm libera debeat esse iustitia prælatorum.

Cap. 7.
E

Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumperè iniquitates: ne fortè eximescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Tanquam diceret, ne velis suscipere regimen populi, nisi tantæ sis constantiæ vt non reuereris personam potentis: sed cum omni fiducia arguas delinquentes, ne fortè scandalizes tibi commissos, si te agilem viderint, & ad tantum humanum flexibilem, vbi & aptè subiungitur: Nec pecces in multitudine ciuitatis, nec te immittas in populum, neque

neque alliges duplicia peccata, vt scilicet non tantum pro se, sed pro subditis cogatur reddere rationem. Neque enim in vno erit immunis. i. in aliquo horum: quia & suorum & alienorum luet supplicia delictorum. Quicumq; ergo locum iam tenet, caueat necesse est ne adulando potestatibus, peccatis se contaminet alienis: & dum humanam declinat offensam, diuinam incurrat vindictam.

V V E R R I C V S.

Quod pauci sunt qui damna perditum temporis magnipendant.

De negligentia tua purga te cum paucis. Omnino si de negligentia nos purgaremus, de paucis essemus. Nunc autem quoniam non modò minima, sed & maxima negligimus, longe à paucis de terra diuisi sumus: & de nobis dicit ille qui paucitatem sanctorum multitudini præfert negligentiam: Inter multos erant mecum. Et quid hodie tam proprium simul & commune his quos religiones fouet umbra sicut negligentia? vt de meipso loquar, quotiens derident h. s. m? Quotiens dormitauit anima m. p. t? Diemque ferè totum ac si reuocabile tempus esset in inertia consumo? Illud autem miserimum est, quod hodie non putatur iactura sed lucrum, si dies qui nobis ad purgationem dati sunt, elabantur nobis dormiendo, prætereant & pereant negligendo. Gentilis, vt aiunt, cum sederet ad mensam, venissetque in mentem nihil strenuum aut memorabile se egisse illo die, cum gemitu graui & dolore mensam repulit exclamans: O amici, diem perdidisti. Nos hodie dicere videmur, Diem lucrifeci, si sine opere totus per inertiam possit elabi. Sic nullus ferè est qui temporis precium ponat, qui cogitet apud se quantum ad comparandam æternitatem valeat dies vna. Putasne est aliquis in nobis qui quotidianam dierum suorum à semetipso ratione exigat qui cuiusque diei dispendia vel emolumenta sibi diligenter describat? vt si deprehenderit se hodie negligenter egisse, vindicet in semetipsum, de cætero cautius agat? Beatus ille seruus, quem cum venerit dies extremus, inuenerit ita facientem.

B E R N A R D V S.

Quod iugis mortis memoria faciat timoratum.

Fili memento nonissima tua, & in æter. non p. Nimirum hæc

SVPER ECCLESIASTICVM.

maximè recordatio facit timoratum, timor expellit peccatum, & negligentiam non admittit.

Quanta sit hominis, pudoris, doloris, timorisque materia.

H *Fili memorare no. t. &c.* Recole primordia, attende media, nouissima memorare. Cogita vnde veneris, & erubescere. Vbi sis, & ingemisce. Quò vadas, & contremisce. Agnosce primordia tua, & erubescere comparatum te esse iumentis imipientibus, &c. Memorare nouissima tua, & time ne abeat etiam post iumenta. Pro consortio angelorum, sortitus es consortium iumentorum. Erubescere, vis nosse quò deuenisti. In locum vtique afflictionis, vbi dolor & labor, & afflictio spiritus. Nemo in hoc seculo nequam quod vult habere potest. Quandoquidem nec iustus iustitia satiatur, nec voluptuosus voluptate, nec curiosus curiositate, nec inani gloria ambitiosus. Ecce vnde doleas, quòd in exilio positus es, in deserto moraris, in tenebris ambulas, & in lubrico, & in fauulo. t. vesceris p. t. An non in amarum moratur oculus tuus, quotiens ista consideras & deploras pariter cum propheta dicens: Heu me, quia incolatus meus prolongatus est, &c. Habes prima, habes media: sed quæ sunt nouissima, ipsa sunt mors, iudicium, & gehenna. Quid horribilius morte? quid iudicio terribilius? quid gehenna potest intolerabilius cogitari? quid ultra metuet qui ad ista securus est? O homo, si pedorem perdideras, ad nobiles pertinentem: si dolorem non sentiebas, quod est etiam carnalium: vel timorem non omittas, quod est etiam iumentorum! Oneramus asinum, laboribus fatigamus, & non curat, quia asinus est. At si in ignem impellere, si præcipitare velis in foueam, cauet quantum potest, vitam diligens, timens mortem. An non ergo iustum est, vt qui ista non timet, audiat istud verbum increpatorium: Abi post vestigia gregum, &c. Time homo, qui in morte separandus es à bonis omnibus huius corporis: cum dulce carnis & animæ connubium amato sit separandum diuortio. Time, quia in terribili iudicio præseruandus es illi in cuius manus durum est incidere, & eo examinante quem nihil latet: siquidem inuenta fuerit in te iniquitas, tollendus es ne videas gloriam Dei. Time, quia in gehēna cum diabolo & angelis cruciandus æternis es suppliciis cruciandus. Et hic est timor qui inuenitur dicitur

dicitur
dia, n
enim o
dolor
latione
ita. na
secum
henna
terit in



cōmen
ego: vi
in quo
sed in
tiam qu
humani
Deus la
no. t. La
ueret in



affuit pr
nio arqu
rio ipsius
fitionem

dicitur sapientiæ, non dolor, vel pudor. Vnde non primordia, non media iuberis, sed nouissima memorari. Validior enim est ad resistendum peccatum timor, quàm pudor, vel dolor: quia & dolor potest de qualibet huius mundi consolatione, & pudor de multitudine consolari. At timor non ita. nam in morte nihil omnino de bonis huius seculi feret secum. In iudicio nec fugere poterit, nec resistere. In gehenna verò sicut nulla redemptio, sic nulla consolatio poterit inueniri.

Quòd homo donec Christus in eo vixerit non laudetur.

N *E laudes hominem in vita sua.* An fortasse non est homo laudandus in vita sua, quæ tentatio est super terram: nec ideo tamen laudandus non est, cum mortuus peccato viuit Deo? Vana quidem laus & seductoria, qua laudatur peccator in desiderijs animæ suæ: sed multum cõmendanda illius vita qui dicere potest: Viuo ego, iam non ego: viuit verò in me Christus. Cum ergo laudatur homo, in quo iam viuit non ipse, sed Christus: non in sua laudatur, sed in Christi vita. Ac per hoc non laudatur, contra sententiam quæ prohibet hominem laudari in vita sua. Cur utique humanis laudibus dignus non erit, quem sui nominis quoque Deus laude dignatur? dicente Dauid: Pauper & inops laudatus. Laudatur Iob, quia patienter sua amisit: dum adhuc viueret in corpore laudatur. Cap. II.

V V E R R I C V S.

Quòd à sapientia tria soleant auertere cor hominum.

B *Eatus homo qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia meditabitur, &c.* Prorsus hæc est beatitudo, hæc sapientia: si mœreris in sapientia, vt perseueranter eam teneas. Non enim qui statim inuenerit, sed qui tenuerit eam beatus est. Sed non ibi quieuit, imò addidit: Et qui affluit prudenter, vt scilicet in ea demoreris, & conturbatio atque conuictu ipsius delecteris: nec discedas à magisterio ipsius, donec meditando iustitiam, cogitando circumspectionem Dei affluere prudentia possis. Verùm alios repellit Cap. 14. K

à sapientia quam inuenerant superbia cordis, sicut de Prophetis testatur Apostolus. Alios, sicut in Salomone patet, abstrahit illecebra carnis. Alij in leuitate & inconstantia mentis leui perturbatione offensi eam relinquunt, qui s. ad tempus credunt, & in temp. re. Quare autem recedunt? quia radices non habent quibus teneantur. Quomodo autem radicari poterant, nisi morentur? Sic iustus plantatus in domo domini nec radicari nec fundari in charitate poterit, nisi mori & stabilitate loci. Si autem radicatus non fuerit, nec flores, nec fructum qui maneat afferre poterit. Et si florere visus fuerit alicuius spei initio, diceretur de illo: Ante messem totus effloruit, & immatura perfectio germinauit. Et sicut alibi dicitur: Si fecerit fructum, alieni comedent eum. Si ergo vis in sapientia morari, stude in iustitia meditari. In iustitia autem meditaris, si in silentio tuo quod est cultus iustitiæ non multas quas malignus immittit, aut phantasias quas cor tuum parturit, aut inanes philosophias ceu fallaces theorias que sunt velut ægri somnia, admittere patiaris. Si autem quasi violentæ irruunt cogitationes noxiæ, pone tibi virilem & bidelem custodiam, quæ omni custodia seruet cor tuum. Deum autem timorem Dei, qui nihil negligit, qui nullum in discessum intrare permittit: sæpius interrogans etiam angelum locis, Noster es an aduersariorum? Vndique enim sibi circumspicit, tanquam omni hora cogitans circumspectiones Dei, quem sine intermissione intueri ac iudicare corda filiorum hominum attendit. Pulchrè autem dictum est, In sem. cogitatio prorsus sine sensu est: & à corde excessit, qui timorem Dei cogitare negligit, qui pondus tantæ maiestatis ac iocunditatis sibi imminentis vel incumbentis non sentit. Signatur quoque circumspicere dicitur Deus, qui omnia tam præterita quam futura habet præsentia.

BERNARDVS.

De multiplici aquarum vsu.

Cap. 15.
L



Qua sapientia salutaris potabit illum. Multiplex est aquarum utilitas. Est enim utilis aqua ad lauandum, ad potandum, ad cibos coquendos. Sic aqua sapientiæ salutaris, qua hauritur de rinulis scripturarum. Etenim sermo diuinus non modò potat animam sitientem, sed lauat dicente domino: Et vos mundi estis propter ser. quem lo

f. vo.
ceden
tales

Quò

Na
re mi
pensu
ter. Se
bet m
culo s
opus
nuò m
statim
illic i
multo
video
putas
assue
cum s
Vigil
quolib
Nam
la exp
mul &
vita n

Qu



tum su
vo. pec
patio,
termis

C

l. vo. Sed & crudos carnis cogitatus igne sancti spiritus accedente coquit diuinum eloquium, ac vertit in sensus spirituales cibos mentis.

GALFRIDVS.

Quòd etiã in debili corpore diuinis sit laudibus insistendum.

Non est speciosa laus in ore peccatoris. In pœnitentis autem ore minus iucunda adhuc. Attamen nemo interim negligat pensam reddere seruitutis, nemo opus Dei faciat negligenter. Sed doleo caput, doleo pectus, deficit corpus, quantumlibet mihi baculum applies, non est vox, neque sensus. Periculosa medela, medicum nunc inuocare. Enim vero non est opus sanis medicus, sed malè habentibus. Debueras & continuo moriturus auxilium flagitare diuinum. Debueras etiam statim expiraturus sacrificio laudis honorare Deũ, quoniam illiciter quo ostendat tibi salutare suum. Sed omisisti iam multo tempore opus Dei, nunquid profuit tibi? Adhuc, vt video, nihilominus fortè etiam amplius doles aut dolere te putas. Expergiscere, exercere in laudibus creatoris. multis assue in eius opere desperata etiam valitudo. Sed & modicum si oportet in eiusmodi interim exercitio corpus affligi. Vigiliis & labore vbi putas melius posset insumi, quod in quolibet etiam ocio nec tardius forsitam oportuerat mori. Nam & in omni interim fatigatione satis nos debet beata illa expectatio consolari, quòd in summa iucunditate animi simul & corporis psalms nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo domini.

RADVLPHVS.

Quòd vehemens increpatio ramos mali operis non radicem amputet voluntatis.



Quam bonum est correptum manifestare pœnitentiam? Sic enim effugiens voluntarium peccatum. Hoc fit, cum peccator corripientis se mansuetudine cõperta eius piam indignationem grateranter amplectitur, & increpantem diligens aduersus reatum suum in iracundiam suscitatur. Sic enim (inquit) effu- vo. pec. Ergo si violenta & contumeliosa adhibeatur increpatio, licet ad tempus propter timorem prauis operis fiat intermissio, voluntatis tamen prauæ mutatio non sequetur.

Quòd magna sit peccatoris angustia, dum nouis vetera vult mutare.

Cap. 27.



*I*cut in medio compaginis lapidum palus figitur: sic in
medium reditionis & emptionis angustabitur peccator.
Cum enim homo carnis illecebris assuetus pra-
uæ consuetudini suæ reniti cœperit, & agrum

supernæ hereditatis suarum voluptatum continentia com-
parare voluerit, magnas patitur angustias: dum hinc caro com-
pellit vt ex more tibi obsequatur, hinc spiritus repellit vt ma-
gis cœpta perficiens brauium sancti certaminis fidei persi-
uerantia consequatur. Magnæ igitur sunt ibi angustia, sicut
diximus: sed laboris huius consolatio subinfertur, cum dicitur:
Conteretur cum delinquente delictum. Hoc enim maxi-
mè in contritione sua debet hominem releuare: quod dum
ipse conteritur, & aculeus carnis retunditur, & quem ex car-
ne traxerat reatus aboletur. Quia tamen periculum est ne
fatigatus deficiat: Nisi, inquit, in timore Dei tenueris te con-
stanter, citò subuertetur domus tua.

Quòd quidam ad correctionem sic accedant, vt non
inde correctio sed corruptio subsequatur.

Cap. 20.

P



*C*oncupiscentia spadonis deuirginauit iuuenulam: et
& qui facit per vim iudicium. Spado ad coitum
non spe trahitur posteritatis. Scit enim se gignere
non posse: sed ardore concupiscentie instigatur.
Corrumperet itaque potest virginem, imprægnare
non potest. In hunc modum & qui ad proximi
inreparationem non utilitatis alicuius consideratione ducitur,
sed furoris sui impetu raptatur: dum sine mensura culpa
vindicat, lædit, non subuenit: & cui semen melioris propo-
siti infundere debuit, grauius corrumpit.

GALFRIDVS.

Quòd peccati occasio etiam longè posita sit vitanda.

Cap. 21.

Q



*Q*uasi à facie colubri fuge peccata. Puto non quartus
de colubro & peccato qui primam prauaricationem
introuisse meminit per serpentem. Lubrica res est,
pectore & ventre graditur, plena veneno mortifero.
Anima enim quæ peccato
rit, ipsa morietur. Noli ergo sustinere donec mordearis: mot
vt videris fuge, fuge à facie eius, ne expectaueris morsum
eius. Non dicas. Quid mihi nocet, si proximus est coluber
tantum, & me non mordeat, non occidat? Imò verò quod de
colubro

colubro non dices, minus dixeris de peccato. Nec acciden-
tis lenocinia feras, sed vt fugeres à facie colubri etiam lon-
gius positi, sic multo magis à peccati. Et faceres hoc, si tibi
charior foret animæ vita quàm corporis.

Item.

Quasi a facie colubri f. p. A chi dicat, non sis contentus nō in- R
currere morsum, fuge etiam tactū. Imò etiā non sufficit ta-
ctum euadere, sed etiam & accessum. Parum est serpentem nō
sentire contiguum, periculo sum est vel habere vicinum.

BERNARDVS.

Quòd peruersi vnde debuerant impinguari, lapidantur.



De stercore boum lapidatus est piger. Arguere &
increpare interdum necesse est. Et quis ignorat S Cap. 22
finem esse verbum increpatorium, verbum ama-
ricatorium, verbum improperij: & quòd si
non excusat necessitas, ipsum etiam minus de-
ceat proferentem? Sed hoc fimo et si quosdam impinguari, ta-
men & alios planè & lapidari & indurari videmus. An non
impinguatur qui increpatus benignè accipit, mansuetè re-
sponder, libenter emendare conatur? Hæc planè salubris &
fecunda impingatio est. Ex ea ergo pinguedine quam ge-
nerat oleum peccatoris, Abundantius pullulât spinæ & tribu-
li. Quid autem faciemus tibi ò piger, qui ad hanc misericor-
diam irritaris magis & exasperaris? Nōne bonus fimus spar-
gitur in agrum tuum? vnde ergo lapides habet? Sed tu inimi-
ce homo: quoniam qui diligit iniquitatem, odit a. s. Tu in-
quam hoc facis, qui desidiam tuam non excutere sed excusa-
re pergens, fimum tibi peruertis in lapides, & vnde impin-
guari debueras lapidaris.

Quòd decor temporalium non ornet homi-
nem, sed induret.

De stercore boum la. p. Væ misero, qui dum stercoreatur T
putatur ornari. Bos erat Paulus, qui omnia mundana arbi-
tratur vt stercora, vt Christum lucrifaceret. His verò sterco-
ribus lapidatur piger qui ea amplexatur, & Christum lucrif-
acere negligens, corde vacuo & deserto foras cogitur eua-
gari. Sicut enim exercitij spiritualis & curæ corporis con-
temptus exteriorum, sic eorum sollicitudo certum signū
est mentis incultæ.

Sub quibus testibus peccet homo.

Cap. 23.

V



Agites cooperiunt me, & sunt vndique. Quis me videt? videt iudex, qui scrutatur Hierusalem in lucernis. Videt aduersarius, qui flagitia suggerit & instigat. Videt cœlestium testium multitudo, execrans & indignabunda recedens. Vide ipse quid facias: quia secundum vulgare proverbium, si fuerit qui faciat, erit qui dicat. & secundum poëtam, Vt serui taceant, iumenta loquentur.

BALDVINVS.

Quòd populus Dei tribus nominibus designetur.

Cap. 24.

X



IN Iacob inhabitata. In populo scilicet quem dilexi. Iacob enim dilexi, Esau odio habui. Ac si diceretur ei: Inter bonos sit conuersatio tua, & cum iustis sit habitatio tua. Inter malos enim non est requies: sicut scriptum est: Migravit Iuda propter afflictionem &c. Et de quibusdam scriptum est: Commixti sunt inter Gentes, & di. o. eorum &c. Ergo malorum societas fugienda est animo semper, sed non semper corpore. Lima enim per necessaria est in officina fabrorum, eradens rubiginem ferri vt elimatum splendeat.

Sequitur: *In Israël hereditare.* Hoc est stude, satage vt herediteris in Israël, non in AEGYPTO. Non inter Gentes qua ignorant Deum, sed in populo Israël. Soja ergo hereditas Israël requiem quærentibus est quærenda & perseverenter. Nam qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Vnde & additur: In electis m. mit. ra. charitas scilicet Dei & proximi. Populus ergo iustorum tribus modis & quasi tribus nominibus significatur: in Iacob, in Israël, in electis me. Iacob enim est, secundum simplicem prudentiam in qua simpliciter ambulat: & omnia maligni suppletat molimina, ne suppletatus ius suum perdat. Israël verò est, cum tam fortis est vt Deum sustineat, vel tam beatus vt videat. Electus autem est: quia cum nondum diligeret, prior est dilectus. Dilectus autem est & electus ad requiem à Deo sibi præparatam, quæ in tempore suo ei dabitur: & triplici felicitate consummabitur: hoc est communionem beatissimæ societatis, visione ipsius diuinæ maiestatis, stabilitate interminabilis æternitatis.

ADAM

ADAM DE PERSE.

De laude virginis matris.

Quasi oliua speciosa in campis. Si virginem nostram oliuam Y
dixerimus, erit oleum partus eius. Virgo sanè nostra est oli-
ua speciosa in campis: quia gratia eius & misericordia om-
nibus est communis. In campis posita florem campi protu-
lit, ex cuius amœnitate pulcherrima campestria sibi huma-
næ turpitudinis nuditas procurauit. Campestria sunt peri-
zomata velamenta turpitudinis, quæ de flore isto sibi con-
suunt, quicumque per fidem & amorem virginei partus cri-
minum verecunda deponunt. Est etiam spe. in campis: quia
ecclesiarum pulchritudo specialis. Speciosa quippe facta
est & suauis, ex qua spe. for. præ. si. ho. nascitur sanctæ sua-
uitas vnctionis. Christi ecclesiæ campi congruè dici pos-
sunt, quos disciplinæ cœlestis aratrum colit, doctrina euan-
gelij serit, iustitiæ executio fertiles reddit. In his campis est
oliua fructifera mater misericordiæ virgo Maria. De o-
liua profuit pinguedo olei, fundit gratiæ plenitudinem,
misericordiæ vnctionem profert mater Christi. Quàm iu-
cundum, quàm suauis est illi cohærere! quàm salutiferum in-
tra puerperæ diuersorium remorari! Si infirmus es, de di-
uersorio illo abundanter profuit oleum infirmorum. Si sa-
nus es, & de testimonio conscientiæ aridet tibi iustitiæ sa-
nitas, oleum lætitiæ suscipis ex Maria. Species morum, ope-
rum decor, meritorum gloria totum de gratia Mariæ susci-
pitur, cum amatur. Cum enim plena sit gratiæ, & tota mi-
sericordiæ delitiis affluens, nihil gratiæ omnino accipimus,
quod non nobis conferat partus eius. Nostra est virgo, no-
stra sunt virginis viscera, noster est virginis partus, nostra
sunt quæ panes illam de cœlestibus accitantur. Periculosum
est ergo ad punctum ab illa discedere, apud quam nostræ sua-
uitatis delitiæ reponuntur. Diuitiæ salutis sapientia & scien-
tia penes virginem nostris vsibus reseruantur. In partu nimi-
rum virginis thesauri sapientiæ & scientiæ ad locupletatio-
nem pauperum absconduntur. Propter miseriam inopum &
ge. paup. venit de corde patris Christus in cor virginis, & in
virginis utero pauperum gazophilacium collocauit. Inde
pauperes spiritu locupletati sunt, quos mundi superbia vani-
tate & mendacia non ditauit. Filij ho. vsque. gra. cor. à
corde virginis elongatis? Ut quid di. va. & quæ. men. cum

SVPER ECCLESIASTICVM.

intra nostræ virginis vterum mirificauit dominus sanctum suum. Cur non properatis ad oleum? Vestrum est quod hic agitur. Nulla enim ratione diues omnium Deus pauper fieret, nisi vt se pauperibus coaptaret. Nulla ratione oliuam fructiferam in campis poneret, nisi vt misericordiam virginis communem omnibus exhiberet. Hinc est quòd non regibus in palatiis, non diuitibus in vrbibus suis mysterij huius ratio primò innotuit: sed pastoribus qui in campis erant, qui supra gregum suorum custodiam vigilabant. O saluantis benignitas! O nascentis miseratio! O puritas & pietas parientis! O vtinam essem de paruulis quibus hæc reuelata & acta sunt, vt philosophari interim de alijs non liberet! Quid dulcius quàm verbi interesse cunabulis? quàm in diuersorio Christi feriatum & liberum esse, & infantia colludere tam felici. Ignoscite quæso, ignoscite puero, si hiberna de cælo plena non deserit, si sacrosanctum pectoris virginis sacrarium non dimittit ad incontaminata vestigia virginis: piscina posita est pietatis vbi pueri balneantur. Nostis autem huiusmodi frequentiori lauacro indigere. facillimè sordes contrahit, & opus est vt materna sollicitudine consuetiori balneo diluantur. Proinde à contubernio sacra virginis longè procedere tutum non arbitror. Quis enim mihi prouideret in talibus, si indulgentissimæ matris misericordiam elongarem? Tenebo illam, non discedam ab illa: quia si misericordiæ eius sollicitudo defuerit, facilè fecero abortiuum.

V V E R R I C V S .

Quòd conuenienter vitis odor virgineo partui comparetur.

Z *Ego quasi vitis fructificauit suauitatem odoris.* Hæc verba de Christo & ipsius matri conueniunt. Sed quia primus patet intellectus, quomodo beata virgini conueniant videamus. Respondeat ergo Maria blasphemijs tam pro se quàm pro filio, cunctasque hæreses solo interimat verbo, & dicat: Ego quasi vitis, &c. Ac si apertè dicat: Partus quidem meus non habet exemplum in sexu mulierum, sed habet similitudinem in naturis rerum. Quæris quomodo virginitas genuit saluatorem? Sicut flos vitis odorem. Si corruptum inuenis florem, pro eo quòd dedit odorem: violatum crede pudorem, quia edidit saluatorem. Quid potes calumniari

in p
qua
tis,
ris
tis,
ill
exp
sed
lati.
Et fl
inuit
odor
dedu
hone
ille s
re po
raret
Dein
mag
virg
Mari
ruit,
flore

E
Verè
modè
Christ
In co
Deus
tum:
lem c
dane
Ergò
est dil
lectus
chra d
& agn
lum q
ramus

in proprietate similitudinis? Quid enim est aliud virginitas quam flos inuiolati corporis? Quid aliud est flos virginitatis, quam suauitas odoris? Tu tamen caue ne bono moriaris odore. Glorietur ergo Maria & dicat: Ego quasi vitis, &c. Pulchrè quasi vitis. Nam botrus cyperi, dilectus suus illi: de quo non solùm torcular passionis rubrum mustum expressit preciosi sanguinis, quo calix præclarus inebriat: sed & quotidie deuotio sancta sibi vinum exprimit quod læti, cor hominis, & inebriat voluptate gaudij & amoris. Et flos, me. fruc. ho. & ho. Prorsus Iesus est suauitas odoris inuitans, honestans, sanctificans, honor glorificans. Suauitas odoris, qua velut ad viam adducimur: honestas, per quam deducimur: honor, ad quem perducimur. Pulchrè autem honestas dicitur quasi honoris status. Neque enim honor ille summæ dignitatis & gloriæ statim tunc in nobis habitare posset, nisi nunc honestas vitæ & morum sedem ei præpararet. Est ergo Iesus primò suauitas odoris iis quos vocat. Deinde honestas iis quos iustificat. Demum honor illis quos magnificat. Benè autem non ait flos, sed flores: quia cùm virgo sancta est, flos virginitatis in ea multiformis est. In Maria tamen gratia singularis præ omnibus multipliciter floruit, quæ tota pulchra intus & foris, tota vernabat quadem florentia & venustate pudoris,

De triplici forma in Christo.

Ego mater pulchræ dilectionis, & timo. & agni. & sanctæ spei. A
 Verè matri notus erat filius, quem tam pulchrè & commode his virtutum describit nominibus. Verùm alia est in Christo forma corporalis, alia moralis, alia intellectualis. In corporali frater est, in morali magister, in intellectuali Deus noster est. Corporalem suscepit, vt impleret sacramentum: morale in exhibuit, vt præberet exemplum: intellectualis ceu diuinam reuelabit ad præmium. Hunc commendans nobis beata virgo Maria sic ait: Ego mater pul. di. &c. Ergone iste est filius tuus ô virgo virginum? Ergone talis est dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? Planè talis est dilectus meus, & ipse est fi. me. ô fi. Ie. Dilectus meus est pulchra dilectio in seipso, dilectus meus est pulcher timor, spes & agnitio in illo qui natus est ex ipso. Ipse enim est non solùm quem diligimus, timemus, agnoscimus, & in quem speramus: sed etiam hæc omnia operatur in nobis, atque his

virtutibus, veluti quibusdam membris & partibus in nobis perficitur & formatur. Tunc enim perfectè pro modulo huius vitæ Christus in te reformatus est, si veritatem quæ ipse est agnouisti, & agnitam glorificasti: timore scilicet & spe: & ne spes confundat, charitas sit diffusa in corde. Sed quia non est talis positio nominum, ipsam etiam videamus, & ex ipsa aliquid ædificationis trahamus. Sicut enim de agnitione timor nascitur, quem ne in desperationem concidat, spes consolatur adiuncta, ipsi que spei ne confundat, charitas suffragatur: ita versa vice dilectio parit castum timorem, timor que cum dilectione illuminat agnitionem. Secundum illud: Qui timetis dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. Quanto autem verius illuminato corde Deus agnoscitur, tanto fiducialius in eum speratur. Vnde est illud: Sperent in te qui nouerunt nomen tuum domine. Pulchrè autem & propriè dicta est pulchra dilectio, cum charitas Deus sit, ac per hoc summa pulchritudo sit: quia virtus ista ferè tota pulchritudo ecclesiæ. Sed & sanctorum dilectio ab amore hominum fuerat distinguenda, siue turpi, siue officiali, siue etiam naturali.

GALFRIDVS.

Quòd indignus sit sapientia, qui eam concupiscere, peccatam putat.

B *Transite ad me omnes qui concupiscitis me.* Gratia sapientia Dei, quæ summam meriti nostri constituit in concupiscencia sua. Sicut enim mandatum primum & maximum vt diligamus Deum: sic præcipuum meritum animæ, concupiscencia sapientiæ est. Quid graue nobis imponitur, vt diligamus Deum? Quid molestum exigimur, vt sapientiam exigere debeamus? Quid enim Deo amabilius? Quid sapientia concupiscibilius? Nullus videbitur nobis intolerabilior ad sapientiam transitus, si aduertimus quàm optabilis sit accessus. Impossibile est non transire, quocumque sit transeundum, imus, & sine intermissione transimus. Bonus est Deus (aiunt seculares) qui in proximo iuuat. Væ miseris qui sustinentiam perdiderint. Transeamus ad sapientiam omnia transiliendo & despiciendo. Ad centuplum pertinet, Spiritus meus super mel dulcis: ad vitam æternam, Super mel & fauum. Hic gratia spiritalis, ibi perennis gloria commendatur. Gratiam enim & gloriam dabit dominus. Spiritus meus super mel

dulcis: deuotio s. spiritualis super omnem delectationem gau-
dij secularis. Et hæreditas mea super mel & fauum. Beatitu-
do perennis super omnem materiam cuiuscunque delecta-
tionis terrenæ & temporalis.

BERNARDVS.

Quòd quicquid amarum videtur, vnctio
spiritus dulce facit.

Spiritus meus super mel dulcis. Molestus est quandoque no-
bis pœnitentiæ labor, corporis afflictio grauis, abstinencia **C**
onerosa. In vigiliis dormitat anima nostra præ tædio, non
ob aliud sanè quàm propter inopiam spiritus. Ille enim si
adesset, laborem & pœnitentiam nostram faceret non so-
lum non molestam, sed etiam desiderabilem & delectabilem
esse. Adeo enim dulcis est, vt ne ipsa quidem dulcedini eius
præualere queat amarissima licet mortis amaritudo. Quid
igitur non temperat illa dulcedo, quæ mortem quoque fa-
cit esse dulcissimam? Quæ resistere possit asperitas vnctiõni,
quæ mortem facit esse suauissimam?

Quòd qui non delectatur præsentibus, futuro-
rum memoria consolatur.

Memoria mea in generatione seculorum. Quandiu stare præ-
sens cernitur seculum, in quo generatio aduenit, & gene-
ratio præterit: non deerit electis consolatio Dei memo-
ria, quibus nondum de præsentia plena refectio indulgetur.
Memoria ergo in generatione seculorum, præsentia in re-
gno cælorum. Sed quæ generatio ex Dei capit recordatio-
ne sollamen? illa scilicet quæ dicere potest: Renuit conso-
lari anima mea. Iustum quippe est, vt quos præsentia non
delectant, præsto eis sit memoria futurorum.

Quòd paupertas voluntaria genus mar-
tyrij iudicetur.

Beatus vir qui post aurum non abiit, nec spera-
uit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & lau-
dabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.
Verè martyrij genus est voluntaria pauper-
tas. Quid enim mirabilius, aut quod mar-
tyrium grauius esse potest, quàm inter epu-
las elurire, inter vestes multas & preciosas algere, pauper-
tate premi inter diuitias quas offert mundus, quas ostentat
malignus, quas desiderat noster ipse appetitus? An non me- **Cap. 31. E**

ritò coronabitur qui sic certauerit, mundum abiiciens promittentem; iridens inimicum tentantem, & quod gloriosus est, de seipso triumphans & crucifigens concupiscentiam prurientem?

Quòd non debes à subiectis exigere, quod praelatis nolueris exhibere.

Cap. 32.
F



*P*incipem ceu rectorem te constituerunt, nolent tolli, sed esto in illis tanquam vnus ex illis. Quomodo est tanquam vnus ex illis, manens inter humiles superbus, inter subditos rebellis, immitis inter mansuedos? Vt re putemus tanquam vnum ex illis, videamus tam exhibere paratum, quàm exigere obedientiam: videamus tam libenter praepositis obtemperare subiectum, quàm imperare subiectis. Quòd si semper vis obedientes habere, & nunquam esse: probas te non esse tanquam vnum ex illis, dum vnus esse renuis ex obedientibus. A quibus si te superbiendo sugregas, reputari inter illos te noueris, de quibus scriptum est: Quòd alligant onera grauia, &c.

GALFRIDVS.

Vtilis expositio super hoc quod sequitur.

G Ante grandinem praebit coruscatio, & ante verecundiam praebit gratia, &c. Sapiens his verbis à visibilibus ad inuisibilia, & ad moralia à naturalibus sumit exhortandi materiam. Vbi etiam qualitas nobis est attendenda prouinciae in qua scripsit. Nam in ea potissimum coruscationes & tonitrua grandis sequitur: sicut legimus signum fore de caelo, æstiuo tempore mugire tonitrua. Admonet ergo sapiens, quòd videns quis quòd praecedat coruscatio multum quidem lucida sed breuissima, grandinem frigidam, molestantem atque diuturniorem: consideret quòd praecat transitoria claritas perpetuam confusionem, & horrorem aeternae damnationis lux impiorum breuis. Et bene ait: Non veniet vel aderit, sed praebit: & antequam veniet, illicò praeteribit. Exponens denique quod dixerat, subdit quod intendebat exinde commendandum. Et ante vere. praegratia. O si illam aestimare possemus verecundiam futurae reprobationis, qua conuicti in iudicio impij maximè qui pietatis speciem habuerunt erubescunt! Inde enim sibi interim blandiuntur, quicumque

pec-

peccant in spe, quòd videatur longè vltio à peccatoribus,
 à quibus magis longè est salus. Quamobrem si sapias, non
 qualis interim veniat, sed quid præeat a stimabis, quan-
 libet grata prosperitas parum transiens, sed confusionem quæ
 non similiter transeat post se trahens. Et dominus quidem
 reliquit post se benedictionem. Mundus autem scorpius
 est, & cauda pungit, cum inebriatus fueris ponens quod de-
 terius est. Sequitur enim: Et pro verecundia accedet tibi
 bona gratia Pro confusione videlicet præsentem quam vel
 sibi ipse ingerit, vel ab altero æquanimiter tolerat: quisquis
 verè interim pœnitet, bona gratia ei accedet, non subito
 irruens, & illicò transiens: substantia enim festinata minue-
 tur. Signanter autem dictum est: Accedet, non tribuetur,
 vel aliquid simile: vt intelligas quòd in ipsa tribulatione so-
 latium capere debeas de ipsius gratiæ accessione: & sic nec-
 dum sentiendo præsentem, iam tamen accedentem præsen-
 tiendo. Vnde illud: Expectatio iustorum lætitia. Et benè
 æterna promissio bona gratia dicitur. Bona gratia quæ pro
 eo maximè grata erit: quia omnino gratuita apparebit. Igi-
 tur si tibi teipsum debes parare regno quod paratum est ab
 origine mundi, sic accedere ad bonam gratiam quæ accen-
 dit: accede ergo ad accedentem. Accede vt illumineris, &
 hora surgendi ne te trices, sicut illicò subinfertur: Hora
 surgendi est, dum bona gratia accedit. Et benè omnis præ-
 sens vita non tempus dicitur esse, sed hora. Tu ergo dum
 hora est ne te curis aliis implices vel intrices. Inde enim do-
 losos homines tricatores, quòd in modum tricæ implicitæ,
 & sicut in libro Iob legitur, eorum sunt semitæ inuolutæ.
 Sequitur: Præcurre autem prior in domum tuam. Domus
 nostra, mens est nostra, velut piscina cogitationum, velut
 aquarum collectio. Benè ergo sapiens admonet in domum
 suam & intra semetipsum priorem præcurrere, & dum ex-
 pediat interim pœnitere. Priusquam inuitum in hac domo
 obseratis ostiis, & fenestris colligat, & recludat, quòd mi-
 natur, quòd arguat eum, & statuat contra faciem suam:
 Præcurre ait, in domum tuam, antequam iudex in lucer-
 nis scrutaturus adueniat. Scrutare ipse conscientiam tuam,
 in confessione faciem eius præueniens. Præcurre prior in
 domum tuam, ne vacuam illam inueniat, & cum vij. nequo-
 ribus se qui exit spiritus malignus introeat. In ipsa denique

domo tua quidnam agere debeas subinfertur: Et illic, inquit, auocare, vt scias quid loquatur dominus Deus: illic auocare à curis. Felix Zacheus qui domino vocante festinus descendit, & præcurrens in domum suam suscepit eum gaudens. Auocare ait. Expellitur quis, dum flagellis virgatur. Vnde cum occideret eos, quærebant eum. Extrahitur, qui beneficiis quasi ligatur: & cum benefecerit ei, domino confitetur. Auocatur autem, qui sciens verbum bonum esse super datum optimum, sola voce monentis vel promittentis auellitur. Sequitur: Et illic lude. Et quomodo, inquit, ludam? Sicut Dauid ante arcam. Lude illic in domo conscientie, intus non foris semper gaudens, & tamen tanquam tristis secretum habens gaudium in testimonio conscientie tue: foris tamen nihilominus grauitatem exhibens disciplinæ. Et signanter ait: Tuas conceptiones age, vt attendas quod tibi congruit, ne maiora præsumas. Inde enim quidam verbis abortiua faciunt, vel etiam monstra pariunt, quod suis conceptionibus non attendunt. Cauendum tibi, ne easdem conceptiones agas in delictis, aut in verbo, aut in corde t. delicto consentias, vel etiam superbias de operibus tuis bonis: sicut qui dicunt, Manus nostra excelsa. Siquidem perniciofa est conceptio, vbi fuerint opera bona: sed verbum superbum siue cordis, siue oris: vt insipienter de bonis actibus glories. Peior tamen vbi & opera mala fuerint, & verbum superbum, videlicet si peccata prædicaueris. Vicinior fortè saluti in delictis, & verbo humili, si peccata consteatis. Optima autem in bonis actibus, & verbo humili, secundum monita saluatoris. Cum se. inquit, omnia quæ præ. vo. & c. Delictum est, quæ præcipiuntur non facere: quod plerunque ex pusillanimitate contingit. Verbum autem superbum, præsumere quæ prohibentur, & hoc grauius: sed ab altero in alterum labitur, & paulatim decidit. Iam verò capitulum idem congruo sine concludens, super his omnibus ait: Benedic dominum. Ad hunc enim finem oportet cuncta referri: vt auctor omnium debeat super his omnibus sine fine laudari. Itaque nec de malis vilo modo, nec de bonis in te glories: vt neque in delictis, neque in bonis sit verbum superbum: sed opponatur ei in omnibus his gratiarum actio, & vox laudis. Benedic dominum, non modò tuum, sed vniuersitatis, qui fecit te:

vt nil magnum reputes, si benedicis ei qui fecit te, si factis dicta rependis.

Item aliter vnde supra.

Ante grandinem præibit coruscatio, & ante verecundiam præibit gratia, & pro reuerentia, &c. **H** Cum in bonum omnia cooperentur electis etiam quæ videntur esse non bona: nulli mirum videri debet, si non semper interpretantur in malum, quæ videntur esse molesta. Grauis equidem grando, sed tamen non inutilis est, præsertim si intempestiua non fuerit. Sic est spiritus timoris vtiliter affligens, & salubriter grandinans, vt ipsius percussione mens timorata frigescat. Nam & Dominus ait: Vtinam te cali. aut fri. inue. Huiusmodi grando sensu grauis interim, sed vtilis est effectu, dum terram cordis constringit, & noxia perimit germina, vt vberiores bonorum proferat operum fructus. Et ipsam tamen eiusmodi grandinem præeat necesse est gratiæ coruscatione. Alioquin nec dolere, nec erubescere poterit anima semetipsam, nisi prius illuminata per gratiam. Siquidem nec cauere, nec horreri vitia possunt nisi cognita. Quotiens ergo dolere hominem, & confundi super peccatis suis, ac insolito quodam videris timore rigescere, quem lætari cum malè fecisset hactenus noueras: diuinam illi coruscationem non dubites affuisse, & præisse gratiam eiusmodi confusionem. Quia verò sola in nobis remunerat sua munera Deus, pro eadem etiam verecundia rursus accedet gratia melior & iucundior quàm præcessit: vt quem prius inuenerat dominus timore frigidum ex illa gratia præeunte, inueniat etiam amore calidum ex gratia accedente. Non enim inuenit vel frigidum, vel calidum, nisi quem ipse facit. Sic ante grandinam horribilis huius timoris præibit coruscatione, id est diuinæ illuminatio veritatis. Exponens ergo quod de coruscatione & grandine dixerat: *Ante verecundiam, ait, præibit gratia.* Magna est erubescencia animæ poenitentis: quia conuersa & compuncta veluti in sceleribus suis deprehensa per coruscationem, in quibus hactenus per dissimulationem latuit, confunditur & erubescit. Alioquin vā ei, si erubescere noluerit & nescierit, si non fuerit confusione confusa, vt meritò cesset ei Deus irasci, & coruscationes immittere, quibus posset terreri & corrigi. Notandum verò,

domo tua quidnam agere debeas subinfertur: Et illic, inquit, auocare, vt sc. audias quid loquatur dominus Deus: illic auocare à curis. Felix Zacheus qui domino vocante festinus descendit, & præcurrens in domum suam suscepit eum gaudens. Auocare ait. Expellitur quis, dum flagellis vrgetur. Vnde cum occideret eos, quærebant eum. Extrahitur, qui beneficiis quasi ligatur: & cum benefecerit ei, domino confitetur. Auocatur autem, qui sciens verbum bonum esse super datum optimum, sola voce monentis vel promittentis auellitur. Sequitur: Et illic lude. Et quomodo, inquires, ludam? Sicut Dauid ante arcam. Lude illic in domo conscientie, intus non foris semper gaudens, & tamen tanquam tristis secretum habens gaudium in testimonio conscientie tuæ: foris tamen nihilominus grauitatem exhibens disciplinæ. Et signanter ait: Tuas conceptiones age, vt attendas quod tibi congruit, ne maiora præsumas. Inde enim quidam verbis abortiua faciunt, vel etiam monstra pariunt, quod suis conceptionibus non attendunt. Cauendum tibi, ne easdem conceptiones agas in delictis, aut in verbo, aut in corde t. delicto consentias, vel etiam superbias de operibus tuis bonis: sicut qui dicunt, Manus nostra excelsa. Siquidem perniciofa est conceptio, vbi fuerint opera bona: sed verbum superbum siue cordis, siue oris: vt insipienter de bonis actibus glorieris. Peior tamen vbi & opera mala fuerint, & verbum superbum, videlicet si peccata prædicaueris. Vicinior fortè saluti in delictis, & verbo humili, si peccata confitearis. Optima autem in bonis actibus, & verbo humili, secundum monita saluatoris. Cum se, inquit, omnia quæ præ. vo. & c. Delictum est, quæ præcipiuntur non facere: quod plerunque ex pusillanimitate contingit. Verbum autem superbum, præsumere quæ prohibentur, & hoc grauius: sed ab altero in alterum labitur, & paulatim decedit. Iam verò capitulum idem congruo sine concludens, super his omnibus ait: Benedic dominum. Ad hunc enim finem oportet cuncta referri: vt auctor omnium debeat super his omnibus sine fine laudari. Itaque nec de malis vllò modo, nec de bonis in te glorieris: vt neque in delictis, neque in bonis sit verbum superbum: sed opponatur ei in omnibus his gratiarum actio, & vox laudis. Benedic dominum, non modò tuum, sed vniuersitatis, qui fecit te:

vt nil
dicta

An
grati
rentur
rom v
que v
tamen
rit. Si
grandi
Nam
modi g
terram
vberio
men ei
tio. Al
metipso
caueri
ergo de
insolite
malè fe
non du
nem. Q
pro ead
incundi
nus tim
amore
vel frig
grandi
est diu
corusca
præbit
quia co
bens pe
latione
si rubel
confusa
immitte

vt nil magnum reputes, si benedicis ei qui fecit te, si factis dicta rependis.

Item aliter vnde supra.

Ante grandinem præibit coruscatio, & ante verecundiam præibit gratia, & pro reuerentiâ, &c. Cùm in bonum omnia coope-
rentur electis etiam quæ videntur esse non bona: nulli mi-
rum videri debet, si non semper interpretantur in malum,
quæ videntur esse molesta. Grauis equidem grando, sed
tamen non inutilis est, præsertim si intempestiua non fue-
rit. Sic est spiritus timoris vtiliter affligens, & salubriter
grandinans, vt ipsius percussione mens timorata frigescat.
Nam & Dominus ait: Vtinam te cali. aut fri. inue. Huius-
modi grando sensu grauis interim, sed vtilis est effectu, dum
terram cordis constringit, & noxia perimit germina, vt
vberiores bonorum proferat operum fructus. Et ipsam ta-
men eiusmodi grandinem præeat necesse est gratiæ corusca-
tio. Alioquin nec dolere, nec erubescere poterit anima se-
metipsam, nisi prius illuminata per gratiam. Siquidem nec
caueri, nec horreri vitia possunt nisi cognita. Quotiens
ergo dolere hominem, & confundi super peccatis suis, ac
inolitum quodam videris timore rigescere, quem lætari cum
male fecisset hætenus noueras: diuinam illi coruscationem
non dubites affuisse, & præisse gratiam eiusmodi confusio-
nem. Quia verò sola in nobis remunerat sua munera Deus,
pro eadem etiam verecundia rursus accedet gratia melior &
iucundior quàm præcessit: vt quem prius inuenerat domi-
nus timore frigidum ex illa gratia præeunte, inueniat etiam
amore calidum ex gratia accedente. Non enim inuenit
vel frigidum, vel calidum, nisi quem ipse facit. Sic ante
grandinem horribilis huius timoris præibit coruscatio, id
est diuinæ illuminationis veritatis. Exponens ergo quod de
coruscatione & grandine dixerat: *Ante verecundiam, ait,
præibit gratia.* Magna est erubescencia animæ penitentis:
quia conuersa & compuncta veluti in sceleribus suis depre-
hensa per coruscationem, in quibus hætenus per dissimu-
lationem latuit, confunditur & erubescit. Alioquin va ei,
si erubescere noluerit & nescierit, si non fuerit confusione
confusa, vt meritò cesset ei Deus irasci, & coruscationes
immittere, quibus posset terreri & corrigi. Notandum verò,

quòd verecundiam hanc gratia præit. Visitatio s. veritas
 immilla gratis, vt sibi imputet homo, vnde erubescit: non
 autem sibi tribuat quòd erubescit, nec desperet quòd sic ve-
 recundatur. Siquidem non modò humiliare voluit, sed ad
 pœnitentiam pœnites animare. qui ait: Et ante verec,
 præbit gratia. Quomodo enim de ipsius gratia desperare
 anima quælibet verecunda debebit, quam & priusquam ve-
 recundaretur accepit? Et miro Dei munere, miro opere,
 quanto magis obstupescit ad gratiam, tanto amplius erube-
 scit ad culpam: & quo verecundia grauior, eo gratia cet-
 tior, immò & dulcior est.

Sequitur: *Et pro verecundia accedet tibi bona gratia.* Est
 verecundia adducens peccatum, & est verecundia addu-
 cens gratiam & gloriam. Et quæ magis adducere gratiam
 credenda est, quam quæ ex præeunte gratia orta est? Meri-
 tò suæ respondet origini, & pro ea accedit gratia quam præ-
 cedit. Sic enim verè gratia quæ pro verecundia redditur:
 quia ex gratia etiam verecundia oritur. Itaque & pro præ-
 eunte gratia quæ succedit, accedet vt gratia pro gratia non
 minus gratuita sit quàm prima. Et bona quidem verecun-
 dia, sed grauis magis grata. Hæc autem non modò bona,
 sed etiam grata est & bona scilicet iucunda. Iam verò ad gra-
 tiam ipsam prouocat, cum subiungit: Et hora surgendi ne
 te trices. Horam hanc ipse nouit, qui cum voluerit clamat
 Lazare veni foras. Quòd si te grandinans timor afflxit, si
 prostrauit coruscatio, & illicò iacuisti infirmatus salubriter,
 & confusus, ac mente deiectus: si te ipsum quasi tricando &
 miseriam propriam sedulè cogitando iterum atque iterum re-
 uoluisti: multo magis accedente bona gratia, & euocante
 te ex hoc lectulo: ex hoc tumulto tuo incunstanter prodire
 te ipsum deserens & ad Deum surgere debes, & ad intuitum
 bonitatis eius aciem mentis dirigere. Aut tricare, vulgò
 dicimus decipere, & est sensus: Ne te trices, ne te ip-
 sum decipias & defraudes particula boni doni, cum ve-
 nerit hora surgendi, & summa magis quàm infima medi-
 tandi.

Sequitur: *Præcurre prior in domum tuam.* A præsentia ta-
 bernaculo priusquam cogaris exi, priusquam te eius ruina
 eiiciat, siue opprimat, & te mundus expuat. Nec quæras
 locum in diuersorio, sed ad domum æternam: quam si ne-
 sci

scis, i-
 ter &
 hoc se-
 tionib-
 loqui-
 troc-
 rotun-
 est, de-
 lationi-
 sis at-
 erutes-
 dia cor-
 Illic er-
 non in-
 inquir-
 tis: ve-
 quod e-
 merita
 confide-
 per his
 tione &
 per his
 his om-
 rans gl-
 benedict-
 quæ per
 laudatio

Omnia
 cias. Di-
 sol ab A-
 cidat su-
 iuxta ill-
 Hæcco-
 no nihil
 quidem
 illius m-
 Omnia

scis, in cœlis habes. & beatam illam mansionem non segni-
ter & cunctanter accede. Et illic, ait, auocare, videlicet ab
hoc seculo pariter & à reipso, ab omnibus curis & cogita-
tionibus aliis. Et illic lude iucundus, in his quæ aduocans
loquitur tibi dominus Deus tuus. Et, vt quidam ait, lude
troco: cuius pars inferior quadam angustia in latitudinem
rotunditatis superioris excreuit. Vnde quasi troco ludere
est, delectabiliter mente voluere, qualiter præsentis tribu-
lationis angustia surgit in perpetuam abundantiam felicita-
tis æternæ. Et illic age conceptiones tuas: vt non modò
exultes interim cogitando & præuolando, sed æterna gau-
dia concipias desiderio, quæ tandem parare possis in regno.
Illic ergo &, gaudia tua & studia vigeant, & non in delictis,
non in verbo aspero: ne scilicet aut exultes, aut confidas in
iniquitate: quod est ludere & agere conceptiones in deli-
ctis: vel in tuorum præsumptione & iactantia meritorum,
quod est in verbo superbo. Bonum est enim bona habere
merita: sed habita Dei dona credere, & in sola gaudere &
confidere misericordia saluatoris. Vnde subinfertur: Et su-
per his omnibus benedic Deum qui fecit te. Super corusca-
tione & grandine, & cæc. Vel quia plurimi codices non su-
per his, sed in his omnibus, habent: Benedic dominum in
his omnibus, vt benedicas in omni vita tua, in his perseue-
rans glorifices nomen eius. Siquidem vera est & idonea
benedictio, digna operatio & disciplinata conuersatio: ex
qua per multorum ora abundat gratiarum actio & diuina
laudatio.

CASSIANVS.

De virtute discretionis.

Omnia fac cum consilio, &c. Aut: Sine consilio nihil fa- I
cias. Discretio non solum lucerna corporis nostri, sed etiam
sol ab Apostolo nuncupatur, secundum illud: Sol non oc-
cidat super i.v. Hæc etiam vitæ nostræ gubernatio dicitur:
iuxta illud: Quibus non est gubernatio, cadunt vt folia.
Hæc consilium rectissimè nominatur, sine quo agere omni-
no nihil scripturæ auctoritate permittitur: ita vt ne ipsum
quidem spirituale vinum quod lætificet cor hominis, sine
aliquo moderatione sinamur percipere. Secundum illud:
Omnia fac cum consilio. Cum consilio vinum bibe. Et ito-

rum: Sicut ciuitas muris diruta, & non circumdata: sic est vir qui sine consilio aliquid agit. Cuius privatio quàm perniciosa sit monacho, huiusmodi testimonij exemplum ac figura declarat, diruta eum ac sine muris comparans ciuitati. Denique hæc est solidus cibus, qui nisi tantum à perfectis & robustis potest sumi: secundum illud: Perfectorum autem est solidus cibus, &c. Verum vera discretio non nisi vera humilitate conquiritur. Cuius humilitatis hæc erit prima probatio, si vniuersa non solum quæ agenda sunt, sed etiam quæ cogitantur, seniorum referentur examini: vt nihil suo quis iudicio credens, illorum per omnia definitionibus acquiescat. Tandiu nanque suggestiones noxiæ dominantur in nobis, quandiu celantur in corde. Omni igitur conatu debet discretionis bonum virtute humilitatis acquiri, qua non solum istud obtineamus, sed etiam ab omni nimietate conseruemur illæsi, Vetus nanque sententia est: Omnes nimietates æquales sunt. Ad vnum nanque finem nimietas ieiunij ac voracitas peruenit: eodémque dispendio vigiliarum immoderata continuatio monachum quo somni grauissimi torpor inuoluit. Vel immò perniciolius continentia immoderata quàm satietas remissa supplantat. Ab hac nanque intercedente salutari compunctione ad mensuram distractionis conscendi potest, ab illa non potest. Quapropter secundum Apostolum: Per arma iustitiæ quæ à dextris sunt & à sinistris recto moderamine transeundum. Quicquid igitur gerendum nostra cogitatio suggererit, omni scrupulo retractantes, atque in nostri pectoris trutinam collocantes, æquilibratione iustissima perpendamus. An plenum sit honestate communi. An timore Dei sit graue. An humana sustentatione, aut aliqua nouitatis præsumptione sit leue. An meriti eius pondus inanis cenodoxiæ non impauerit, vel arroserit gloria. Et sic ea protinus ad examinem publicum trutinantes, id est ad Prophetarum & Apostolorum actus ac testimonia conferentes, vel tanquam imperfecta, nec illorum ponderi consonantia, omni diligentia refutemus.

GALFRIDVS.

Quod sic sit studendum, vt defectus modis
omnibus declinetur.

Vnus edificans, & vnus destruens. Quid est nisi labor? Ac si dicat: Proficere in aliquibus, & in aliis rursus deficere, quis profectus? Sic est omnis cui crescit benignitas erga proximum: sed non similiter charitas erga Deum. Cùm augetur erga præpositos reuerentia, & non similiter erga subditos disciplina. Qui circumspectior solito in sermone, sed remissior inuenitur in opere. Qui magis obediens, minus patiens. Qui grauiori abstinentia castigat, & in seruitutem redigit corpus suum, sed minori custodia seruat cor suum.

BERNARDVS.

Quòd orationem tepor, timor & temeritas
soleant impedire.

Ratio insti penetrat calos. Aliter: Oratio humiliantis se, nubes penetrabit: & donec propinquet non consolabitur: & non discedet donec altissimus aspiciat. Tria sunt quæ orationis efficaciam soleant impedire. Interdum enim grauius impeditur oratio à pusillanimitate spiritus & timore immoderato. Cum scilicet sic cogitat homo propriam indignitatem, vt non consideret domini pietatem. Sed cùm ad me turbata fuerit anima mea, memor sum multitudinis misericordiarum tuarum, & respiro in ea. Et cum introiero in potentias meas, nolo memorari iustitiarum tuarum solius. Verùm sicut periculum est, si fuerit oratio nimis timida: sic contrà, periculum est, si forte fuerit temeraria. Temeritatem enim dico, quando is in cuius cõscientia peccatum adhuc vt vitium aliquod regnat, ambulat in magnis & mirabilibus super se, minus sollicitus pro periculo animæ suæ. Tertium periculum est, si sit oratio tepida, & non ex viua affectione procedens. Timida quidem oratio cœlum nõ penetrat, quia restringit animum timor immoderatus, vt omnino non dico ascendere, sed nec procedere queat. Tepida verò in ascensu languescit & deficit, in eo quòd non habeat vigorem. Nam temeraria ascendit, sed resilit, quia resistitur ei. Nec tantùm non obtinet gratiam, sed meretur offensam. Quæ verò fidelis, & humilis, & feruens oratio fuerit, cœlum sine dubio penetrabit: vnde certum est quòd vacua redire non potest.

N iij

SVPER ECCLESIASTICVM.

GALFRIDVS.

Quantis calamitatibus vniuersitas humani generis opprimatur.

Cap. 40.
L

Quae iugum super omnes filios Adam, &c. Quem non humiliat conceptus impurus & lugubris ortus: aut vnde ei gaudium in vita sua, quae incipit à mœrore? vñam quos sic praecoccupant culpa & pœna, citò anticipet misericordia tua domine. Quid puramus, qui ex vtriusque parentis corruptione concipitur, & in dolore parturientis produci- tur, ad quid ipse nascitur? Vt ad volandum auis, sic homo nascitur ad laborem. Nemo gloriatur, nemo sese extollat, nemo sibi complaceat in seipso. Onus hoc super omnes filios Adam dicitur. Nullus excipitur. Non persona hominis, sed nec temporis hora. Quid enim est? Iugum enim, & graue iugum. Super quos? Super pauperes, super ignobiles, super seculi contemptores, vel ab eo fortè contemptos. Parum est: super omnes, inquit, filios Adam, à die ex. de vtero ma. e. vsque in di. se. in ma. o. O qualis mater! qualis ille vterus terræ tumulus sepulturæ! & tamen paritura est ipsa, quos concipit redditura. Dura omnino conditio, quandoquidem non est nobis excutere à ceruicibus graue iugum, donec ingrediamur sepulchrum: nec euadere vitæ huius laborem, nisi per mortis horrorem. Ecce enim ex illo interim graui iugo imminet hominum fames, & sitis, & ardor febrium, & dolor viscerum, & multiplicium ægritudinum vel molestus timor, vel meticulosa molestia. Inde homo insipienter extollitur, impatienter atteritur, & aduersitatis indignatione crepat, cum intumuerit præsumptione animositatis. Inde succenditur ira, tabescit inuidia, ebrietate mergitur, crapula suffocatur, inquinatur luxuria, auaritia stimulatur. Inde etiam inani sollicitudine & varia suspitione laborat. Inde cum voluptas illicit, curiositas agit, timor contrahit, mœror consumit. Vnde ergo hæc vita, vnde hæc via diligitur: in qua etiam quisquis ille est qui cautissimè graditur, sepius labitur, laeditur, impingit, offendit, corruiat & quassatur? Nam & si cui fortè ad votum succedere interim vniuersa videntur, delicia computat esse sub sentibus. Misera proinde vita quæ sic procedit, sic procedit, sic oritur, & sic progreditur.

Quòd

tias di
ipsum
spensa
qui an
talibus
ctus m
in sub
Viro, a
qhis ill
Viro q
detur f
in eum
bum, v
tibum
adhuc f
nescien
homo à
sa pom
valenti
pere ve
tum.

Quòd
quis, &

Quòd menti temporalibus deditæ mortis
memoria sit amara.



Mors quàm amara est memoria tua homini Cap. 41.
pacem habenti in substantiis suis! Amara M

est: sed salubris, si dulcedinem noxiæ
delectationis exclusit. Vtilius absin-
thium quàm mellitum toxicum, ceu mel
toxicatum. Cui tamen spiritaliter est
hæc memoria mortis amara? homini pa-
cem habenti in substantiis suis. Substã-

tias dicit opes terrenas, quas substare oportuit homini, & nõ
ipsum hominem eis instare. Super eas est, qui præfider & di-
spensat. In eis est, qui delectatur & amando inhæret. Sub eis,
qui anxia sollicitudine premitur & laborat. Væ substantiis
talibus, imò væ ei qui innititur arundineo baculo, vt contra-
ctus manum perforat incumbentis. Pacem, inquit, habenti
in substantia s. & sufficientiam sese habere reputanti in eis.
Viro, ait, quieto, & cuius viæ in omnibus sunt directæ. Et
quis ille est? Nemo in veritate, sed sua æstimatione nonnulli.
Viro quieto. Quilibet negligens & piger sapientior sibi vi-
detur septem spiritalibus, siue omnibus viris proferentibus
in eum sententias reprehensionis. Et adhuc valenti capere ci-
bum, videlicet in spe peccandi. Quòd si interim dissimulet
cibum sumere spiritalem, & metem suam reficere verbo Dei,
adhuc sese id posse præsumat, & quando volet accepturum
nesciens: quòd magis spiritus vbi vult spirat, & non potest
homo à semetipso accipere quicquam. Vel quia mors ex mor-
tu pomi prohibiti superuenit, amara est memoria eius, adhuc
valenti accipere cibum: non recipere promissum, sed acci-
pere vetitum: videlicet adhuc diuinum præuaricari manda-
tum.

BERNARDVS.

Cur Apostoli viri nunc nominentur.



Illi viri misericordiae sunt quorum pietates non de- Cap. 44.
suerunt. Planè viri misericordiae: siue quia N

misericordiam cõsecuti, siue quia misericor-
dia pleni, ceu quia misericorditer à Deo no-
bis donati. Et vidè quam misericordiam con-
secuti sunt? Paulus de se ait: Qui sui blasphemus,
& persecutor, iniuriosus: sed misericordiam consecutus

Quem
gubri
, quz
occur-
ericor-
arenti
roduci-
homo
xtollat,
es filios
nis, sed
e graue
, super
Parum
ero ma-
e vterus
a, quos
quidem
nec in-
em, nisi
ui iugo
, & do-
estus ti-
r extol-
one cre-
de suc-
oula sof-
de etiam
um vo-
e consu-
a etiam
bitur, lo
& si cui
delitias
sic pro-

Quòd

sum. Verum apud beatum Petrum aliud habeo, eo carius quo rarius. Nam peccauit Paulus, sed ignorans. Petrus verò cum cecidit, apertos habebat oculos: & tamen post tam grauem lapsum, ad tantam rediit eminentiam sanctitatis. Potes tamen non inconuenienter accipere viros misericordiæ. i. misericordia plenos: siue viros misericordiæ datos ecclesiæ vniuersæ. Scimus enim quòd viri isti nec sibi vixere, nec sibi mortui sunt: sed ei qui pro ipsis mortuus est, magis autem nobis omnibus propter illum. Pro nobis facit eorum vita, eorum doctrina, etiam & mors ipsa. Etenim in conuersatione continentiam, in prædicatione sapientiam, in passione suâ patientiam contulerunt. Quartum verò vsque conferre non cessant, quod est suarum fructus orationum.

Sequitur, *Quæ sunt quæ iustitiam soleant interimere.*

○ *Quorum iustitiæ obliuionem non acceperunt.* Vis vt nec tua accipiat obliuionem? à triplici caue periculo, & florebit in æternum ante dominum. Legis, *Quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore m. si auerterit se iustus à iustitia sua, & c.* omnium iustitiarum suarum non recordabor. Legis, *Quibusdam dicendum est in iudicio, Non noui vos: illis sine dubio qui mercedem suam receperunt.* Ergo omnis iustitia tepida, omnis transitoria, omnis vendita, erit in obliuione coram Deo.

Sequitur: *Cum semine eorum permanent bona.* Manent enim in nobis vsque hodie Apostolorum vestigia: & eorum religio, quia ex Deo est, dissolui non potest. Vestes Israëlitiçi populi, xl. annis in deserto perseuerauerunt integræ: multo magis vestes Apostolorum super iumentum Christi appositæ. Cum semine, inquit, eorum. Quod est semen eorum: quia mox addit: *Hæreditas sancta nepotes eorum: iidem profectò & semen sunt, & nepotes.* Meministis legalis mandati *Vt suscitet super semen fratris sui, sine semine defuncti.* Quis sine semine? Singulariter ait, *Sum ego, donec tran:* Ideoque resurgens: *Vade, inquit, dic fratribus meis. Acsi dicat, fratres sunt: facient quod fratres.* Ergo per Euangelium ipsi nos genuerunt: non tamen sibi, sed Christo: quia per Euangelium Christi. Itaque semen Apostolorum sumus, per prædicationem: sed per adoptionem & hæreditatem, semen Christi, & Apostolorum nepotes.

Quod

Quod homo fide Deo placeat, hominibus lenitate.



N fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum. Fide calcatur mundus, Ioanne dicente: Hæc est victoria quæ vin. mun. si. n. Nam in spiritu lenitatis dura quælibet aduersa æquo animo tolerantur. Qui sic sequitur Christum, hinc fide calcat maria, ne capiatur illecebris: inde in patientia possidet animam suam, ne molestiis frangatur.

Cap. 45.
P.

Item.

In fide & lenitate, &c. Nunquam hominibus sine lenitate, non plusquam Deo sine fide placere possumus. Merito ergo in his oportet non esse paratos, quibus & Deo conueniamus, cuius imaginem visuri sumus: & nobis inuicem, vt in nobis eam pariter videamus. Ante omnia tamen fides querenda est, vt committat homo se Deo, credat se ei, iacet in eo cogitatum suum. Nam sibiipso fidere, non fidei sed perfidiæ est. Is verò fidelis est, qui nec sibi credit, nec in se sperat, factus sibi tanquam vas perditum. Porro id quidem facit sola humilitas cordis, vt non sibi fidelis anima innitatur. Vt autem perfecta sit sanctificatio, etiam mansuetudinem & socialis vitæ gratiam à sancto sanctorum discamus oportet.

Q

Finitur liber Ecclesiasticus.

SEQVITVR ESAIAS
PROPHETA.

GALFRIDVS.

Quantis incommodis peccatoris animus sit obsessus.



*M*ue caput languidum, & omne cor mœrens. Caput languidum, est elatio sine sanitate. Cor mœrens, cogitatio sine consolatione. Ideo quidam in corde suo manere nequeunt, ideo foris vagi & profugi sese fugiunt: quia intus in semetipsis cor mœrens inueniunt, quotiens ad se veniunt.

Cap. 1.
R

Quod

Sequitur: *A planta pedis*: actione s. terrena, quæ non est discretæ vt planta vituli: vsque ad verticem elationis non est sanitas. *Vulnus* quippe, & *liuor notæ*, & *plaga tumens impudentiæ*, *insolentiæ*, *impœnitentiæ*, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Inde est enim ex tumore ipso, quod disciplinæ ligamina, quod pœnitentiæ medicamina, quod etiam monita leniora & velut quædam olei fomenta non recipit. Vnde etiam in eodem Propheta: Scio, inquit, quod durus sis, nervus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea est, Flexibilis enim debuit esse nervus, sed superbiæ vitio nervus ferreus & æneus, inflexibilis fit mens humana. Quod si peccatorum suorum funibus quisquis confringitur vtz ei qui ligatus fuerit nervo tali. Non enim facile poterit nervus ferreus solui. Frons ænea, impudentia est. Licet enim valdè teratur, difficile est vt exteratur. Illorum ergo frons ænea est, qui confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt.

RICARDVS.

De tribus incommodis generis humani.

S *Omne caput languidum, & omne cor mœrens &c.* Caput, est liberum arbitrium. Cor, consilium. Pes, carnale desiderium. Caput ergo languet: quia liberum arbitrium ad omne bonum torpet. Cor mœret: quia malum quod patitur consilium, sicut nec ignorare, sic nec dissimulare valet. Pes, cum in toto corpore: quia concupiscentiæ malum vndique. Consideremus itaque si placet tria ista quæ posuit, languorem, mœrorem, sanitatisque priuationem. Languor, est infirmitas perseverans, totum corpus eneruans. Mœror, est dolor intus sæuiens acrius, & per lachrymas foras erumpens. Infirmitas autem priuatio sanitatis. Est etiam mœror, lachrymarum effusio, vitusque hebetatio vnde & omne cor mœret, quia ad omne consilium rationis acumen hebet. Ecce triplex vitium. Fastidium boni. Desiderium mali. Vtriusque ambiguitas discernendi.

De tribus peccati generibus.

T *Vulnus, & liuor, & plaga tumens &c.* Possumus per vulnus intelligere mortuum extra domum. Per liuorem, mortuum intra domum. Per plagam tumentem, mortuum iam potescentem intra tumulum. Per vulnus, peccatum actionis: per liuorem autem intelligimus peccatum cogitationis: per plagam

gam tumentem, peccatum consuetudinis. Et notandum, quia sicut nil aliud est plaga tumens, quàm vulnus in tumorem versum: sic peccatum consuetudinis nil aliud est, quàm actionis malum in consuetudinem ductum. Peccatum ergo per actionem manifestum, quid aliud est quàm vulnus apertum vel cadauer elatum? Et quid aliud est peccatum adhuc in cogitatione latens, nisi liuor sub pelle putrescens, vel cadauer domus suæ latebras necdum deserens? Vel quid aliud est consuetudo mala, & iam per infamiam putrida, quàm plaga ex putredine iam tumida, vel foetentis cadaueris membra iam tabida?

Item aliter de eodem.

Vel per vulnus quod est sine tumore, sed & nihilominus **V** sine omni curatione, possumus intelligere peccatum quod accusamus, nec tamen deserimus. Per liuorem, peccatū quod per hypocrisism tegimus. Per plagam tumentem, peccatum quod per contumaciam defendimus. Tribus itaque modis peccati contritio aperitur, tribus modis obducitur, tribus modis inflatur. Aperitur homini in seipso per cognitionem. Proximo per actionem. Deo per confessionem. Hoc de vulnere aperto & erimine manifesto. Item ad liuores similitudinem peccati contritio nobis absconditur per errorē. Deo per taciturnitatem. Proximo per simulationem. Insuper peccati macula in modum plagæ tumentis tripliciter intus seculat. In seipso per malitiam, coram proximo per impudentiam, contra Deum per contumaciam.

Item aliter de eodem.

Item per vulnus, tristitiam. Per liuorem, inuidiam. Per plagam **X** tumentem, irracundiam possumus accipere. Quis enim neiciat quomodo tristitia soleat seipsam totam in verbis producere, & per querimoniam effluere, & iuxta vulneris modum quasi quoddam sanguinis profluuium & planctu & gemitu effundere? Inuidentiæ autem malum sub silentio se abscondit: quia liuida mens ne contemptui pateat, suum manifestare vitium erubescit. Solet tamen hoc malum semper seipsum certis indiciis prodere, sed inuitum: eo quod habere soleat toruum respectum, amarū responsū, pallidum vultum: & iuxta liuoris similitudinem exterius euidenter appareat, quanuis sub dissimulationis pelle latens per verbum non crumpat. Ita verò ad illatam iniuriam de indignatione

intumescens, & plagæ tumentis more per minas & contumelias foras erumpens, dum pudore aut timore sæpè ex magna parte coërceatur, fruit latius interius per votum quàm exterius per verbum. Ecce quanta similitudo tristitiæ cum vulnere, inuidiæ cum liuore, iracundiæ cum plaga tumente.

De triplici remedio trium generalium incommodorum.

Y *Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circum, n. e. m. n. f. o.*
 Ecce triplex malum: tibi subiungitur triplex remedium, in ligamentis, turamentis, & fomentis. Ligamenta autem intelliguntur in mandatis, curamenta in minis, in promissis fomenta. Congrua satis similitudo vinculorum & mandatorum. Vinculis siquidem coarctamur, & mandatis utique duris à nostris voluptatibus coërceamur. Vincula attrahentia præceptionis, retinentia prohibitiones, admonitiones astringentia. Præceptio, est eorum quæ fieri oportet. Prohibitio, eorum quæ fieri non licet, Admonitio, est eorum quæ quidem expedit fieri, cum tamen sine culpa possint præteriri. Item triplex curationis genus, in diuinis scilicet comminationibus. Comminatio correctionis, reprobationis, damnationis. De primo dictum est: Quem diligit Deus, corripit: flagellat autem omnem filium quem re. De secundo: Ergo cui vult miseretur & q. v. De tertio: Tunc dicet illis qui à sinistris eius erunt, Ite maledicti in ignem æternum. Item triplex olei genus, in diuinis promissionibus. Prima olei species, est promissio veniæ. Secunda, promissio gratiæ. Tertia, promissio gloriæ. Primum olei genus fouet salubrius. Secundum ardet clarius. Tertium sapit dulcius.

GALFRIDVS. Vnde supra,

Z *Vulnus, & liuor, & plaga tumens &c.* Vulnus est, cum iocundatur conscientia. Liuor est, cum etiam foris de coloratur vita. Plaga tumens, cum additur impudentia. Vulnus & liuor est, cum minus prouidentur bona coram Deo & hominibus. Plaga tumens, cum nec timor Dei de vulnere, nec erubescencia sequuntur de liuore. Vulnus est sine liuore nonnunquam, vt dum minus castè geritur, tamen cautè. Vulnus & liuor sine timore: cum cœperint qui excesserunt non altum sapere, sed erubescere, sed timere. Nihil autem sic repellit Samaritanum illum clementissimum, quomodo tumor iste, ne vulnus alliget, ne vinum infundat & oleum: vnde signanter de eadem plaga subiungitur: Non est circumligata, nec curata me. nec

fo. oleo. Non est circunligata, quòd nemo sit qui coërceat. Non curata medicamine. nemo quippe est qui arguat. Neque sota oleo. nemo enim qui vel leni admonitione eos conuenire præsumat, quanquam foueri fortè videbitur oleo quodam reprobò, oleo peccatoris. fouent enim vitia, qui vitiis fauent. Siquidem perniciem non ad salutem plaga hæc fouetur, cum laudatur peccator in desiderijs animæ suæ.

BERNARDVS.:

Quòd Christus fructus sit seminis patribus repromissi.

Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissenus, & quasi Comorrae similes essemus. Videtur mihi quasi quoddam semen fuisse diuinæ cognitionis tanquam è cælo iactatum in terras, allocutiones & promissiones factæ cælitus ad patres, scilicet Abraham, Isaac, & Iacob. Floruit autem hoc semen in mirabilibus, quæ ostensa sunt in exitu Israël de Aegypto in figuris & ænigmatibus, per totum iter in deserto vsque ad terram promissionis: & deinceps in visionibus & vaticinijs Prophetarum. In ordinatione quoque regni sacerdotij, & vsque ad Christum. Christus autem seminis huius & horum florum fructus esse intelligitur. Sed prodeunte fructu flos decidit. quia veritate apparente in carne, figura pertransit. Christo enim nascente omnia transferunt quæ in figura continebantur eis.

ODO TVSCVLANVS.

Quòd se Christus vt nos meteret, seminauit.

Nisi Dominus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma essemus. &c. B
Hoc est semen quod rorantibus cælis in terram vteri virginis nubes pluerunt. Hoc semen infidelitate Iudæorum mortificatum, fide populorum multiplicatum est. Hoc semen egressum de cælo, cum fructu suo recurrit in cælum. Iuxta illud: Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Hoc semen, est verbum Dei: quod nisi dominus virtutum nobis reliquisset, à Dei nostri laudibus ora nostra penitus clauderentur: & spinis peccatorum & opum asperitate essemus reprobandi. Sodoma enim muta, Gomorra aspera interpretatur. Iniuriosus est autem suo factori, qui ab eius laudibus obmutescit. Iniuriosus proximo, qui spinosus peccatoris, non est ei sociabilis in moribus. De quibus ait Apostolus: Sine affectione, absque fœdere, sine misericordia.

SVPER ESAIAM.

BERNARDVS.

Quòd humilitatis licet zeli boni nigredo, conscientia det candorem.

C Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabor
 &c. Felix nigredo quæ mentis candorem parit, lumen scientiæ, conscientia puritatem. Audi quid per Prophetam Deus promittat istiusmodi nigris, quos aut humilitas patientia, aut charitatis zelus tanquam solis æstus decolorasse videtur. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, ait, q. n. d. Non est contemnenda in sanctis exera ista nigredo, quæ candorem operatur internum, & sedem præparat sapientiæ. Candor est enim vitæ æternæ sapientia, vt sapiens definit: & candidam oportet esse animam, in qua ipsa sedem elegerit. Quòd si anima iusti, sedes est sapientiæ: haud dubiè dixerim animam iusti esse candidam. Et fortassis iustitia ipsa candor est.

GALFRIDVS.

Quòd Deus mons in se, vallis hominibus sit effectus.

Cap. 2.

D

In die illa erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes &c. Sed quomodo fluent ad montem? Non enim solent sursum vergere fluida, sed deorsum. Inter medium montium pertransibunt aquæ, ait sanctus Dauid. Sed mons iste præparatus in vertice montium, omnibus quoque vallibus humilior erat. Alioquin quomodo ascendentes angeli & descendentes super filium hominis viderentur? Erat quidem mōs præparatus in vertice montium. Iuxta illud: Qui de cælo venit, super omnes est: sed nihilominus oportebat humilitatis doctorem docendis omnibus humiliorem esse. Si igitur in hanc vallem descendis, nihilominus conscendis in montem: quoniam qui se humiliat, exaltabitur. Denique baptizatus est in Iordane, cuius nomen interpretatur descensus eorum. Descendit vt exaltemur. Inde est quòd Iordanis in quo baptizatus est, descensus eorum non eius interpretatur. Fratres, christianam humilitatem & veram conuenit esse & deuotam. Nec simulata, nec indeuota, nec tristis humilitas habet gratiam apud Deum. Siquidem Deus est veritas: & quod verum non est, nihil est coram eo. Sed nec complacere ei potest in nobis, super eo quod non placet etiam nobis. Non est descen-
 sur

sis eorum : non est humilitas eorum qui simulant quod non habent, & pellem subinduunt alienam.

BERNARDVS.

Quòd quæ sanari vult anima, in Christi vulneribus abscondatur.

Ingrede in petram, & abscondere in fossa humo, à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius. Infirmæ adhuc & inerci animæ quæ iuxta quod in euangelio quidam de semetipso confitetur : Fodere non valet, & mendicare erubescit: fossa ostenditur humus vbi lateat: donec conualescat & proficiat, vt possit & ipsa per se sibi cauare foramina in petra, per quæ intret ad interiora verbi, animi vtique vigore & puritate. Et si intellexerimus fossam humum illam quæ ait : Foderunt manus meas & pedes meos : non erit ambigendum de sanitate citius adipiscenda animæ vulneratæ quæ in ea demorabatur. Quid enim tam efficax ad curanda conscientiæ vulnera, necnon ad purgandam mentis aciem, quàm Christi vulnerum sedula meditatio?

Quòd qui Christum nunc viderit humilem, postmodum videat & sublimem.

V*idi Dominum sedentem super solium excelsum, & plena erat domus à maiestate eius &c.* Magnum spectaculum. Et beati oculi viderunt. Hoc quippe contemplari, sanctorum omnium vnicum semper desiderium fuit. Ipse est Deus in quem desiderant angeli prospicere, quem videre vita æterna est. Sed aliam audio eiusdem Prophetæ & eiusdem domini longè dissimilem visionem. Vidimus enim, & non erat ei similis, neque de. & re. e. t. le. &c. Non sine causa ibi vidimus, scriptum est : Hic vidi. vt scilicet intelligas illam esse communem, hanc verò excellentiæ singularis. Tu quoque si desideras videre sublimem, humilem prius Iesum videre curaro. Intuere prius exaltatum in deserto serpentem, si videre desideras in solio residentem. Ista te humiliet visio, vt illa exaltet humiliatum. Reprimat & sanet ista tumorem tuum, vt illa repleat & satiet desiderium tuum. Exinaniatum vides, non sit otiosa visio : quia exaltatum otiosè videre nisi poteris. Similis eris illi, cum videris eum sicuti est. Esto & nunc similis ei, videns eum, sicut pro te factus est. Si enim

Cap. 6.
F

ne in humilitate quidem similitudinem eius abnuis, certa tibi sublimitatis quoque similitudo debetur. Nunquam ille socium tribulationis à communione gloriæ patietur arceri. Quia ergo si compatimur & conregnabimus: sit interior meditatio nostra Christus, & hic crucifixus. Ipsum amplectamur brachiis quibusdam vicariæ dilectionis. Ipsum sequamur studio piæ conuersationis. Opportunè siquidem visione prima tanquam hyemali adhuc in tempore non super solium, sed in inferiori atque humiliori habitatione videtur. Duplicem quidem solet habere magna domus quilibet mansionem, æliualem superius, inferius hyemalem. Igitur dum ipsa etiam discipulorum corda brumali adhuc glaciæ stringerentur, & Petrus quoque non minus gelido corde quam corpore calefaceret se ad prunas: tempus omnino non erat habitandi in folio. At ubi cantabitur canticum nouum: Hyems abiit & recessit: Flores apparuerunt in terra nostra: opportunè tunc iam ascendetur in solium, & habitabit dominus in excelso. Puta ergo Esaiam cum hoc loqueretur, illius gloriæ temporis oculo præuidisse propheticè. Vidi, inquit, dominum sedentem super solium excelsum &c. Sed quale est solium istud? Neque enim altissimus in manifestis & manufactis inhabitat. Nulla omnino materia corporalis apta tanto folio, tanto habitatore videtur. Viuis est construenda lapidibus fabrica spiritalis, quam vera & æterna vita sua in habitatione dignetur. Quòd si minus tanto sufficit ædificio angelica creatura præuicatorum minorata præcipitio, suscitet de terra inopem, & de puluere erigit pauperem v. s. p. e. f. g. t. Et propterea fortassis ipse qui videt, non modò excelsum solium, sed eleuatam quoque describit, vt & angelorum stabilis celsitudo, & hominum misericordie eleuatio designetur.

Quòd post resurrectionem terra nostri corporis sit replenda.

G Plena erat omnis terra maiestate. Replebitur maiestate domini omnis terra, quando iam iam voluntatis eius transgressio vlla non erit: magis autem, quando creatura ipsa liberabitur à seruitute corruptionis. Erit enim cælum nouum, & terra noua: vt quoquoersum verteris oculos, in ipsa tibi rerum facie diuina videatur resplendere maiestas. Sed est tibi altera quædam terra propinquior: & super hæc amplior iustiorque

que s
Con
rum o
tur e
de me
pleb
do rel
lam
quid i
Qu
E
sub po
sub ip
enim?
trudin
reliqui
iner s
niri, q
ab om
angel
humili
no, sol
go Pro
excelsu
cium e
tum rel
dit: Et
eam alt
sed eos
quidem
ratione
Deus, i
in eis f
& pop
esse mal
curre
locus q
tur imp
tempor
insueri
que

que sollicitudo. Nemo quippe carnem suam odio habuit. Consolare ergo eam, & ipsa requiescat in spe: audiens nimirum quia replebitur maiestate domini omnis terra. Replebitur ergo maiestate domini omnis terra, quando prorsus de medio fiet, & peccati omnis sensus, & debitum mortis. Replebitur inquam omnis terra nostra domini maiestate, quando resurrectionis gloria vestietur, induet immortalitatis stolam. Configurabitur corpore claritatis Christi. Iam verò quid in ipsa visione prophetica sequatur attende.

Quòd humiliare se debeat, qui vult à domino sublimari.

Et ea, inquit, quæ sub ipso erant, re. tem. Propterea humiliare sub potenti manu Dei, vt t. e. in tempore visitationis: vide vt sub ipso inueniaris. Alioquin nō poteris esse cum ipso. Quid enim? putas indifferenter admittet homines in illud tantæ beatitudinis templum, qui ne angelos quidem ipso indifferenter reliquit in eos? An non discernat inter glæbas, qui discreuit inter stellas? Qualem verò putas necesse est hominem inueniri, qui repudiati locum angeli sortiatur? Planè immunem ab omni iniquitate: sed ab ea maximè, quæ in ipso quoque angelo inuenta est ad odium sempiternum. Sola Deo placet humilitas, siue in angelo, siue in homine: & qui sedit in throno, solos elegit subditos, è quibus repleat templum. Bene ergo Propheta cum dixisset vidisse se dominum super solium excelsum, & e. ne fortè aut ex celsum intelligeres, de eo dictum est, qui ait: Ascendam super altitudinem nu. Aut eleuatum referres ad eos homines qui in superbiam eriguntur, ad dicit: Et quæ sub ipso erant, re. tem. vt manifestè intelligas non eam altitudinem commendari, quæ extollitur aduersus eum: sed eos in templo siue in solio fore, qui sub eo sunt. Alios quidem excelsos stabilitate solida, alios ex imo leuatos miseratione diuina. Ab initio siquidem creaturæ elegit angelos Deus, in quibus beati templi illius plenitudo constaret: sed in eis fuit qui diceret: Ponam sedem meam ad Aquilonem: & populum qui sibi crederet habuit. Miser ipse qui sine Deo esse maluit, quàm sub Deo. miseri & illi qui videntes furem, cucurrerunt cum eo. Exierunt infelices, & vacuus relictus est locus quem accipiat alter: infelix de quo clamabitur: Tollatur impius ne videat gloriam Dei, Vt quid enim hanc lucem temporalem miser vidit, qui gloriam illam non merebitur inueniri? Vtinam nunquam nihil vidisset oculus meus, si illa

SVPER ESAIAM.

(quod Deus auertat) frustrandus est visione.

Quòd lux eius stare non poterit, cuius splendor non prodierit ex ardore.

I Sequitur: *In visione prophetica. Seraphin stabant super illud.* Seraphin nomen est supernorum spirituum ordinis, vnius de nouem summi atque supremi. Verùm hoc loco (vt arbitrò) non in ea ponitur significatione. Præsertim cum innumera illa sint agmina. Hic duo tantum Seraphin describebantur. Et ego quidem si licet in hac parte vnicuique abundare in sensu suo, in duobus Seraphin duplicem intelligi puto creaturam rationalem, angelicam s. & humanam: nec mireris hominem Seraphin factum: memento quia creator & dominus Seraphin factus est homo. Ad contumeliam tuam, ò superbe, qui creatus inter angelos, inter angelos stare nõ meruisti: ecce rex noster nouos in terra angelos fabricaturus aduenit. Atque vt tabescas amplius, & liuore proprio torquearis: non qualescunque, nec inferioris alicuius ordinis angelos, sed Seraphin. Audi quid ipse loquatur: Ignem, inquit, veni mittere in terram, & q. v. nisi v. a. Vult ergo Seraphin fabricari: vt ibi stent, vnde tu corruisti. Seraphin, inquit, stabant super illud. Vt quid tu qui mane oriebaris Lucifer, in veritate non fectisti, nisi quia Seraphin non fuisti? Seraphin quippe ardens siue incendens interpretatur. Tu verò habuisti miser lucem, sed ardorem non habuisti. Bonum erat tibi, si ignifer magis esses quàm lucifer: nec tam immoderato appetitu lucendi, vt eras frigidus ipse, frigidamque eligeres regionem. Ioannes Baptista erat lucerna ardens & lucens: & voluerunt Iudæi ad horam exultare in lumine eius: sed non ipse. Quid ergo? Ipsum audi. Amicus, inquit, sponsi stat, & gau. g. p. v. f. Stat Ioannes, neque enim arundo est vento agitata. Stat quia amicus stat quia ardens. Et Seraphin stare describuntur. Verè amicus sponsi, qui procedentis de thalamo suo non æmulari gloriã: sed parat viam, sed prædicat gratiam. Vt ipse de plenitudine eius accipere mereatur. Lucet ergo Ioannes tanto clarius, quanto amplius feruet: tanto verius, quanto minus appetit lucem. Fidelis lucifer qui solis iustitiæ non usurpare venerit, sed prænunciare splendorem. Non sum ego, inquit, Christus: venit fortior post me. Et illud: Ego baptizo vos aqua, ille baptizabit vos in spiritu sancto, & igne. Ac si manifestè lucifer dicere videatur: Quid admiramini intuètes splendorem

dorem meum? Non sum ego sol, longè alium videbitis cum. In eius comparatione tenebræ sum, & non lux. Ego tanquã sydus antelucanum matutino vos rore perfundo: ille emittet in feruore radios suos, soluet glacies, paludes siccabit, algentes calefaciet, pauperibus erit pro vestimento. Nec dissonat à verbo iudicis vox præcursoris: sed manifestè ignem à Ioanne promissum Christus exhibet dicens: Ignem veni mittere in terram &c. Dicas fortassis in igne vt feruorem sic & splendorem esse. Non contendo, licet feruor ei substantialior esse videatur. Ipsum audiamus, quid magis in igne commendat. Ignem, ait, veni mit. in ter. & q. v. n. v. a. Cognouisti certè quid velit. Quid lucere festinas? Perniciosus est iste appetitus lucendi feruere enim multo melius. Denique si tam vehementer splendere desideras: quod videri vis, esse curato: & primùm quære feruorem, nec dubium quin splendor adiiciatur tibi. Alioquin incassum laboras: quia vanus splendor absq; feruore mutuata, aut magis certè simulata lux est, quæ nõ ab igne procedit, Quod autem mutuatum est, ad modicum poteris vsurpare. Erit maior confusio, quod non erat tuum, tuum voluisse videri. Luna (vt aiunt) habet absque feruore splendorem: sed & ipsum mutuatur à sole. Ideoq; tam frequenter, imò semper mutatur, nec vnquam in eodem statu permanet. Sic profectò, sic stultus vt luna mutatur: sc. per. v. f. ille inquam stultus qui in decore suo perdidit sapientiam, id est qui refriguit in splendore. Cecidit ergo Lucifer tanquam fulgur è cælo: Seraphin verò stabant super illud. Stabant plane Seraphin: quia charitas nunquam excidit.

Quæ sunt alæ Seraphin, quis volatus.

Cùm dixisset Propheta: Seraphin stabant: adiunxit: *Sex alæ* **K**
vi, & sex alæ alteri. Quid sibi volunt alæ istæ? Credo sicut in statione immutabilitatem, sic in volatu alacritatem promittunt. Sed dicas, si alas habere necesse est, quare tam multas? Audi quod sequitur: Duabus alis velabant caput, duabus pedes, & duabus volabant. In quibus verbis videre mihi videor quod de statione dictum est, volatu manifestius explicari. Quò enim Seraphin volabant, nisi in eum, cuius ardent amore? Vide flammam quasi volantem, & stantem simul, nec miraberis Seraphin stantes volare, stare volantes: sed quia diximus quò volant, ipsas quoq; quibus volant alas videamus.

Ego opinor non incongruè pennas istas agnitionem & deuotionem intelligi posse, quibus in eum qui supra ipsos est rapiuntur. Leuat quippe cognitionis ala, sed sola non sufficit. Ruit citius qui vna tantum ala volare contendit: & quò magis attollitur, peius colliditur. Experti sunt philosophi Gètium, qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum gloriam, sed exarserunt in concupiscentiis suis. Traditi que in reprobum sensum, vsque in ipsas passiones ignominia irruerunt. Sed & zelus absq; scientia quò vehementius irruit, eò corruit grauius, impingens nimirum atq; resiliens. Vbi verò intelligentiam charitas, agnitionem deuotio comitatur: volat securè quicumque huiusmodi est, volat sine fine: quia volat in æternitatem. De capitis & pedum velatione extat à patribus probata sententia, Dei caput pedesq; velari: eò quòd latent quid ante mundū fuerit, quidve futurū post cōsummationē.

A liter, de sex alis.

L Ut enim testatur interpret noster, in Hebræo, verbum est commune quod interpretari possit eius & suam, vt Seraphin iuxta Hebræi sermonis ambiguitatē, vel faciem pedesq; Dei, vel suam operire faciem pedesq; dicatur. Quòd si de ipsis loquet accipere, sic pingantur, vt operto capite & pedibus solus appareat corpus medium: sed & ipsum non penitus propter alas quibus volare perhibentur. Considero siquidem quò quoddam corpus caput & pedes meos in verbis Apostoli quibus ait: Quos præsciuit, & prædestinauit, c. f. i. f. f. quos prædestinauit, hos & vocauit: quos autem vocauit, hos & iustificauit: & quos iustificauit, hos & magnificauit. Ita initium meum solius gratiæ est: & non habeo quod mihi in prædestinatione attribuam. Non sic sanè ab opere iustificationis alienus sum: operatur & illud gratia, sed mecum. Vidè sine què admodum Seraphin in medio appareat aliquatenus? Porro consummatio solius gratiæ. Velat igitur Seraphin caput suū duabus pennis, si & veraciter cognouerit, & humiliter factur: quia misericordia cum sola præuenerit. Velat & pedes alijs æquè duabus, si misericordiæ, quæ subsequitur est, nec ingnarus extiterit, nec ingratus.

Quid sit domini fieri voluntatem.

M Vidi Dominum sedentem super solium excelsum. Sedere, prædentis, dominantis & regnantis est. Maxime autè sedere super solium dānationē notat. Sed nūquid ipsum solium quilibet excelsum

cellsum & eleuatum sub ipso non erat? Et quomodo illud replebat templum? Disce ex his quæ audis: solium non machinam imaginari corpoream, sed angelicam intelligere creaturam. Si enim sedes sapientiæ anima iusti: quam dignior sedes angeli sancti? Hoc solium gloriæ eius excelsum per naturam, sed multo magis per gratiam eleuatum. Igitur agmina sunt angelorum in quibus sedet Deus: & quæ sub ipso sunt templum replent: licet omnis terra ipsius plena sit maiestate. Vbiq; enim regnat, vbiq; imperat, vbiq; maiestas eius: sed gratia fortè non ita: non sicut potestas, sic & voluntas eius bona, & beneplacens, & perfecta. Fit enim voluntas eius de omnibus, fit per omnes, non in omnibus tamen.

Quid sit stare Dei, Angeli, & hominis.

Sequitur: *Seraphin stabant super illud.* Aliter domini, aliter angeli, aliter hominis intelligi conuenit stationem. Stat Christus pro patre zelans, patris gloriam quærens, & tanquam fidelis vnigenitus zelo patris adiuuans & adoptiuos. Sic illum stantem Stephanus vidit, quem habuit adiutorem. Sanè angelica statio, ministratio est, dicentè Propheta: Millia millium ministrabant ei, &c. nam hominis stare persistere est in vigore animi, & obseruatione propositi. Sic Moyses stetit in contractione in conspectu domini, vt auerteret iram eius. Sic stetit Phinees, & placauit. Sed quid sibi vult quòd non vnum, non plurimos stantes se vidisse Propheta perhibet, sed duos? Hoc constat ex eo quòd adiunxit sex alæ vni, & sex alæ alteri, & bene duo stabant. Væ enim soli: quia si c. n. h. subleuantem. Væ tibi superbiæ spiritus solitarie, præsumptionis amator: non stetisti in veritate, expulsus es, pes superbiæ stare non potuit.

Item aliter, de præmissis.

Sex alæ vni, & sex alæ alteri. Ad quid multiplicitas ista pennarum? Duabus, inquit, velabant caput eius, & duabus pedes, & d. vo. Grande mysterium dico quod sentio, non affirmans tamen sed coniectans. Quid enim existimare nos vetat deiecto Lucifero ad peruigiles excubias Seraphin constitutos, sicut eiecto homine Cherubin ad custodiam posuit Deus? Nec incongruè Cherubin flammeus gladius traditur: vt à ligno vitæ incisio pariter & incensio, quibus nihil carni terribilius, manum prohibeant corporalem. Porro Seraphin tantùm alas accipiunt, quarum velamine arceant

oculum spiritualement. Velatur igitur caput, velantur & pedes
 vt nec alta Dei, nec profunda eius iniquius ille valeat con-
 templari: medium tamen aliquid eidem impio videndum,
 sed ad inuidendum relinquitur: & velantur alis, quæ sic
 illum arceant, vt istos sustineant & sustollant. Quærendum
 tamen est, quibus alis volare dicantur. Alas istas naturæ &
 gratiæ dicimus, præsertim cum prius in his ipsis, & solij celsi-
 tudo & eleuatio à nobis fuerit assignata. Viuaci siquidem
 intellectu per naturam, & feruenti affectu per gratiam stare
 per ministerium & volare, sed per studium perhibentur: nec
 scrutatores sunt maiestatis, vt opprimantur à gloria, quod
 non minus diligant quam intelligant. Superbus ille Lucifer
 alteri tantum innixus alæ casum facere potuit, non volatum.
 Sustulit eum naturæ viuacitas, sed defectus gratiæ mox deie-
 cit. Ipsi ergo interpositum est velamen, quod nulla naturæ
 iam viuacitate pertranseat, vt eius qui super solum sedet
 caput, aut pedes valeat intueri. Sed quis nobis reuelabit hoc
 caput, & hos pedes, nisi spiritus qui nouit omnia, & scruta-
 tur etiam alta Dei? Ego enim opinor ipsa esse, quæ hoc loco
 capitis nomine designantur. Secundum hoc caput eius ma-
 iestas, eius potestas, eius sempiterna virtus atque diuinitas.
 Caput eius secundum illud propheticum, Iustitia eius sicut
 montes Dei, nam quod sequitur: Iudicia tua abyssus multæ
 non incongruè videbitur pedum posse appellatione signari.
 Sunt enim velut quidam pedes eius inuestigabiles viæ eius,
 inscrutabilia iudicia eius, profundum sapientiæ, & irrepre-
 hensibilis quædam eius & incomprehensibilis dispositio eius.
 Ad hos pedes ipsum incarnationis dominicæ mysterium spe-
 cialiter noscitur pertinere, & omnis operatio nostræ salutis.
 Quibus verò putamus alas hęc caput Seraphin velant, vt
 nulla suæ subtilitate naturæ nequam oculus in illam queat
 irrumperere veri luminis claritatem? Duabus ni fallor alis, suæ
 videlicet ipsorum gloriæ, & felicitatis. Quæris quemadmo-
 dum? Audi. Quotiens enim sursum dirigit aciem in angeli-
 cam statim felicitatem, & gloriâ malignus offendit, & effun-
 dit oculū pessimus humor, liuor proprius, vt penetrare ultra
 non possit. Quis enim tam grauis pruritus oculi, quàm inui-
 dia est? Sed & pedes domini duabus æque alis Seraphin ve-
 lant, prudentia scilicet & felicitate. Cum enim fideles ministri sint
 & prudentes: sic diuina negotia gerunt, & salutem prouident
 electo.

electo
 sit. Ex
 num g
 nostr
 phin
 soa
 in qu
 prude
 cacia,
 tudin
 & ben
 Czer
 quetur

In a
 solum
 enim i
 merit
 pra. D
 non se
 inuen
 num.
 deicit
 non co
 sed nec
 clinari
 ne per
 rebitur
 ergo
 Proph
 regum
 sum di
 plation
 celsum
 his qui
 nus reg
 ionoce
 satisf
 uatum,
 tum D

eleſtorum, vt malignus ille deprehendere omnino non poſſit. Ex hoc pedum velamento factum reor, vt neſciens dominum gloriæ fecerit crucifigi. Ex hoc quotidie fieri, vt ſalutis noſtræ negotiis, ignorans ſeruiat & inuitus. Sic itaque Sera-
phin duabus (vt dictum eſt) alis caput domini velant: ipſa ſua admiratione in qua delectantur feliciter ac veneratione in qua ſublimiter gloriantur. Duabus pedes, fidelitate atque prudentia. Duabus autem volant, naturæ vt diximus perſpicacia, & efficacia gratiæ. Sanè mediam quaſi quandam longi-
tudinem nudam viſibilemque relinquunt, longanimitatem ſ. & benignitatem Dei, homines ad pœnitentiam inuitantis. Cæterum nequiſſimus ille ex hac viſione, & in præſenti tor-
quetur acrius, & grauius cruciabitur in futuro.

Item aliter vt ſupra.

GALFRIDVS.

In anno quo mortuus eſt rex Ozias, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum. Mors Ozia, interitus eſt ſynagoga. Ozias enim iſte violauit templum, ſacerdotium uſurpauit: nec immeritò pro præſumptione frontoſa in fronte percuffus à lepra. Deſcendit dominus aliquando plebem ſuam viſitans, ſed non ſedit: dignum ſiquidem in ea ſuæ maiſtatis ſolium non inuenit. In eccleſiæ ſolio ſedet, & ſedebit dominus in æternum. Et ſi quando fortè concutitur ſolium hoc, nunquam deicietur: ſolidum eſt, & permanebit in finem. Non videt, non conſiderat ſedentem in ſolio quæ impingit in ſolium: ſed nec ille qui timet ne ſolium cadat. Boues calcitrant, inclinari arca videtur. At tamen contine, retrahe manum, orane percutiaris ſuper temeritate. Cæterum quid impuſſor merebitur, ſi ſic multabitur temerarius ſuſtentator? Seſſurum ergo (ni fallor) & regnaturum in eccleſia, cum hæc diceret Propheta præuidit, cui ſynagoga nec congruam ſedem, nec regium exhibebat honorem. Quòd autem hoc ſolium excelſum dicitur, ad actionem ſpectat: quòd eleuatum, ad contemplationem. Quauis & aliter poſſit intelligi ſolium hoc excelſum, in his qui innocentiam ſeruauerunt: eleuatum, in his qui per pœnitentiam redierunt. In vtriſque enim dominus regnat, & vnum ſolium facit ex vtriſq;. Glorificatur per innocentium ſanctitatem, ſed nec aſpernatur pœnitentium ſatisfactionem. Cæterum quomodolibet excelſum ſit, & eleuatum, opus eſt vt in omnibus & per omnia inueniatur ſubditum Deo. Siquidem quæ ſub ipſo erant replebant templum.

Sequitur: *Seraphin stabant super illud.* Quot putas Seraphin stabant? vt liquet ex sequentibus, duo. additur enim: Sex alæ vni, & sex alæ alteri. Quid per duo Seraphin intelligimus nisi monasticę perfectionis viros, ecclesię quę prælatos. Et sanè non minus à prælatis quàm à cæteris religiosam vitam professis operum perfectio quæritur, vt sex alis alter sicut alter Seraphin subleuetur. Nam eiusmodi numerum ad plenitudinem operum nouimus pertinere. Sed quonam modo duabus faciem domini velant, duabus pedes, duabus volant? ad quid enim velant faciem domini, vt non videant? Sed nihil tam cupiunt, quàm videre faciem eius: an alis velant? Sed non valet videri, qui voluit inuidere. Quid ergo? videri timent, & ob hoc velant faciem domini? Sed omnia nuda sunt, & aperta oculis eius. Audi quid sanctus Dauid dicit: Auerte faciem tuam à peccatis meis. Item: Caligabant oculi Isaac, vt subriperet Iacob benedictionem. Oculi autem Isaac patris caligare non possunt, an velari possint tu videri. Audi eum dicentem per Prophetam: Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum eius non recordabor. Itaque si sic accipere placet, quòd duo Seraphin duabus alis velabant faciem domini: alæ ipsę, nihil, non incongruè intelligi possunt, satisfactio penitentię, & correctio iustitię. vtrunque enim pariter ad indulgentiam est necessarium. Quòd si aliter faciem velare intelliguntur, quasi ne videant: alæ ipsę quibus faciem sibi velant, timor & pudor possunt non inconuenienter intelligi. Et metuant enim, & erubescunt ad vultum glorię magni Dei. An magis velant faciem, dum sibi velatam esse cognoscunt, & non valent vt optant videre, interim reuelatam? Sed quibus alis volant? vt arbitror fide & reuerentia. Fideliter enim & reuerenter per speculum & in ænigmate eum interim intuentur. Pedes domini aduentus eius. Pedes similes auricalco, sicut habes in Apocalypsi. Velut in camino ardenti aurum erat, sed simile auricalco: cum Dei sapientia Christus est inter homines conuersatus. Caminus ardens, tentatio tribulationis. Hos pedes velabat Apostolus, cum dicebat: Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, &c. Velant igitur Seraphin pedes domini, duabus alis, si regunt inueniam crucis pietate deuotionis & imitatione dominicę passionis. Duabus autem alis volandum est, cogitatione, & audiuam.

Timeo ne in nobis hodie plura sint reptilia, quàm volatilia: dum per eos qui curam debent gerere spiritualement, terrena potius prædia & ædificia dilatantur, quàm exercitia spiritalia augeantur, vt frugum iustitiæ incrementa succrescant. Clamare autem debent Seraphin, alter ad alterum: Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus Sabaoth. vt non modò se inuicem cohortentur, sed in se inuicem dominum glorificent, & superiores inuicem arbitrentur. Si enim sanctus pater, etiam eos qui patres vocantur, præ se ferre conuenit sanctitatem. Si sanctus filius, non sunt conformes imagini filij, qui noluerunt dare operam sanctitati. Si denique sanctus spiritus sanctus, sanctos necesse est inuenire eos maximè, qui spiritualium gregum inueniuntur esse pastores.

HUGO DE S. VICTORE.

De duabus piscinis.



*V*ade, inquit Dominus ad Esaiam, in occisum, &c. Et de inferiori piscina postea sic ait: Congregastis aquas piscine inferioris, & domos Hierusalem numerastis. Hierusalem est anima: duæ naturæ animæ, sunt duæ piscine. Superior est ratio, per quam cœlestia comprehendit: inferior sensualitas, per quam affectat terrena. Superior aquæductum habet in agro fullonis. Fullon est Christus, qui pannos suos calcatur: quia electos suos per tribulationem emundat, vt eos super niuem dealbatos sibi faciat vestimentum. Cumbus fullonis, ista conuallis est lachrymarum: in quam ad conculcandum proiecti sumus: sed dum calcamur, vnimur & mundamur. quia pressura tribulationis, & culpam abluit, & charitatem accendit. Igitur fullon ille agrum habet vbi flores inueniuntur optimi ad colorandos pannos. Ager est sacra scriptura, vbi pascuntur animalia Dei: in qua inueniuntur diuersarum præcepta virtutum, quasi flores quidam ad animas colorandas: & cardis quoque ad depectenda superflua. Benè ergo per agrum fullonis transit aquæductus piscine superioris: quia per studium diuinæ lectionis aperitur via cordi nostro vsque ad contemplandum lumen diuinitatis: illinc quasi de fonte spiritualium donorum descendunt per radium contemplationis ad irrigandum sinum nostræ mentis. Piscina inferior est sensualitas. Hæc habet quinque aquæductus, quinque corporis sensus, per

Cap. 7.

Q

quos huius mundi oblectamenta influunt. Sed iam verba quæ suprâ posuimus differamus. Congregastis, inquit, & quas piscinæ inferioris. Non est vitium aquas piscinæ inferioris bibere, sed est vitium congregare: quia licet nobis uti bonis transitoriis ad necessitatem, sed non diligere ad superfluitatem. Domus Hierusalem numerare, est considerata multitudo hominum timere defectum rerum, & non considerare in magnificentia largitoris. Vnde & postmodum subiunxit: A quas piscinæ veteris collegistis, & non respexit ad eum qui fecit eam, quasi diceret: Temporalia bona quæ transeunt & veterascunt auarè collegistis, & datorem eorum æternum respicere non vultis: sed animas ad perpetuam vitam creatas temporaliter deficere timetis.

RICARDVS.

Quòd de vera dilectione & mansuetudine grata mentis refectio præparetur.

R In illa die nutriet homo vaccam boum, & duas oves, & pro ubertate lactis comedet butyrum. Labor parvus, sed fructus est modicus. In lacte intelligite cordis dulcedinem. In butyro autem cordis exultationem: & butyrum quidem pinguedo est lactis, & verum gaudium impinguatio est cordis. Sed sortè quæritur cuiusmodi nutritura sit, de quaris fructus sperari possit? Absque dubio ubi non est vera dilectio, non potest esse vera dulcedo: quæ etiam sine perfecta mansuetudine non potest esse perfecta. Dilectio in boue, in oue mansuetudo notatur. Et ouis quidem animal pacificum, & admodum mansuetum: vacca autem præ cæteris penè domesticis animalibus erga fœtum suum miro affectu ducitur, intantum ut fœtu amisso sæpè lac suum subtrahere videatur. Solent autem prudentiores fœminæ mortui fœtus pellem fœno repletam matri ostendere: & ex solo veri fœtus simulacro ad lactis sui effusionem ipsam plurimum animare. Sic certè, sic vera charitas pro sola specie simulati amoris veram bencvolentiam rependit, & veræ benignitatis impendit dulcedinem. Ecce lac quod quæsiuimus: & quale omnino quærere debemus? Lac benignitatis, de vacca charitatis: de tali boue, lac tale. Habet autem & carnalis dilectio dulcedinem suam, sed fœdam, sed sordidam: nam & capra quidem lac habet, sed fœter. Scu-
de

de ergo seruare pacem & tranquillitatem cordis sub tempore propriæ tribulationis : satage exuberare iucunditate, & serenitate cordis in affluentia alienæ commoditatis . Et hoc affluere copia non tam ouini quàm bouini lactis . Dulcedo cordis ex alienis infusa successibus facit lac bouinum: dulcedo cordis inter pressuras proprias custodita facit lac sed ouinum . Butyrum autem vaccinum facit de proximi sui iucunditate lætari, quinum verò de tribulatione propria gloriari . In illa, inquit, die, &c. Sed quæ est hæc vacca sola secundum Prophetæ sententiam nutrienda? An fortè in eo quòd vaccam dicit, fœtum illius subintelligi voluit: eo quòd vacca dici non possit, quæ fœtum nunquam habuit? Et fortè secundum hoc in vacca & in vitulo intelligenda est gemina dilectio . Ecce vacca diu quæsitæ, & tandem aliquando inuenta : hanc diligenter nutrite, & sollicitè custodite . Sed quid sibi volunt oues duæ, vel quomodo eas poterimus inuenire? De oue certum est quòd nec lædere nouit, nec rebellare . Cornua gerit, & neminem concutit : dentes habet, & neminem mordet, neminem impugnat, nemini repugnat . Sic se habet mansuetudo vera, tamen cum tranquillitate perfecta . Quòd neminem impugnat, est innocentiz: quòd nemini repugnat, patientiæ . In his duabus virtutibus mansuetudo perfecta consistit . Hæ sunt duæ illæ oues quas Prophetæ habere nos voluit, & nutrire . In illa, inquit, die nutriet homo vaccam bouum . Dies hæc tempus est gratiæ, tempus redemptionis nostræ . Sub huius diei tempore possumus pingua satis & vberissima pascua in Christi dictis & operibus inuenire, in quibus valeamus prædicta animalia copiosè nutrire .

GALFRIDVS.

Quòd relicta Christi humilitate, ad diuitias & honores aspiret Christianus.

Pro eo quod abiecit populus iste aquas Syloæ, quæ fluunt cum silentio, &c. Abiecit populus iste aquas Syloæ: ille inquam populus qui suscipit, vel suscipere compromisit. Ex magna siquidem parte sui quod manifestum & miserimum est, populus hodie Christianus recessisse videtur ab eius imitatione, cuius sperat passione saluari.

Cap. 8.

S

Dicitur autem quòd aquæ Syloæ cum silentio vadant, quòd fideles animos saluatoris exempla quàm humana qualibet verba affectuosius moueant, & promoueât efficacius. Quinetiam ad eos vadunt aquæ Syloæ in silentio, quos de omnibus decet vnctio potius quàm eruditio. Hoc silentium est cultus iustitiæ, fortitudo sanctorum, Esaia dicente: In silentio, & in spe erit fortitudo vestra. Nempe silentium hoc tranquillitas mentis est, pax & serenitas conscientiæ. In tribulationibus æquanimitas patientiæ. In periculis fiducia certitudo. In pace vadunt aquæ Syloæ: quando in pace vocat nos Deus, & in pace est locus eius: cuius nec turbulenta, nec tumultuosa doctrina. Quid est autem quòd abiiciens aquas Syloæ populus stultus & insipiens Rasin, & filium Romeliæ dicitur assumpsisse? Sicut perhibuere maiores, Rasin interpretatur excelsus. Similiter autem Romeliæ excelsum sonat: non simpliciter tamen, sed cum additamento. Nam excelsus domini dicitur interpretari. Est igitur vt de elatione calumniemur excelsum, de excelso domini quid dicemus? Nunquid non bonum non est vel excellere, vel conculcari, vel inopiam pati, vel abundare, vel humiliari, vel gloriam tantum in domino? Tibi domine derelictus est pauper, & humiles tuos, pauperes tuos te audire didici, non sublimes. Scio tamen quòd potentes quoque non abiicis, cum tu ipse sis potens. Videtur sanè in his duobus duplex elatio reprehendi. In altero quasi simplex & euidentis in gloria seculari. In altero quodammodo palliata, vel fucata nominis vmbra dominici, sanctitatis præsumptione, vel ambitione ecclesiastica dignitatis. Nam & in filio iam euidenter arguitur. Siquidem facete filius Romeliæ transensus dicitur, vel transgressus. Non bona igitur nec verè domini est cellitudo, vbi fuerit orta transgressio. Atque quoniam si quis improbe velit adhærere verbo, & excelsum domini contendere esse vas solidum, quod nullatenus debeat incrustari: sed probatis licet annuere. Neque enim Romeliæ ipsum, sed filium planè degenerem reiecit aquarum Syloæ populus assumpsisse culpatur. Sit excelsus domini sanctorum Apostolorum chorus, senatus quoque venerabilium sacerdotum, qui sublimes non minus meritò quàm officio, & virtute magis quàm dignitate conspicui vel videntur esse, & nunc vel olim fuisse leguntur. Atque vnam patris huius terminos nemo trans-

transg
riantur
habent
go die
quàm
anc
storio
tisse,
tum so
rum h
claudu
dent v
eis slip
& con
eracti
oppre
tiones
sibi va
cum ta
tu, in
ne eu
sunt in
lant d
boli. C
ficere
cum il
re qua
lius R
sublim
cones
sancti
ritaris
strati
blim
diffici
diuina
sciene
siti, q
uocar
Que

transgrederetur eorum qui sapientiū & nobiliū sese filios gloriantur. Terminos ipsos vultis audire? Victum & vestitum habentes (ait vnus pro omnibus) his cōtenti sumus. Quid ergo dicemus? Tam pauci hodie victum & vestitum habent, quā pauci contenti sunt his quæ habent. Quænam fuit hæc antiquorum principum inhumanitas, quos commendant historiographi pietate deuotos, & liberalitate magnificos extitisse, quod ministris ecclesiæ ne ad victum quidem & vestitum subsidia necessaria prouiderunt? Quæ tenacia vel ipsorum hodie qui substantiam mundi habent, quod viscera sua claudunt non dico à fratribus, sed à patribus suis quos vident victum & vestitum non habere: nec terrena metunt ab eis stipendia, qui non cessant cœlestia seminare? An habent, & contenti sunt his quæ habent? Quid ergo deinceps tantæ extractiones, artificiosæ munerum emunctiones, pauperum oppressiones, diuitum adulationes, in negotiis circūuentiones, in iudiciis subuersiones, meditationes in pecuniis sibi volunt? An potius victum & vestitum quæri tantum, & cum tanta bona habeant? Si in tantis dapibus victum & vestitum, in tantis opibus carent, putas quando sunt habitari? Si ne causa laborant paternos transgressi terminos, nunquam sunt inuenturi, quibus valeant esse contenti. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes & in laqueos diaboli. Qui volunt, ait, non qui fiunt: nam velle adiacet, perficere autem non inueniunt. Rarus hodie est qui dominum illud verbum opere prædicet: quia beatus est magis dare quā accipere. Cæterum qualis erit Rasin, si talis est filius Romeliæ. Si minus illos qui ecclesiastica fiunt dignitate sublimes, dum iudicij timor reprimat, cuius etiam sunt præcones, diuinæ reuerentia maiestatis, cuius obtinent vices sanctorum patrum memoria, ex quorum sibi meritis auctoritatis priuilegia vendicant. Ipsa denique plena gratia & sanctitatis officia quæ frequentant: quid illi faciant quorum sublimitas est & potestas tota de seculo non de cœlo? Quam difficile per foramen acus camelus intrabit? Quam rari hodie diuitum quod iustum & æquum est seruis præstant, quanuis scientes in cœlo dominum se habere? Si super homines positi, quomodo videntur obliui quod ipsi sint homines? Reuocans nos ab assumptione huius filij Romeliæ veritas ait: Quæ dicunt facite, &c. A quo etiam quanuis aliter reuo-

cabat ad aquas Syloæ, quibus dicebat: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Sed væh miseris qui vanitatibus occupatos, & inani gloriæ deditos beatificant, felices existimant, amulantur. Ipse est populus Syloiticæ aquas abiiciens, & assumens Rafin, & filium Romeliæ.

Quòd eum quem Christus reliquerit, diabolus occupabit.

T *Propter hoc, inquit, adducet dominus super eos aquas fluminis fortes, & multas, regem Assyriorum, & omnem gloriam eius, &c.* Assyrij dirigentes interpretantur. Quid verò dirigentes, nisi ignita iacula tétationum & emissionum quæ sunt per angelos malos? Heu quàm grauitè etiam rectos corde fatigant! Misera planè commutatio, ad perditionis auctorem spreto saluatore conuerti. Non enim dubium, per regem Assyriorum, principem dæmoniorum intelligi. Per aquas fluminis nihil aliud quàm superbiæ vitium existimo designari. Cuius aquæ fortes & multæ cogitationes sunt, multiplices, & violentæ. Nec aliud est deducere flumen istud quàm regem Assyriorum: quòd vbicunque superbia præualeat, ille regnet. Et notandum quòd non veniat, nisi adductus: nec tentare valeat, nedum præualeat tentando, nisi domino iudicante permissus. Ad hoc flumen noxia omnia pertinere noscuntur: quòd initium sit omnis peccati superbia. Quam euidentius exprimens, ait: Regem Assyriorum, & omnem gloriam eius. Infelix anima super quam gloriatur qui de sola perditione lætatur. Ascendens (ait) super omnes riuos eius, & fluet super omnes ripas eius. Riuos, dicit internos animi cogitatus: ripas autem exteriores, humani corporis artus. Nihil obstat intelligi quibus iidem riuus donec superfluant continentur. Itaque riuos ingreditur, dum occultis cogitationibus per suggestionem iniquitatis illabitur. Super riuos ascendit, quociens præualeat, & dominatur: necdum tamen super ripas fuit, donec concepta iniquitas per aperta præuaricationis opera demonstratur. Super vniuersas ripas fluuit: quando nec Deum timet peccator, nec hominem reueretur. Et ibi, inquit, per Iudam inundans & transiens. Proh dolenti non per Aegyptum, vel per Samariam tantum. Iudas confitens dicitur. Sed verbis confitetur, factis autem negat, ut rex Assyriorum inundet, & transeat, inundat enim nequitia

alias atque alias suggerens, transit, nullum in his quæ suggerit inueniens obicem, nullam contradictionem. Quam facile illi transitus negaretur, si ascenderet quis ex aduerso & se murum opponeret! In suspirio vno, in vno gemitu, si ex corde procederet, transitus negaretur: in vna eleuatione oculorum ad cœlum, ille tam impetuofus poterat aduersarius coerceri. Ille enim mendax est, qui nos impetit: incuruatur vt transeat, qui inundat: & transit, dum suggerendo obtinet quod intendit. Sequitur: Et inundans vsque ad collum veniet: nimirum guttur in collo est, & ex guttore vox procedit: venit prorsus vsque ad collum, nec multum iam superest: vt ipsam etiam Iudas vocem suæ confessionis amittat, & emittat potius vocem blasphemix & infidelitatis. Aliter etiam vsque ad collum venit, quotiens penitentix & confessionis remedium præripit peccatori. Atque vtinam, aut paucos occuparet ista pernicies, quæ sic detinet occupatos: sed non est ita. Sequitur enim: Et erit extensio alarum eius in latitudine terræ tuæ. O Emanuël! Alas habent electi ad contemplationem, reprobi ad electionem: maximè tamen ille omnium reproborum caput, rex Assyriorum, qui sibi visus est ascensurus super altitudinem nubium, sed tanquam fulgur de cœlo cecidit: sicque postmodum eius discipulus Simon Magus ex alto corruit, sicque contractus est, vt amittere plantas, qui pennas assumpserat: & volare incipiens, nec iam ambulare posset. Eiusmodi sunt pennæ strutionis, vel sicut de mulieribus legitur, quæ sedentem in amphora impietatem leuant, sicut alas milui. Adhuc tamen extendit alas suas rex Assyriorum, infelices pullos ad volandum prouocans, prouocans ad ruinam: cuius alæ geminæ quædam sunt species vanitatis, appetitus laudis, & elatio cordis. Alarum extensio, ostentatio, vel suggestio vanitatum. Quemadmodum autem latitudinem terræ impleat, quis non videat? Nempe terrena sapientia, quos lata via ducit ad mortem. Et quod valdè plangendum est, terra ista, ô Emanuël tua est, tua inquam professione Christianæ religionis, cuius latitudo, populi est multitudo. Tu domine huius conditor es & redemptor: quare data est in manus impij? Visus in terra Emanuël dicere & esse dignaris. Sed quid prodest terræ tanta indignatio? imò quam plurimum videtur obesse quamplurimis. Væ terræ &

cymbalo alarum istarum, quæ tanquam cymbalum ipsis alis tunditur, & pulsatur. Væ multitudini vocatorum, populo duræ ceruicis, qui abiicit aquas Syloë, communionē Emmanuelis, & consortium aspernatur, & in vacuum accipit gratiam saluatoris.

BERNARDVS.

Quòd faciliè donet paruulus nobis natus.

Cap. 9.
V



Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Quis nesciat quòd puer leuiter placari potest, & faciliè donat? Pauperes sumus, parum dare possumus: tamen reconciliari possumus pro paruo illo si volumus. Totum quod dare possumus, miserum istud corpus est. Illud si dederò, satis est. Si quo minus, addo corpus ipsius: nam illud de meo est, & meum est. De te domine suppleo, quod minus habeo in me. O dulcissima reconciliatio, satisfactio suauissima, facilis, sed perutilis, parua, sed non paruipendenda! etenim quàm facilis modò, tam difficilis postea, & sicut modò nemo est qui reconciliari non possit: ita post paululum nemo erit qui possit. Quoniam sicut benignitas apparuit vltra omnem spem, vltra omnem æstimationem: similem expectate iudicij distinctionem.

VVERRICVS.

Quòd ideò verbum patris vnitum sit carni, vt beatitudo miseriam absorberet.

X *Puer natus est nobis, &c.* Puer antiquus dierum. Puer forma corporis & ætate, antiquus dierum, incomprehensibili scilicet æternitate. Quoniam & in ipsa sua dierum antiquitate: & si puer non sit, nouus tamen semper sit: imò non tam nouus sit, quàm ipsa nouitas: in se semper manens, & innouans omnia. A quo quæque res prout recedit inueteratur, prout reaccedit renouatur. Et nouo quodammodo. Vnde antiquus, inde nouus: quoniam quidem æternitatis ipsius sine initio nascendi, ipsa est & antiqua nouitas, & noua antiquitas ipsius. Alia tamen est nouitas huius temporalis natiuitatis: quia puer natus est nobis innouandis, qui ab æterno Deus natus est angelis beatificandis. Illa quidem nouitas amplioris est gloriæ: sed ista profusioris misericordiæ. Ista siquidem pro me: quia misericordia indigebam, quoniam miseria

circundatus eram: & miseria quam expiare non poteram. *O-*
ffende nobis domine misericordiam tuam nostra indutā mi-
seria, & nouo miserandi genere de ipsa miseria, miserorum
operantem remedia. Ad hoc siquidem ars misericordiæ bea-
titudinem Dei, & miseriam hominis in vnitatem mediatoris
temperauit: vt operantes sacramento vnitatis per virtutem
resurrectionis beatitudo miseriam absorberet, mortemque
vita deglutiat, & totus homo glorificatus in diuinæ confor-
tium naturæ transeat.

A I L R E D V S.

Quòd Christus crucis imperio secularium superbiam sub-
 iugauit.



*V*scitabit Dominus super eum regem, scilicet Cap. 10.
 Assyriorum flagellum, iuxta plagam Ma- Y
 dian, in petra Oreb: & virgam eius super ma-
 re, & leuabit eam in via Aegypti. Flagellato
 siquidem diabolo & percusso, qui rex est
 super omnes filios superbiam: leuauit domi-
 nus virgam suam super mare, & leuauit eam

in via Aegypti. Mare seculum, virga crux, via Aegypti, via
 illa lata, & spatiosa, quæ ducit ad mortem. Gratias tibi domi-
 ne Iesu: quia exaltasti virgã tuã super mare, prosterne cruci-
 tate superbiam seculi, principatus & potestates ei subiiciens.
 Verè crux tua premit fluctus seculi domine, persecutionum
 sedat tempestates, & mitigat tentationum procellas. Leuasti
 etiam eam in via Aegypti: vt obstructa via lata quæ ducit ad
 mortem, illam arctam & angustam ostendat quæ ducit ad vi-
 tam. An nescitis? An non sentitis? Feruet in carne aliquando
 zelus concupiscentiæ, in mente ira defæuit indignationis &
 amaritudinis, iam iam que prorumpit, & instar maris quod ve-
 liemens exagitat ventus, omnia interiora hominis conturbã-
 tur. Sed leuante supra hoc mare crucem suam Iesu, sedantur
 omnia, omnia conquiescunt.

G I L L E B E R T V S.

Quòd per gratiam tam iniquitas quàm infirmitas auferã-
 tur.

Computrescet iugum à facie olei. Computrescet graue iu-
gum filiorum Adam à facie olei. Ex quo cœpimus alio
nomine vocari, & inuocatum est super nos nomen secun-
dum Adam, cuius vt oleum effusio est nomen eius. Vis au-

dire iugum hoc graue & dirumpi & putrescere? Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui s.o.i.t. Iniquitas tota & semel remittitur, diruptum est iugum. Infirmetas adhuc sanatur, iugum computrescit, denique quod computrescit, lente deficit, non deficit semel. Propositum voluntatis præcidi quidem potest, & quasi dirumpi: sed inueterata passio non tam deciditur quàm dediscitur. Et quando operanda salutis impossibilitas aufertur per gratiam, tunc quasi dirumpitur captiuitatis iugum: sed quæ residet adhuc boni difficultas, dum paulatim seruatur, eius videtur iugum computrescere. Computrescet, inquit, vt quauis non semel totum, tamen putredine quandoque conficiendum docet intelligi.

BERNARDVS.

Quòd Christus veram de primis parentibus carnem traxit.

Cap. II.

A



Credietur virga de radice Iesse. Ex omnibus quæ saluandis fuerant populis necessaria, nihil penitus defuit saluatori. Sed illud diligenter attende, quòd florem hunc de radice non de virga dixerit ascensurum. Etenim si noua Christi caro in virgine creata esset et nihilo, quòd existimauere nonnulli: non de radice flos, sed fortè de virga poterat ascendisse. Nunc autem qui prodiit de radice, sine dubio communi ab origine communem probatur habuisse materiam. Nam quòd super eum spiritus requieuit, nihil in eo contradictionis fuisse declarat. In nobis enim quia non omnino superior est spiritus, non requiescit carne nimirum aduersus spiritum, & spiritu aduersus carnem concupiscente.

De septem donis spiritus sancti.

De spiritu timoris.

B *Requiescet super eum spiritus Domini.* Prima gratia est timor domini: qui hanc habet gratiam, omnem odit iniquitatem. Sine hac gratia gratiarum prima quæ totius religionis exordium est, nullum bonum pullulare vel manare potest. Sicut enim securitas vel desideria causa & mater est omnium delictorum: sic timor domini radix & custos est omnium bonorum. Omne verò virtutum ædificium, illicò vergit in præcipitium, si huius gratiæ amiserit prædicium.

diu. Et quid plura? Connexa sunt timor & religio, non manere potest alterum sine altero. Iste ergo diuinus timor qui eum quem perfectum imbuet paupertati subiicit, & à malo diuidit. Ita est primus in ordine gratiarum, sicut paupertas in serie beatitudinis.

De spiritu pietatis.

Secundum charisma est spiritus pietatis, illi secundæ beatitudini simile, de qua dominus ait: Beati mites, &c. Et illud: **C** Discite à me, quia mitis sum, &cæ. Vnde beatus Gregorius: Qui virtutes sine humilitate congregat, est quasi qui in ventum puluerem portat. Sicut enim puluis validi venti statu dispersitur: sic omne bonum sine humilitate inanis gloriæ vento rapitur. Multo etiam melius est peccatorem esse humilem, quam iustum arrogantem.

De spiritu sapientiæ.

Tertium donum est spiritus scientiæ, de quo Salomon: **D** Qui addit scientiam, addit & laborem, vera nanque scientia est nos mortales esse, & caducos, & fragiles: & in hoc exilio, in hoc ergastulo, in hac peregrinatione dolendum & lugendum esse. Vnde dicitur in tertia beatitudine huic tertio dono congruenti: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

De spiritu fortitudinis.

Quarta gratia est spiritus fortitudinis, quartæ beatitudini **E** similis: qua dicitur: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Qui enim iustitiam esurit & sitit, contra omnia aduersa fortis insuperabilis & imperterritus existit.

De spiritu consilij.

Quintum donum est spiritus consilij, qui aliis facit com- **F** pati & misereri, competens quintæ beatitudini qua dicitur: Beati misericordes. Hanc principaliter trifariam excermus: vel quando sex eius quæ in Euangelio legimus operam implemus: vel quando delinquentes corrigere, & ad bonum reducere studemus: vel quando iniurias nobis illatas facile indulgemus.

De spiritu intelligentiæ.

Sexta gratia est spiritus intelligentiæ, sextæ beatitudini **G** congruens qua dicitur: Beati mundo corde, &cæ. Nisi enim mentis intuitus diligenter purificatus fuerit, mystica ac diuina liquidè intelligere nequit. Qui verò vult sincerum



ac lucidum intellectum habere, prauarum cogitationum phantasias, ac nebulas studeat effugare, omni que diligentia cor seruare.

De spiritu sapientiæ.

H Septimum donum est spiritus sapientiæ, scilicet quidam internus sapor ac suauissimus gustus. Hoc diuinæ sapientiæ interno gustu superna prægustamus, contemplantes quam amœnum sit cœlicolis interesse, vbi nil poterit quod displiceat esse, nil quod placeat abesse. Hæc septima gratia septimæ beatitudini congruit de qua dominus ait: Beati pacifici. Qui enim mentem pacificam & serenam habent, de supernis dulcius sapiunt, & subtilius vident. Hæc septem gratiæ, septem sunt mulieres virum vnum apprehendentes, septem spiritus super florem requiescentes, septem in candelabro lucernæ fulgentes, septem in lapide oculi, septem spiritus ante thronum Dei.

ADAM DE PERSE.

Quodd linguæ volubilitas, lege silentij debeat refrænari.
I *Desiccabit linguam maris Aegypti.* Bonum præstolari salutare Dei cum silentio. Salutare Dei mysteriũ est, & gratia verbi incarnati: cui audiendi aurem non accommodant, qui linguam Aegypti non desiccant: id est qui loquacitatis superfluxum fluxum non cohibent, & linguam à multiloquio non castrigant. Qui dimittit aquam, vt dicit scriptura, caput est iurgiorum. Dimittere aquas, est linguam maris Aegypti nõ tenere. i. linguæ fluxum amaricantis minimè cohibere. Quid enim tam tumidum, & tam instabile quàm mare? Quid tam amarum quàm iurgium? Et quid mare Aegyptium, nisi cor amaricans & tenebrosum? Aegyptus enim tenebræ interpretatur. Aquas inquam maris Aegyptij dimittit, qui per linguæ mysterium cordis amaritudinem & tumidã vanitatem effundit. Nonne tibi videtur iurgium esse contra verbi incarnati mysterium? contra regulæ præceptũ? contra conscientie testimonium? loquentem excedere terminos, & silentij frangere votum? Certè verbum Deus quandam silentij legem indixit, cū de omni verbo otioso in die iudicij, ratione reddendam comminatus est, & prædixit. Silentium enim est, nõ omnino nõ loqui: sed ponere custodiã ori tuo, & ostium circumstantiæ habere in labiis tuis. Vt quomodo & quando oportet, vbi

vbi & quantum debeas, quid & vnde conueniat eloquaris. Est enim tempus tacendi, & tempus loquendi. Sit itaque vox domini super aquas, vt aquæ Siloæ: & fluant cum silentio: vt verbis tuis verbum Deus præsideat, & linguæ præcipitis volubilitas lege silentij refrænctur.

BERNARDVS.

De quinque fontibus saluatoris.



*M*aurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.

Fons est nobis Christus Deus qui nunquam poterit exhauriri. Multiplex est aquarum vsus. Sordes abluunt. vnde illud: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis n. in s. s. Sitim extinguit. vnde: Aqua sapientiæ s. p. i. Tertius vsus aquarum, est irrigatio, quam maximè necessariam habent nouellæ plantationes: alioquin aut minus proficient, aut ex toto peribunt præ nimia siccitate. Quærat ergo deuotionis aquas, quisquis seminauerit bonorum operum semina, vt feruore deuotionis & dulcedine spiritali condiantur. Putas inueniri poterit quartus fons, vt paradysum recuperemus quatuor fontium irrigatione amœnissimum? Nam si paradysum denuo nobis reddendum non speramus, quomodo regnum cœlorum sperabimus? Si terrena, inquit, dixi vobis, &c. Nunc autem vt exhibitione præsentium firma sit expectatio futurorum, paradysum habemus multo meliorem, & longè delectabiliore quàm primi parentes habuerunt. & paradysus noster Christus dominus est, in quo tres fontes inuenimus: quartum quæramus. Habemus de fonte misericordiæ ad diluendas culpas aquas remissionis, de fonte sapientiæ ad potandam sitim nostram aquas discretionis, de fonte gratiæ ad irrigandas bonorum operum plantas, aquas deuotionis. Quæramus ergo ad decoquendos cibos aquas feruentes, aquas æmulationis: hæc nimirum cœdiunt & decoquunt affectiones nostras, & ebulliant de fonte charitatis. Siquidem ex dulcedine deuotionis diligens iustitiam, ex feruore æmulationis odio habet iniquitatem. Et fortè de fontibus istis prædixit Esaias: Haurietis aquas in gaudio de fontibus s. Hanc autem promissionem præsentis vitæ esse non futuræ, patet ex eo quòd sequitur: Dicitis in illa die: Cõstemini domino, & inuocate nomen eius. Inuocatio quippe præsentis temporis est, sicut scriptum est Inuoca me in die tribulationis. Ex his quatuor fontibus tres

Cap. 12.
K

proprie conuenire videntur tribus ecclesie ordinibus, singulis singulis. Nam primus omnibus communis est. In multis enim offendimus omnes, & necessarium habemus fontem misericordie ad diluendas offensionum sordes. De cetero Iob maxime fontem sapientie quaerat, quando ipse magis inter medios laqueos ambulat. Ita vt magnum videamur si a malo declinet. Danieli vero currendum est ad fontem gratie, cui poenitentiae opera, & labores abstinentiae deuotionis aqua necesse est impinguare. Oportet enim vt in hilaritate omnia faciamus: quoniam hilarem datorem diligit Deus. Fons vero emulationis Noe conuenit specialius: quia maxime praetor decet hic zelus. Quatuor istos fontes adhuc in carne viuens nobis in semetipso Christus exhibet: quintum qui est fons vitae post hoc seculum repromittens. Fortè etiam propter hos quatuor fontes, quatuor in locis vulneratus est adhuc viuens in cruce. Propter quintum, quum iam tradidisset spiritum, transoratur in latere.

Quod Christus in se nobis quatuor fontium re-
paret paradysum.

- I.** *Haurietis aquas in gaudio de fontibus s.* Pro paradiso quem perdidimus, restitutus est nobis Christus saluator. Sicut ergo de vno fonte paradisi deriuantur quatuor flumina ad irrigandum paradysum: ita de pectoris eius arcano procedunt quatuor fontes, ex quibus hauriuntur quatuor aquarum genera, vnde tota irrigatur ecclesia. Sunt autem quatuor fontes, veritas, sapientia, virtus & charitas. Ex his fontibus hauriuntur aquae, ex singulis singulae. De fonte veritatis sumuntur aquae, iudiciorum, de fonte sapientiae aquae consiliorum, de fonte virtutis aquae praesidiorum, de fonte charitatis aquae desideriorum. In aquis iudiciorum cognoscimus quid liceat, quid non: in aquis consiliorum discernimus quid expediat, quid non. Sed quia electis rectè per haec gradietibus non desunt tetationes: tentantur autem duobus modis. Aut enim blandimentis seducuntur, aut terroribus concutiuntur. Idcirco armandi sunt contra terrores praesidii diuinae virtutis, contra blandimenta desiderii supernae charitatis. Quid enim prodest nosse quid liceat, & expediat, si posse perfici non contingat? Ideoque post aquas iudiciorum & consiliorum querenda sunt aquae praesidiorum. Rursum posse quid valeat, si horum omnium non sit finis charitas? Rectè itaque post iudicia

dicia,
ritatis
opera



Cum l
timore

Qu
S

nem sig
lignos

gnum

triump

aut cla

arce te

puteo

mat. S

tollit

bis red

& hum

Qu

Exat

loquit

uate m

operat

quisq

Primu
fide ac
ls, vt i
niſque

Q

Super
vot ill
esse cui

dicia, post consilia, post præsidia, hauriuntur de fontibus charitatis desideria: vt quicquid sapimus aut loquimur, quicquid operamur aut patimur, æternæ vitæ finis concludat.

A I L R E D V S.

Quòd tripliciter sub onere seculi laboramus.



Nus Babylonis. Babylon significat mundum, cuius amor cupiditas est quæ reuera onus est graue, multos premitens, & ad inferiora incuruans. Tripliciter autem miseros onerat, labore, timore, dolore. Cum labore siquidem peruenit homo ad id quod eripit, cum timore possidet, cum dolore amittit.

Cap. 13.
M

Quòd crux Christi super mundum tripliciter exaltetur.

Super montem caliginosum leuate signum. Mons iste Babylonem significat, id est mundum. Mons propter superbiam, caliginosus propter errorem. Super hunc montem dominus signum eleuauit, cum per crucem suam de mundi superbia triumphauit. Quod enim alicui rei superponitur, aut premit, aut claudit, aut supereminet. Superposita sunt duo Cherubini arce testamenti vt altius eminent. Superpositus est lapis puteo vt clauderet. Superponitur torculari prelum vt premat. Super montem igitur caliginosum vexillum crucis extollitur: vt sua virtute mundi huius potentiam premat: superbis redemptionis nostræ mysteria claudat, apud mites verò & humiles omni mundanæ gloriæ superemineat.

N

Quòd tam vocem quàm manum tripliciter eleuemus.

Exaltate vocem. Vocem exaltat, qui spiritualia prædicat, qui loquitur diuina, qui cœlestia repromittit. Exaltate vocem, leuate manum. Leuantur manus in oratione, leuantur in bona operatione, leuantur in miraculorum exhibitione. Incumbit quippe prædicatoribus, vt pro ipsis quibus prædicant orent. Primum vt audiant, deinde vt credant, postremò vt in ipsa fide ac bonis operibus perseuerent. Incumbit nihilominus illis, vt iis quæ docent non contraria faciant: vt mens, vox, manusque concordant: intentione, sermone, actione.

O

Quòd angeli crucis memoriam frequenter imprimant menti nostræ.

Super montem caliginosum leuate signum. Ad angelos credo vox ista dirigitur, quos dominus animarum nostrarum insit esse custodes: vt cordibus eorū quos adhuc mundus delectat.

P



vel tentat, recordationem crucis imponant : & singulis vitiis quæ animam vel vastant, vel impugnant, singulas crucis virtutes opponant. Hi sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter nos, qui intersunt psallentibus, assistentibus orantibus, legentibus & meditantibus assunt. Isti se spiritibus immundis opponunt, illecebras mundi suadentibus exemplum dominicæ passionis obiciunt, mentem ira inflammare volentibus, dominicæ patientiæ bonitatem opponunt, elationem illis immittentibus, humilitatem humilis Iesu nobis suggerunt imitandam.

Quòd tria remedia tribus peccatorum generibus opponantur.

Q Præterea contra tria peccatorum genera quibus peccamus, cogitatione s. locutione, & opere: tria hæc à nobis ipsis auctoritate prophetica exiguntur. Super montem caliginosum leuate signum, exaltate vocem, leuate manum. Cor quippe nostrum cum per naturam sublime sit, & per profunditatem inscrutabile: mons caliginosus dici potest: quod necesse est crucis semper memoria muniamus, ne cogitatione peccemus. Iubemurque exaltare vocem, ne peccemus sermone: necessarium sanè præceptum, præsertim hoc tempore, quo ferè omnium lingua tota die circa infima vel noxia quæque versatur, & rarus sit qui vocem in sublime sustolat. Eia fratres pudet dicere quomodo convenientibus multis in vnum detractiones vndique sonent, & ferueat iudicia, seriis vtilibusque prætermisissis, & vana & ludicra in medium proferuntur. Contra hæc enim iubet nos Propheta exaltare vocem: vt sermo noster de cælestibus sit, qui vel Dei timorem incutiat vel amorem infundat, vel augeat scientiam, vel mores componat. Iubemur & manus leuare, vt thesaurizemus in cælum, vbi nec ærugo, nec ti. de. vt videlicet omnia opera nostra transmittamus ad cælum.

De triplici ordine prædicatorum.

R *Ego mandavi sanctificationis meae, & vocavi fortes meos in ira mea, exultantes in gloria.* Tres hic prædicatorum ordines exprimentur. Quorum primus sanctificationis appellat. Secundum fortes in ira sua. Tertium exultantes in gloria sua. Notatur & triplex ecclesiæ status, electionis, persecutionis, & pacis. & sanctificatio ad electionem, ira ad persecutionem, gloria refertur ad pacem. Primum itaque electi sunt Apostoli & discipuli Christi, quos profecto sanctificationis appellat, pro quibus

bus specialiter illam orationem effudit: qua dicitur: Pater sanctifica eos in veritate. Optimè autem dicit: Ego mandavi. i. præcepi sanctificationis meis: vt eos hæc intelligas designari, qui ab ipso eius ore mellifluo prædicandi ministerium susceperunt. Secundus ordo martyrum est, de quibus dicitur: Vocavi fortes meos in ira mea. Ira Dei multis modis intelligitur in scripturis. Dicitur enim iratus Deus aliquando cum affligit, aliquando cum parcit, aliquando cum hominum resistit desideris, aliquando cum fauet. Hic autem dicitur ira Dei, siue qua electi puniti sunt vt coronarentur, siue qua permisi sæuire tyranni vt amplius punirentur. In hac enim martyres fortes inuenti sunt, qui ignem, ferrum, bestiasque perpessi fiducialiter proclamabāt: Quis separabit nos à charitate Christi? Tertius ordo est doctorum exultantium in gloria Christi. Iam enim posita erat ecclesia in superbiam seculorum: sed & nos fratres sanctificemur in gloria eius. Hoc autem verè facimus, si castitas expellat luxuriam, fortitudo tentationes euiuat, humilitas vanitatem excludat. Habemus præterea sanctificationem ex fide & sacramentis Christi, fortitudinem ex charitate Christi, exultationem in spe promissorū Christi.

Quòd debeamus semper nostra nouissima memorari.

Vlulate, quia prope est dies Domini. Vlulatum peccatoribus Propheta indicit, quos in pœna vel in pœnitentia vlulatos præuidit. Vlulatus quippe vehementem luctum qui cum dolore sit conuenienter significat: quem nimirum illata miseris extorquent supplicia, vel à cordibus electorum amara eicit pœnitentia. Diem autem domini, diem appellat iudicij, in quo dominus in potentia & maiestate apparens, reddet vniciq; iuxta opera sua. Hic sane dies vnicique tunc incipit, quando egressus de corpore vel futuræ beatitudinis primitias recepit in requie, vel initia damnationis in anima quam est in corpore recepturus. Hæc vtique dies tanquam vastitas à domino veniet. A domino sanè. Verè enim domine numerus mensium nostrorum apud te est, & constitisti terminos nostros qui præteriri non poterunt. Quid enim dies illa non deuastat? Nudus egressus sum de utero matris mee, ait quidam sanctus, & nudus reuertar illuc. Vbi ergo diuitiæ, vbi lætitiæ, vbi pulchritudo corporis, vbi fortitudo? Omnia certè morientis vastantur. Felix mens à qua dici huius recordatio non recedit.

Quanta mala in extremo iudicio tam corpora quam mentes occupent reproborum.

T Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis tabescet & coneretur. In manibus intelligitur operatio. Oportet ergo nos operari donec dies est. Veniet enim nox in qua nemo potest operari. Aut enim in bonis operibus requiescet, aut in malis punietur. Die itaque illa domini omnes manus dissoluentur, quando alij ligatis manibus & pedibus mittuntur in tenebras exteriores: alij post opera sex dierum excipiuntur à sabbato, id est requie, admisi ad delicias interiores. Proinde cauendum est malum opus. Quotiens enim peccas, materias pœnarum quibus torquaris prœmittis ad inferos. Tu igitur ignem accendis quo ardeas: tu factorem suscitās quo crucieris: tu vermes viuificas qui te consumant: tu tenebras paras qui te excæcent. Tunc manus tue dissoluentur, vt nec aptæ sint ad operandum, nec validæ ad resistendum, sed dissolutæ ad patiendum. Tunc & omne cor hominis, id est secundum hominem viuētis, tabescet, profluente vndique ex conscientia latebris sanie immunditiarum & sordibus vitiorum, ex quibus & vermis procreatur qui non moritur, & accenditur ignis qui non extinguitur. Et coneretur, vt nec in spem venia aliquando respiret. Sequitur: Tortiones & dolores tenebunt eos, videlicet quorum manus fuerint dissolutæ, & quorum fuerit cor tabidum & contritum. Tortiones ventris, sunt dolores membrorum. Omnia autem flagitia ex ventre sumunt originem, & per cetera membra facinora perpetratur. Anxietatem igitur mentis quæ imminente iam morte ex flagitiorum recordatione procedit, per tortiones intellige. Illam verò quam facinora memorata parturient, per dolores. Quæ enim flagitiosus tunc erit tristitia, cum viderint se vilissimæ ac breuissimæ voluptatis putredine æterna supplicia meruisse? Quæ etiam tunc facinorosis anxietas, quorum crudelitati crudelissima tormenta reddentur? Felices proinde quibus ventris delicta, has tortiones non parant: quorum membra hic circumciduntur, vt hos tunc dolores non sentiant.

Quòd multa in extremo examine quæ nunc homines approbant, veritas reprobabit.

V Facies combustæ vultus eorum non transeunt in ventum. Peccata nostra, nec obliuioni traduntur: sed velimus nolimus, in con-

in conscientia nostra exarantur. Dicit enim Apostolus, quosdam cauteriatam habere conscientiam, id est iniquitatis flamma combustam. Quæ quidem combustio plerunque à nobis absconditur, dum viuimus. Sed nec nos, nec ipsos qui aderunt, spiritus poterit latere, quando morimur. Meritò igitur ait: Facies combustæ vultus eorum. Dissolutis quippe manibus, & corde contrito, inter tortiones & dolores quos morte imminente sustinent peccatores, quæcunque non fuerint pœnitentiæ medicamento, aut vnguento contritionis sanata, erumpent in medium: & multa quæ tunc videntur sanissima, tunc apparebunt adusta.

Quòd futuræ calamitatis magnitudo quadrupliciter designetur.

Ecce dies Domini venit crudelis & indignationis plenus, & ira, furorisque. Quatuor futuræ calamitatis indicia hic notantur, crudelitas scilicet, indignatio, ira, furorque. Crudelitas est, quando pœna modum excedit. Indignatio, quando personæ alicuius qui fecit iniuriam, certa aliqua nota & vilis innotescit. Ira in voce solet apparere vel vultu. Furor in actu. Dies itaque iudicij crudelis erit: quia in ea maximè crudelitatis species apparebit, quando elementa ignis calore soluentur, & in conspectu domini ignis exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Plenus erit indignationis, quando diuina maiestas & hominis innotescet infirmitas: manifestumque omnibus erit, quomodo aduersus tantam potestatem, tanta seuerit infirmitas: vt nullum lateat quantum debeat indignari rex gloriæ, qui tantam sit passus iniuriam à vilissimo puluere. Eritque plenus iræ, quando vox illa terribilis audietur: Discedite à me maledicti in ignem æternum, q. pr. e. d. & an. e. Quam profectò sententiam iudicis, furor sequitur tribulantis: quando euntibus illis in combustionem æternam, nulla erit effugiendi facultas, nulla spes deinceps euadendi.

G V I L I E L M V S .

Quòd facilè contemnit omnia, qui se cogitat moriturum.

Non ponet in euentoria Arabs. Arabs, Occidens interpretatur. In carnalium deliciarum consideratione mentis affectum non figit, quisquis se tanquã in Occidente constitutum agnoscit: nec corpus suum casto labore reuocare studebit

ad Ortum, quod quotidie declinare conspicit ad Occasum,

AILREDVS.

Quòd terra hominum tripliciter habitetur.

Cap. 14.
Z



T requiescere eos faciet super humum suam. Beatitudo magna promittitur. Humus nostra, caro nostra est: multi sunt sub ea, multi in ea, pauci super eam. Sub ea sunt, quibus carnis concupiscentia dominatur. In ea sunt, qui semper quæ carnis sunt meditantur & agunt. Super eam sunt, à quibus ipsa ne insolescat laboribus, vigiliis atque ieiuniis castigatur. Primus carnalis est. Secundus animalis. Tertius spiritualis.

Quòd ab antichristo sancti tripliciter succidentur.

- A** *Ex quo dormisti, non ascendit qui succidat nos.* Mortuo antichristo non erit qui cedros abietesve succidat. Non ascendit. Ascensus, superbiam, vel potentiam, vel prudentiam exprimit: vt intelligas nullum post eum tanta superbia erigi, vel exaltari potentia, vel callere prudentia: vt in paradiso Dei, in ecclesia scilicet, quoslibet perfectos quasi cedros & abietes à fidei fundamento succidet: siue per superbiam sc̄uendo, siue per potentiam opprimendo, siue per prudentiam seducendo.

Quòd dormiens diabolus ad nostri perniciem facile suscitetur.

- B** Vel sic in persona diaboli: Ex quo dormisti, non ascendit qui succidat nos. Ad regem Babylonis, principem sc̄ tenebrarum, vox ista dirigitur: Obdormisti ó Satana, non interis: nulla ergo securitas. Facile enim excitatur qui dormit. Pax est & requies, sed perfectis: verùm nec ipsis continua potest esse, aut plena, donec nouissima inimica destruaturs mors.

Quòd præcipuè tria pœnarum genera antichristo sint parata.

- C** *Subter te sternetur tinea & putredo, & operimentum tuum erant vermes.* Pœna æterna quæ totam vel diaboli vel antichristi substantiam occupabit, satis manifestè describitur. A parte inferiori tinea demolietur, à parte superiori vermes corrodent, putredo intus consumet. Vel moraliter: Tinea quæ sic occultè, & quasi insensibiliter consumit, diaboli est suggestio. Putredo quæ horrorem & fœtorem generat, immunda delectatio. Vermes qui manifestè corrumpunt, consensio.

Et

Ex his autem omnibus materia nascitur suppliciorum, siue intus in conscientia, siue exterius in pœna.

Quòd quidam per mentis superbiam etiam perfectis se iudicent præferendos.

Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Cauete D superbiam fratres, cauete. Quàm multi enim (quod dolens dico) si fortè se vident in luce sapientiæ profecisse, verbo etiam & exemplo aliis profuisse, vt merito luciferi nomine digni habeantur, ita vt mane, id est in initio suæ conuersationis cæteris eiusdem vitæ consortibus clariores habeantur, occulta primum interius elatione tumescunt, prælatos suos despiciunt, & nunc eos simplicitatis & inscientiæ arguunt, nunc quòd in temporalibus occupantur derident, & detrahunt. Inferiores se cunctos aspiciunt, omnes denique prælatione iudicant indignos. Tunc & quisquis talis est, dicit in corde suo: Ascendam in cœlum: id est, cum mea conuersatio sit in cœlis semper, dignus sum qui in cœlestibus, id est spiritualibus præsim. Vt quid perditio hæc? Perditio, inquit, tantæ sapientiæ, tantæ virtutis & eloquentiæ: quæ ita prodesse: sed quia in inferioribus sedeo, prodesse non possunt. Supra sidera igitur Dei ego instar Luciferi cæteris exaltabo sedem meam: in monte testamenti sedens, similitudinem mihi de aliis proficiendo acquiram. Cùm enim testamentum sacra appellatur scriptura: mons testamenti non incongruè charitas dici potest quæ omnibus excellentior virtutibus in se totam legem continet & prophetas. Nihil ergo magis arrogans, ambitiosus, quàm in charitate præesse se pollicetur. Vbiq; contra prælatum suum in angulis susurrans, & maxime eum duritiæ & inhumanitatis accusans. Describit & ante fratrum quasi depingit oculos qualis debeat esse abbas, quàm modestus, quàm pius, quàm amans subditos, quàm eorum compatiens laboribus, infirmitatibus condescendens. Tunc ita charitate ordinandum esse refectorium, de infirmitorio tam misericorditer disponendum, scripturarum autoritate confirmat: vt audientes in cordibus suis respondeant, O si iste esset abbas! Qualis abbas iste! quàm sapiens, quàm eloquens, quàm misericors, quàm humanus! Et ille hoc aduertens: Quis, inquit, similis mihi in nubibus cœli? Talis aliquando cum sui fuerit compos voti, & ad prælationem quam ambierat, aut propria machina-

tionem, aut aliorum factione promotus, Dei gratia spoliatus, de virtutibus fictis ut vitia manifesta prolabitur, & sic ex offus omnibus proiicitur, ut mereatur audire: Quomodo cecidisti de cælo qui m.o. Et quia tales ad corpus illius nefandi capitis certum est pertinere, quali pœna digni habeantur, propheticus sermo non tacet.

Quod ad ruinam proximi mens humana dupliciter inclinatur.

E Sequitur: *Veruntamen in infernum detraheris in profundum lacu.* Digna retributio, ut qui cælum voluit elatus conscendere, in infernum trahatur inuitus: nec ad quamlibet partem inferni: sed qui cæli summa petebat, ad ima descendat inferni. hoc est quod ait, in profundum lacu. Hoc etiam de membris diaboli dici potest: quod post huius mundi gloriam impiumque dominatum sint ad inferos detrahenda. Qui te viderunt, ad te inclinabuntur, teque prospicient. Verè fratres qui viderit oculis cordis, diligentèrque considerauerit ex quanta perfectione & gloria corruerit diabolus, & angelus eius: ex quanta sanctitate in baratrum quotidie turpitudinis corruant superbi: mirum est si non inclinatur, si non humiliatur, si non timet, si non ante oculos & pristinam gloriam, & sanctitatem, & præsentem infelicitatem obicit: ut hanc vel illas videns inclinatur humilitate, atque prospiciat iugi recordatione. Sanè quod dicit: Ad te inclinabuntur: ipsos maximè respicit qui post lucis opera, post bona bonæ conversationis initia, de consortio sanctorum quasi de cælo cadentes, ad tenebrarum opera conuertuntur: ad quos boni quadam compassione inclinantur, eorum lugentes perditionem, quorum approbauerant sanctitatem.

Quod hominum tria genera dicuntur tripliciter obdormire.

F *Omnes reges gentium dormierunt in gloria, vnusquisque in domo sua. Tu autem proiectus es de sepulcro tuo sicut stryp inuiti pollutus, & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio. Audite hæc reges terræ: qui concussi à Satana non potuistis subuerti. Somnus sanè gloriosus quo reges post victoriam sopiuntur: quia beati qui in domino moriuntur. Verè magnum est obdormire in gloria. Alij enim obdormiunt in contumelia, alij in misericordia, alij in gloria. In contumelia, in peccatis perseverantes. In misericordia, pœnitentes.*

In gloria, martyres & innocentes. Vnusquisque in domo sua. Hæc sunt illa æterna tabernacula, in quibus perfecti recipiunt imperfectos: illos scilicet qui de mammona iniquitatis sibi faciunt amicos. Hæc sunt in domo beatissimæ mansionis: pro verietate virtutum, differentie habitationum. Quod autem alia translatio habet: Vir in domo sua: his verbis illud arbitror designari: quod quisque in conscientia sua spreta aliorum æstimatione lætatur, gloriam in semetipso habens, & non in altero. Regibus itaque sic dormientibus, quid erit de eo à quo concussi sunt? Quid erit?

Quod tam antichristo quàm eius membris eorum corpora sint sepulchra.

Tu autem, inquit, proiectus es de sepulchro tuo sicut stirps inutilis. G
Ipsius antichristi omniumque reproborum sepulchra, eorum sunt corpora, in quibus anima illorum putredine vitiorum corrumpitur, & omnium immunditiarum sanie fœdatur. De quibus sepulchris tunc eiiciuntur, quando animæ extractæ à corporibus proiiciuntur in tenebras exteriores. Proiiciuntur autem quasi stirps inutilis, cui nil aliud debetur quàm ignis pollutus & obuolutus. Pollutus, propter peccati contraminationem. Obuolutus, propter irrecuperabilem vitæ emendationem. Suis quippe peccatis dicitur obuolutus, qui in sceleribus vitam finiens nulla spe euadendi consolatur. Sed & ille omnium iniquorum princeps proiicietur de sepulchro suo quasi stirps inutilis. Sepulchrum eius, omnes reprobi sunt. A quo tunc proiicietur, quando ipse quoque mittetur in ignem æternum. Sequitur: Pollutus & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt vsque ad profundum lacu. Diabolus igitur pollutus dici potest, sanguine scilicet multorum quos gladio iniquitatis occidit. Obuolutus malitia & desperatione, vt reparari non possit. Cuius sicut quàm cæterorum maior est malitia, ita intolerabilior erit & pœna. Licet enim cum cæteris perditis ad profunda lacu, id est ad profunda descendat inferni: in ipso tamen profundo acriora expendet supplicia, qui non alieno suggestu peccauit, & aliis peccata suggestit. Vnde & sequitur: Quasi cadauer putridum non habebis consortium, neque cum eis in sepultura. Antichristus enim, vel princeps eius diabolus, sicut nullus est quem non superet in malitia: ita nullus est cum quo consortium habeat in sepultura.

Quòd ad virtutum verticem conscendentes duobus oneribus à dæmonis soleant onerari.


H *Onus Phylistiim*. Phylistiim qui interpretantur potione cadentes, illos significant qui superbia inebriati ceciderunt ab habitatione cœlesti. Isti miseros onerant, nunc tentatione, nunc afflictione. Phylistiim etiam superbi quique intelligi possunt, qui confidunt in virtute sua, & in multitudine gratiarum spiritualium gloriantur. Hi sunt qui cum Loth egressi de Sodomis, & montem conscendentes virtutum, inebriantur à duabus sororibus, superbia & vana gloria: & sic insensibiliter ad turpiora illecti, etiam in abominationes pessimas delabuntur: vt meritò dicantur Phylistiim, id est potione cadentes. In anno autè quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud. Quandiu enim in te vitia viuunt, quorum incentor est Achaz: & colluctatio tibi grauis est cum carne & sanguine, crebràque tibi licet optimè pugnant vulnura infliguntur: non audet belua illa caput erigere, nec audet aduersus timidum & pavidum in procinctu positum, & quotidie mori formidantem, aut exitialem inire confisium. At si mortuo Achaz quieuerint incentiua libidinis, & auaritiæ æstum, iræ impetum, horrorem tristitiæ, voracitatem gulæ, liberalitas, tranquillitas, latitia spiritalis, sobrietatque suppresserint: mox virulentum caput colubæ erigit tortuosus: ac veneni sui infusione animam inflans, primò virtutibus reddit inanem, deinde sub ipso tumore vitiorum putredinem generans in ea, quæ se euasisse gloriabatur, vitia prostermit.

Quòd Dei contemptum superbia solet generare.

I *De radice colubri egredietur regulus*. Id est de superbia Dei contemptus. Regulus, rex serpentum est: & Dei contemptus, omnium potentissimus vitiorum. Quæ tunc magis damnabilia iudicantur, quando non ex ignorantia, vel infirmitate, sed potius ex contemptu generantur. Nascitur autem contemptus ex superbia: quia nisi prius mens humana tymeuerit, ad sui creatoris iniuriam non erumpit. Et semen eius absorbens volucrum. Si enim contemptus desperatio est, quæ confessionem excludit, iridet penitentiam, satisfactionem abiurat: Impius enim cum venerit in profundum, m. c. Per volucrum animal pennatum & celeritate volatu superiora perentem, spes significatur: per quam

æterna

ætern
habita
do au
clinat
statu
sper



ad fec
procur
ter est
ac diu
precio
sacra
nus cap
tius ac
ollas c

In tr
eius om
in triu
potest
oculis
Moris
in subli
rinc po
conscie
cane: i
recla, q
sant &

æterna temporalibus præponentes, mente in cœlestibus habitamus. Sed hanc volucrem absorbet desperatio: quando auulsis pennis quibus ad cœlestia peruolatur, anima declinat ad infima: vt contemnens præsentia, futura amplectatur: nihilque ultra desideret, quum nihil sit ultra quod speret.

Quòd ad curam corporis redire cogatur
quanlibet spiritualis.



Nus Moab. Moab qui interpretatur de patre, naturalem illam exprimit necessitatem, quam semper pater generatione transfundit in filium, sicut sunt omnia quæ ad corporis pertinent curam. Verùm quale est onus, quo cogimur post solis splendorem, ad carnis huius curam, quasi ad sepulcrum cadauer redire, & post spiritales cibos mentis procurare onera ventris? Taceo de illis quorum Deus venter est: qui sic isto onere prægrauantur, vt ipsam iustitiam ac diuinam doctrinam vanalem habeant, dantes quæque preciosa pro cibo: verùm de illis quid dicam, qui in ipsa sacra professione contristantur, si cibis vilior, si potus minus sapidus apponatur, si præparetur tardius, si negligentius accuretur? Hi sunt qui hoc onus iugiter portant, qui ad ollas carniū quas comederant in Aegypto suspirant.

Cap. 19.
K

Quòd in triplici genere mansionum habitant Moabitæ.

In triuiis eius accincti sunt sacco: super tecta eius, & in plateis eius omnis ululatus descendit in fletum. De Moabitis alij sunt in triuiis, alij in plateis, alij super tecta. Qui in triuiis est, potest diuertere hac & illac, ne ab omnibus videatur. Platea oculis omnium patet, nec aliquid in ea potest esse celatum. Moris est in terra Hierosolymitana vt tecta domorum non in sublime etigantur, sed sternantur in latum: vt qui voluerint populo aliquid denunciare vel prædicare, super tecta conscendant. Itaque in triuiis Moab sunt, qui occultè peccant: in plateis, qui se manifestè sceleribus scædant: super tecta, qui non solum peccant, sed etiã & peccata sua excusant & prædicant. Qui ergo occultè peccat, simplex sufficit

Q ij

ei cordis corporisque contritio, quæ per saccum congruè figuratur. At qui manifestè flagitia quæque committit, eget vlulatu: vt eius vera non lateat conuersio, cuius non latuit scelerum magnitudo. Porrò qui peccatum suum sicut Sodoma superbia tumens prædicat, necesse est vt in fletum descendat: vt sicut peccans in montem conscenderit elationis, ita humiliatus descendat ad vallem plorationis.

De triplici modo peccandi.

M Potest & triuium appellari triplex ille modus peccandi, cogitationis, locutionis, & operis. Sed & tripartita vis animæ per quam fit omne peccatum, memoria scilicet, voluntas, & ratio: triuium potest non incongrè dici. Igitur qui triplici concupiscentiæ cedit, qui cogitatione, sermone, opereque delinquit: cuius memoriam cogitatio scædat, voluntate etiam delectatio maculat, rationem peccati consensus eneruat: iste in triuiis Moab misera sorte versatur. Saccus, luctus indicium est. Iste est luctus de quo dicitur: *Vx vobis qui ridetis nunc: quia plorabitis & flebitis vos.* Quia itaque in triuiis Moab latantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis, accingentur sacco: id est luctu miserabilis contabescunt. Per testa etiam, si placet, intellige potentiam vel excellentiam mundi. In plateis verò in quibus ludii & spectacula exhibentur, libertatem peccandi. Eis itaque qui in seculi huius sublimitate gloriantur, vel nullo disciplinae fræno coerciti præcipites in vitia feruntur, sanctus Esaius descensum flerumque prophetat: vt scilicet pro potentia in qua se super cæteros quasi super testa positi extollunt, & nullo prohibente quasi in plateis positi peccant. sciant se cum vlulatu ad inferos descensuros, proiiciendosque in tenebras exteriores, vbi erit fletus, &c.

Quòd ad vocem pœnitentis à domino misericorditer responderetur.

N *Cor meum ad Moab clamabit.* Gratias tibi Iesu bone. Verè miserationes tuæ super omnia opera tua. Cum propter Deum cor hominis conteritur, mox cor Dei ad ipsam conuertitur. Per cor Dei affectus pietatis & compassionis citè exprimitur. Cor meum ad Moab clamabit. Moab vlulat in pœnitentia, Christus clamat in misericordia. Moab vlulat confitendo, Christus clamat remittendo. Respondet itaque clamor vlulati, affectus affectui, misericordia misero, me-

dicus
domi
erigis
rem r
his ar
tione
passio

Vel
ter pres
diute
superb
genus
humili
ternans
apta iug

Per
In tribu
mo con
equali
se iudic
fuer for
di tribu
natum
perueni
via seruo

Pe
morem ce
niam for
tum lact
ris peru
anem qu
ris. Qua
ror salu
meo. Pe
lis. Per

dicat

deus xgro, laboranti & dolenti compassio. Clamas enim domine intus in anima mea: quando desperatum in spem erigis, qui animo iam se corporeis caloribus inclinanti rorem refrigerij salutaris infundis. Sic quotiens in his & pro his anima mea ululat sibi, totiens cor Dei clamat compatiendo mihi. Sed o domine quandiu aduersum me istarum passionum tentatio molesta defauit?

Audi quod sequitur.

Velles eius vsque ad Segor vitulam conternantem. Segor interpretatur parua: humilitatem vtique significans quæ de diuite pauperem, de inflato gracilem, de magno paruum, de superbo humilem facit. Quæ congruè vitula dicitur: quod genus animalis lactis abundat: quod Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Dicitur autem vitula conternans, id est tertium agens annum. Quæ ætas in bobus & apraugo, & ad foetum habilis inuenitur.

De triplici humilitate.

Per vitulam igitur trina humilitatis perfectio designatur. In tribus enim perfecta consistit humilitas, vt scilicet seipsum homo contemnens subdat se maiori propter Deum, deinde æquali, tertio minori: & omnibus inferiorem ac viliorem se iudicans, subditus sit omni creaturæ propter Deum. Vestes fortitudinem roburque significant, quod vitiis peccandi tribuit consuetudo. Vestes igitur Moab, id est robur carnalium passionum: vsque ad Segor vitulam conternantem perueniunt: quia vbi perfecta humilitas fuerit, tota illius vis seruorque quiescit.

Quod salutaris mœror fenestram habeat ostium & foramen.

Post ascensum Luith fens ascendit, & in via Oronaim clamorem contritionis leuabunt. Luith interpretatur genæ. Oronaim foramen mœroris. Per Luith igitur, id est genarum lachrymas, fens ascendit: donec ad foramen mœroris perueniens, leuet contritionis clamorem. Notandum autem quod ait in via Oronaim, id est foraminis mœroris. Quale hoc foramen? Quis cognouit? Habet enim mœror salutaris ostium suum, habet fenestram, habet & foramen. Per ostium frequens est in quamlibet domum ingressus. Per fenestram patens aspectus. Foramen nihil corp-

lentum admittit: luci soli & aëri peruium præbens oculo explorandi libertatem, sed perscrutandi adimens facultatem. Per ostium igitur fidem, per fenestram spem. Per sedem secreta Dei & rimamur. Per spem adoramus. Per speciem tangimus. Fides docet omnia, spes promittit futura, species exhibet promissa.

Quod non sint hypocritarum lachrymæ fructuosæ.

- R** *Aqua Nemrim deserta erunt.* Nemrim pardus interpretatur. Est enim pardus animal maculosum & varium: quod vitæ & moribus congruit hypocritarum, qui foris candidi, intus sunt obscuri: in quorum veste vilitas, sed in mente cupiditas. Et vt breuiter dictum sit, qui aliud agunt, & aliud simulant, in omnibus operibus suis ventum palcentes. Exitus aquarum deduxerunt oculi eorum. Sed aquæ istæ desertæ erunt: quando veniens ille qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, lachrymas steriles & infructuosas ob hominum tantum oculos exortas, omni gratia & remuneratione ostenderet priuatas.

De triplici ariditate.

- S** *Quia aruit herba, defecit gramen, viror omnis interit.* Quæ herba initium est bonæ conuersationis, quasi gramen fructus boni operis, quasi viror puritas intentionis. Sed in hypocritis areret herba, quando bonæ conuersationis principium vanitate corrumpitur. Defecit gramen, quando in laudibus operæ non perseveratur. Omnis viror interit, quando intentionis puritas ardente cupiditate deseritur. Secundum magnitudinem operis & visitatio eorum. Dura vultus in hypocritas profertur sententia: vt scilicet secundum magnitudinem scelerum metiatur magnitudo poenarum. Circuibit clamor terminum Moab. Hic est clamor de quo superius ait: Cor meum ad Moab clamabit. Clamor iste circuibit terminum Moab: quando vox Dei loquentis in nobis fines vitiorum discutit, & ipsorum vitiorum horrores nobis infundit.

Quod lachrymæ non purgant, sed inquinant quæ pro temporalibus effunduntur.

- T** *Aquæ Dibon repleta sunt sanguine.* Aquæ Dibon quæ interpretantur fluxus, corû lachrymas significant, qui pro

reru
mitte
qui p
plora
modi
car
addit
rum,
que t
Quar
pore,
nis tr
Q
durit



nies
beth,
tus est
teram
vocat
quad
tali co
tibus,
petra
vmbra
Qu
rere q
Sic
in iran
Vt igi
pecca
se est
roris
dicant

rerum temporalium aut rident si habeant, aut plorant si amittant. Ideo aquæ Dibon repletæ sunt sanguine: quia ij qui pro temporalibus rident, malo suo rident: & qui pro iis plorant, malo suo plorant. Nihil enim purgationis huiusmodi afferunt lachrymæ: sed insuper abundantiori eos peccati sanguine fœdant: ideo sequitur: Ponam super Dibon additamenta. Addit quippe dominus dolores doloribus eorum, vt de lachrymis ad lachrymas transeant: ingredianturque terram duabus viis, & contritione duplici conterantur. Quam misera fors eorum qui nati de muliere breui viuunt tempore, & hic replentur miseriis multis, & post hanc vitam peccatis traduntur perpetuis!

Quod Christus quasi de petra deserti ad nos venerit, de duritia Iudæorum.



Mitte agnū Domine dominatorem terræ de petra. *de. ad mo. fi. Sion.* Petram deserti, vt existimo, Cap. 16. V

speluncam illam appellant, quæ in locis desertis natura vel arte excisa in petra, Loth excepit de Sodomis fugientem. De hac petra deserti in magna admiratione agnum dicit processurum: quia in ea genitus est Moab, de cuius semine nata est Ruth, cuius filius Orboth, cuius filius Iesse, cuius filius Dauid, de cuius genere natus est Christus. Montem Sion qui erat in Hierusalem, ad litteram dicit, vel montem filia: Sion, templum vel excellentiam vocat. Allegoricè petra deserti dicitur synagoga: eo quòd quadraginta annis eremi habitatrix effecta bibebat de spiritali consequente eos petra: multisque in infidelitate pereuntibus, in perfectioribus fidei firmitatem seruauit. Vel certè de petra deserti ad montem filia: Sion agnus emittitur, cum de umbra legis ad veritatem transit euangelij.

Quòd eos qui Christo voluerint copulari, oporteat quaerere quæ sursum sunt, non quæ super terram.

Sicut auis fugiens, & pulli de nido volantes: sic filia erunt Moab intranscensa Amon. Amon interpretatur illuminatio eorum. X
Vt igitur filia: Moab agno illi qui emissus de petra deserti peccata abstulit mundi salutaribus nuptiis copuletur: necesse est de inferioribus ad superiora conscendant, & relictis erroris & ignorantia: tenebris salutarium nomine perfundantur: dicantque cum Propheta: Signatum est super nos lumen vul-

tus tui domine. Sic autem ascendentes, aui fugienti, pullisque de nido volantibus comparantur, quia frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Igitur anima Moabiticis vitiis implicita, de tenebris in lucem, quasi in transcensu Arnon progrediens, aui comparatur fugienti, pullisque de nido volantibus: ut in ea hic intelligatur fuga quæ abrenunciantium spectat conversionem: & volatus ad perfectorum pertinet contemplationem.

De triplici modo, & triplici genere avium.

Y Est autem nidus concupiscentiæ, & est nidus torporis & inertia; est & nidus disciplinæ. Sunt verò volucres quæ volare nituntur, nec volant: & dum pennis velle videntur anhi, mox carnis pondere pressæ ad infima delabuntur. Tales fuere coturnices: quæ vno tantum cubito à terra suspensæ, sed mox instar lapidis ad terram decident, Israelitarum gula desiderata satietate satisfecerunt. Hæc sunt vitiæ carnis, voluptatésque corporeæ, quæ in vanam quandam letitiam animam extollunt: sed expleta libidine conscientiam in ima detrudunt. Hæc in nido concupiscentiæ nutriuntur: sed volatum celestem nullatenus sortiuntur. Sunt & aliæ aues quas nidi suauitas in tantum delectat, ut vix etiam parentum moribus expellantur. Tales sunt animæ pigre & inertes, quæ infelici quadam quiete adeo dissoluntur, ut ad nulla virtutum opera vel correptæ quidem nullatenus accingantur. Non sic columba, nec sic pelicanus: nec sic anima quæ se ad nidum contulit disciplinæ, ut in eo sub parte spirituali à matre gratia cibis salutaribus pasta plumesceret: & sic alis innocentia & simplicitatis elata, de tenebris vitiorum, ad splendorem virtutum conscenderet: de publico ad solitudinem, per solitudinem ad scientiam, per scientiam ad sapientiam.

Quòd animus tener & parum tenax recti ab his quæ nocere poterant abscondatur.

Z *Fugientes absconde, & vagos ne prodas. Habitatum apud te profugi nei Moab: esto latibulum eorum à facie vastatorum.* Moab iam conuersum, iam purgatum à vitiis, iam virtutibus adornatum sermo diuinus alloquitur: ut sicut ipsum fugientes abscondat, & quod sibi factum est, aliis prompet exhibeat & benignus. Fugientes igitur fornicationem, necesse est ut abscondantur. Et qui vagi & instabiles sunt con-

de ad
bus v
tur &
gient
esse v
agit
moni
fetu
vel fu
gulis
eteri
habita
ne vit
periat
sub lab
& spir
nibus
sionis c
vastat
subdit
Qu
non fa
Sup
hoc qu
li eccl
vitale
corpor
ris mer
officiis
minus
phetas
rij, in
multæ
tamen
bus dis
& pulc
ecclesi
insuper
tosum
tando

de adhuc & ad vitia proni, cauendum est ne malis doctoribus vel vitiorum incentoribus prodantur. Considerare igitur & diligenter explorare oportet singulorum à seculo fugientium qualitatem atque naturam: quid magis possit obesse vni quàm alteri: quo insuper spiritu qui tenetur, quo agitur affectu: sicque providere, vt siue à vitiis, siue à demonibus, siue à sua ipsius vel natura, vel corruptione, vel affectu, vel consuetudine, siue ab alicuius hominis societate, vel suggestione, vel exemplo impugnetur, congruum singulis latibulum præbeatur. Alij abscondendi sunt ab omni exteriori occupatione, alij à quorundam familiaritate & cohabitatione, alij sub vmbaculo silentij ab ira & indignatione vitiliter absconduntur, alij sub victus parcitate & paupertate à naturalibus incentiuis salubriter proteguntur, alij sub laborum & vigiliarum vmbra à cordis peruagatione & spiritus instabilitate absconduntur, alij psalmis & orationibus meditatione & lectione à spirituum immundorum insidiis defenduntur. Ait ergo: Esto latibulum eorum à facie vastatoris. i. singula virtutum exercitia singulis vitiis quibus subditi impugnantur appone.

Quòd in ecclesia Christi diuersitas graduum diuersitatem non facit animorum.

Super hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit. Super hoc quod dixit: Ipse Moab venter meus q. c. s. Venter Christi ecclesia est. In ventre enim viscera continentur. Ibi cor vitalem motum vniuerso corpori præstās. Ibi hepar calorem corporis nutriens, & vitalem sanguinem per omnia corporis membra diffundens. Ibi cætera intestina singuli singulis officijs ad nutrimentum corporis deputata. Ita in ecclesia dominus ordinavit alios quidem Apostolos, alios autem Prophetas, quosdam autem pastores & doctores in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. In cithara quoque cum multæ sint chordæ, & vnaquæque proprium habeat sonum: ita tamen omnes certis proportionibus & numerorum rationibus disponuntur, vt in vnā concordiam omnes conueniāt, & pulcherrimus sonus vnus fiat de omnibus. Ita ergo cum in ecclesia Christi diuersi gradus & diuersi sint ordines, diuersa insuper habeant dona virtutum: omnia tamen in vna charitate fundantur, per quam vnum pulcherrimum sonum disputando componunt.

SUPER ESAIAM.

De quatuor chordis citharæ spiritualis.

B Verum valdè felix est anima in qua instar chordarum citharæ omnia sunt composita & ordinata, vbi virtutes virtutibus conueniunt, & exterioribus interiora respondent. Sunt autem virtutes quasi chordæ spirituales: quæ inter duo ligna, superius scilicet & inferius extensæ, crucis mysterium præfigurant. Prima omnium chorda temperantia est: per quam homo mortificans membra sua, quæ sunt s. super terram, omnia Christo configit. Hæc chorda profundo crucis infixæ est: vt inchoans à timore grauem sonum compunctionis & confessionis emittat. Secunda, iustitia à parte superiori crucem tangit: vt reddens vnicuique quod suum est, in acutissimam vocem charitatis erumpat. At chorda prudentiæ quasi in transuerso ligno crucis inter alias duas consistens, vnius subtilitatem & alterius grauitatem discretionis suavi sono contemperat. Porrò chorda quarta fortitudo, longitudinem crucis amplectitur, cæteris subsistendi præstans virtutem, & gratum patientiæ sonum emittens. Verum singulas has plures è latere chordæ comitantur virtutum, & in multarum chordarum diuersitatibus certis spiritualium numerorum rationibus vnã harmoniam componunt. Moab igitur naturalem corruptionem quæ in membris nostris est, vel eos qui secundum eam viuunt significat. Tunc proinde ad Moab venter Prophetæ instar citharæ sonat: quando aliquis perfectus lubrico cuiuslibet virtutum suadet concordiam & discordiam vitiorum: opponens frugalitatem luxuriæ, patientiam iræ, cupiditati charitatem. Sed vnusquisq; cum hæc in se persenserit, tangat citharam, & stimulos passionum memoria dominicæ passionis obtundat, & lateritium murum vitiorum qui vsu consuetudinis obduruit, crucis virtute prosternat. Hinc profectò vox illa conuenienter aptatur, Vêter meus ad Moab q.c. so. & viscera mea ad murum cocti lateris. Hæc est cithara David, cuius sacratissimus sonus fugat dæmones, iram mitigat, extinguit libidinem.


Quanta miracula in claustris lingua soleat perpetrare.

Opus

Tra
offic
allec
infr
iuni
vide
cun
libr
flim
rium

M
dign
cor
sepi
cord
dis d

D
stul



tem
vite
rem
lant
man



Nus Duma. Duma interpretatur silentium. Scitis fratres quam multos silentium onerat, & grauat quies. Ita vt tacetibus & quiescentibus omnia oneri sint. Caput doleat, venter rugiat, caliget oculi, renes penè soluantur exeuntibus, & huc illucque vagantibus & loquentibus iucunda sint omnia.

Tradantur obliuioni dolores, singulis membris sua reddatur officia. O quanta est virtus linguæ, quæ cælos serenat, caput alleniat, consolidat renes, genua dissoluta corroborat. Hæc infirmum in laboribus intatigabilem reddit, patientem in ieiuniis, paratum ad iter, ab obedientiam promptum. Itaque si videris monachum in claustro residentem, huc illucque circumspicere, oscitare crebrius, manus ac pedes extendere, nunc librum ponere, nunc resumere: post remò quasi quibusdam stimulis agitatam de loco ad locum, de auditorio in auditorium curitare: sub onere Duma eum suspirare non dubites.

BERNARDVS.

Quòd ira Dei corrigens, misericordia Dei fit censenda.

Misereamur impio, & non discet facere iustitiam. Tunc magis irascitur Deus, cum non irascitur: nec erit amore eius dignus, qui eius indignus castigatione censetur. Misericordiam hanc ego nolo. Super omnem iram miseratio ista sapiens mihi vias iustitiæ. Volo irascaris mihi pater misericordiarum: sed illa ira qua corrigis deuium, non qua extrudis de via.

RICARDVS.

De his qui pœnitere dissimulant spatium pœnitentiæ postulantes.



Anda remada, &c. Taceo de illis qui foris sunt, qui spiritualement dilectionem necdum scire potuerunt: qui domini mandata ex doctorum quotidie dictis vel factis audiunt, nec tamè acquiescunt, quotidie peccantes, quotidie pœnitentiæ tempora dari sibi postulantes. Ex quibus dum quidam verba vitæ libenter audiunt, quid aliud quam studium, quam mandata remanda dicunt? Et dum quotidie peccata peccatis accumulantes, quid aliud quàm expecta reexpecta per desiderium clamant: quotidie spatium pœnitentiæ postulantes, & respiscendi

quo-

Cap. 21.
C

Cap. 26.
D

Cap. 28.
E

quotidie tempus proponentes, quotidie prolongantes? Certe ad satiendum desiderium suum totum huius vitæ spatium carnali menti videtur permodicū. Et de eiusmodi anima quæ modò in vno vitio, modò in altero multa tempora expendit, totumque tamen velut momentaneum reputat: quid quæso aliud in diuinæ patientiæ aure, quàm modicum ibi, modicum ibi resonat?

Quanti periculi sit, si in sacra pagina minus sanctitati quàm scientiæ studeatur.

F *Manda remanda &c.* Quid de nobis obsecro dicturi sumus, qui habitum religionis suscepimus, qui spiritualibus exercitiis mancipati sumus, qui nil aliud iniuncti officij habemus, nisi legere, psallere, & ornare, meditari, & contemplari, vacare, & videre quoniam suavis est dominus? Nunquidnam nos non pudebit eadem dicere, & dilectum nostrum in huiusmodi sermonibus fatigare? Manda remanda, ex. re. modicum ibi, mo. ibi. Quotidie, ni fallor, vos qui lectio vel meditationi insistitis, eius nuncios suscipitis, mandata cognoscitis. Quotiens ex abditis scripturarum recessibus novos intellectus eruimus: quid aliud quàm quosdam dilecti nostri nuncios suscipimus? Sæpè nanque fit, vt vna eadè que scriptura dum multipliciter exponitur, multa nobis in vnum loquatur. Moraliter docens quid dilectus noster nos facere velit. Allegoricè admonens quid pro nobis per semetipsum fecerit. Anagogicè proponens quid adhuc de nobis facere disponit. Et quàm multi sunt qui huiusmodi nuncios quotidie accipiunt: de tempore tamen pristino vel negligentia parum aut nihil corrigere volunt! Sciunt sanè vnde possunt gloriari, non autem ædificari. Scientiam quidem non sanctitatem affectant. Et non tam sancti quàm scioli esse desiderant. Dum igitur quotidianis nisibus novos sensus quæritant: quid aliud quàm manda remanda per studium clamant? Verùm quanto magis talium copia nunciorum abundat, tanto sanè acerbius, tanto molestius propria nos conscientia accusat & cruciat. Hinc fit sæpè vt vitam nostram corrigere disponamus: semper differamus: & dum fieri in futuro proponimus, sit vt illud futurum semper sit futurum. Et in his omnibus dilecto nostro cantamus canticum odiosum: Expecta reexpecta.

GALFRIDVS.

Quam timenda sit pœna vehemens & æterna.



Vis habitabit ex vobis cum igne deuorante &c. Minus timendus esset, si vel rationabilis esset, vel terminabilis cruciatus. Nunc autem penitus misera habitatio, vbi dolor acerrimus ignis deuorantis, & nullus est terminus in ardoribus sempiternis. Nam humana omnis interim afflictio, aut leuis, aut breuis, aut verū que pariter, iuxta illud: Momentaneum hoc & leue tribulationis nostræ &c. Alioquin aut tolerabilis est si diuturna: aut si qua forē intolerabilis fuerit, citò transit. Misera habitatio, vbi nulla est consolatio, vel de pœna minori, vel de fine supplicij. Siquidem nec lentus erit deuorans ignis, nec in sempiternis ardoribus vllus finis.

VVERRICVS.

Quòd pollutos admittat disciplina semita,
non transmittat.

Rit ibi semita & via, &c. Et erit ibi. i. in antiquis cubilibus draconum: in terra vtique deserta & inuia, semita & via, sicut hodie cernere est: quia inferis & incultis hominibus qui sine lege viuebant, in ipsis inuenitur ordo vitæ & disciplina. Et hæc via, inquit, sancta vocabitur: quia nimirū sanctificatio peccatorum est, perditorumque salus. Quanta verò virtute ac reuerētia sanctitatis præmineat, inde probat Propheta: Quia non transibit, inquit, pollutus per eam. O mi Esai! Ibunt igitur polluti per aliam viam. Imò potius hac omnes, hac veniant, hac incedant. Immundis enim præcipuè Christus hanc viam itauit, qui venit querere & saluum facere quod perierat in viis seculi. Quid igitur? Transibit pollutus per viam sanctam? Absit. Veniat quantumlibet pollutus ad eam: non tamen transibit pollutus per eam: quia cum transierit, iam pollutus non erit. Admittit quidem via sancta pollutum, sed statim abluat admissum: quia diluit omne commissum, tanquam verè baptisimus alter pœnitentium. Hic planè, hic baptizat, non Ioannes: sed baptizat Iesus baptismo pœnitentiæ. Hic patet fons domus Dauid in abluitionem peccoris & mentis. Propterea enim via hæc pollutum admittit, sed pollutum non transmittit: quia via arcta est, & quasi foramen illud angustum est, quo serpens innouendus cum exuiis suæ ve-

Cap. 33.
GCap. 35.
H

tustatis venire potest, sed cum ipsis transire non potest: sed nouum suaque nuditate vestitum melius transitus angustia extricans omnem quem attulerat ve uistatis squalorem. Bene ergo prudentiam serpentis imitari rogamur, qui nec aliter in- nouari possumus, nisi per angustum coarctemur. Sanè quod illius antiqui serpentis insidias euadamus, si per hanc arctam viam huius noui serpentis exemplum sequamur, Esaias pro- mittit, qui de eadem via subdit: Non erit ibi leo, & mala be- stia non ascendet per eam. Nec inuenietur ibi. Securi ergo si- mus, si de hac via non exorbitamus. Potest leo ille qui cir- cuit, quærens quem deuoret, iuxta iter scandalum ponere, la- queum abscondere, viatores rugitu terrere: sed persistentes in via lædere non potest. quippe cui via ipsa terror, & suppli- cium: tortitudo simplicis via domini, & pauor his qui ope- rantur malum. Quod si nimis arctam viam caularis: prospice finem quò te via ducit. Si enim omnis consummationis vide- ris finem, continuò dices: Latum mandatum tuum nimis. Si minus videre potes, crede videnti Esaiæ qui oculus tui cor- poris est: ipse vtrumque videbat, cum id quod sequitur dice- bat: Et ambulabunt hanc viam qui liberati fuerint & redem- pti à domino, & venient in Sion cum laude, & læritia sempiterna super capita eorum. Gaudium & læritiam obtinebunt, fugiet dolor & gemitus. Qui satis hunc finem cogitat, puto quia nõ solùm viam dilatat sibi: sed etiam pennas, vt iam non ambulet, sed volet, assumit sibi.

GALFRIDVS.

Quanta sit efficacia lachrymarum.

Csp. 18.



Conuertit se Ezechias ad parietem, & fletu fletu. Secundum literam. vel. Ad templum conuer- sus est, cui domus regia iungebatur. Vnde etiam velut desiderans audiuit die tertia se illuc ascen- surum: vel secretum petiit, quale potuit ora- turus: vt qui videt in abscondito, videret lachrymam eius. Mysticè verò hic est paries medius inimicitiarum, quem soluere venit in semetipso, qui peccata nostra pertulit in cor- pore suo super lignum. Siquidem peccata nostra separant inter nos & Deum. Dicebat ergo: Obsecro domine memen- to quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto &c. Ac si dicat: Non accipiat obliuionem

apud te iustitia mea: iniquitatum autem mearum ne memineris. Ego ad parietem verti faciem, tu à lite. Miseratus dominus sic orantem, per suum ei Prophetam consolationis verba mandauit: Audiui, inquit, orationem, tuam, vidi lachrymam tuam. Vides quàm sit efficax res oratio? quàm festinus & fidelis legatus lachryma supplicantis? A maxilla ascendit in cælum, & altissimus non despiciet eam. Quid non poterit, qui propheticum sic mutauit oraculum, diuinam flexit sub omni celeritate sententiam? Necdum quippe in medium atrij processerat Esaias, & iam Ezechia oratio penetrauerat eccecos. Conuertamur nos igitur ad parietem: ploremus coram domino qui fecit nos. Et si merita fortè non suppetunt illius offerenda memoriæ: instemus lachrymis, & tanto magis precibus insistamus. Denique si diligenter aduertimus, nec illi dictum est: Audiui perfectionem tuam. Memoratus sum iustitiæ tuæ, sed: Orationem tuam audiui &c. Quòd si ille statim auditus est, quoniam iustus erat: & tu tamen si perseneraueris audiéris. Non est illa diuina sententia quam legisti: Peccatores Deus non audit. Imò verò sicut ipse testatur, peccatores vocare venit. Et tu illum metuis inuocare? Vt quid vocat nisi vt audiatur? Audiui, inquit, orationem tuam, & vidi lachrymas tuas. Vtilis res gratia lachrymarum, quando & lachrymam videt Deus, & se eam vidisse commemorat. Infelix ego cui terra datur Australis & arens, & neutram datur irriguum postulanti. Fortè quia non sedeo super asinum meum, nec duritiam siue stoliditatem meam sedula meditatione coërceo. Quis dabit capiti meo aquas, & oculis meis fontem lachrymarum? Alioquin timeo ne non audiat mihi dominus quindecim annos, cuius nec orationem audierit, nec lachrymam viderit. Puto enim per annos quindecim, non inconuenienter intelligi vitam illam beatam, que sola est intelligibilis ætas, & non iam tempus, sed æternitas. Puerilis est interim vita nostra, & vt paruuli agimus, vt paruuli sapimus quotquot sumus. Illa verò ætas beata, & eterna, ipsa est dies tertia, qua ascensuri sumus in templum domini, sicut dictum est Ezechia.

Qui sint tres dies, post quos in templum domini
conscendemus.

Prima enim in hac vita dies laboris. Secunda post mortem dies requiei. Tertia post resurrectionem dies est felicitatis. K

tit. Vnde & Osee Propheta promissum communicans Ezechia, Viuificabit nos, inquit, post duos dies. In die tertia suscitabit nos, & vi. in conspectu eius. Haud dubium quin in templo eius vbi omnes dicent gloriam, & magna quidem promissio, sed non minus est signum. Siquidem reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat, sicut legitur in Esaiâ. Et quidem quod ad literam pertinet, magnum id fuit & singulare: quod ad spiritum, longè amplius, vbi de sole ipso vt arbitror, nemo iam dubitat. Neque enim est quis abscondat à calore eius.

De decem lineis per quas sol legitur descendisse.

L Quærendæ igitur lineæ istæ x. per quas descenderit & ascenderit. Nam qui descendit, ipse est & qui ascendit. Et fortassis ordines x. creaturæ rationalis, liceat suspicari linearum nomine designari: nouem scilicet angelorum, hominum vnum. Quemadmodum autem per eadem lineas descenderit vel redierit, diligentioris eget inquisitionis. Nam quòd descenderit & ascenderit, omnibus iam fidelibus est manifestum. Vsq̄ue adeo siquidem semetipsum exinaniuit, vt non modò minoratus ab angelis, sed opprobrium hominum & plebis abiectio videretur. Annon intra homines visus est descendisse, cum ad inferos vsque peruenit? Vnde etiam vt quidam ait, Mirum non erat apud superos tenebras esse, cum sol descendisset ad inferos. Cæterùm rediit & ascendit vnde descenderat. Neque inter homines, vel in vno quolibet angelorum ordine stetit. Sic decem lineis creuit umbra dum inclinatus est sol. Neque aliud magnum id foret, nisi rediret per eosdem gradus, & decresceret magis umbra quam cresceret. Alioquin quid nobis prodesset, si remaneret filius, hominis in corde terræ? Loquebatur aliquando beatus Bernardus iucunda quadam deuotione super his decem diebus quibus post ascensionem domini promissum paraclæti & rantes discipuli præstolabantur: dicebâr que videri posse, velut detentum ab ordinibus singulis angelorum per dies singulos saluatorem ad patrem dei decimo peruenisse: & humano quodam more inducebat singulos ordines solennibus eum processionibus & triumphalibus canticis occupantes. Et cum vellet transire, eos causantes quòd apud homines tantam fecerit moram, non modò passurus, sed etiam sulcizatus. Ad eos autem nec declinare vellet. *Quintiam iuxta*

Iuxta illud de euangelio, cogentes illum & dicentes: Mane nobiscum domine, quoniam aduesperascit, & m. e. i. d. Itaque diebus nouem detentus, decimo tandem super omnes choros angelorum collocatus, sine vlla deinceps mora promissum spiritum in filios adoptionis effudit. Quod quidem an possit huic signo redeuntis per decem lineas solis aptari, vos iudicate. Illud tamen omnibus modis constat, quoniam signum est nostræ salutis ascensio saluatoris. Sed quærendum videtur, cum constet duodecim horis diurnum solis cursum constare: cur decem tantum lineis in eodem signo descendisse vel ascendisse dicatur. Fortè enim præter has decem, duæ quædam sunt lineæ, quarum in altera semper stetit, ad alteram non peruenit. Prima siquidem congruè diuinitas intelligitur, initium diei, fons luminis, & totius deinceps claritatis origo. Hanc igitur nunquam transit, nunquam ab ea descendit Christus Deus noster. Hæc quidem prima linea rationalis substantiæ, non creaturæ, sed creatricis. Ex qua deinceps prodire, quas diximus lineæ decem, per quas sol descendens transit & ascendit. Nam earum nouissima spiritibus fortè malignis congruè deputatur, in quibus velut crepusculum quoddam diei imitatur & noctis perspicax sensus, sed malitiosus affectus: nec omnimodo luce carens intelligentia, sed voluntas nimirum tenebrosa. Cæterum nam ad eiusmodi lineam sol peruenit. Nunquam enim & nusquam vt ego arbitror, vel corporeus sol in crepusculo noctis apparuit, ne modò malignis spiritibus spiritalis sol illuxit, sed ne hominibus in eorum sorte damnatis. Nec miremur quòd linea dicitur in spiritibus quoque malignis. Licet enim nimia prauitas inueniatur in eis, peruersitas nimia, nimia fortitudo: omnis tamen eorum tam est iusta potestas, quam iniusta voluntas. Sic ad lineam æquitatis prauitas dirigitur vel inuita: vt nemini vnquam nocere iniuste possint, cum omnibus velint. Et in ipsa demum iustissima vltione qua pereunt qui redire aliquando noluerint, quodammodo ordinatur inordinata voluntas.

Item vt supra.

Reversus est sol decem lineis &c. Quia duodecim horas constat esse diei: duas quidem nouissimas in cæteris creaturis licet intelligere, vnam in irrationabilibus, in insensibilibus alteram. Cæterum & si illas etiam velut quadam luce per-

fudit, qui sua per hæc inuisibilia patefecit: non tamen ad
 vsque descendit. Illuminat angelos, illuminat homines, ce-
 tera quidem omnia velut tenuiter attingens, & suauiter vni-
 uersa disponens. Vtinam ab eis quas non attingit, per eas
 quas transit lineas nos reducat. In vndecimam enim lapsus
 est lineam, qui post concupiscentias suas vadit: quam non ra-
 tio regit humana, sed trahit impetus & appetitus quodam-
 modo bestialis. Porro in duodecimam venit, qui sine affe-
 ctione, absque frædere, absq; misericordia est: obstinati ani-
 mi, & duri cordis, apud quem nec verba profunt, nec ver-
 bera, nec beneficia, nec flagella. Reducit autem ab his in ho-
 minem, cum ipsius beneficio de insensibilitate obstinationis,
 & violentia propriæ affectionis, reuocatur ad arbitrium ra-
 tionis. Caterum nouem lineas quæ sequuntur, sic distinge-
 re possumus: vt in tribus, cordis intentio: in tribus, locutio
 dirigatur. de quibus idem loquitur Ezechias. Memento que-
 so quomodo ambulauerim coram te in veritate &c. Et quod
 beneplacitum f. i. o. t. f. Angeli nobis, vt legimus minima, ar-
 changeli maiora annunciant. Nec immeritò fortè videntur
 minora dici mandata legis, maiora autem consilia perfectio-
 nis. Denique paruulus est, qui sola studet interim obseruare
 mandata. Angeli eorum semper vident faciem patris. maior
 dicendus est qui consiliis perfectionis obtemperat. Quod si
 illa angeli, hæc archangeli suggerunt: per easdem cõscendi-
 mus lineas, si suo ordine exequi vtraq; satagimus. Per virtu-
 tes etiam miracula fiunt. Sed nolo vos talia æmulari. Securitas
 & fortassis vtilius sibi humilitas tua miraculis illustratur: &
 lucet lux tua coram hominibus, vt videant o. t. b. verbi gra-
 tia, Præceptum est quòd lex dicit: Non furtum facies. Con-
 siliium est quòd Ioannes ait: Qui habet duas tunicas, det non
 habenti. Miraculum verò est quòd Martinus etiam vestem
 chlamydem scidit, & dedit egeno. Item præceptum est: Fuge
 fornicationem. Consiliium est. Qui non nubit, melius facit.
 Miraculum, quòd nostri temporis virgo nobilis natum sibi
 præ nimio castitatis amore, ne nubere cogereetur abscidit.
 Caterum ad exequenda mandata, consilia vel magnalia Dei
 necessaria fortitudo. Iam verò potestates malignos spiritus
 coercere, principatus, & bonis operibus faciendâ disponere.
 Dominationes obedientibus cæteris mira quadam potentia
 præminere creduntur. Horum igitur trium ordinum imita-
 tio

tio
 ius
 qua
 affe
 tui
 vici
 quid
 nec
 dam
 phet
 tie m
 diuin
 todin
 Beat
 dr: i
 splic
 accu
 vtilis
 etiam
 dere
 prut
 discre
 nis, a
 corda

C
 pere
 Ipse
 à pec.
 milita
 pulum
 cor D
 tis hic
 qui su
 fantia
 tes, n

tiō quādam nobis in cordis perfectione quærenda est. Huius autem primus est gradus, noxios vitiorum affectus tanquam spiritus coercere malignos. Secundus, in bonis etiam affectionibus discernere, & præferre cæteris meliores. Tertius gradus, qui est summa interim perfectio cordis, vt mihi videtur suo ipsius animo dominari: vt liberè iam perfectus quisq; etiam quod laudabiliter & vehementer cupit, quotiens necessitas exegerit, deserat vel omittat: & inueniatur quodammodo & ipse spiritus Prophetarum subditus esse Prophetis. Nec mihi errare videbitur, si quis etiam tria hæc iustitiæ tribuenda decreuerit. Deniq; thronos aiunt dici per quos diuina iudicia exercentur: Cherubin quoque scientiæ plenitudinem designant, Seraphin ardentes vel incendentes sunt. Beatus sine qui sermones suos disponit in iudicio, ne offendar in verbo, ne quid dicat quod noceat proximo, quod displiceat Deo. Et quidem iustus, qui in principio sermonis accusator & iudex est sui. Et vt breuiter tria ista complectar: utilis sermo est, fideliter & veraciter iudicare seipsum, vel etiam alios de excessu sapienter instruere de processu, accendere de ingressu felicitatis æternæ. In quibus utique tribus prudentia maximè necessaria est, per quam lingua erudiatur, discretè, discretè, deuotè loquatur: ad vitia vitanda cum thronis, ad opera instituenda cum Cherubin, ad inflammanda corda cum Seraphin.

BERNARDVS.

Qui sunt qui consolationem domini mereantur.



Consolamini, consolamini popule meus, dicit dominus Deus vester. Non tantum semel dicit, consolamini: sed secundo: vt certi simus quod tam corpus quam animam sit saluaturus, qui neutrum suscipere est ad dignatus. Sed in quib⁹ putas? Planè in populo suo. Ipse enim saluum faciet non quoscunque sed populum suum a pec. e. Et postmodum non omne corpus, sed corpus humilitatis configurabit corpori claritatis suæ. Vis nosse populum eius? Tibi derelictus est pauper, ait, homo secundum cor Dei. Sed & ipse in euangelio: Væ vobis diuites, qui habetis hic consolationem vestram. Quid enim consoletur eos, qui suam habent consolationem? Non consolatur Christi infantia garrulos, non consolatur Christi lachrymæ cachinantes, non consolatur panni eius ambulantes in stolis, non

Cap. 40.
N

consolantur stabulum & præsepe amantes primas cathedras
in synagogis. Cæterum angeli non alios consolantur: Vi-
gilantibus pastoribus, & custodientibus vigilias noctis, s. g. l.
euangelizatur gaudium nouæ lucis, & eis natus dicitur esse
saluator. Pauperibus atque laborantibus, non vobis dicitur
qui vestram habetis consolationem: & nec diuitum inter ip-
sas noctis vigilias dies sanctificatus, & nox in diem mutata
est. Dicente angelo: Quia natus est vobis hodie saluator, &
tisque in hac nocte.

G V I L I E L M V S D E C A I L L.

Quòd Christus vnicuique iuxta meritorum suorum
tribuat qualitatem.

O *Qui mensus est pugillo aquas, & cælum palmo ponderavit.* In pu-
gillo digiti contrahuntur. In palmo extenduntur. Pugillum
facit, qui petenti pauperi manum claudit. Palmum, qui porri-
git. Benè ergo aquas pugillo metitur, cælos verò ponderat
palmo dominus. quia secularibus qui velut aquæ defluunt in
mare gehennæ, secundum manuum cōtractionem: vris verò
cælestibus, secundum digitorum extentionem retribuet. vt
& isti pugillo mensurentur, & isti palmo ponderentur. Sci-
mus etiam quia saluator noster palmū fecit in cruce, dignus
extēdit. Dominus igitur cælos palmo pōderat: quia pondus
vitæ cælestis ex imitatione suæ passionis pensat. Scimus etiā
quòd manus in pugillum colligitur, vt aliquid feriat. Aque
ergo pugilli mensuram expectant: quia carnalis concupiscen-
tiæ fluxus extremæ percussione vindictam contra se pronoc-
cat. Hinc dominus per Prophetam: Super manus meas depin-
xi muros tuos Sion. Muri Sion sunt, qui alios custodia me-
niunt spiritali. Muri itaque isti super manus domini sunt depin-
cti: quia prælatos ecclesiæ manus saluatoris vulneribus cō-
fossæ aut commendant, aut condemnant. Hinc est quòd ra-
tionale mensuram palmi habuit, quòd summi pontificis pec-
tus ornauit. Cum enim sacerdos meditatione dominicæ pas-
sionis beneficium secundum vires suas metitur: in eius pecto-
re rationale iudicij mensuram palmi habere reperitur.

G A L F R I D V S. Quæ gratiæ significentur per
arborea ecclesiæ solitudini repromissas.

Cap. 41. **D**abo in solitudinem cedrum & spinam &c. Horrendum de-
sertum, & vasta solitudo: cum notus tantum in Iudæa
erat Deus. In cæteris autem nationibus non erat Deus. &
telli.

telligens, aut requirens: misera solitudo, vbi regnabant vitia, colebātur idola, dēmonia adorabantur. Et nunc miseratione dextere excelsi misericordia domini plena est terra: idola corruerunt, princeps mundi eiectus est. Quid retribuimus domino quōd in tempus acceptabile & dies salutis sua nos miseratione seruauit? Quāti præcesserunt, præterierunt, & perierūt, quia sine Deo fuerunt? Quid meruimus nos ne cum ipsis eo tempore nasceremur? Dabo, inquit, in solitudine cedrū sublimen in prælatis ecclesiæ. Ecclesiæ vitā supereminēs huius arboris altitudo commendat: vt nō sit sicut populus, sic sacerdos: sed deorsum gregibus inclinatis, quæ sursum sunt quærentis appareat forma pastoris. Nihilominus etiam fortis cedrus & imputribilis eosdem prælatos admonet, de tolerantia tribulationum & perseuerentia puritatis. Quid etiā de cedri huius odore loquamur? Magnum aliquid & eximium præfert: delectat homines, serpentes fugat. Sic Apostolus Paulus & eius similes, Christi bonus odor erant. Odor opinio est, odor testimonium bonum. Odor præcipuus & immensus, notoria sanctitas, & insignis fama virtutis. Pingit cedrū lingua mea, quam vita nō exprimit: & quā opere nō exhibeo, commendo ore personā. Sed cū huiusmodi cedro opus est spina, & myrtho, & lino oliuæ: opus est abiete, vlmo, & buxo simul. In quibus omnibus attendendū, quōd cū omnes vel plures ex eisdem arboribus per diuersas regiones in locis inueniātur incultis: tanto magis mysticum sensum requirit, quāto minus iuxta litteram digna videtur esse promissio. Itaq; cum cedro opus est spina, vel ipsā cedrum necesse est etiam spinam esse. Dico autem vt peccata delinquentium nō dissimulet: sed pungere magis studeat quā palpare. Verūtamen non modō durum magistri, sed patris pium ostēdat affectum, vt cum spina myrthū exhibeat. Siquidē lenis huius natura virgulti, temperatiua, & releuādis apta doloribus. Propter quod inter myrtheta Prophetæ apparuit olim qui venturus erat ad medendū contritis corde, & captiuis indulgentiam præstiturus. Est & oliua fructifera, qui fuerit efficax in doctrina minister scientiæ salutariæ. Facile est ipsis quatuor totidem spiritus assignare virtutis: vt maganimitas cedro, spinæ iustitia, temperētia myrtho, lino oliuæ prudentia tribuatur. Sed & facies quatuor animalium eiusdem nihilominus congruum: aquilæ, leonis, bouis, & hominis. Excellit in aibus aquila celsiore volatu, sicut in-

ter arbores celsitudine cedrus. Leonina facies & humana, spina & myrtho conuenienter aptatur. Sicut enim leo cruentus est, spina cruentans: sic humanus dicitur misericors, & moderatus, & mitis. Exiit hominem, qui humanitatem non exhibet, & naturæ iniurius existit: ad instar bouis arantæ conscientiaë terram aperit prædicator strenuus & fidelis. Secunda promissio illos respicit, quos in tribus saluandis dominus voluit nomine Daniëlis intelligi. Ait enim: Ponam in deserto abietem, & vlmum, & buxum. Ad præcedentia referendum, vt nouerimus ordinem ipsum, qui in his tribus nouissimis commendatur esse, supparem fore: qui in primis fuerat ante promissus. Communis enim & illi Apostolica professio est & si non prælatio, vel prædicatio. Et fortalè propter hoc in viginti quatuor senioribus duplicatus est numerus Apostolorum: quod eorum professio Noë & Daniëlis pariter sit communis. Ponam in deserto abietem & vlmum. Abies est qui renunciat mundo, quæ sursum sunt quærent & sapiens. Non est abies, qui non proficit. Minus autem qui respicit retro. Abies, est mens deuota Deo. Vlmus, qui proximo officiosus existit. Vlmum enim se exhibet, qui sterilem & infructuosum se reputat. Et fructibus alienis opitulando communicans, perinde suos facit: efficacius sibi præstans, dum videtur quærere magis quod vtile pluribus quàm quod sibi. Buxus, arbusculum magis, quæ arbor non sicut arundo vento agitata est in locis humentibus, vbi Leviathan dormit: sed in petrosis oritur, in aridis & inaquosis, vbi illi quantumlibet quærens non inuenit requiem. Attamen viret foliis, nec hyeme nec æstate marcescens: quod in viris veræ religionis humilitas & patientia diligit hilaritatem, vt non fiant sicut hypocritæ tristes. Insuper & lignum eius cæteris solidius penè ossæam obtinet firmitatem: virtutem enim non abnegens, cuius præfert speciem pietatis. Libet huic promissioni beati Malachia conferre versiculos, & tribus bona quatuor coaptare, quæ ex bono thesauro profertur studuit commendare vir bonus: vt conueniant duo primis & quæ duobus, vltima referantur ad buxum. Spernere mandum, spernere nullum, spernere sese, spernere se sperni, quatuor hæc bona sunt. Abies velut ex alto deorsum aspiciens, despicit mundum, & terrena non reputans aspiciatur. Nullum despicit vlmus, onera aliena suscipiens & susten

sustentans. Buxus in magnis non ambulans difficilè frangitur vel secatur, humilitatis & patientiæ typū gerens. Et quomodo seipsum spernit humilis, sic patiens spernit se sperni. Eisdem tribus illa etiam tria conueniunt, super quibus nos erudiens apparuit gratia saluatoris, vt sobriè, iustè, pièquè viuamus. Ad buxum sobrietas pertinet, quòd non in terra suauiter viuentium vbi nec sapientia inuenitur, sed in locis scopulosis & aridis oriatur. Ad vlmum iustitia, quòd exhibeat cuique quod suum est, insuper & seipsam. Ab abietem pietas cultus Dei: quòd ei vacet, ei soli placere contendat.

Sequitur: *Vt videant, & sciant, & intelligant pariter, & recogitent.* Quasi diceret: Ad hoc dabo praelatos subditis, ad hoc ponam in ecclesia viros in religione perfectos, vt non modo sibi ipsis, sed & aliis vita eorum profit ad veram vitam: & videntes sciant quæ certa sunt, & manifesta recogitent ruminando, & deliberando quæ dubia, intelligant quæ occulta. Sciant reprobare malum, & eligere bonum: quam scientiam tollit amor peccati, dum præiudicium voluptatis arbitrium voluntatis excæcat. Terribilis quidem secundum voluntatis examen. Aug. ait nullum esse tam veniale peccatum, vt non fiat criminale, dum placet. quod de eo tamen intelligendum est placito, in quo animi obdurati & impœnitentis obstinatio desperata consistit. Cæterum iuxta nostram reputationem, nihil est tam criminale, vt non fiat veniale, dum displicet. Sic igitur ex visione, videlicet ex cognitione cedri & cæterorum, proficiunt ad scientiam qui videt & ex eorum comparatione sibi displicent, & vilescunt. Hæc scientia timori & pietati succedit: quia tunc primum salubriter quisque compungitur, cum à diuinis iudiciis expauescens pietatis consolatione respirat. Recogitare consilijs est: & dicuntur animalia munda quæ ruminant. Et quemadmodum necessaria est fortitudo, vt cognoscens iniquitatem suam, & poenitens, qui firmum gerat propositum opera deinceps meliora sectandi: sic fortitudini opus consilio, vt recogitando deliberet, quid liceat, quid expediat, & inter ipsa quid maius aut minus. Intellectus ad occulta iudicia pertinet, vt non secundum faciem, sed iustum iudicium iudicemus. Qui necessarius est maximè propter spinam, vlmum & buxum. Nam cedrus, myrthus, oliua, secundum faciem acceptantur: abies abiit & recessit, surrexit, non est hic:

commendetur an vituperetur ignorat. Succedit huic intellectu sui sapientia, vel magis accedit quæ in spiritualium charismatum donis summa est & suprema. Siquidem sapientia trahitur de occultis. Ipsa est quæ adipe frumenti satiat intelligentem: vt non modò illustretur lumine veritatis, sed eiusdem etiam sapore fruatur, & delectetur in ea.

A I L R E D V S .

Quòd sancti prædicatores quatuor modis exaltant vocem suam.

Cap. 25.



*Q*uam pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem, &c. Sancti Apostoli virique Apostolici quos ad debellandum atrium fortis Christus misit in mundum, vocem suam quadrifariè exaltarunt: regni Dei prædicatione, honorum cælestium promissione, contemptu presentium, intentione futurorum. Inde est quòd de ipsis cum admiratione propheta exclamat: O quam pulchri super montes virtutum pedes, id est affectiones euangelizantium pacem hominibus bonæ voluntatis, propter bona cælestia terrena spernentibus. Pulchri sanè pedes quibus nec saltem puluis adhæret: sed velut posita in peluim aqua ab ipso Christo abluitur: aut in ipsos propter quos contrahitur, ipso domino iubente excutitur. Quicquid enim prædicatores vel prælati ex occasione officij sui terrenarum affectionum pulueris contrahunt, vel ab ipsa charitate pro qua contrahitur, Christo operante diluitur, secundum illud: Charitas operis multitudinem peccatorum: vel in ipsos pro quibus laborant, si fuerint ingrati vel inobedientes, excutitur, vt totum nec prædicatori sed ipsis potius imputetur.

G I L L E B E R T V S .

Cap. 53.



*D*isciplina pacis nostra super eum. Disciplina debita nobis pænæ Christus sustinuit, vt nobis iustitiæ pacem refunderet. Ipse punitus, tu repropitiatus. Et tu punitus, sed pœna tua pacem tibi parturire non potuit. Hostia immunda contaminatos mundare non poterat, non modò alios, sed ne seipsam quidem. Et pœna igitur erat, & pax non erat. O misera & grauis disciplina super filios

filios Adam, conterens & non protegens, puniens & non purgans, consumens & non concilians! Consumit, sed carnis substantiam non culpam. Quid illi & paci? Quando pacem conferet, cui est cum peccato commercium? Quando conferet gratiam, qui non aufert culpam? Iustitia enim & pax osculatae sunt. Disciplina ergo pacis nostrae super eum, qui nobis attulit fructus peccatos iustitiae.

S E L L O .

Quomodo sancta ecclesia in terris à domino construatur.



*E*cce ego sternam per ordines lapides tuos, & fundabo te in saphiris: ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Lapidem in Hierusalem dominus sternit, cum fideles quosque in

apostolice officii in ecclesia disponit. Fundat in saphiris, qui sunt aerei coloris: cum iustos vitam caelestem ducences, sustentamentum aliorum constituit. Iaspidem ponit propugnacula, qui est viridis coloris: quia illi qui in fidei viriditate persistunt, & nulla persecutione fuscantur, sunt aliorum in sancta ecclesia defensores. Lapidem sculptum, portam dicuntur: quia illi qui quod praedicant verbis, factis ostendunt, verè sunt aliorum introductores ad vitam. Hi verè sculpti sunt, qui quod verbis annunciant, in seipsis per bonam operationem demonstrant. Ii lapides desiderabiles termini ponuntur ecclesiae: quia in omni tempore vel loco placent ei iusti, in officio ecclesiae fideliter laborantes.

G A L F R I D V S .

Quòd vehemens desiderium gratiam promeretur.



*M*nes sitientes venite ad aquas. Et qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Quasi diceret, Qui non habetis precium, precium date. Offerte meritum, qui meritum non habetis. Immo qui de merito non praesumitis, desiderium exhibete.

Credite domino, si mihi non creditis. Optimum huius populi precium sitis: magnum huius gratiae meritum, feruens desiderium cordis. Benignus spiritus sapientiae inuitum non coget, voluntarium non fraudabit.

B E R N A R D V S .

Quòd nummo voluntatis propriae dona gratiae sint emenda.

*V*enit, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum. V

Cap. 54.

S

Cap. 55.

T

Et c. Non ignoratis quid lactis dulcedo, quid vini designet austeritas? Quid est autem emere absque argento, & absque vlla commutatione? Non talis est emptio apud amatores huius seculi: sed apud auctorem seculi alia esse non potest. Propheta dixit domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Quam igitur ei commutationem dabit homo pro anima sua, qui nullius eget, & cuius sunt vnioersa? Gratia gratis datur: etiam cum emitur, gratis emitur: quia quod datur pro ea, nobis melius retinetur. Nummo igitur propriæ voluntatis emenda sunt omnia: quam dimittentes, nihil amittimus: & lucratur plurimum commutantes illam in melius, vt communis fiat quæ propria fuit. Porro communis voluntas charitas est. Emimus ergo absque commutatione recipientes quod non habuimus, & quod habuimus melius retinentes. Quando verò compatietur fratri, qui in propria voluntate nescit compati nisi sibi? aut quando amat seipsum, diligit iustitiam, & odio habebit iniquitatem? Simulare quidem potest ante oculos hominum, etiam & semetipsum seducere: vt cum priuato amore vel odio ducitur, compassionis affectum aut zelum putet esse iustitiam.

GALFRIDVS.

Vbi & qualiter dominus sit querendus.

- X** *Querite dominum dum inueniri potest: inuocate eum dum prepe est.* Inquirendo Deum considerandum est quomodo sit querendus, qua causa, vbi, & quando. Tribus modis querendus est. In corde, in opere, in sermone. In corde, per pœnitentiam delictorum, per contemptum mundanorum, per desiderium supernorum. In opere, misericordiam exhibendo indigenti, humilem obedientiam præferenti, firmam patientiam disciplinæ ecclesiæ. In sermone, per confessionem peccati, per laudationem Dei, per ædificationem proximi. Qua causa sit querendus Deus satis apparet: cum sine eius auxilio nec à malo abstinere, nec in bono perseverare, nec ad ipsum possimus peruenire.

GILBERTVS.

Quòd in sermone diuino & scientiam & feruorem querere debeamus.

- Y** *Verbum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum: sed faciet quæcunque velim, & prosperabitur in eis ad quæ misit illud.* Ad quæ? habes in euangelio: Ignem vni mittere

In terram, & q. v. n. vt ar. Semen est verbum Dei: & in eo (sicut apud Iob legis) & lux æstus spargitur super terram. Sed nescio quo pacto lux amplius germinauit. Et dilexerunt homines magis lucem quam seruorem: nisi id quòd ipsi magis sibi de luce placent, qui id ipsum quod lucet non amplectuntur. Annon tibi videtur didicisse naturam ignis non succedens? Cum audis aliquem quasi gloriantem & dicentem, Non me ille scripturæ sacræ sermo ædificat: quid aliud tibi videtur dicere, quàm, Perdidit in me efficaciam verbum ignitum? Sterilitatem suam imputat verbo, quod quantum in se est crescit, & fructificat. Quàm gloriosa frater iactantia, quòd non te sermo diuinus ædificat qui ista loqueris! Forsitan euersa & euulsa nondum sunt vetera: ideo noua superædificari non valent, non germinare, non gigni. Felix in quo amoris mundani desiccatus est humor, & viror deficit! In eo facilè igniti verbi vis operatur. Verbum Dei, & lucet & ardet, neutra in te virtute priuetur, sed geminam de isto semine concipe fœtum. Sterilis reputatur vterus, qui istis fœtibus non grauidatur.

BERNARDVS.

Quòd peccatorem deceat dominum humiliter deprecari.

Cap. 58.



Lania, ne cesses, quasi tuba extolle vocem tuam.

Z

Quasi tuba, inquit: quia in spiritu vehementi increpandi sunt temerarij. Me etenim ait, querunt, qui seipsos nondum nouerunt: nec tamen hoc dico, vt peccatoribus auferam orandi fiduciã: sed volo eos orare, tanquam gentem quæ peccatum fecerit, non iustitiam. Orent ergo pro indulgentia peccatorum suorum in animo cõstituto, & spiritu humilitatis. Temeritatem enim dico, quando is in cuius conscientia peccatum adhuc aut vitiũ aliquod regnat, ambulat in magnis, & in ni. s. s. minus sollicitus pro periculo animæ suæ.

STEPHANVS.

De duritia cordis humani.



Alpauius sicut cæci parietem, & quasi absque oculis auctauius. Cæcus cum palpat parietem, & eum quidem tangit: sed qualis vel quantus sit paries non deprehendit. Igitur sicut cæcus parietem palpat, qui mortalitatem ac infirmitatem suam attendit & cognoscit: & inde non humiliatur.

Cap. 59.

Quòd Deus & virtutes & virtutum præmia largiatur.

Cap. 60.



Pro ære afferam argentum, & pro ferro aurum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum. Aes patientia, ferrum perseverantia animi est: & labor improbus vincens omnia, sicut omnia ferrum domat. Hæc igitur in omni actione viriliter agit. Illa in tribulatione percussione nõ deficit. Ignis, fragilis & carnalis affectus. Lapis est animus obduratus. Argentum & aurum, diuitiæ salutare, quas promisit Deus diligētibus se. Nõ ergo daret dominus pro ære argentum, & pro ferro aurum, nisi ante dedisset pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum. Non redderet præmia pro virtutibus, nisi virtutes ante pro vitii statuisset.

BERNARDVS.

Quòd multiplicem cœlestis medicus attulit disciplinam.

Cap. 61.

A



Spiritus Domini super me, eo quòd unxerit me. Veniebat vt audis vngere cõtritiones nostras, ac lenire dolores. Ideòq; venit vnctus, venit māsuetus, & mitis, & multæ m.o.t. se. Sciebat se ad infirmos descendere, exhibuitque qualem oportuit. Sed quoniam multæ erant infirmitates, multa quoque providus medicus medicamenta curavit afferre. Attulit spiritũ sapientiæ & intellectus, spiritũ consilij & fortitudinis, spiritũ scientiæ & pietatis, & spiritum timoris domini. Vides quot phialas plenas odoramentis cœlestis medicus præparavit, ad sananda vulnera miseri qui incidit in latrones? Spiritus autem vitæ erat in phialis. Ex his profectò infudit oleum meis vulneribus: infudit & vinum, sed minus quàm olei. Sic nempe congruebat meis infirmitatibus, vt misericordiã superexaltaret iudiciũ, quemadmodũ vino oleum superfertur est usum. Attulit proinde quinque cados olei, vini nõ nisi duos. Vinum siquidem timor tantũ & fortitudo suere, reliqua quinque oleũ propria suavitate designant. In spiritu fortitudinis tantũ quam potens, crapulatus a vino descendit ad inferos, contulit portas arcas, & vectes ferreos cõfregit, alligavit fortẽ, & vasa captiuitatis eripuit. Descendit nihilominus in spiritu timoris: sed timendus nõ timidus. O sapientia, quanta arte mendendi in vino & oleo animæ meæ sanitatem restauras, fortiter suavis, & suaviter fortis! fortis pro me, suavis mihi.

P. ETRVS RAVENNAS.

Quòd crucis iniurias Christus ad nostra nititur merita
detorquere.

Expandi manus meas tota die ad populum incredulum non credentem, sed contradicentem mihi. Vide misericordiam saluatoris. Rogat Deus: quia non tam vult esse dominus quam pater: rogat per misericordiam, ne vindicet per rigorem. Tota die, inquit, expandi manus. Nonne qui manus expandit, ipso habitu rogat? Expandi manus meas. Distendit membra, dilatat viscera, pectus porrigit, offert sinus, gremium pandit, vt patrem se tantæ obsecrationis demonstrat affectu. Audi & aliter rogantem Deum: Popule meus quid feci tibi, aut quid contristavi te? Nonne dicitur? Si diuinitas ignota est, vel caro sit nota? Videte, videte in me corpus vestrum, membra, viscera vestra, ossa vestra, vestrū sanguinem. Et si quod est Dei timeris, quare vel quod vestrū est non amatis? Si Deum fugitis, quare non recurritis ad patrem? Sed fortè vos passionis meæ quam fecistis magnitudo confundit. Nolite timere: crux hæc, non meus sed mortis sceleris. Clavi isti non infigunt mihi dolorem, sed vestri mihi alius infigunt charitatem. Vulnere hæc non educunt gemitus meos, sed magis vos meis visceribus introducunt. Extensio corporis mei vobis dilatatur in gremium, nō meā crescit in pœnam. Sanguis meus nō mihi deperit, sed vobis derogatur in precium. Venite ergo, redite, & vel sic probate patrem, quem videtis pro malis bona, pro iniuriis amorem, pro vulneribus tantis tantam rependere charitatem.

Cantica sine titulo.

Quòd Deus electos suos contemplationis vberibus confoletur.

Sicut mater consolatur filios suos, &c. Sicut enim puerum desiderio materni lactis affectum ipsa mammaram ingestione genitrix consolatur: ita Deus electorum corda desiderio suæ beatæ visionis fatigata ineffabili contemplationis suæ manifestatione solatur.

Finitur Esaias Propheta.

Cap. 65.
B

SEQVITVR HIEREMIAS.

BERNARDVS.

Quòd praelati non gloriam vel ocium sehari
debeant, sed laborem.

Cap. 1.
D



*T*uellas & destruas & disperdas & dissipas, &c. Quid horum factum sonat? Rusticani magis sudoris schemate quodam labor spiritualis expressus est. Disce praelate exemplo prophético præsiderere nõ tam ad imperitandum, quàm ad faciendum quod tẽpus requirit. Disce sacculo tibi opus esse nõ scilicet: vt opus facias Propheta. Et quidem non ille regnaturus ascendit, sed extirpaturus. Petrasne & tu inuenias aliquid elaborandum in agro domini tuæ Et plurimum non planè totum quiuere emundare Proprietatẽ. Quando ergo libet gloriari, vbi ociari non licet?

PETRVS DAMIANVS.

Quòd duplici culpæ subiaceat, qui linguæ impetum non refranat.

Cap. 2.
E



*D*uo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem que viua, & foderunt sibi cisternas dissipatas, que continere non valent aquas. Ociosis verbis affectus, duplici culpæ videtur obnoxius: qui & diuinas laudes ad quas ex iure tenetur abiicit, & superflue loquacitati à qua prohibetur insistit: sicut de quibusdam dicitur: Duo mala fecit populus meus. Qui nimirum derelicto fonte aquæ viuæ, hoc est postposito verbo vitæ, ora sua cisternas faciunt: ex quibus non noui, sed veteris hominis verba proferunt: quemadmodum non recentè de fonte, sed sentinosam potius aquam præferunt. Et quia labia sua moderata nesciunt discretione reprimere, cisternæ dissipatæ aquas nequeunt continere.

CASSIANVS.

Quomodo vitia debeant extirpari.

Quate vobis nonale, & nolite serere super spinas. Faci-
 ius cuiuslibet arboris noxia latitudo ac proce-
 ritas exarescit, si antea radices eius quibus initi-
 ur vel nudatæ fuerunt vel abscissæ. Et infestan-
 tes humores aquarum continuò siccabuntur, cū
 generator earum fons ad profluentes venæ solerti industria
 fuerunt obturatæ. Quamobrem vt acidia vincatur, antè supe-
 randa est tristitia: vt tristitia propellatur, ira prius est extra-
 denda: vt extingatur ira, philargyria calcanda est: vt euella-
 tur philargyria, fornicatio expellenda est: vt fornicatio sub-
 ruatur, gastrimargiæ est vitium castigandum. Inanis verò glo-
 ria atque superbia aliter nos impugnant, & aliter expugnan-
 tur. Sola enim humilitas præualet in duabus.

BERNARDVS.

Quòd scientiæ cibus conscientiæ grauet stomachum, nisi
 charitatis ignibus decoquatur.

Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo. Sicut cibus indi-
 gestus & qui bonam non habet decoctionem malos generat
 humores, & corrumpit corpus, non nutrit: ita & multa scien-
 tia ingesta stomacho animæ quæ est memoria, si decocta igne
 charitatis non fuerit, & sic per quasdam artus animæ mores
 satque actus transfusa, atque digesta, quatinus ipsa de bo-
 nis quæ nouerit vita attestante & moribus bona efficiatur.
 Nonne illa scientia reputabitur in peccatum, tanquam ci-
 bum conuersus in prauos noxiòsque humores? An non ma-
 lus humor peccatum? An non mali humores prauis moribus?
 An non inflationes & tortiones in conscientia suslinebit,
 qui huiusmodi est, sciens scilicet bonum, & non faciens? Et forte
 persona talis animæ Propheta plangit dicens: Ventrem meum
 doleo, ventrem meum doleo: nisi quòd ipsa geminatio ge-
 minum videtur innuere sensum. Puto enim quòd & in sua
 persona potuit hoc dixisse Propheta: quòd videlicet scientia
 plenus, & æstuans charitate, & omnino effundere cupiens,
 non inueniret qui curaret audire. Et sic quasi oneri sua sibi
 scientia erat, quam communicare non poterat. Plangit itaq;
 pius ecclesiæ doctor tam illos qui scire contemnunt quomò-
 do sit viuendum, quàm illos qui scientes, malè nihilominus
 viuunt.

Cap. 4.
F

SVPER HIEREMIAM.

GALFRIDVS.

Quòd aquam cisterna faciat frigidam, cùm mens in malitia perseuerat.

Cap. 6.
H



Sicut frigidam facit cisterna aquam, sic frigidam fecit malitiam suam. Hoc dicitur de anima in malitiæ studiis obstinata: vbi enim in pectore peccatoris efferbuit pœnitentiæ zelus, nõ culpa frigescit, sed tanquam bulliens aqua contumitur. Frigidam facit cisterna aquam, quotiens in quadam insensibilitate perpetrata conseruat mens obstinata malitiam.

BERNARDVS.

Quòd pro mensura charitatis æstimetur animæ latitudo.

I *Et inhabitabo in eis, & deambulabo in illis.* O quanta illi animæ latitudo, quanta & meritorum prærogatiua, quæ diuinam in se præsentiam & digna inuenitur suscipere, & suscipiens capere! Quid illa cui & spatia suppetunt deambulatoria ad opus maiestatis? Non est profectò intricata forensibus causis, curisve secularibus, nec ventri & luxuriæ dedita: sed nec curiosa spectandi, ceu cupida omnino dominandi, vel etiam timida dominatu. Oportet nanque primò his omnibus vacuam esse animam, vt cœlum fiat atque habitatio Dei. Sed & odio, siue inuidiæ, aut rancori minimè prorsus indulgendum. Deinde necesse est eam crescere ac dilatari, vt capax sit Dei. Porrò latitudo eius, dilectio eius. Sicut ait Apostolus: Dilatamini in charitate. Nam etsi anima minimè cùm sit spiritus corpoream recipit quantitatem: tamen confert illi gratia quod negatum est à natura. Crescit quidem & extenditur, sed spiritaliter. Crescit nõ in substantia, sed in virtute. Crescit & in gloria. Ergo quantitas cuiusque animæ æstimetur de mensura charitatis quam habet: vt quæ multum habet charitatis magna sit, quæ parum parua: quæ verò nihil, nihil: dicente Apostolo Paulo: Si charitatem non habuero, nihil sum. Quòd si quantulancunque habere cœperit, vt saltem diligentem se diligere curet, ac salutare, vel fratres suos, & eos qui se salutant: iam nonnihil quidem illam animam dixerim, quæ in ratione dati & accepti socialem saltem retinet charitatem.

GAL.

GALFRIDVS.

Quod qui in templo malè vixerit, de templi non debeat
confidere sanctitate.



Nolite confidere in verbis mendacij, &c. Quæ sunt illa
verba mendacij, in quibus nos Propheta confi-
dere prohibet? Templum domini, t. d. templum
domini est. Primum quidem non videntur ver-
ba, sed verbum vnum tertio repetitum Et si pro-
pter repetitionem verba dicuntur, quomodo verba menda-
cij? Nonne enim templum domini est ecclesia Christi? tem-
plum domini illud etiam quod Salomon ædificauit suo tem-
pore fuit? An ideo verba mendacij erant, quia fecerant illud
speluncam latronum? Timeamus & nos, & cogitemus quo-
modo nos oporteat conuersari in domo Dei. Væ nobis, si &
nobis propter mala nostra opera relinquatur domus nostra
deserta. Pauens sanctus Iacob: Quam terribilis est, inquit, lo-
cus iste, &c. Vanè & perniciose confidit in verbis mendacij,
qui sic dicit, Templum domini, templum domini est, ac si ob
ipsius gratiam templi sua prauitas vel non appareat Deo, vel
displiceat: vel ab eo puniri non debeat, cuius oculis cum om-
nia nuda sint & aperta, quod in templo suo, in sanctuario suo
committitur ignorabit? non est ipse qui suæ domus vitia vl-
timus sciat: neque illum si fuerit in sacerdote latebit, qui in
angelis reperit prauitatem. An fortè videat & negligit? Imò
verò grauius illi displiceat necesse est suorum negligentia
ministrorum. Et quomodo, inquires, curare credendus est
quod tandiu tolerat, & dissimulat? O si scires quàm longa est
vltio, brevis tibi dissimulatio videretur. Dissimulat ad pec-
nitentiam: tu verò tibi potius iram thesaurizas. Aut fortè se-
cundum multitudinem iræ suæ non quæret, & tibi parcat,
qui peccantibus angelis non peperit?

Quod difficile mōrbus inuidiæ remedium consequatur.

Ecce ego mittam serpentes regulos, quibus non est inen-
tatio, & mordebunt vos. Sciendum est inuidiæ
morbū difficiliter ad medelam quàm cætera
vitia peruenire: nam eum quem semel veneni sui
peste corruerit, penè dixerim carere remedio.
Ipsa namque est laes, de qua figuraliter dicitur per Prophe-
tam: Ecce ego mittam serpentes regulos, &c. Rectè igitur

Cap. 7.
K

Cap. 8.
L

mortiferis basilisci venenis morbus inuidiæ comparatur,
 qua primus ille omnium venenorum auctor & princeps &
 perit, & peremit. Nam ante sui quàm eius cui inuiderat in-
 teremptor, priusquam in hominem mortis virus infunderet,
 ipsa se perdidit. Inuidia enim diaboli mors introiit in orbem
 terrarum. Imitantur autem eum qui sunt ex parte eius. Sicut
 enim ille qui primus eiusdem mali peste corruptus est, nec me-
 delam pœnitentiæ, nec fomentum vllius curationis admittit
 ita & ij qui iisdem se percutiendos, morsibus tradiderunt, om-
 nem opem sancti incantatoris excludunt: quia cum vtiq;ue
 non culpa eorum quibus inuident, sed prosperitate crucien-
 tur: erubescunt ipsam prodere veritatem extrinsecus, qual-
 dam sibi superfluas & ineptas causas offensionis inquirunt,
 quarum quia omnimodo falsæ sunt, vana curatio est: cum il-
 lud mortiferum virus quod non vult prodere, lateat in me-
 dullis, de quibus ille sapientissimus competenter expressit: Si
 momorderit serpens non in sibilo, non est abundantia in-
 cantatori. Isti enim sunt taciti morsus, quibus solis sapientiæ
 medicina non subuenit: nam vsque adeo incurabilis est ista
 pernicies, vt blandimentis exasperetur, infletur obsequiis, mu-
 neribus irriteretur: quia, vt idem Salomon ait, nihil sustinet
 zelus. Quanto enim amplius aut humilitatis subiectione, aut
 virtute patientiæ, aut munificentia laude profecerit: tanto
 ille maioribus stimulis incitatur, qui non nisi ruinam aut mor-
 tem eius cui inuideret, concupiscit. Quis autem est, qui se vt
 satisfaciat inuidenti, à bonis corrumpere, aut à prosperis alienari,
 aut calamitate aliqua velit inuolui? Quapropter ne totum
 quicquid in nobis inuidum est, vno tanto huius mali mor-
 fu basiliscus interimat: diuinum, cui nihil impossibile est, im-
 ploremus iugiter auxilium. Cætera etenim venena serpenti-
 tium. i. carnalia peccata, quibus vt citò inuoluitur, ita facili
 expurgatur humana fragilitas: habent aliqua vulnerum suo-
 rum vestigia, quibus quauis terrenum corpus pernicio-
 sissimè contumescat, tamen si theriacæ remedium, aut ip-
 sam salutarium verborum medelam aliquis peritissimus di-
 uinorum carminum incantator admouerit, ad perpetuam
 animæ mortem pernicies virulenta non peruenit. Inui-
 diæ autem quasi à regulò serpente effusum virus ipsam vitam
 religionis ac fidei priusquam vulnus in corpore sentiat ex-
 cludit. Hos autem serpentes Deus mittere dicitur: non quia
 sic

fit au-
iusto

Q



dit co-
 miram
 ceteri
 enim c
 charit
 veniat
 Ferit e
 dica, &
 solum
 fortè p

Quo-
terant



causaq;
 tuales s
 de & i
 sis fuisse
 labioru
 caput ei
 militer o
 tur ruin
 storum
 & cont.

fit auctor inuidia, sed quia tales in reprobum sensum tradi
iusto Dei iudicio promerentur.

BERNARDVS.

Quòd detractor quantum in se est perimat charitatem.

Cap. 9.



Nirauit (alias ascēdit) mors per fenestras nostras.

M

Tunc mors per fenestras nostras ingreditur,
cūm prurientibus auribus, & oribus letale
poculum detractionis inuicem nobis mini-
strare contendimus. Non veniat anima mea
in consilio detrahentium: quoniam Deus o-
dit eos: dicente Apostolo: Detractores Deo odibiles. Nec
mirum, cūm id præcipuè vitium charitatem quæ Deus est;
ceteris acrius impugnare, & persequi cognoscatur. Omnis
enim qui detrahit, primūm quidem se ipsum prodit vacuum
charitate: deinde quid aliud intendit, nisi vt is cui detrahitur;
veniat in odium vel cōtemptum ipsis apud quos detrahitur.
Ferit ergo charitatem in omnibus, qui audiunt lingua male-
dica, & quantum est in se necat funditus, & extinguit: non
solum autem si in absentibus vniuersis ad quos volans verbū
fortè per eos qui præsentēs sunt venire contigerit.

CASSIANVS.

Quòd dæmones à nobis superati contritione duplici con-
terantur.



*N due super eos iram furoris, & duplici contritione con-
tere eos.*

Cap. 17.

N

Nulli dubiūm est, cūm dæmones à no-
bis fuerint superati, eos contritione duplici con-
terendos. Primūm quòd hominibus expetenti-
bus sanctitatem, illi eam possidentes amiserunt,
easq; extiterunt perditionis humanæ. Deinde quòd spiri-
tuales substantiæ fuerint à carnalibusq; terrenisq; deuictæ. Vn-
de & in eos torquetur illa cōfusio quæ nos manebat, si ab ip-
sis fuisset elisi. Secundū, illud. Caput circuitus eorū, labor
libiorū ipsorum operiet eos. Et: Conuertetur dolor eius in
caput eius. Sicut igitur & nos quandoque elidunt, & ipsi si-
militer eliduntur, nec victi sine confusione recedunt. Has igitur
ruinas hostium, suas victorias intuens vnusquisque san-
ctorum, cū exultatione proclamatur: Persequar inimicos meos,
& cont. eos, donec deficiant:

§ 17

SVPER HIEREMIAM.

BERNARDVS.

Quòd Iesus vir etiam in vtero matris fuerit.

Cap. 31.



Quum creauit Dominus super terram. Famina circundabit virum. Quæ est hæc fœmina? Quis verò iste vir? aut si vir, quomodo à fœmina circumdatus? aut si à fœmina circumdari potest, quomodo vir? Et vt aperiùs dicò, quomodo simul potest & vir esse in vtero matris?

Hoc est enim à fœmina circumdari. Si dixisset, Fœmina circundabit infantem vel paruulum: nec nouum videretur, nec mirum. Nunc verò quia nil tale posuit, sed dixit virum: verito me ad conceptum partumque virginalem. Si fortè inter plurima noua ac mira quæ ibi inspicit qui diligenter inquirat, etiam hanc quam de propheta contuli reperiam nouitatem. Ibi agnoscitur longitudo breuis, latitudo angusta, altitudo subdita, profunditas plana. Nunquid non facile est inter hæc agnoscere fœminatam virum circumdantem, cum Mariam videas Iesum suo vtero circumplectentem? Virum autè dixerim Iesum fuisse, non solùm cum iam diceretur: Vir propheta potens in opere & sermone: sed etiam cum tenera adhuc infantis mèbra Dei mater blando vel foueret in gremio, vel duraret in vtero. Vir igitur erat Iesus, needum etiam natus: sed sapientia non ætate, animi vigore, non corporis, maturitate sensuum, non corpulentia membrorum, neque enim minus habuit sapientiæ, vel potius non minus fuit sapientia Iesus conceptus, quàm natus paruus, quàm magnus. Siue ergo latens in vtero, siue vagiens in præsepio, siue iam grandiculus interrogans doctores in templo, siue iam perfectè ætatis docens in populo, æquè plenus fuit Spiritu sancto.

BALDVINVS.

Quòd per filios Ionadab triplicis ebrietatis abstinentiam doceamur.

Cap. 35.
P



Recepit Ionadab filijs suis vt non biberent vinum. Et illi quidem voto patris sui obedierunt. Propter hoc, Ioseph dicit Dominus: Non deficiet de stirpe Ionadab cum diebus stans in conspectu meo. Vnde & in his diebus nostris sunt filij Ionadab, imitatores Christi, stantes in conspectu domini. Christus enim verus est Ionadab, in omni obedientia spontaneus, & deuotus. Abstinentia Nazæorum, & filiorum Ionadab, sacramentum fuit, & exemplum.

& signum . Illis siquidem fuit sacramentum ad sanctificationem, & nobis exemplum ad imitationem, & signum ad eruditionem. In hoc enim ad triplicem abstinentiam spiritualiter informamur . Tria siquidem sunt, quæ mentes hominum ebriosa obliuione & obliuiosa ebrietate ab amore Dei alienant: amor animæ, amor carnis, amor mundi . Hoc est amor propriæ voluntatis, carnalis voluptatis, mundanæ vanitatis. Amor mûdi vanus est, amor voluptatis dulcis, amor propriæ voluntatis pertinax . Vix enim anima quicquam plus amare potest, quam propriam voluntatem, propriamve sententiam. Propterea cum à propria volûtate retrahitur, quasi à se auulsi, quasi inflicto vulnere saucia cruentatur . Amor propriæ voluntatis, vinum est mêtêm inebrians, & omnes sensus eius perturbans: vtputa, auditum, ne audiat obedientiam: oculos discretionis, ne videant veritatem: cæterosque sensus suis officis destituit, in medio eorum miscens spiritum vertiginis. Vinum propriæ voluntatis eliquatum est, & expressum in torculari inobedienciæ, & vva acerrima quam comederunt patres nostri, & dentes filiorum obstupescunt . Adam pater inobedienciæ vinum hoc miscuit, & poculum mortis filiis propinavit: quasi diceret: Bibite ex hoc omnes, & adhuc quidem bibunt ex eo omnes peccatores terræ. Christus ecôtra, qui non venit facere voluntatem suam, sed patris, calicem obedientiæ vsque ad mortem propinavit nobis dicens: Bibite ex hoc omnes . Iudæi increduli, & inobedientes domino in cruce pendenti, & eorum sitienti salutem, obtulerunt vinum quale fuit in reprobis moribus eorum : & cum gustasset, noluit bibere, abstinens à vino tanquam Nazaræus. Bonum est ergo homini non bibere hoc vinum . Norunt hoc illi, qui omnem voluntatem suam suspectam habent : qui se sibi non credunt, sed alieno arbitrio sese regendos committunt : qui semper trepidant à se & quasi per se aliquid velle : propterea vinculis obedientiæ sese ligant, & voluntatem suam in necessitatem conuertunt, & libertatem in seruitutem redigunt: sed hæc omnia propter Christum : vt in Christo sit seruitus libera, & necessitas voluntaria.

Finitur Hieremiæ prophetia.

SEQVNTVR THRE NI EIVSDEM.

HVGO DE S. VICTORE,

Quòd prælatos subditi tripliciter alloquentur.

Cap. 2.

Q



Atribus suis dixerunt: Vbi est triticum et vinum? Sciendum quòd tribus modis vita subditorum prælatis loqui. ur, per miseriam, per desiderium, per obedientiam. Petunt quando indigent, quando desiderant, quando audire parati sunt. Vbi est, inquit, triticum & vinum? Non petunt hordeum & aquam: sed triticum & vinum.

Per hordeum lex, per triticum Christus intelligitur. Sed quare triticum dicatur, eam per Dei gratiã & legendo discimus, & edendo sentimus. Quatuor autem modis Christum comedimus. Christum comedimus, quando corporaliter sacramentum corporis & sanguinis eius sumendo animas nostras spiritaliter saginamus, quando credendo diligimus, quando illius opera imitatur, quando audiendo verbum Dei in noua vitæ conuersationem transimus.

R

Quomodo peccata debeant deplorari.

Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem, & non taceat pupilla oculi tui. Quasi dicat: Qui te multum peccasse consideras, necesse est vt nec in magnitudine, nec in diurnitate doloris tibi parcas. Vel ita: Deduc quasi torrentem la. &cæ. Torrens cum magno impetu decurrit: sed quo vehementius defluit, tanto citius pertransit. Recte ergo compunctionis feruor torrenti comparatur: quia quanto maior vis doloris in compunctione fuerit, tanto citius diuina consolatione superueniente pertransit. Sed quia inchoare bonum parum prodest, nisi perseueranter teneatur: recte subiungitur, per diem & noctem. Verum aliter peccator, aliter iustus plorat: ille nanque ex recordatione peccatorum deorsum lachrymas ducit, iste pro desiderio superne patriæ, ex intimis suspiria trahit. Neque taceat pupilla oculi.

Ver-

Verbum misericordiae est istud. Pupilla, inquit, non solum marginem oculorum, sed ipsum visionis radiū procella lachrymarum irrumpens obtenebret: vt dum id etiam quod tenerū est affligitur, citius ad misericordiā pietas iudicis moueatur.

Quomodo confessio, quomodo pœnitentia sit agenda.

Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum tuarum &c. S

Consurge, lauda. Quam pulcher ordo! Primum transacta mala fletibus tergere, postea ad bona agenda consurgere, deinde laudare: non est enim speciosa laus in ore peccatoris: neque potest veraciter bona agere, qui prius non studuerit mali præterita efficaciter emendare. Lauda, inquit, in nocte, in principio. Peccator sub flagello positus gratum Deo sacrificium immolat, si & de sua iniquitate se arguit, & de sua tribulatione Deum laudat. Vnde cum dixisset in nocte, hoc est in tribulatione: statim adiunxit, in principio. Primum enim peccator euigilat, quando mala sua agnoscere incipit. Secundò, quando agnita pœnitendo corrigit. Tertiò, quando ad bona agenda se conuertit. Quartò, quando bona opera sua custodit. Sequitur: Effunde sicut aquam cor t. a. e. d. d. t. Cæteri liquores cum effunduntur, vel quadam pinguedine superlinita, vel sapore, infecta vasa relinquunt. Sola aqua sic effunditur, vt munditia vasis nullis eius reliquiis maculetur. Qui ergo peccata sua consentes aliqua vel negligentiae vel erubescentiæ causa effundere timent, quasi in vasa cordis spissi liquoris reliquias retinent: qui verò peccatum omnino, sed non peccandi affectum eiiciunt, in vase saporem noxium adhuc seruant.

GALFRIDVS.

Quare nox dicitur vita præsens.

Consurge in nocte &c. Nox in scripturis sacris, præsentis temporis aduersitatem significare solet. Ponitur etiam pro tenebris & nigredine peccatorum: quia vt ait beatus Gregorius, Vita peccatoris nox est. Ponitur etiā pro ignorantia. Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ. i. nox ignorantiae, vos comprehendant. Si ergo horū trium quodlibet in nocte cognoscatur, multo congruentius vita præsens quæ tria complectitur. Multā siquidē aduersitatem habet: quia nō solum corporaliū necessitatū exterius, sed spiritaliū tērationum interius frequēs nos perturbat incursus. Habet & peccati nigredinē: nam quālibet iustē, quālibet sobriē, & piē viuē-

SVPER THRENOS.

tes: tamen dum in carne corruptibili sunt, omnes peccant, & egent misericordia Dei. Quantam autē boni habeant ignorantiam facile est agnoscere. Nam licet cognitionem Dei, & secretorum cœlestium quis acceperit corpore: tamen quod corrumpitur aggrauatus obscure adhuc, & sub quibusdam figuris cœlestia contemplatur. Quia igitur hæc tria continet vita præsens, rectè nox vocatur: quemadmodum ob plenitudinem lucis & perfectam cognitionem Dei, itēq; purissimam sanctitatem, futura vita dies domini dicitur. Hanc diem iacendo nonnulli expectantes consurgere in nocte contempnunt. Cum autem dies illucescere, & sol splendidissimus Christus Iesus in secundo aduentu suo vniuersum orbem irradiare cœperit: tunc primò sed iam serò surgere volunt. Nos autem impleamus quod ait scriptura: *Consurge in nocte.* In hac nocte dormiunt, qui spiritualia non attendunt. Vigilant sed non surgunt, qui ad bona quæ intelligunt, corda non erigunt. Vigilandum est ergo cogitatione, sed auiditate surgendum. Nec solūmodo surgendum est, sed etiam cōsurgendum.

Cum quibus nobis sit in oratione surgendum.

V Surgendum enim est nobiscum, cum Deo, cum proximo. Nobiscum debemus surgere. i. ab ociosis & noxiis cogitationibus mentem restringere, & sic ad Deum cor integrum seruare: nam nisi toto & perfecto & integro corde nequaquam consurgimus. Cum proximo etiam consurgendum est nobis, vt erga aliquem zelum & inuidiam non habentes, solliciti simus seruare vnitatem, s. in vinculo pacis. Hinc Apostolus: *Leuantes, inquit, puras manus sine ira & disceptatione.* Et dominus: *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quam petierint, fiet eis: nisi autem consenserint, non impetrabunt: nisi conuenerint, non consurgent.* Surgere autem cum Deo quàm sit necessarium nullus ignorat: nam licet ad opus bonum totis viribus enitatur, tamen nihil facere possumus sine ipso. si soli attentemus congregari cum diabolo, facile nos deiicit, facile nos expugnat. Non timet nos solos surgentes contra se, nisi dominò surgente iuuemur. Surgamus igitur cum Deo: nam si soli surgimus, nihil proficimus. Si solus surgit ipse, nihil meremur. Ideirco non dicit surge, sed *consurge in nocte.* vt videlicet nobiscum per intentionem, cum proximo per concordiam, cum Deo per cooperationem gratiæ consurgamus.

Sec
nec in
In fin
tamen
ca, m
cupiur
dispen
qui ne
omniu
dire fer
giliaru
nuc ter
licitude
stia app
sine, mi
gere in
cor tuū
fundero
eandon
aliquid
volunta
tiam effi
luntates
Non en
qui con
confessi
effundit
nil relin
no reuel
quom
ei viam
vt videas
corde v
sit, sed a

L. Eua
L. D
cipiendu
louemus

Quo tempore sit surgendum.

Sequitur: *In princio vigiliarum tuarum.* Nonnulli in fine, alij X
 nec in fine, quidā in medio, pauci verò in principio surgunt.
 In fine consurgunt, qui terrena toto corde scrutantur: nec
 tamen regnum Dei omnino contemnunt: sed æternis cadu-
 ca, mundanis cœlestia anteponunt. à præsentī prosperitate
 cupiunt transire ad regnum: sed illud, aut sine rerum suarum
 dispendio, aut nullo mercari incommodo volunt. Sūt autem
 qui nec etiam in fine vigiliarum suarum cōsurgunt: qui post
 omnium voluptatū suarum affluentiam, de cœlestibus vel au-
 dire sermonem, vel meditari fastidiunt. In medio autem vi-
 giliarum consurgunt, qui nunc cœlestia terrenis præferunt,
 nūc terrena cœlestibus. In principio verò, quorum vna sol-
 licitudo est bonis operibus & omni spiritali desiderio cœle-
 stia appetere. Non surgere in fine, pessimum est. Surgere in
 fine, minus malū. Surgere in medio, insufficient bonū. Sur-
 gere in principio, est optimū. Sequitur: Et effunde sicut aquā
 cor tuū, a.c.d. Dei tui. Non magnipendit aliquis aquam ef-
 fundere. Effudit aquā Dauid, qui concupierat eam: & libauit
 eam domino. Hoc quoq; faciendū est nobis: vt cū nimium
 aliquid affectamus, etsi parū domini præceptis obuiat, prauæ
 voluntati nostræ affectum denegemus, & ipsam concupiscen-
 tiam effundamus, non magnipendentes nostras frangere vo-
 luntates propter amorem Dei & odium propriæ voluntatis.
 Non enim debes estimare concupite rei materiam, sed perse-
 qui concupiscētiā. Effundere etiā debemus corda nostra piā
 confessione ante Deū sicut aquam: vt quæadmodū cū aqua
 effunditur, nihil ibi occultū relinquitur: ita in corde nostro
 nil relinquamus absconditū, sed omnia in cōfessione domi-
 no reuelemus. Sed cū omnia nuda sint, & aperta oculis eius:
 quomodo ei valeo reuelare conscientiam meam? Sed reuela-
 ti viam tuā, ne videaris velle celare. Effunde ante eū cor tuū,
 vt videas quia videt te. Mūda cor tuū cōfitedo ei, vt mūdato
 corde videntem te videas. Sola autem confessio non suffi-
 cit, sed ad bonum opus assurgendum est: vnde & subditur:

Quomodo manus debeant eleuari.

Leva ad eum manus tuas. Cuius eleuationis triplex est cau- **Cap. 2.**
 si. Debemus quippe manus leuare ad operandum, ad ac- **X**
 cipendum, ad offerendum. Ad operandum vtranque manum
 leuemus: dexteram operā bona faciendo, sinistram ā spera for-

riter sustinendo. Qui enim bona agit, sed mala perpeti negligi: dexteram leuat, non sinistram. Qui autem & bene operatur, & fortiter aduersa sustinet: vtraque manu vitur ad salutem, vtranque leuat. Leuandæ sunt etiam ambæ manus ad accipiendum, dextera & sinistra. Dextera ad accipiendâ spiritualia, vt pote intelligentiam scripturarum, reuelationem mysteriorum, timorem vel amorem Dei, & similia. Sinistra ad accipiendâ victui necessaria, sanitatem corporis, mēbrorum valentidinem, & cætera ad corpus pertinentia. Qui spiritualia petit à Deo, sed aliunde carnalia: dexteram ad accipiendum leuat, non sinistram. Ad offerendum quoque manus leuandæ sunt vt non solum spiritualia, sed & carnalia quæ accipimus, gratias pro eis agendo domino offeramus. His ergo tribus modis manus leuantes ad ipsum, misericordiam ipsius promerebimur. Leua, inquit, ad eum manus tuas, & in t. Non presumas de merito, & miserebitur tibi gratis. non enim meritum habemus, non precium, quibus Dei misericordiam comparemus. Sed cum viderit nos in consurgendo in principio vigiliarum sollicitos, in cordis effusione humiles, in manuum eleuatione fideles, miserebitur nostri Deus noster.

BERNARDVS.

Quòd qui in ætate tenera senem induit, pro eo quòd quieuit à vicijs, iudex cum domino residebit.

Cap. 3.
Z

B

onum est vivo, cum portauerit iugum ab adolescentia sua &c. Sedebit solitarius &c. Non dixit sedet, sed sedebit solitarius, cum habuerit honorem singularitatis illius. videlicet iudicialis potestatis insigne: quod sancti in terra sua possidebunt, cum lætitia sempiterna eis. Sed quare hoc? Quia leuauit supra se. id est, cum adolescens esset, & uicini adhuc lubricæ sentiret ardores, senem induit, relinquens quod erat, assumensque quod non erat. Leuauit se supra se quia non respicit ad se, ad illum qui est supra se. Sedebit enim & tacebit, & mouebitur à strepitu diabolicarum tentationum, à strepitu carnalium desideriorum, à strepitu mundi. Felix anima quæ linguas istas non exaudit, audivit licet. Illa multo felicior (si tamen aliqua est) cui penitus non loquuntur.

GALFRIDVS.

Quanta sollicitudine actus nostri & studia sint scrutanda.

Scrutemur vias nostras, & reuertamur ad Dominum. Leuemus A
perda nostrā cum manibus ad Deum in caelo. Viæ nostræ, exterior
quidem in exercitiis operum, interior autem constat in stu-
diis animorum. Scrutemur in illis quid agimus, in istis quid in-
tendamus. Videat quisq; quid faciat, & cur faciat: qualiter vi-
uat, & ad quid tēdat. Videnti autē quid faciat, etiam quid non
faciat pariter attendendum. Non est enim qui multum gau-
deat, qui se inuenit in his quæ facit faciendis non faciendā
miscere, aut in his quæ non facit simul etiam cum omittendis
omittere faciendā. Et prima quidem operū consideratio cir-
ca licitum. Secunda cirçā id quod expedit vel non expedit
exercenda. Stricta enim est & imperfecta iustitia, tātum quid
liceat intueri: nec facilē stabit in ea, si quis ea velit esse con-
tentus. Amplior autem & abundantior iustitia, quicquid non
expedit pro illicito reputare, & salutaribus quibuscūq; velle
parere consiliis nihilominus quā præceptis. Hic spatiosus
quā manendū locus, hīc firma statio, māsis tuta, quod nō faci-
lē pareat, qui non modò periculū declinat, sed etiam & elon-
gat: facilē enim cauet periuriū, qui nō iurat omnino: menda-
cium, qui tanquā iustitię cultui studet silentio. Ebrietatē, qui
vinum nescit crapulā, qui ieiunat. Iam verò in studiis ipsis &
secreta cordis intentione considerandū cuique est diligen-
ter, quenam affectio præsideat eius operibus: vtrum videlicet
præcipuū sibi in intentione vendicet locum timor pœnæ, an
desiderium gloriæ, an odium culpe, an amor iustitiæ. Ceterū
si quod absit potestatis alicuius, vel honoris ambitio, si fauor
humanus, vel turpis gratia lucri, si terrenæ cuiuspiam neces-
sitas vel molestiæ metus, si humanæ verecundiæ timor, si car-
nalis quælibet concupiscentia, si secularis curiositas, si deni-
que perniciosior omnibus totius peccati fomes voluntas
propria dominatur: & non quidem regit, aut dirigit studia:
sed subruit, aut subuertit: ne id quidem dissimulandum est, &
palpandum. Scrutaberis hæc, si non desipis: scrutaberis & do-
lebis. alioquin quomodo leuas, quod ybi iaceat non requi-
ris? Et sanē scrutanda cuique sua imperfectio, vt proficiat: sed
multo magis sua iniquitas, vt resurgat. Ecce enim in his qua-
tuor quas prælibauimus causis: etsi aliis aliæ præualent, nul-
la tamen earum est culpabilis, nulla salubris. Scrutemur

itaque, & videamus vias nostras: ne fortè cum videantur nobis vel aliis hominibus bonæ, finis earum in profundum demergat inferni. Amemus eum, & magis amare conemur, per quem iam recepimus quod habemus, & adhuc ampliora speramus. Quòd etsi vias nostras & cogitationes inuenimus longè positas à cogitationibus eius & viis: sicut enim exaltantur cæli à terra, sic exaltatæ sunt viæ eius à viis nostris, & cogitationes eius à nostris. Non frangamur animo, nec desperemus: sed iterum iterumque reuertamur ad dominum, & quantum possumus, per ipsius auxilium leuamus corda nostra cum manibus ad Deum in cælum.

HUGO DE FOILLETO.

Quòd quidam quum spiritu cæperint, carne postmodum consummantur.

Cap. 4.

B



Vi nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercorea. Crocus in Oriente nascitur, colorat & saporat. In croceis ergo nutriuntur, qui initio conuersationis suæ interius sapor virtutum reficiuntur, exterius verò boni operis exemplo colorantur. Sed ij qui sic in croceis nutriuntur, amplexantur stercorea: dum post sobrietatis & continentiaë vitam reuocat eos ventris cura.

GILBERTVS.

Quòd frequentare secularia, propositum sanctitatis & habitum decolorat.

C

Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte ru.e. antiquo saphiro pulchriores. Denigrata est super carbones facies eorum. Magna certè collaudatio, sed misera commutatio. Candor niuis, lactis nitor, eboris rubor, pulchritudo saphiri, & puritas carbonis obducitur nigredine. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. Non sunt vtique pro Nazareis cogniti iam in plateis. Silebo de aliis: ordinis nostri cernite viros, quàm admirabile erat nomen eorum in vniuersa terra; in initiis, quando vix erant in plateis, statim cogniti pro sanctitatis signo erant in eis. Nunc autem nullo religionis discrimine, nullo privilegio conuersationis, aut nullo, aut perrenui distincti & signati sunt à cæteris. Ideo non sunt cogniti quasi Nazarei. In plateis. Frequentia platearum decolorat Nazareos, & peregrinam speciem inducit.

BALDVINVS.

De proprietate lactis.

Nitidiores lacte. Oleum, lac, adeps, pinguedinem habent & D
nitorem. Hæc est misericordia, de qua dominus ait: Misericordiam volo, & non sacrificium. Nitorem & dulcedinem lactis ij habent, qui necessitatibus indigentium misericorditer subueniunt: vt potentur à lacte eorum, & satientur a. v. c. eorum. Oleum verò, qui animas proximatorum perfectius Deo zelant, qui pro alienis peccatis dolent, & lugent, & in visceribus charitatis & intima medulla pietatis, proximos sitos qui ignorat, & errant Deo, cui in spiritu sancto seruiunt lachrymosis suspiriis cõmendant. Maior est autem zelus animarum, quàm pius affectus circa passiones corporum. Ille nitor lactis est, hic olei, quod omnibus liquoribus super fertur. Ille quasi exterior pinguedo est in sacrificio: hic est adeps interior.

De ebore;

Rubicundiores ebore antiquo. Rubor in facie, caloris aut pudoris indicium præferre solet: Rubicundi sunt Nazaræi, E
calore deuotionis feruidi, & honestatis reuerentia pudibundi: delicati sunt sensus eorum, ad omnem turpitudinem erubescunt. Pudet inhonesta videre. Pudet non de se solùm, sed de aliis turpia audire. Pudet turpia dicere, pudet & cogitare. Ebur autem antiquum, fortitudo iustorum est. qualis fuit in antiquis iustis sub lege, & nunc est in his qui eorum imitatores inueniuntur. Verè ebore præferuntur antiquo: nam perfectio euangelij, legis imperfectioni præfertur: lex enim neminem ad perfectum adduxit.

De saphiro, & quatuor gradibus perfectionis.

Saphiro pulchrior. Ordine pulcherrimo perfectionis pulchritudo commendatur. Primus gradus perfectionis, est ab omni corruptione vitæ præsentis immaculatum se custodire, quantum permittit humana fragilitas. Secundus, curam proximi omnino non negligere, quantum suppetit humana facultas. Tertius, in calore sanctæ deuotionis, & cum rubore sancti pudoris, dura & indigna fortiter tolerare, quantum sine humana infirmitas. Quartus, est in bonis agendis, & in malis perferendis, semper oculum intentionis ad Deum dirigere, & ad eius gloriam cuncta referre, quantum præualet humana possibilitas. In corde ergo Nazaræorum sic est puritas intentionis, vt in decoro vultu oculorum pulchritudo,

SVPER THRENOS.

boni operis, ipsa est puritas intentionis. Hæc est autem puritas saphiri. Saphirus nanque cœli habet colorem, puri & sereni cœli speciem imitatur, non tamen assequitur: nam à superiore superatur. Pulchrior quippe est puritas cœli quàm saphiri: sic pia rectaque intentio cum spe cœlestium & desiderio, in aliis habet puritatem puri cœli, in aliis purissimi. Sunt enim qui purissimè Deum diligunt, non cum cæteris, sed præ cæteris: alij verò præ cæteris, sed tamen cum cæteris. In his amor solus est, in illis summus est. Summus amor alterum non excludit amorem, solus amor alterius amoris consortium non admittit.

Quid sit verè viuere in vmbra Dei.

Spiritus ante faciem nostram. Vel sic: Spiritus oris nostri. Christus dominus captus est in peccatis nostris. Cui diximus: In vmbra tua viuemus in Gentibus. Quia scilicet nunc videmus per speculum in ænigmate: at istud sanè donec viuimus inter Gentes: nam inter angelos aliter: quando iam indifferenti felicitate cum ipsis videbimus eum etiam nos, sicuti est. Hoc est in forma Dei, & non in vmbra. Spiritus ante faciem nostram, &c. Vmbra eius, caro eius, vmbra eius fides. In vmbra, in Gentibus: in luce, cum angelis. In vmbra sumus, quandiu per fidem ambulamus, & non per speciem.

Finiuntur Hieremiæ Threni.

SEQVITVR BARVCH
PROPHETA.

Cantica sine titulo.

Quanta mala parere consuevit obliuio Dei.

Cap. i.
G



*Q*uid est Israel quòd in terra inimicorum est. Inuenerasti in terra aliena, commoratus es cum mortuis, deputatus es cum iis qui in inferno sunt. Terra nostra est memoria creatoris nostri, in qua dignis moribus conuersando, semina fidei & sanctitatis sollicitè seminamus, & ex ea fructum contemplationis diuina, & æternæ beatitudinis metimus: aliena verò terra, quæ & inimicorum dicitur,

dicitur, obliuio Dei est, quæ diuina postponentes mandata ab illa superne pacis regione captiuos abducit, & æternorum bonorum penuriæ miserabiliter supponit. In hac terra tepidus Israel damnabili vetustate vilescit, cùm homo ad Dei contemplationem conditus bonum ad quod creatus est quærere negligit: & terrena in quæ merito suæ transgressionis proiectus est, infideliter amplectitur & diligit. Cum mortuis commoratur, cùm praua consuetudine peccatis quibus mors æterna debetur inuoluitur. Cum iis qui in inferno sunt deputatur, cùm ex abundantia malorum mortifera desperatione deprimetur. Et quæ talium malorum causa? Dereliquisti, inquit, fontem sapientiæ. In fontes solent inspicientes suos vultus agnoscere. Quod autem exterior homo in fontibus, hoc agit interior in veritatis contemplatione.

Finitur Baruch Propheta.

SEQVITVR EZECHIEL

PROPHETA.

GALFRIDVS.

Qualis prælatus esse debeat, cui plebem subditam oporteat conformari.

Similitudo quatuor animalium. In specie horum animalium quæ Propheta apparuisse leguntur, solos pastores & prædicatores ecclesiæ credimus designari. In quibus simul apparuit facies leonis, bouis, & hominis, & aquilæ, vt ex his quatuor commendaretur quales eisdem deceat inueniri. Oportet enim vt omnis qui præest populo Dei, leonem se exhibeat terribiliter confisigendo delicta, bouem strenuè tractando terrena, hominem benigne hominibus compatiendo, aquilam sublimiter euolan-

Cap. 1.
H

do, & subtiliter contemplando diuina. Si enim singula congruè dispensarentur in eis quæ videntur in ecclesia gerere principatum: vna etiam quatuor habens facies super terram rota iuxta hæc animalia appareret, nec tam facillè sancta ecclesia scinderetur. Licet enim singulis ecclesiis singuli videantur præesse pastores, & animalia sancta trahere quodammodo rotas plures: esse tamen debet aspectus earum & opera, velut si sit rota in medio rotæ: vt omnes simul ecclesias vnus catholicæ inueniatur ambitus contineri. Sit ergo aspectus velut si sit rota in medio rotæ, ad fugiendam dissimulationem: sint & opera, ad euitandam simulationem. Quidam enim dissimulant quod sentiunt, & non habent aspectum: quidam forè simulant quod non sunt, sed opera non inueniuntur in eis. Cæterum cum euntibus animalibus irent & rotæ, & cum stantibus starent, & cum eleuatis à terra pariter leuantur: si spiritus vitæ esset in rotis: alioquin quamlibet in virtute proficiant pastores, quamlibet perseuerent, quamlibet quærant quæ sursum sunt, nunquam eos plebes eorum industria præualente, nisi spiritu trahente sequentur. Nunc autem quod miserandum est, & dolendum pluribus in locis, cum retrocedentibus animalibus reuertuntur simul & rotæ, & cum cadentibus cadunt, & cum incuruant ad terram pariter incuruantur.

Item aliter vnde supra.

I Euntibus animalibus ibant simul & rotæ eorum, &c. Benedicit euntibus, magis quàm loquentibus. Licet enim loqui & prædicare prælatis incumbat, ire tamen magis est necessarium. Fundum est enim tam prælatis quàm subditis pariter post obedientiam. Standum verò & resistendum est, ne post concupiscentiam abeat. Credimus enim quòd sicut animalia sancta pastores, sic intelligi possunt rotæ congregationes: quæ vtinam sicut decet & expedit inueniantur volubiles.

RADVLPHVS.

Quòd in spectaculi virtute virtus hominis non virtutis nomine sit censenda.

K Dum fieret vox super firmamentum stabant animalia & subleuauit suas: Ad vocem desuper venientem. Alas deponere, est cognita superna potentia virtutes proprias humiliare, & consideratione creatoris nil aliud de se quam abiecta sentire.

Quòd

Quòd qui mentem in vnum colligit, sursum
diuinitus rapiatur.



*Missã similitudo manus apprehendit me in cincinno
capitis mei, & leuauit me spiritus.* Quid per cin-
cinnum in quo capillorum multitudo cõglo-
batur, nisi cogitationum adunatio designatur
nostrarum? Propheta igitur per cincinnũ ap-
prehensus & eleuatus est: quia quisquis multitudinẽ corpo-
reorum phantasmãtũ à se abiicere & mentẽ suam constringe-
re non negligit, manu superni adiutorij ad altiora cõscendit.

Cap. 8.
L

GALFRIDVS.

De sex viris qui interius vasa gestabant.



*Ppropinquauerunt visitationes vrbis, & misit
quisque vas interfectionis habet in manu sua.* Et M
deinde de sex viris: Vniuscuiusque autem
interitus in manu eius. Licet enim angeli
fuerint qui Prophetæ apparuerunt, ipsa ta-
men verba hoc videntur innuere, quòd ho-
mines ipsi singuli quique sese interimunt. Iuxta illud: Quod
est dicere: Tu tua perditio, sed salus in me est. Possunt ta-
men sex intelligi vitia, vt medius septimus virtutis speciem
gerat. Sic enim habes: Ecce sex viri veniebant de viã portæ
superioris, quæ respicit ad Aquilonem. Vtinam hæc nobis
via spinis & maceriã sepiatur. Forte enim à porta superiori
poterat aliquid boni esse, nisi ad Aquilonem respiceret, vnde
panditur omne malum. Væ eis qui ad Aquilonem respiciunt,
ad quos inimicus sibi viam facit, ad quos liberè venit, & de
quorum cordibus verbum rapit. Væh quibus ille est porta,
qui per eum non nisi ad mortem intrant: porta superiori:
nam inferior, forsitam homo malus suggerens mala.

Cap. 9.
M

Quòd in nlerisque religiosis vanitas interiora corrumpit.



*Quila grãdis magnarum alarum, & longo mem-
brorum ductu, &c.* Aquila hæc, vana gloria
est: grandis sua æstimatione, non veritate.
Magnarum alarum, scilicet cogitationum,
quibus ambulat vel magis euolat in magnis
& mirabilibus super se. Longo membro-
rum ductu describitur, dum terrenis facultatibus dilatatur,
& longitudinem sibi promittit dierum. Plena plumis & va-
rietate, id est vanitate & mutabilitate. Libanus, candidatio

Cap. 17.
N

T

vel dealbatio dicitur. Sicut olim quidam lauantes vestimenta sua vidit in spiritu, quorum facies postmodum in Cisterciensi cœnobio inter eius initia recognouit. Ad huius libanum accedit aquila vt tollat medullam cedri, & summitatem frondium eius euellat. Dum subducit interdum robur animæ ignorantis, & exterioris etiam conuersationis, & honestatis excellentiora dispergit, sola ei de specie pietatis infima & abiecta relinquens.

HVGO DE S. VICTORE.

Secundum aliam literam. Quòd pœnitentia non fit in vice criminum differenda.

Cap. 33.



Quacunque hora peccator ingemuerit, saluus erit.
 Non dixit, biduo aut biennio ante mortem si ingemuerit: sed, quacunque hora ingemuerit. Noli ergo ponere tempus misericordie Dei, ne forte iudicium tuum tibi aduersetur. Noli ponere legem quæ tibi non expedit. Peccator es, ama misericordiam: quia si non amas, non mereris. Nec tamen sub hac spe tibi securè peccandum est. Nam quanuis in fine si verè pœnitueris, tibi venia promittitur: tamen quòd in fine verè pœnitebis non promittitur. Valdè siquidem difficile, vt vera sit pœnitentia quæ tam sera venit. Quonia enim cruciatus membra ligat, & dolor sensum opprimit, vix homo aliquid cogitare potest. Ergo si vis esse securus, age pœnitentiam dum sanus es: dum mens sibi vacare potest, exerce illam in opere suo. Valdè suspecta debet esse pœnitentia, quæ coacta esse videtur. Facile est vt homo se quòd posse non datur, velle puret.

DAMIANVS.

Qua cautela nostro debeamus corpori providere.
Proiecisti me post corpus vestrum. Deum post corpus suum proiecit, qui pro vitæ huius necessariis vel incommodis propositi rectitudine vel dignitate naturæ suæ in honore vel amorem corporis sui sinit in aliquo aliquando degenerare spiritum suum. Ideoque durius quidem tractandum corpus ne rebellet, ne insolescat: sic tamen vt seruire subsiciat quia ad seruiendum spiritui datum est. Debemus ergo habere corpus nostrum, sicut agrum nobis commendatum: cui etiam multum volenti inutilia sunt neganda, vitia vero ingerenda etiam nolenti: sicque de eo agere, sicut de nostro,

nostro, sed eius à quo precio magno empti sumus: vt glorificemus eum in corpore nostro.

CALFRIDVS.

Cur sancti ossibus, lignis reprobis comparentur.



*Q*ssa arida audite verbum Domini. Ossa nos oportet esse, non ligna: & ossa quidem arida, quæ nec noxiò humore putrescant, nec lenta teneritudine in fragmenta dissoluantur. Sunt enim quidam ligna non ossa, & alij ligna humida, alij ligna arida. Sunt quidam ossa humida, quidam arida.

Ligna sunt & non ossa, in quibus nihil est solidum, nihil firmum. Ligna humida sunt, quos præsentis vitæ prosperitas irrigat, & foliis ac floribus transitorie felicitatis exornat. Et ij subito flatu cuiuslibet tribulationis arefcunt. Ligna verò arida sunt, quos nec temporalis prosperitatis humor irrigat, nec spiritalis gratiæ dulcedo confortat: qui tanto dignius perpetuis ignibus reseruantur, quanto diutius à bonorum operum facultate & spiritualiter & temporaliter auerunt. Cæterum ossa humida sunt, qui rebus quidem terrenis abundant, sed contra noxias & illicitas voluptates firmi nihilominus & stabiles perseuerant. Ossa verò arida, sunt viri religiosi, qui carne pariter & cute deposita nil carnale sapiunt. Nihil de claritate transitoria quærunt: ita quidem humore præsentium voluptatum vacui; vt maneat semper internæ virtutis firmitate robusti. Os humidum erat Iob, quando erat ei familia celebris, & substantia multa nimis. Quia verò in tanta bonorum affluentia nunquam non respexit datorem conseruatorémque bonorum: nil ei prosperitatis humor nocuit, quo minus eum in fortitudine sua timoris domini soliditas retinuerit. Denique orbatus pignoribus, rebus spoliatus, carne pariter & cute nudatus, aridum os efficitur: tantòq; fortius in immensa illa tribulatione persistit, quanto in eo durius affluentie prioris humorem testis tentationis excoxit. Talia sunt ossa arida, vel quondam ossibus præsignata, quæ Ezechiel in campo vidit, & ad ea viuificanda à quatuor ventis spiritum euocauit. Ossa enim arida in campo, sunt viri religiosi in mundo: qui igne diuino vehementer afflati, dum præsentibus solatiis consolari renuunt, ad æternam dulcedinem feruentius inardescunt. Vt autem

Cap. 37²

Q.

hæc ossa viuificentur, prius singula ad iuncturas suas accedunt, denique ligantur neruis, carnem suscipiunt, cutis velamine vestiuntur. Accesserunt, ait Propheta, ossa ad ossa, &c. ad se inuicem ossa de campo accedunt: cum viri religiosi de diuersis mundi partibus congregantur. Accedit post coniunctionem ossium tenax ligatura neruorum: si postquam viri religiosi simul habitare conueniunt, obedientiæ quoque ac stabilitatis professione ligantur, vt propositum teneant, vt præpositis pareant, vt in suscepti ordinis disciplina iugis firmitate persistant. Sed quoniam expedit vt seruitio conditoris spontaneus quis intendat potius quam coactus, nec velut ex tristitia aut necessitate obediat, nõ solùm neruis astringimur, sed & carne vestimur. Illa scilicet de qua dicitur: Auferam à vobis cor lapideum, &c. vt quos in Dei seruitio neruus obedientiæ retinet, afflictionis etiam voluntariæ caro desuper induta confirmet. Postremò necesse est vt super extendatur & cutis, honestas videlicet religiosæ conuersationis, in qua & ædificetur proximus, & Deus glorificetur.

Qualiter à quatuor ventis spiritus sanctorum mentibus infundatur.

- R** Quia verò tota ista compositio nihil adiuuat, nisi Deus nobis virtutem gratiæ spiritualis infundat, quandoquidem caro non prodest quicquam, sed spiritus est qui viuificat: desiderandus est spiritus, & à quatuor ventis iuxta mysterium propheticum euocandus. Porro ex quatuor ventis à quibus spiritus est vocandus, duo tantùm ponuntur in Cantico. vbi dicitur: Surge Aquilo, & veni Auster, &c. Significat enim Aquilo timorem iudiciorum, Auster verò desiderium præmiorum: vt ille à malo reuocet, iste ad bonum inuitet. Vnde etiam Aquilo quasi cum turbine surgit, Auster flatu suavissimo venit. Vehementer enim iudicij timore concutimur, sicut desiderio regni suauiter delectamur. Et quia non solum ex timore pœnæ & auiditate gloriæ gratiam spiritualem accipimus, sed in ea etiam tam ex memoria beneficiorum Dei, quam ex peccatorum nostrorum recordatione proficimus: superest vt non solum ab Aquilone & Austro, sed etiam ab Oriente & Occidente salutarem spiritum expectemus. Tunc enim ab Oriente spiritus venit, cum ex diuinorum beneficiorum memoria, ad charitatem Dei, irreuocabiler animamur. Tunc ab Occidente, si peccatorum nostrorum recorda-

tio
rem
tur
De
iust
Si
ueri
aue
runt
vua
timo

P

Proce
& viri
Pecin
tis vel
tingui
meuri
fidem
rum, te
ficatio
operib
cum ad
infirm
ad num
ne non
cum ad
nobis e
erecten
Poste
sola ob
quartur
la quib

tionē salubriter compungamur. Rectè autem per Occidentem peccata nostra, per Orientem beneficia diuina signantur: quia & nos peccando de statu rectitudinis cadimus, & Deus quotiens nos in benedictionibus præuenit, velut sol iustitiæ iucundum nobis radium suæ dignationis ostendit. Sic igitur ex omni parte possumus proficere: si vndique noverimus spiritum attrahere, & gratiam eius exquirere. Quòd autem recepto spiritu super pedes suos ossa rediuiua steterunt: id significare videtur, quòd viri sancti recepta spiritali viuaci, quadam hilaritate ad laudes conditoris exiliunt, & à timore iudicij ad spem gratiæ cœlestis assurgunt.

Quòd in nobis virtutum profectus domini bonitas operetur.



Ecce aqua egrediebatur à latere templi dextro.

Cap. 47.
S

Aqua ista multitudo dulcedinis Domini est: quæ à latere dextro emittitur, & ad filios dextræ mittitur. Ea autem vsque ad talos peruenit, dum nos afficit & instruit, vt gressus rectos faciamus pedibus nostris.

Procedit vsque ad genua, cum ad tolerantiam tribulationis & viriliter standum pro iustitia debilia genua roborauerit. Pertingit etiam vsque ad renes, si carnalis somitem voluptatis vel ex maxima iam parte refrigerat, vel etiam prorsus extinguit. Nimirum aqua ista vnicuique crescit, secundum quod metri ipse voluit qui emittit. Prima aquæ huius egressio per fidem sacramentorum, secunda per obedientiam mandatorum, tertia per tolerantiam tribulationum, quarta per mortificationem agitur voluptatum. Quia enim mortua est sine operibus fides: tunc primùm prima eius mensura completur, cum ad talos aqua peruenerit. Et quia sine patientiæ virtute infirma titubat actio: & qui genu flexerit vt aquam hauriat ad numerum trecentorum, & sacramentum Tau sub Gedeone non peruenit: tunc plenum erit & solidum opus nostrum, cum ad genua aqua peruenerit. Quia verò vt perficiatur in nobis etiam contra voluptatum illecebras, eadem nobis est exercenda fortitudo: necesse est vt ad renes aqua perueniat. Postremò quia supereffluentem mensuram lætitiæ spiritalis sola obtinet mortificatio perfecta carnalis voluptatis: post quartum tandem millenarium in immensum aqua confurgit. In quibus etiam quatuor millenariis, virtutum totidem spiri-

his intelligere licet. Primus ad prudentiam fidei. Secundus ad iustitiam actionis. Tertius ad magnanimitatis constantiam. Quartus ad temperantiam pertinet castitatis. Et quia solus est Deus qui in his omnibus novit singulorum vires, & mensuras omnium comprehendit: recte de eo Propheta ait: Mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquam vsque ad talos. Itē mensus est mille alios, & traduxit me vsque ad genua. Rursus mensus est mille, & traduxit me vsque ad renes. Iterum mensus alios mille, & torrentem non potui pertransire, quoniam inundauerunt aquæ torrentis, &c. Nimirum ipse torrentis voluptatis, est torrentis inundans gloriæ.

Quod superbia sterilis, humilitas sit fecunda,

T *Aqua ista quæ egrediuntur ad tumulos sabuli Orientalis, descendunt ad plana deserti.* Infelix synagoga comparata quidem Orientali, quia salus ex Iudæis est: sed tumida simul & sterilis, tanquam tumulis sabuli plena. Nempe ad eam egressa est doctrina Christi: sed conuersa ad Gentes, ad deserti plana descendit. Cauemus sabuleos tumulos: quia sterilis semper elatio est, & frumento valles abundant. Poterit etiam arbor sterilis succensionem euadere, declinare securim, si fuerit circumfossa, & mittantur stercorea subter eam. Et verè talis nobis species, talia pigmenta nunquam desunt. Multum verò multos impingat ad gratiam, ad gloriam prouehit suorum memoria, & confusio peccatorum.

Finitur Ezechiel Propheta.

SEQVITVR DANIEL ET IDEM PROPHETA.

RICARDVS,

De mysterio statuae aureæ.

Cap. 2.
V



V Rex videbas, & ecce quasi statua magna. Ecce vt videre potes, imago illa quæ per visionem cernitur, varia permutatione semper in deteriora ducitur: & quæ in summo à preciosissima materia incipit, per multiplicia detrimenta decurrens tandem in vilissimam materiam desinit. Quod enim inchoatur et

in vilissimam materiam desinit. Quod enim inchoatur et

auro,

auro, ad vltimum consummatur in luto. Vt igitur breuiter
 constringam quid super his iuxta generalem quandam con-
 siderationem sentiam, vnumquenque oportere puto iux-
 ta propositam ostensæ visionis formulam, apud semetip-
 sum à propria æstimatione decrefcere, & à sui confidentia
 magis magisque, si regnum cœlorum in semetipso ædificari
 exoptat, illud vtique regnum quod nunquam possit finiri.
 Omnis homo naturaliter seipsum amat & approbat: & fa-
 nè in quantum diligit, intantum & magnipendit. Et quia mo-
 dus dilectionis est sine modo, sine mensura est æstimationis
 propriæ magnitudo. O quàm rarum vt homo inueniri possit,
 qui contra Apostoli sententiam non se putat aliquid esse,
 cum nihil sit! Sed nunquid saltem aliquid paruum? Im-
 mo verò & valdè magnum, vt singulariter loquar, penè
 plusquam aurum, cum sit veraciter vile lutum. Reuera ma-
 gna peruersitas de seipso præsumero, & de pietate domini
 desperare. Si enim multum de tua virtute confidis, ibite
 in altum erigis, & quasi adinstar montis intumescis, vbi
 te submittere & vallem facere debuisses. Bonum est ergo
 dicere huic monti tollere, & mittere in mare. Propter hu-
 iusmodi conturbabitur terra, & transferentur montes in cor-
 maris. Econtrario si de domini protectione diffidis, ibi pro-
 culdubio satis prauè & peruersè vallem efficis, vbi montem
 excelsum habere debueras. Vbi igitur sunt praua in dire-
 ctâ, & aspera in vias planas: eiusmodi omnis vallis imple-
 bitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et tunc tem-
 poris eleuabitur mons domus domini supra verticem mon-
 tium. O quanta mentis altitudo & firmitas, in sola Dei pie-
 tate confidere, & in eiusmodi confidentia fixum manere!
 Hic est ille mons, qui post statuarum deiectionem pro-
 priæque confidentiæ exterminationem, ex modico in im-
 mensum crescit, vt in æternum moueri non possit. Qui
 confidit, inquit, in domino sicut mons Sion, &c. Hic
 igitur mons quem oportet vniuersam terræ superficiem im-
 plere, ita vt nil audeat homo de sua industria, nil omnino
 nisi de domini virtute præsumere. In hoc emicenti, ma-
 tropolin & sedem imperij debet habere, regnum charita-
 tis, quod iuxta Danielis sententiam non dissipabitur in æter-
 num. Ecce quid tibi statuarum huiusmodi erectio proponat vel
 deiectio. Quid est statua, nisi effigies humana? Quid est

itaque statuam, hoc est similitudinem humanam per visionem cernere, nisi hunc vitæ modum vel ordinem quasi per speculum & in ænigmate oculo contemplationis aspiceret. Tu rex, inquit, videbas, & ecce statua vna grandis. Si modum vel qualitatem humanæ vitæ perscrutari velis, si ad dignitatem conditionis, si ad facilitatem corruptionis, si ad difficultatem reparationis, ad quodlibet horum te veteris: videbis te in singulis deficere, & nihil horum ad plenum posse comprehendere. Et statua quæ grandis, sublimis, terribilis describitur, ad triplicem considerationem merito adaptatur. Attende ergo magnitudinem statuæ, in consideratione culpæ, originalis scilicet & actualis. Altitudinem, in consideratione gratiæ, iustificantis scilicet, confirmantis, & glorificantis. Terrorem, in consideratione pœnæ, secundum iudicium, scilicet corruptionis, reprobationis, & damnationis. Quod autem dicitur, stabat contra te, non multa eget expositione. Tunc proculdubio contra vnumquemlibet huiusmodi statua erigitur, quando speculantis animi cœcitas, infirmitas, calamitas oculis eius ingeritur: & qualis sit vel esse possit, ei per reuelationem ostenditur: vt eius impudentia confundatur, humilietur superbia, duritia conteratur. Hæc statua caput habet aureum, & sinem testem. Prima pars aurea, secunda, argentea, tertia ærea, quarta ferrea, quinta testea. In auro intelligitur charitas, in argento veritas, in ære similtas, in ferro crudelitas, in testa fictili fragilitas. Testa enim facile frangitur, & per eam rectè impatientiæ fragilitas designatur. Ferrum quod cætera omnia metalla comminuit & domat, crudelitatis violentiam designat, quæ resistentia quæque premit vt opprimat. Aes autem argentum imitatur in sono, sed multum dissonat in pretio. Sic & simulatio suauem adulationis tinnitum habet in sermone, & dulciter resultat in opere: sed per consilium & desiderium verè pallet in corde. Argentum quoque quo frequentiori vsu arteritur, eo vitæque clarius redditur. Sic veritas quo magis discutitur, eo melius commendatur, Charitatis claritatem auri fulgor exprimit, quæ cœlestis desiderij igne flammescit. Et sicut aurum cæteris metallis præfertur, sic charitas virtutes cæterum supergreditur. O quantum est inter testam & aurum, inter finem statuæ & principium! Ex auro incipit, in testam des-

nit.
nim.
rios
ro,
mu.
uet
tos
ri,
&
fideri
reum
num
deat
Si no
ex ver
sermo
comm
tienti
pus a
quit,
ergo
liqui
Quicu
de exc
liquis
bi, &
nisi ad
enim p
nim pe
num,
co suo
de loco
intenti
men ex
quando
igitur o
quens h
prius q
tus ex
more s
uatione

nit. Puto quia nemo repente fit turpissimus. Sed qui minima negligunt, paulatim defluunt. O confusibiles operarios, qui initio conuersionis suæ opus suum inchoant ex auro, & tandem consummant ex luto! Quam multos videmus in initio suæ conuersionis spe gaudentes, spiritu feruentes, int. p. sollicitos in opere, studiosos in lectione, deuotos in oratione! Quid isti videntur tibi, nisi in auro operari, & in charitate initiari? Sed cum paulatim à pristino desiderio tepescunt, nec tamen inchoata deserunt: caput aureum in argenteum pectus conuertunt. Aliud est enim bonum sequi ex desiderio, atque aliud ex solo consilio. Studeat tamen in argento operari, cui fortè deest copia auri. Sinon potes bona agere ex dilectione, age tamen saltem ex veritate, & veritas liberabit te. Vide tamen quomodo sermo diuinus illum arguat, qui opus aureum in argenteum commutat. Scio, inquit, opera tua, & laborem, & patientiam tuam. Ecce opus bonum, ecce brachia, ecce corpus argenteum. Sed vide quod sequitur: Sed habeo, inquit, aduersum te quòd charitatem dereliqueris. Arguitur ergo qui bonum opus agit: quòd charitatem primam reliquit, & aureum caput in pectus argenteum deflexit. Quicumque huiusmodi te esse perpendis, memor esto unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: alioquin time quod loquitur: Sin autem, inquit, venio tibi, & mo. c. t. d. l. f. nisi pœnitentiam egeris. Time ergo, nisi ad priora bona redeas, ne adhuc in deteriora cadas. Non enim potest homo in eodem fixus diutius stare. Quid enim per candelabrum gestatorium luminis, nisi opus bonum, opus veritatis? Huiusmodi candelabrum stat in loco suo, quando opus bonum surgit ex proposito bono. de loco autem suo transfertur, quando bona boni operis intentio in malam commutatur. Norandum verò quòd lumen extinguere non minatur, sed mouere candelabrum: quando non cessant opera, sed intentio deprauatur. Sic igitur opus argenteum in ærcum transit, & est quidem frequens hoc malum inter filios hominum. Sæpè enim quod prius quis ex veritate agebat, ad laudes hominum resolutus ex vanitate postmodum operatur. Talis igitur æris more suauiter tinnit extrinsecus: sed voluntatis deprauatione pallefcit intrinsecus. Hunc etiam dominus incre-

SUPER DANIELEM

pat, cum ait, Scio opera tua, quia nomen habes, quod uiuas, & mories. Nec te, quicumque huiusmodi es, latere existimes. Immo audi quid tibi per Prophetam dicatur: Denuda turpitudinem tuam r. c. t. f. & tunc reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum. Denudata autem turpitudine tua, cum iam coeperint venter & femora aerea apparere, incipies mox adulatoribus tuis immo irrisoribus tuis sordescere, & de die in diem magis magisque viscescere. Iam tunc vel irasci incipies, indignari, & crudeliter persequi, quibus antea multum fauere studuisti. Et quam blandus eras prius, tam eris postmodum asper & durus. Sic aë tuum mutabitur in ferrum: dicenturque tibi: Quomodo conuersus es in amaritudinem vitis? Hoc autem est in istis prae omnibus mirabile, quod sicut prompti & audaces ad mala inferenda; sic sunt pusillanimes supra modum impatientes ad toleranda illata: ut rectè mirari possis, quoniam modo conuenire possit ferrum cum testa, tanta crudelitas cum tanta impatientia. Ecce statua in qualem finem desinit, quae post caput aureum fictiles planas accepit. Filij Sion inclyti & amicti auro primo quomodo re. i. v. t. op. in. n. Quomodo obest au. m. c. opus? Quid est auro tractabilius quid testa fragilius? Quomodo se charitas attredare, quomodo attenuare permittet? quae omnia suffert, omnia sperat, omnia sustinet. Quid autem voluptate contemptibilis quid delicata mente deterius? quae semper & in prosperis per concupiscentiam resoluitur, & in aduersis per impatientiam frangitur? Væ illis, ait scriptura, qui perdididerunt sustinentiam, qui dereliquerunt vias rectas, qui diuerterunt in vias prauas. Ut igitur ea quae distulimus diximus, ad compendium reuocemus. In capite aureo intelligitur deuotio. In membris argenteis discretio. In aëris simulatio. Item per caput intelligitur intentio, per peccatum deliberatio, per brachium exercitatio, per ventrem compassio, per femur humilitas, per tibiam seueritas.

Item aliter vnde supra.

- X Si quis autem quod de statua dicitur, in malum velit accipere, eius assertioni facilè cedo: sic tamen ut hic sensus minimè condemnetur. Secundum hanc itaque acceptionem, per aurum potest intelligi arrogantia, per argentum iactantia, per aë pertinacia, per ferrum saeuitia, per testam

impa-

impatientia. Aurum siquidem omnia metalla precij sui dignitate præcedit: & superbia mens cæteros omnes in sui comparatione despicit. Argentum suauem & admodum dulcem sonum habet: & iactantia in suæ laudis præconio blandam iucundamque se exhibet. Aes eo quòd valdè durable existat, pertinaciam figurat, quæ suo proposito vix vel nunquam defecti queat. Ferrum eo quòd cætera metalla domare soleat, seuitiam satis conuenienter designat, quæ cæteros premere solet. Per testam autem quæ facillè frangitur, rectè impatientia designatur. Aureum itaque caput sibi fabricat, qui sibi arrogat sanctitatem. Pectus argenteum & brachia argentea circumferre videtur, qui de consilij & operis sui rectitudine gloriatur. Quasi ventrem & femora habet ærea, qui in his etiam pertinax permanet, quæ propter vilitatem despiciere, vel propter inhonestam erubescere deberet. Tibias ferreas habere se ostendit, qui contra superiores per audaciam se erigit, & inferiores per sæuitiam premit. Testeis plantis nititur, qui terrenorum amori immoderatus incumbens ad impatientiam effrænatur. Væ igitur talibus. Quid enim his iam poterit fieri, vel quæ iam spes vltierius haberi, qui propter arrogantiam nullo modo possunt à suo tumore deici, nec propter pertinaciam de suo errore conuinci, nec propter ferri duritiam de suo torpore redargui? Sed nec horum tamen ferream seu lapideam duritiam despice. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Ab. Vide enim quod sequitur: Videbas, inquit, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, &c. Ecce lapis sine manibus abscinditur, vnde ferri duritia conteratur. Et quidem rectè. Quæ enim manus talem lapidem incidere seu etiam abscindere posset, qui ferrum vel conterere vel comminere præuuleret? Sed quod non potest humana industria, fit in uoluntate diuina. Sed quid est quòd sine manibus voluit hoc perficere? An fortè in huiusmodi ferreis & obduratis mentibus melius operatur in inspiratione quàm percussione: corrigiturque sæpè interna illustratione, quem non possunt flagella corrigere? Percussi, inquit, vos, & non doluistis: renuistis recipere disciplinam. Sed cum multo sit leuius apud nos dicere, quàm facere: sæpè tamen in his etiam mentibus in quibus videtur percutientis manus defecisse, operatur quodam

miro & incōprehensibili modo interno suo verbo vel sibilo. Lapis itaque sine manibus abscissus, timor domini diuinitus inspiratus. In ictu huius lapidis statua deiicitur, & opus destruitur monstruosum. Sicut per tumorem mens deiicitur à proposito bono, sic sanè per timorem excutitur à proposito malo. Sicut enim initium omnis peccati superbia, sic initium omnis sapientiæ timor domini. Percussit, inquit, statuam in pedibus eius ferreis, & fistilibus, & comminuit eos. In inferioribus & deterioribus suis vtique statua concutitur: quando mens elata atque peruersa, per spiritum timoris domini, ad iniquitatis & infirmitatis suæ considerationem reuertetur. Tunc contrita sunt, inquit, pariter ferrum, testa, zc, argentum, & aurum. Vidisti superius quibus gradibus bonitas defecit, creuit peruersitas. Vide nunc quomodo gradatim proficiat totius bonitatis fundamentum humilitas. Prius crebescimus vera mala, postea ficta bona.

Novissimè etiam vera bona, cum sint imperfecta & inconsummata.

Sequitur: *Et redacta quasi in fauillam a stina area &c.* Quid per aestiuum tempus, nisi seruorem spiritus? Et quid per aream, nisi prudentiam spiritus intelligimus? Quid itaque area, nisi spiritualis intelligentia? In hac area veritatis grana figurarum paleis, virtutis annona à vitiorum arstis, æterna bona à falsis transitoriis vehementis discussionis trituratio efficiuntur. Veruntamen paleas excutere non sufficit nobis: sed studeamus etiam earum tumulum igne supposito vertere in fauillam, & transeuntium nitorem mutare in nigredinem, & affectum nostrum in eorum contemptum vel odium transformare. In hac area desudat, quisquis spiritualis esse desiderat. Spiritualis enim iudicat omnia &c. Quæ rapta sunt à vento, nullusque locus inuentus est in eis. Raptis à vento nullus locus eis inuenitur: quia post diu quæsitam vixque impetratâ veniam, contra similes tentationes mens non solum cautiore sed & robustior inuenitur. Nullus igitur locus eis potest inueniri: cum ad similem corruptelam nec sensus decipi, nec affectus potest corrumpi. Sed quid est quod lapidis in quo statua percutitur, non crescit in rupem, sed mutatur in montem? Sed scimus quia perfecta charitas formam timorem. nescit enim perfectio augere formidinem, sed mutat & magnificat in confidentiâ montem. Qui confidunt

fidunt in domino sicut mons Sion &c. Hoc somnium Nabuchodonozor vidit, sed Daniël exposuit: quia profectò alia est gratia per quam cognoscimus iudicia diuina, atque alia per quam diiudicamus merita propria vel aliena. Felix autem cui vtranque habere contingit, & cui eo adhuc tempore visso hæc ostenditur, eiusque interpretatio reuelatur, dum adhuc rex est, & passionibus suis dominari potest. Tu, inquit, rex regum es &c. Rex regum, est ratiõnabilis consensus qui omnibus cordis corporisq; motibus præsidet, & in traditionis suæ iura, accepta tamen diuinitus potestate coërcet.

Qualiter à diabolo in nobis multiplex puritas impugnetur.



Eicit rex Nabuchodonozor statuã aureã, Cap. 3.
Y

& præcepit vt quicumq; non adoraret eam, statim mitteretur in fornacem ignis ardentis. Tres autem pueri qui statuæ flectere genua noluerunt, eius imperio in ignem mittuntur. Puer à puritate dicitur: & qui purus est, puer meritò nūcupatur. Est au-

tem alia puritas mentis, alia puritas oris, & alia actionis. In corde simplicitas, in ore veritas, in opere synceritas. Hos igitur tres pueros habere credimur, cum sanctum est quod meditamur, verum quod loquimur, iustum quod operamur. O felix nimium & Deo nostro grata horum trium puerorum sancta ætas, propter vnã puritatis concordiam in voluntate, sermone pariter & actione! Videt hoc rex Babylonis, & inuidet, & equidem ad adorandam statuam suam auream compellit: sed detrectantibus adorare, fornacis incendium præcepit præparare. Facile enim eorum sanctitatem deridet & despicit, si eos ex sua sanctitate in superbiam erigere possit. Quid enim est statuam auream adorare, nisi superbix & vanæ gloriæ in talibus studiis deseruire? Tunc enim eos in regno suo libenter patitur, cum elationi militare eorum studia intuetur. Sed cum hoc videt despici, iubet incendiũ præparari. Quos enim per gloriã elationis superare non potest, arbitratur se posse per flãmam libidinis. Rex Babylonix, est ille qui est rex super omnes filios superbix. Ministri qui ad tale opus diriguntur, fornicationis spiritus appellantur. Ab his fornax accenditur, quando caro nostra ardore libidinis inflammatur. Accensa fornace pueros ligant, & in ignem

proliciunt. Pueri extra fornacem inueniuntur: quia studiis spiritualibus & coelestium contemplationi intenti, pendē in carne se esse obliuiscuntur. Esse enim pueros, est quodammodo extra carnem esse, nil corde, nil lingua nil manu carnali tractare. Sed tunc quasi ligantur, quando tentationibus violentis deprehensi à suis studiis præpediuntur. Tunc velut intra fornacem sunt, quando carnis stimulo fatigati, nil altum cogitare, plangere, & flere possunt. His angelus Dei adiutorium venit: quia diuina protectio fideles suos nunquam in certamine dereliquit. Ab his flamma excutitur, quando diuina virtute ardor libidinis extinguitur. Medium fornacis angelus quasi ventum roris flentem efficit, & puorum linguam in laudem creatoris resoluit. Medium fornicis, est intimum cordis. Flante ergo spiritu sancto, rore coelesti perfunditur, & ex diuina inspiratione conscientia tota refrigeratur. Pueris liberatis Chaldæos flamma succendit: quia cum bonis præualere non possunt, insidiâtes malignos inuidiæ flamma consumit.

S E L L O .

Quòd auream statuam adorare, est voluptionibus carnis adhærere.

Z. *Fecit Nabuchodonozor rex Babylonia statuam auream, & intra fornacem.* Nabuchodonozor diabolum designat, qui rex est Babylonis. i. omnium confusione malitiæ degentium. Facit hic rex pessimus statuam quam suis proponit adorandam de pluribus metallis: de operibus scilicet carnis & desideriis huius mundi, quæ auri claritas non inconuenienter designat. Parat similiter & fornacem: vt quos per deceptionem non potest attrahere, per tribulationes destruat & dolores. Porro ò instrumēta musica, illius suggestiones sunt, quibus ad vanitatem reprobos allicit & incautos. Præcipit igitur vt auditis musicis instrumentis adorent statuam: quia per suggestiones luxuriosorum corda terrenorum nititur inclinare: vt relicto legitimo Dei cultu, opera carnis & desideria huius mundi venerando sequantur. Quod enim quisque plus diligit & honorat, hoc illi Deus est: sicut aurum auaris, libido luxuriosis. Faciunt enim quidam deos phantasmata & vanas imaginationes in cordibus suis: & sic templum dæmonum efficiunt. Sequatur igitur Deo cōtempso Babyloni operam carnis, & in his statuam venerantur, ne sentiant æstus ignis. Idem fornacem sequuntur,

ter, id est desideria mundi, ne penuriam patiantur. Filij autem Hebræorum exemplo Moysi magis eligunt affigi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem. Isti contemnescentes statuam in fornacem mittuntur. Quicunq; enim volunt piè viuere in Christo, necesse est vt ab impijs multa patiuntur. In hoc igne tantùm vincula eorum comburuntur, non corpora: quia si quæ sunt in eis maculæ abluuntur, & eorum animæ expurgantur. Idem ignis fornacis comburit Babylonios. Nam sicut sub eodem igne aurum rutilat, palea fumat: & sub eadem tribula stipulæ comminuuntur, & frumenta purgantur: Ita eadem vis tribulationis bonos purgat & viuificat, malos damnat & deuastat. In eadem siquidem tribulatione mali Deum detestantur & blasphemant, boni deprecantur & laudant. Sic pari motu exagitatam horribiliter exhalat cœnum, & suauiter fragrat vnguentum.

RICARDVS.

Quid domus, quid palatium spiritualiter designent.



Go Nabuchodonozor quietus erit in domo mea, & florens in palatio meo. Quid per domum intelligimus, nisi conscientiam: & quid per palatium, nisi conscientiæ securitatem, securitatisque fiduciam? Nam & palatium domus est: non quælibet tamè domus palatium dici potest. Palatium namq;

Cap. 4.
&

est domus quædam fortis, sublimis, atque regalis. In domo itaq; sua quietus sedet, quem sua conscientia non remordet. In flore, fructus speratur & per florem, certa bonorû futurorum expectatio figuratur. Flos, est inchoatio fructuû futurorum: & per floré innouatio notatur profectuum. In flore ergo figuratur vel certa præmiorum expectatio, vel noua promotio meritorum. In palatio itaque suo floret, qui sub bonæ conscientiæ testimonio coronam gloriæ securus expectat. In palatio etiam sedet & floret, qui inter magna opera sua quæ libenter facit, adhuc maiora & meliora in corde proponit. Somnium, inquit, vidi quod perterruit me: & cogitationes in stratu meo, & visiones capitis mei conturbauerunt me. Somnium videre, est in diuinæ contemplationis arcana, mente transire. Huiusmodi somniorum alia deterrēt, alia demulcent. Demulcet sanè nec mirum æterno-

rum contemplatio gaudiorum : terret verò iudiciorum speculatio diuinorum. Cogitationes meæ, inquit, in stratu meo. Quid hic intelligitur per stratum, nisi intimæ quietis otium? Visio verò capitis, illuminatio sensus intellectualis. Cogitationes itaque suæ in stratu suo, & visiones capitis sui nonnquam perterrent: cum ex eo quod secum post diuinæ reuelationis arcanum meditationis suæ otio negotioso pertractat ad salubrem sollicitudinem, vtilémque formidinem euigilat. Visio, inquit, capitis mei in cubili meo.

De mystica arbore.

A Videbam, & ecce arbor in medio terra, & altitudo eius nimia. Visio capitis in cubili percipitur, quando in secreto otio mens humana aspiratione subleuatur diuina. Videbam, & ecce arbor &c. Quid intelligimus per magnitudinem arboris, nisi immensum robur virtutum? Nonne magna illa arbor fuit, quæ plenitudinem gratiæ & fortitudinis accepit? Stephanus, inquit, plenus gratia & fortitudine. Ecce arbor magna, arbor robusta, arbor procera. Magna ad bona agenda, fortis ad mala toleranda, procera ad sublimia contemplanda. Sed vide quisquis hæc audis vel legis, si fortè altitudo tua est magna. Vide inquam, & diligenter attende, ne sit fortè & nimia. Hoc fortassis in hac descripta arbore reprehensibile fuit, & causa succissionis extitit, quòd altitudo eius nimia fuit: Sequitur: Et aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ. Aspectus eiusmodi arboris vsque ad terminos vniuersæ terræ porrigitur: quando nominis eius dignitatem qui eiusmodi est morum similitudine propinqui, & morum dissimilitudine longinqui pariter reuerentur auctoritatisque eius tam à malis quàm à bonis timetur. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & esca vniuersorum erat in ea. In foliis verba, in fructu scientia, in esca doctrina. Folia fructus vestitur, & verbis compositis scientia adornatur. Otium enim sapientis ornat scientiam. Fructus bonus sapit & pascit, & scientiâ spiritualis spiritalem esuriem per sacram admonitionem suauiter reficit. Esca vniuersorum, est plena eruditio omnium, discreta admonitio singulorum. Et fructus eius, inquit, nimius. Vbique nimietas noxia est. Fructum nimium arguit, qui dicit: In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter.

Sequitur: *Subter eam habitabant animalia & bestia, &c.*

rami
caro.
tes ca
les, s
ecce
pat
Subt
mente
ste qu
& qua
spira
beant
Subter
cebat,
Quo
D
Difan
attollen
nostri t
Voluer
conditi
cis, q
his, &
non par
vique p
cumque
tis. Besti
appetit
inte hu
ca, & qu
ecce, inq
fortiter,

Succi
boni ang
nulla om
Bona ita
permisio
malum e
lit. Ver

ramis eius conuersabantur volucres cæli, & ex ea vescebatur omnis caro. Per animalia & bestias, homines intellige animales, mentes carnales, & penitus seculares. Per volucres accipe spirituales, studiorum bonorum & sanctorum desideriorum alis ad cœlestia volantes. Per animalia intelligimus mentes voluptati deditas. per bestias, iracundas. de quibus rectè dicitur: Subter eam habitabant animalia &c. Eo quòd huiusmodi mentes per concupiscentiam vel iracundiam dissolutæ, iuste quidem premi debeant rigore disciplinæ. Rectè in ramis & quasi sublimioribus conuersabantur volucres cæli, quòd spirituales viri & cœlestibus desideriis succensi, meritò debeant & in auctoritatem erigi, & digno honore sublimari. Subter eam, inquit, habitabant &c. Ergo in imis bestias coerebat, spirituales verò subleuabat in alta.

Quòd asini loco volatilium hodie ridiculè statuuntur.

Discant prælari nostri, discant hic quid facere debeant. **B** Discant inquam indisciplinatos premere mores, honorare & atollere bonos. Quid quæso hoc genus monstri est, quòd nostri temporis arbores, vrsos, & leones portant in ramis? Volucres verò cæli & quælibet animalia pennata contra conditionis iura premunt in ramis? Quid quæso est quòd factis, qui eiusmodi bruta & bestialia corda in sublime attollitis, & velut in aère suspenditis? Si verè eos diligitis, cur eis non parcitis? Nam dum eos ad alta suspenditis, eis ruinam vtiq; præparatis. Conuersentur volucres cæli in ramis, locumque teneant in summis, quos penna subleuat sanctitatis. Bestiæ in imis resideant, & qui pronos vultus habent per appetitum carnis, distractionem sentiant piæ seueritatis & iuste humiliationis. Audiamus quid adhuc de hac arbore dicatur, & quid quisque timere debeat, discat, & ingemiscat. Et ecce, inquit, vigil & sanctus de cœlo descendit, & clamauit fortiter, & ait:

Qualiter arbor spiritualiter succidatur.

Succidite arborem & præcidite ramos eius &c. Alia sunt quæ **C** boni angeli per seiplos faciunt, alia quæ fieri permittunt: vt nulla omnino sine eorum dispositione & sapientia fiant. Bona itaque fiunt eorum cooperatione, mala autem eorum permissione. Quoniam ergo rectitudinis statum subuertere malum esse cognouit, bonus angelus prædicere arborem noluit. Veruntamen quòd hoc vnus meritum vel vniuersita-

tis bonum exigere cognouit, fieri permisit. Quod autem dicit: Præcidite: permissionem intelligite, non autem præceptionem. Neque enim hoc est malignis spiritibus obedientia iniuncta, sed licentia indulta. Hoc siquidem eos tandem aliquando facere permisit, quod eos diu desiderasse minime ignorauit. Hinc est quod Iudæ à domino dicitur: Quod facis, fac citius. Vnde patet quod sine Dei permissione nihil nostra sectatione præsumunt, qui non nisi permisi hanc arborem succidunt. Arbor itaque succiditur, quando constantiæ virtus tentationibus paulatim attenuatur, tandemque funditus tollitur. Succisa arbore præciduntur & rami quia virtute animi deficiente, paulatim bona opera subtrahuntur. Arbor succiditur, & ramus præciditur: quando animi virtus in occulto, & virtutis opus deficit in aperto. Succisa igitur arbore, ramisque præcisus, folia excutiuntur, fructusque dispergitur: quia deficiente virtutum proposito, virtutumque exercitio, prius gratia bene loquendi tollitur, tandem & gratia rectè intelligendi subtrahitur, & merito. Pius enim scandalizat quàm a discat audientes castigatio prædicatois peruersi.

Sequitur: *Fugiant bestie quæ subter eam sunt, & reuertentur ramis eius.* Bestiæ siquidem quæ prius subter eam erant fugiunt: quando subiecti ipsius eius obedientiæ detractant, & carnales quique magisterium eius contemnunt. Voluerunt cæli de ramis eius fugere, est spirituales quosque viros vita illius horrere infamiam, consortia declinare. Veruntamen germen radicum eius in terra sinite. Tunc arbor quasi radicibus auellitur, quando est perpetrata mala etiam in desperationem præcipitatur. Quasi enim radices suas arbor amittit, quando omnem correptionem perdit, & in desperationem cadit. Quid itaque aliud est huiusmodi arboris germen radicum post ruinam remanere, nisi post lapsum pœnitentiæ propositum retinere, & pœnitentiæ fructum de diuina pietate sperare? Et alligetur vinculo ferreo & æreo in herbis quæ foris sunt, & rore cæli tingatur, & cum feris pars eius sit herba terræ. Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei, & septem tempora mutantur super eum. Quid autem intelligitur rectius in vinculo ferreo & æreo, quàm peruersitatis indomabilis consuetudo? In ferro audacia. In herbis terræ bona infima, bona terrena. Quasi ergo vinculo fer-

reo it
n'itu
tur. L
cæli,
Rore
gestio
herba
post d
tis erro
Hieru



omnem
mutabi
fluctui
hoc ma
& vot
Promiss
De pri
ber, & v
missa no
reis red
sio. Stu
vel quo
pœnitent
mon qui
abrupte
qui pote
In mutal
mi. In mi
litate v o

Que e
vehemen
contrarij

reo in herba terræ mens deprauata alligatur, quando in carnalium voluptatum amore ex praua consuetudine obduratur. Et rore cœli intingatur. Quid intelligimus per rorem cœli, nisi subtiles & vix intelligibiles suggestiones diaboli? Rore itaq; cœli mens deprauata intingitur, quando per suggestiones diaboli diuersis erroribus imbuitur. Qui igitur in herbis terræ foris alligatur, oportet vt rore tingatur. Nam post deprauationem morū, etiam sensus deprauatur, & multis erroribus facillè implicatur. Hinc est quòd in euerfione Hierusalem rex prius filios, postea oculos amisit.

De triplici inquietudine cordis.



Videbam in visione mea nocte, & ecce quatuor ventales pugnant in mari magno &c. Videamus nunc quid sit hoc mare magnum in quo Daniel vidit hanc quæcumq; sit pugnam ventorum. Quis autem nescit mare quàm sit instabile & inquietum, quòd semper mouetur ad omnem flatum impulsūq; ventorū? Rectè itaq; in eo cordis mutabilitas & inconstantia figuratur, eo quòd verè sit similis fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur. Est autem hoc malum triplex. Est enim mutabilitas propositi promissæ & voti. Propositū est quòd quisq; statuit apud semetipsum, Promissum quòd apud proximum. Votum quòd apud Deū. De primo dicitur: Vult & non vult piger. De secundo: Nubes, & ventus, & pluuie non sequentes, vir gloriosus & promissa non complens. De tertio. Si quid vouisti Deo, ne moris reddere. Displicet enim Deo infidelis & stultia promissio. Stulta promissio est, quæ sit de eo quòd fieri non licet, vel quòd Deus facere prohibet. Infidelis promissio est quæ penitentia sequitur, vel cordis duplicitas comitatur. Nec tamen qui tali voto se obligant, pro libitu eiusmodi vinculum abrumperere debent: sed ad arbitrium eorum ab soluendi sunt, qui potestatem ligandi atque soluendi acceperunt & habent. In mutabilitate propositi, notatur vitium inconstantis animi. In mutabilitate promissi, scandalum proximi. In mutabilitate voti, contemptus & iniuria Dei.

Quæ sit pugna ventorum.

Quæ est autem ista pugna ventorum, nisi fortis impulsus & vehementia tentationum? Diuersitas verò ventorum cœli, contrarij sunt affectus animi. Aliter enim spirat concupiscen-

tia, & aliter fiat iracundia. Aliter autem & aliter confidentia vel diffidentia. Sapè inter fortes concupiscentiæ æstus violentosque impulsus animus ad semetipsum redit, atque acriter reprehendit, sibi irascitur, sibi indignatur, & concupiscentiæ flatibus iracundia ex aduerso stando reluctatur fortiter & resistit. Sed cum post momentaneam quietem violentior surgit, & solito validius impellit mentis statum, penè euerit: intantum vt iam iam deficiat, & in diffidentiam cadat. Flante itaque diffidentiæ vento, miserabilius quàm prius animum periclitari contingit. Timendum nanque valdè, ne ventus iste vehemens repente irruat è regione deserti, & concutiens conscientiæ domum, totum mentis statum euerat. Sed Deo aspirante vires resumat confidentiæ ventus: & ad diuinam misericordiam recurrens animus, iacet in domino curam suam, & sic in se mentis reparat constantiam. Ecce pugna ventorum, quam in nobis verius experimur, & sapius quàm legimus in libris.

De pugna quatuor bestiarum.

F *Quatuor, inquit, bestie ascendebant de mari diuersa inter se. Quid quæto est bestias post ventorum pugnam de mari ascendere, nisi bestiales motus & irrationabiles impetus, post tentationum violentiam, de cordis instabilitate exurgere, & prorumpere in apertum? Quasi bestialem enim formam sibi induit, qui bestialiter viuit. Quid nisi bestię sunt, qualibet vitia, vel qualibet praua desideria? Eiusmodi bestię mores lacerant, virtutes iugulant, animas suffocant.*

De prima bestia.

G *Prima bestia quasi leona, & alas habebat vt aquila. In descriptione primæ bestię intelligimus vitium insolentiæ. Insolitum quasi non solitum dicimus, vel contra solitum: & inde Insolentia dictum putamus. Rectè ergo insolentia dicitur, quando passim & temerè præter solitum præsumitur. Prima, inquit, bestia quasi leona. Dicitur leo tantæ feritatis esse, vt prouocatus nec mortem timeat, nec periculo mortis à furoris sui impetu se retardet. Leo, inquit, fortissimus bestiarum ad nullius pec. òc. Vides in leone quàm stulta audacia, & quàm audax stulticia? Nonne leoninæ videtur audaciæ, ad faciendum sibi nomen, ambulare in magnis & mirabilibus super se? Omnia ultra vires præsumere, contempto maiorum præcepto, ieiunia, vigiliis, & huiusmodi obseruan-*

tias v
mort
quod
tus su
ergo o
nulli
perun

Vu
di best
sumpti
quia n
vel celt
tem vo
autem a
go ille v
præsum
dere cur
nere? In
cateris
re per ad

Aspic
Prius ala
subleuat
ta gratia
blimes co
tos ieiun
scere, cap
ram redi
ponantur
amietere
itaque po
tur: quia
benè oper
queso de
& sublata
mari ascen
tur leuitat
nem termi

tas ultra modum extendere, & nec saluti parcere, nec animæ mortem in debita obedientiæ contemptu horrere? Nota quòd non leoni, sed leonæ assimilatur: quia hic sexus impetus sui vehementia proteruior & pertinacior inuenitur. Vide ergo quàm bestiale & verè leonæ simile sit, nullius consilio, nullius acquiescere præcepto: sed in temeritatis suæ audacia perniciter perdurare.

De duabus alis primæ bestię.

Vultis & hoc breuiter audire quid sentiam de huiusmodi bestię alis? Videtur mihi vna esse præcipitationis, altare præsumptionis, Ecce alæ duæ, & ambæ aquilinæ. Quis hoc de aquila nesciat, quòd cæteris penè omnibus aibus celerius vel celsius volare soleat? In præcipitatione attende celeritatem volatus. In præsumptione volatus celsitudinem. Dicitur autem aquila rex auium, & leo bestiarum. Nunquid non ergo ille videtur aliquid habere leonæ, & aliquid aquilæ, qui præsumit tam in actiua quàm in contemplatiua vita præcedere cunctos, & in vtraque singularem & summum locum tenere? In terra est leona. In cælo est aquila. Qui se præsumit cæteris omnibus incedere fortius, volare sublimius: incedere per actionem, volare per contemplationem.

De auulsione alarum.

Aspiciebam donec auulse sunt alæ eius, & sublata est de terra. I
Prius alæ auelluntur, postea & ipsius bestię corpus de terra subleuatur. Prius contemplatiuæ, postmodum actiuæ etiã vitæ gratia amittitur. Quid enim est alas suas perdere, nisi sublimes contemplandi volatus amittere? Cùm enim post multos ieiuniorum & vigiliarum excessus ceperit corpus tabescere, caput dolere: velis nolis oportet alas deponere, ad terram redire, & carnis curam agere. Et melius est vt sponte deponantur, quàm inuito auellantur. Quid est alas auelli, nisi amittere cum dolore ingenti & sine vlla spe recuperandi? Sic itaque post alarum auulsionem & terræ inhabitatio denegatur: quia post subtractam contemplationis gratiam, etiam bene operandi gratia animo superbiendi subtrahitur. Sed vbi quæso de cætero erit hæc bestia de cælo amissis alis deiecta, & sublata de terra? An fortè iterum in mare descēdet, qui de mari ascendit? Sic vtique, sic sæpè quod ex cordis præsumitur leuitate, post multam mentis fluctuationem in amaritudinem terminatur. Sic de terra in mare transitur, si montes in

cor maris transferuntur. Quid enim est montes in cor maris transire, nisi de magni conaminis culmine in nimiam cordis malitiam cadere? Et supra pedes quasi homo stetit. Et utinam vel sero desinat se angelum credere, & tandem aliquando desinat supra hominem presumere. Iam non volat vt angelus, nec ambulat vt homo: sed stat vt nunquam requiescat. Assidue ergo stat, quia sine intermissione laborat. Pedes sine incessu fatigat, sine fructu laborat. Supra pedes stetit vt homo. Grande spectaculum: sed scædum miraculum videre quadrupedem bestiam, leoninam denique formam se supra duos pedes contra cælum erigere, & contra naturam erectam stare. Quæ est ista erectio monstruosa, nisi enormis quædam & nimis detestanda superbia? Contra cælum se erigit, qui diuina iudicia reprehendit. Et cor eius datum est ei. Cuius eius? Nō leonæ, sed hominis. i. carnaliter sapientis. Vel tunc veraciter cor hominis accipit: quando per multam experientiam errorem suum intelligit, & tamen suum defectum quàm aliorum profectum plenius recognoscit.

De secunda bestia.

K *Et ecce bestia alia similis vrsō in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius.* In hac secunda bestia rectè intelligitur inuidencia. Est enim vrsus, vt omnes nouimus, animal deforme, & quod in locis remotis & abditis soleat habitare, & in hoc ipso formam gerit inuidiæ. Nam & ipsa quidem vt pote scæditatem suam turbescens semper studet latere. Est enim vrsus animal multiosum, & scutum, & fortè est eiusmodi inuidiæ vitium. Inuidia est odium alienæ felicitatis. Est autem vrsus animal plurimum inquietum: ita vt ad stipitem ligatus nunquam penè desinat vel in circuitum pergere, vel pedibus fixis caput nunc in hanc, nunc in illâ partem iactare: & in hoc habet formam nō modo inuidiæ, sed inuidentiæ, quæ animum nullo penè momento sinit requiescere. Dicitur enim de hac bestia quòd in parte stetit. Nemo enim repente fit turpissimus: sicut è cōtrario, nemo repente fit summus. Quasi adhuc itaque in parte consistit, quando ad aliqua bona agenda antiqua adhuc consuetudo trahit.

De tribus ordinibus dentium.

L *Et tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius.* Ipsa scriptura denunciat quomodo tres ordines erant in ore eius. i. in dentibus eius. Quid autè in dentibus rectius intelligimus, quàm

quàm
inuid
sibus
bens c
nifest
riore
potest
re. Pri
tium d
natio.
bonæ
nes plu
dente r
Quid
infliga
tionem
suggest
compe

Post
habebat
bestiam
scipias
pardo a
totum c
erit q
quod di
femetip
ambitio
tas pen
Et quid
agere?
dit, amb
De
Prim
Secund
ta, pote
gradu in
gni con
cum & l

quàm malitiæ & inuidentiæ morsus? Est autem proprium inuidentiæ, alienam vitam rodere, & obrectationum moribus lacerare: quod tribus modis tanquam in ore tres habens ordines exequitur. Solet enim liuida mens semper manifesta mala multiplicius exaggerare. Dubia quæque in deteriorem partem vertere. Aperta autem bona quia negare non potest, arte qua præualet offuscare, & de eis aliquid minuire. Primum est obloquutionis, secundum derogationis, tertium detractiois. Obloquutio, est malæ opinionis disseminatio. Derogatio, bonæ opinionis euacuatio. Detractio, bonæ opinionis attenuatio. Sequitur: Surge, comede carnes plurimas. Quid est carnes comedere, nisi aliena infirma dente maledico lacerare? Sed quod dicitur: Surge, comede. Quid quæso erit? Præceptio, an permissio, suggestio, an instigatio? Sed si à bonis angelis dictum putamus, permissionem tantùm intelligere debemus. Si autem à malis, tam suggestionem quàm instigationem vera ratione intelligere compellimur.

De tertia bestia.

Post hæc, inquit, aspiciebam, & ecce altera quasi pardus, & **M** habebat alas auis quatuor super se, & quatuor capita erant super bestiam, & potestas data est ei. Certè cum volucres volant, seipsas supra semetipsas leuant, & per inane suspendunt. In pardo autem hypocritarum fraudulentia figuratur, qui per totum corpus maculis quibusdam respersitur. Nam hypocritæ quidam sanctitatem prætendunt, sed peruersum est quod diligunt. Nonne igitur eiusmodi mentis seipsas supra semetipsas attollunt, & per inane suspendunt: cum propter ambitionem & inanem gloriam durè distractionis obseruantias penè vltra humanæ possibilitatis mensuram extendunt? Et quid aliud est multa capita habere, quam nil simpliciter agere? Omne enim quod hypocrita agit vel agendo intendit, ambitionis deseruit.

De quatuor capitibus bestię tertię, & quatuor alis.

Prima itaque species huius mali, est affectatio libertatis. **N** Secunda, affectatio dignitatis. Tertia, auctoritatis. Quarta, potestatis. Primò, vt subesse refugiat. Secundò, vt de gradu in gradum ad maiora conscendat. Tertiò, vt vir magni consilij appareat. Quartò, vt in domo Dei summum locum & honorem obtineat.

SVPER DANIELEM.

De quatuor alis.

De alis verò vt breuiter exprimam quod sentio: Vna dicatur simulationis. Alia, dissimulationis. Tertia, ostentationis. Quarta, excusationis. Simulatio, est de occultis bonis. Dissimulatio, de occultis malis. Ostentatio, de bonis manifestis. Excusatio, de manifestis malis. Ostentatio & simulatio à dextris existunt, & his duabus volant, dum se proximis commendantes gloriam suam circunquaque dilatant. Excusatio & dissimulatio remanent à sinistris: quia in his duabus corpus suum velant, & scditatem occultant. Et potestas data est ei. Et absque dubio miro Dei occultòque iudicio, maiora sunt penè quæ hypocritæ facere possunt, & faciunt, districtioris vitæ obseruantias custodiunt, quam qui propter Deum se affligunt. Et cùm cõstet quòd omnis caro scenum, & omnis gloria eius quasi flos agri: plus tamen laborant sæpè sectatores vanitatis pro vana gloria & transitoria, quam veri æmulatores iustitiæ pro vera gloria & æterna.

De quarta bestia.

P Nunc de quarta bestia breuiter perstringamus. Post hoc, inquit, aspiciebam in visione noctis. Et ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis & fortis nimis. Dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans. Dissimilis autem erat cæteris bestiis quas videram ante eam, & habebat cornua decem. Vide quod genus monstri in vitiis sit, cui nullum inter alia comparabile inuenitur. Scimus autem quòd mens quæ inuidia & impudentia corrupta fuerit, de cætero nulli omnino nec sibi nec aliis parcit. Nam inuidia tollit huiusmodi amorem & compassionem proximi. Impudentia verò moderantiam & circumspectionem sui. Et sæpè qui eiusmodi sunt, multos labores & dolores patiuntur: immò libenter tolerant vt alios affligant, & malunt ipsi miseriam sustinere, quàm aliis non inferre. Vide ergo quàm sit mirabile, quàmve horribile, hominem humanitatis oblitum, hominem exuere, & cor induere beluinum. Fortis etiam nimis est, qui ob mala proximis inferenda, tam patiens est ad ipsa etiam toleranda. Dentes autem & vngues ferreos habere dicitur, qui ad omnem crudelitatem verbis & operibus in proximos effrenatur. Denique omnia comminuit & conculcat, qui non solum aliorum infirma, sed & fortia carpit & damnat, & pro posse

posse
quod
cæter
dissim
proba
C
nem r
Asp
Vbi ab
loco f
nam m
post su
fedit: r
ante o
lubricu
nem co
tur, nisi
nide reg



non feci
luptatib
malitia
oriatur e
mè crep
rum pecc
municat.
etiam ex
solius Ch
mus: Ero
tia licet o
iunitas
iscum san
tem nost

posse adnihilat. Omnia itaque per diffamationem lacerat, & quod infamare non potest, per despectum calcat. Vt autem cætera taceam, in hoc maximè videtur hæc bestia cæteris dissimilis esse, quòd in hoc nouissimo statu nescit mens improba erubescere.

Quòd per Dei gratiam qui modò bestia fuerat, in hominem reuertatur.

Aspiciebam donec throni positi sunt. Et antiquus dierum sedit. Vbi abundauit iniquitas, superabundauit & gratia. Ex hoc loco facile est aduertere, quoniam nulla nostra malitia diuinam misericordiam vincere potest. Quid enim est quòd post succedentes sibi bestias posito throno antiquus dierum sedit: nisi quòd post multa vitiorum detrimenta ille qui est ante omnia tempora æternus, per visitantem gratiam cor lubricum infirma propositi stabilitate figit, & sibi mansiorem constituit? Et quid est quòd bestiarum potestas auferatur, nisi quòd per visitantem gratiam vitiorum sopita tyrannide regnum peccati destruitur? Q

GALFRIDVS.

Quomodo intelligitur Belis destructio.



Vt Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter, fecitque massas, & dedit in os draconis: & diruptus est draco.

Cap. 4. R

In passione Christi diruptus est draco magnus, qui inter pilos picem, & adipem deuorauit ignarus. Siquidem inter peccatores occisus est, qui peccatum non fecit: inter eos qui insensibiles & sine spiritu vitæ voluptatibus dediti sola radicantur in carne, & eos qui tenaci malitia tetri ex procera arbore prodeunt: quòd crudelitas oriatur ex animositate superbiæ, si solos tales vorasset, minimè crepuisset. Sed cum pice & pilis adeps coquitur, & eorum peccata expiat, quibus dignanter gratia Dei sese comunicat. Si propter admixtum ipse draco crepuerat, vt ipsi etiam excant qui fædi priùs & fluxi extiterant. Quòd si de solius Christi persona id intelligimus, ex qua dictum legimus: Ero mors tua ô mors: in pilis caro siue concupiscentia licet orta de carne, in pice similitudo culpæ significatur, & diuinitas in adipe. Sed quid dicimus, quòd ante mortem sanctus Daniel etiam Bel destruxit? Vtinam ante mortem nostram domine destruas vetustatem. Hoc enim inter-

SVPER DANIELEM.

pretatur Bel. Daniel iudicium Dei est, in quo princeps mundi huius eiicitur, & veritate cognita à vanitate liberatur. Rex Cyrus qui hæres interpretatur, humana ratio: quoniam hæreditario iure configit interiores animi motus, & exteriores tegit corporis sensus. Huius regis conuiuia Daniel præ cæteris honoratur amicis, cum cæperit mens humana in quantum iam comperit iustum approbare iudicium, & acceptam habere notitiam veritatis: sed ex magna parte quæ regere & coercere debuerat, confusos adhuc affectus, vanitatem vetustatis adorans. Idololum intus luteum, foris æreum, nostra est vanitas ad prioris hominis pertinens vetustatem. Lutum luxuria est. Aes loquacitatem vel auaritiam notat: quarum vtrâque sectantur foris, quos interius libido corrumpit. Nec comedit idololum hoc: quia nescit vtralibet concupiscentia refici, quanuis videatur suis quibusdam epulis ad esuriam potius prouocari. Templum huius idoli, sua cuiusque concupiscentia peccatoris: in quo vt occultum deprehendamus introitum, & appareant nobis impressa vestigia crebra mortis meditatio, cineris aspersio est.

Finitur Prophetia Danielis.

SEQVITVR OSEE.

STEPHANVS.

De pœnitentia.

Cap. I.

S



T abiit, & accepit Gomer filiam Debelam. Gomer consummata. Debe voluptas. Et sæpè dominus illam animam quæ in voluptatibus est consummata carnalibus, ad pœnitentiam vocat. Nõne dominus assumens Magdalenam, assumpsit Gomer filiam Debe. Multi veniunt in Baby. & ibi curantur. Vbi abunde. de. s. gra. Eruiisti a. m. ex inferno infe. De execratione & mer. an in confer. Dixit dominus ex B. & m. c. s. s. bu. Nõne vulgariter dicitur, quòd castra munitissima non sunt in locis amœnis, sed asperis & horribilibus? Alia interpretatione Debel.

Debel
Hanc
dum h
intellig
ficus f
que pe
Peccat
Appon
retur n
proprie
Sic He
fructuo
Lazaru
ium qu
mar ho
fœtida

Voca
opus q
sed De
Et be
aliquis
arbitri
Nunc
Cum c
Voster



fab dicit
ticut in

Agr
caput
amitter
Can
vias ipl

Debelaim dicitur palata, & est massa ficuum siue caricarum. Hanc massam Esaias hulceri Ezechiae iubet apponi. Secundum hoc filia Debe. est filia peccati. Per ficus enim peccata intelliguntur. Vnde primi parentes post peccatum, de foliis ficus fecerunt sibi perizomata. Quod adhuc faciunt, quicunque peccatum per circumstantias sicut folia fructus tegunt. Peccata quidem sicut ficus dulcia videntur delinquentibus. Apponenda est ergo massa ficuum vulnere, vt peccatum curetur recordatione peccati. Sic verus Dauid caput Goliath proprio illius amputauit ense. Sic Iudith caput Holofernus. Sic Hester Aman, proprio patibulo iubet suspendi. Sic infructuosa ficulnea stercorem appositione pinguescit. Sic Lazarus aperto suscitatus est monumento, vt locum in quo iam quatrudoanus iacebat agnosceret. Item Iudas misit Thamar hœdum: & Isaac libenter hœdum comedit. De capra fetida nascitur hœdus sapidus.

De humilitate.

Voca nomen eius Iezrael. Iezrael, semen Dei Quia bonum **T** opus quod prælatus vel per eum conuersus facit, non sibi sed Deo debet attribuere, quia semen Dei est, non hominis. Et bene bonum opus semen dicitur quia quantuncunque aliquis sit perfectus, semper debet semen Dei in terram liberi arbitrij iacere, & tanquam de nouo inchoare. Vnde & dixit: Nunc exepi. Item: Toto die contristatus ingrediebar. Item: Cum consummauerit homo, tunc incipiet. Et Apostolus: Posteriorum oblitus, in interiora me extendi.

De ambitione.

Vferat fornicationes à facie sua, & adulterium a. de **Cap. 2.**
m. n. s. Per fornicationes, vitia subditorum. **V**
 Per adulterium, prælatorum. Per hoc notatur quod sicut adulterium, grauius est quam fornicatio: ita peccatum praelati grauius est quam subditi. Adulterium est in medio vberum, conscientia vertitur in ambitionem & lucrum.

De passione Christi.

Agricolæ nolentes segetes suas à viatoribus conculcari, **X** caput viæ spinis claudunt. Sic Iudæi ne locum & gentem amitterent, caput Christi spinis confixerunt.

Cantica sine titulo. Quomodo sancta anima à domi per vias iustitiæ deducatur,



Y *Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & dabo ei vinitores eius ex eodem loco, vallem Achor ad aperendam spem.* Lactat dominus animam, quando suæ bonitatis gratiam eius inspirat affectibus. Et eam in præsentis & peccatorum venia reuelandam, & virtutum gratia confirmandam, & in futuro beatitudinis æternæ gloria sublimandam misericorditer pollicetur. Item lactat eam, cum suauitatis æternæ refectam dulcedine, ad appetenda summa regni cœlestis gaudia vehementius accendit. In solitudinem ducit, cum suauitatis intimæ iucunditate gustata tumultus omnis vitæ mortalis ne degustatis priuetur bonis, ei suggerit deuitare, & quieti mentis toto desiderio interna aspiratione hortatur intendere. Ibi loquitur ad cor eius, cum eam à vitiorum opprobriis liberatam de secretis cœlestium gaudiorum per contemplationis intimæ gratiam & licentius instruit, & infundit vberius. Dat ei vinitores eius ex eodem loco. i. ex ipso mentis tranquillo statu discretioni militantes cogitationes producit, quæ vinitorum more quicquid in corde lingua & opere superfluum pullulat amputare, & quod ad edificationem proficiat plantare satagant & nutrire. Et quoniam qui apponit sci. & do. dat ei vallem Achor quod interpretatur conturbatio, ad aperendam spem, cum eam ad hoc excitat, vt in humilitatis exercitio sanctis semper laboribus insistat, & omnem à se nociuam securitatis torporem abiiciat,

GALFRIDVS.

Z *Quæ sunt iudicia animæ quæ à domino desponsatur.* Desponsauit te m. in iudicio & iustitia, &c. Animas sibi singulorum Christus desponsat, cum sua illas dignatione Christus præueniens benedictione subarrat. Præcipua siquidem eius munera, & certissima quædam desponsationis eius iudicia sunt hæc, de quibus etiam Iudæos increpans veritas ait: Reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. In iudicio & iustitia nos ipsos arguere & castigare, in misericordia & miserationibus proximis subuenire, in fide cum Deo sollicitè ambulare debemus. Sane tria hæc grauiora legis auctoritate non pondere, videlicet potiora & preciosiora sunt, & verè bona. In quibus quæcunque se inuenerit anima se Deo placitam, & ab eo nouerit desponsatam.

Item. STEPHANVS. De penitentia.

Ei

Es
dilectio
quæfitu
sponfab
sto. l. per
ro. N
reuerit
distanti
gine no
virginal



Similiter
pit, tūc
cum in in
dare, vt p
poralium
pi conu
peccandi
uum pe

Et ad
solum no
concord
bleuantur
Et sicut h
transit v
adulation
iudici oste
mauertat
est acti D
nationis p

Fornica
aufert cor
tuangeli

Esponsabo te. Ter dicit sponsabo, ad notandum triplex A
dilectionis testimonium, s. cordis, oris, & operis. Vnde ter
quæsitum est à Petro, an diligeret dominum. Ter etiam dicit
sponsabo, quia tripliciter desponsatur anima peccatrix Chri-
sto. s. per contritionem, confessionem, & satisfactionem. Hie-
ro. Nota misericordiam Dei: meretrix diu fornicata ad virum
revertitur, nec reconciliari viro, sed sponsari dicitur & vide
distantiam inter Dei & hominum coniugia. Homines de vir-
gine non virginem faciunt: sed Deus meretricibus iunctus
virginales reddit.

De malitia mundi.

**Maledictio, & mendacium, & homicidium, & fur- Cap. 4.
um, & adulterium inundauerunt.** Signanter di- B
citur inundauerunt, vt notet peccatorum abun-
dantiam. Tunc fluuius inundare dicitur, cum
alvei sui ripas excedit, & vicina loca occupat.
Similiter cum peccatum publicè perpetratur, & alios corrū-
pit, tunc dicitur inundare. Item fluuius in mare fluit, & pecca-
tum in inferni amaritudinem. Dicitur etiam peccatum inun-
dare, vt per hoc notetur eorum origo. s. quòd ex aquis tem-
poralium proueniunt. In cuius rei significatione aquæ Aegy-
pti conuersæ sunt in sanguinem: quod fit quotiens ad vsum
peccandi temporalia conuertuntur, & sanguis san. tetigit, &
vnum peccatum aliud attraxit.

De adulatione.

Et ad iniquitatem subleuauit animas eorum. Glossa: quia non C
solum non corrigunt, sed & laudant, & impunitatem promit-
tunt: unde illi ad peccandum subleuantur. Signanter ait sub-
leuantur, qui enim aliquem subleuat, efficitur vector eius.
Et sicut homo qui vehitur, facilius & cum minori labore
transit viam, quàm si incederet pedes: sic facilius peccat, qui
adulationis vehiculo inducitur ad peccandum. Item qui reū
iudici ostendit, nonne idem facit, ac si dicat vt in eum ani-
maduertat? Similiter qui adulando peccatorem subleuat, idem
est ac si Deo dicat, vt in eum animaduertat, cuius etiam dam-
nationis participem se ostendit.

De luxuria.

Fornicatio, & vinum, & ebrietas aufer cor. Verè fornicatio D
aufer cor, etsi quædam alia peccata sint maiora. Vnde ille in
euangelio, qui se uxorem duxisse dixit, non se excusauit.

Certè vxor & amor vinum moderabile suadent. Illa pudore caret, Liber, amorque metu. Denique in Cantilena dicitur Domine Deus quis meum cor furatus est!

De cupiditate.

Cap. 5.
E



Alti estis sicut rete expansum super Thabor. Thabor interpretatur veniens lumen. Hoc lumen est sacramentum dominici corporis & sanguinis, quod quotidie ad nos venit. Rete igitur super Thabor expandit, qui mysterium nostræ redemptionis conuertit in ministerium suæ cupiditatis, celebrando missas obolatas. Et cùm Iudas Christum mortalem & passibilem triginta argenteis vendiderit, nostri sacerdotes iam sedentem ad dexteram patris pro vno obolo vendunt.

De pœnitentia.

Ego quasi tineæ Effraim, & quasi putredo domus Iuda. Tria sunt principalia propter quæ comeditur à tineæ vestimentum. Vel quia vetus est, vel quia in vsum non assumitur, vel in tali loco ponitur, quod solis radiis non exponitur. Vestimentum nostrum, est corpus nostrum. Hoc vestimentum vetus est, cùm inueteratum est in peccatis. In vsum non assumitur, cùm ieiuniis non affligitur, nec Dei seruitio anticipatur. Radiis solis non exponitur, cùm per confessionem veri solis radiis non patet. Item mala ligna putrida vocantur. Putridam lignum lucet in nocte, sed non solidum sicut sanum. Nox est vita præsens, in qua lucent mali sicut flores, & boni vix apparent. Sed sicut putredo lignum putridum consumit, sic ego dominus in peccata consumet. Vel potest accipi in bono. Dominus enim nobis est vermiculus, vel putredo, cùm virorem temporalium vel amorem in nobis deponit. Tineæ etiam & putredo nobis est, cùm facit nos considerare quòd putredo consumet corpora nostra. Vnde: Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quòd comeditur à tineæ.

Cantica sine titulo.

Quomodo Deus sit homini tineæ & putredo.
Ego quasi tineæ Effraim, & sicut putredo domus Iuda. Tineæ de veste nascitur, & eandem vestem de qua nascitur dissipat & corrumpit. Effraim verò fructificatio interpretatur. Sunt itaque qui bonis fructificantes operibus, sed per ostensum religio-

religio
nam ad
git, vt h
riora p
uunt, b
linqu
tenz re
par: qua
Cum au
fidire,
terint: &
ficiem,
dominu
Quod d
dicitur,

V

penite
& non
eum vel
nunqua
ceret: I
mouetur
terrogat
venite,
liber
Venite,
nunt, &
verus d
non re

Iste e
tinuò s
torem
proxi

religionem secularia magis commoda consequi quam diuinam adipisci gratiam cupientes. Quibus plerunque contingit, vt hac occasione quod cupiunt assequantur, & ad exteriora prouecti, dum multiplicibus curis delideranter inserviant, bona quæ non recta intentione inchoauerant, derelinquunt. Dum igitur suscepta cura quæ eis ex occasione exten-
 tentæ religionis imponitur, eiusdem religionis studia dissipat: quasi tinea vestem de qua nascitur lacerat & consumit. Cum autem ad hoc peruenerint, vt etiam diuina cœperint assequi, & ad fabulas se conuertentes auditum à veritate auerterint: & sicut solent homines ab introitu putredinis auferre faciem, sic illi à spiritualibus intentionem amouerint: tunc eis dominus putredo & tinea non immerito fieri prædicatur. Quod quia dominus iusto iudicio fieri permittit: ipse facere dicitur, quod eius permissione perficitur.

GALFRIDVS.

Venite, & reuertamur ad Dominum. De sanctis animalibus dictum est, quod ibant & non reuertebantur, Hic autem dicitur: Venite, & reuertamur ad dominum. Sed cum dicitur: Ibant & non reuer Ibi commendatur perseverantia, non impudentia denotatur. Ibant enim & reuer. ad dominum. Ibant & non reuertebantur à domino. Bonum est enim semper ad eum vel eundo vel redeundo accedere. Nam ab eo recedere nunquam bonum. Venite, & reuertamur ad dominum. Si dicitur: Ite, lapideum signum miliarium videretur, quod non mouetur, & viam docet. Herodianum est verbum; Ite, & interrogate diligenter de puero. Si verò diceret: Reuertamur, venite, & non diceret reuertamur: in veniendo se socium exhibere videretur, sed in reuertendo non ita. Nunc verò ait: Venite, & reuertamur ad dominum. Simul inquam reuertamur, & ipso similiter opus habeo. Dominus vniuersorum est verus dominator, & durus dominator eorum qui auertuntur & non reuertuntur ad eum.

Idem.

Ipsè cepit, & sanabit nos. Quare incipit dominus, & non continuo sanat? Subest enim ei cum voluerit posse, sed cooperatorem expectat, & expectat vt cooperetur quisq; ei in suam & proximi sanitatē: & hoc ipsum solius dignationis. Opus eius

Cap. 6.

H

est quòd operamur. Opus eius est vt cooperemur ei. Percu-
tiet & curabit nos. Non nos percussio terreat, quam curatio
comitatur. Curat enim à culpa, dum percutit. Viuificabit nos
post duos dies. Non communi vita fidei, sine qua nec venire
ad eum, nec reuerti valemus: sed superiori quadam & felicio-
ri, qua specialius ei ex quo viuimus inhæremus. Sicut enim
vita corporis est anima: ita animæ Deus. Et quidem sine eo
nec sobriè viuatur ad salutem, nec iustè exequitur quis quòd
iustum est: licet sobrietas potius nobisipsis, proximis verò
iustitia debeatur. Tertia pietas est cultus Dei, ex quo verius
viuit qui duobus illis compositis meruit iam accedere, & di-
uino sese studuerit cultui mancipare. Spiritalis enim cultura
in sollicita circumspectione, sedula meditatione, fideli deuo-
tione consistit. Et quasi tunc primùm viuificat nos & susci-
tat Deus, quando iam efficit vt non modò in nobismetipsis
& erga proximos, sed in conspectu eius viuamus. In eius vi-
delicet contemplatione, sub ipsius examine, sub eius testi-
monio, sub eius desiderio & amore. Aliter etiam licet duos
dies intelligere, vt ad creationem & redemptionem homi-
num referantur. Quibus succedit tertia, per spiritum adop-
tionis viuificans eos, qui peccata mortalia conuersione sua
in seculi renuntiatione præueniunt, suscitans eos qui secun-
dam tenuerunt tabulam post naufragium. Quia enim dies à
diuisione nomen accepit. In prima die per priuilegium crea-
tionis discernuntur rationales à cæteris creaturis. In secun-
da fideles ab infidelibus, per precium redemptionis, per spi-
ritum adoptionis. In tertia ab animalibus spirituales. Et vi-
uemus in conspectu eius, intuentes non quæ videntur, sicut
Moyse qui inuisibilem sustinuit tanquam videns. Sciemus,
sequemurque, in eius cultu & conspectu sciendi & sequendi
conspiciemus affectum. Sunt qui zelum habent, sed non
scientiam: qui gestiunt sequi, sed nesciunt. Alij sine zelo,
scientiam norunt sed nolunt, & seipsos iudicant in eo quòd
probant. Nesciuit mulier in præuaricatione seducta: scituit
Adam, sed sequi noluit.

STEPHANVS.

De mysterio trium dierum.

K Venite, & reuertamur ad Dominum, &c. Non dicit Ite, sicut faciunt magistri nostri & prælati benè docendo, & male viuendo. Ipse cepit nos. In verbo capiendi quasi coactio notatur.

notat
tem p
traxer
tus fu
cum,
nos
gnand
plum,
verò a
Propte
dentem
dierum
fitor,
euange
ni. perfi
tu pœt
summar
gelo d
tuncur
nitentia
ci. f. far
antequa
dierum
Et Iheb
lem. p
i. visio p
in quo
colle, q
phœgia,
omnibus
maculo
mobilia
dominus
miserunt
tiz. e. stat
amaritud
rete plen
dem hab
iustos. C
Esaïas de

notatur. Capit enim per gratiam Deus hominem fugientem per peccatum. Vnde: Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Item: Trahe me post te. Item: Cùm exaltatus fuero à terra, omnia tra. ad meip. Item super illum locum, Semen Abrahæ apprehendit, dicit glo. Apprehendit nos tanquam seruos fugitiuos. Propter illam fugam designandam, sic dispositum erat tabernaculum, & etiam templum, quòd sancta sanctorum erant ad Occidentem. Nunc verò apprehenso fugitiuo caput ecclesie est ad Orientem. Propter idem habuit Christus in passione faciem ad Occidentem. Viuificabit nos post duos dies, &c. Primus istorum dierum est status pœnitentiæ, secundus perfectionis siue iustitiæ, tertius gloriæ. Hos tres dies designauit dominus in euangelio cùm ait: Ecce ego hodie & cras dæmo. eii. & sanis perfici, & tertia die cõsum. Dæmonia eiiciuntur in statu pœnitentiæ, sanitates perficiuntur in statu iustitiæ, consummatio fit in statu gloriæ. Et nota quòd hic & in euangelio duò primi dies coniunguntur ad notandũ quòd quantumcunque in præsentì iustus sit aliquis, tamen indiget pœnitentiã. Ad idem est, quòd filij Israël pasti sunt cibo duplici. s. farina conspersa quam tulerant de Aegypto, & manna, antequam intrarent terram promissionis. In figura istorum dierum ciuitas Hierosolymitana trinomia fuit. Est enim dicta Ihebet. i. conculcata, quod fit per pœnitentiã. Et Salem. i. pax, quod fit in statu iustitiæ. Et vltimò Hierusalem; i. visio pacis, quod fiet in gloria, Isti sunt tres dies Pascha s. in quo comedebantur grana manibus confricata. Pentecoste, quando comedebant panes nouarum frugum. Scenophegia, in quo comedebatur de omnibus frugibus, iam tunc omnibus collectis. Scenophegia interpretatur fixio tabernaculorum. Hæc est status gloriæ in quo corpora nostra immobilia erunt & immutabilia. Item cum dicitur: Amauit eum dominus: sic notatur status pœnitentiũ, cùm dicitur: Et orauerunt eum, status iustorum. Et cum subiūgitur. Stola gloriæ. e. status beatorum. Hoc est quòd Thamar interpretatur amaritudo, commutata palma. Hoc est quòd Petrus traxit rete plenum clii j. piscibus. Ternarius, ad incipientes, qui fidem habent trinitatis. Quinquagenarius, ad proficientes siue iustos. Centenarius, ad perfectos. Istos tres dies breuiter Elias designat: Si reuertamini & quiescatis, salui eritis. Et

in Psalmo : Cùm auerterit dominus captiuitatem Sion : per
pœnitentiam exultabit Iacob in statu iustitiæ , & lætabitur
Israël in statu gloriæ . Debet enim homo esse nux, cuius cor-
tex amarus, testa solida, & nucleus dulcis . Per amarum cor-
tice[m] pœnitentia: per testam solidam, iustitia: per dulcem nu-
cleum, dulcedo gloriæ . Vel prædicti dies possunt omnes ac-
cipi de præsentī, vt primus sit contritio, secundus confessio,
tertius satisfactio . Vnde Moyses: Ibimus viam trium dierum
in so. Vel cogitatio, locutio, operatio . Hoc est triduum Sau-
li, triduum quo parentes inuenerunt Christum, triduum Ioa-
næ, triduum Christi in sepulchro .

BERNARDVS .

L *Viuificabit nos post duos dies i. d. t. s. n.* Decet vt quemadmo-
dum caput præcelsit, sequantur membra . In patibulo, vj. le-
ria redemit hominem , ipsa die qua fecerat hominē in initio .
Sequente die sabbatizauit in monumento, consummato opere
quod susceperat . Tertia verò, quæ prima dierum est, primitiæ
dormientium, nouus homo apparuit mortis victor . Ita & nos
quicumque sequimur caput nostrum , tota hac die , qua plas-
mati & redempti sumus , non cessemus agere pœnitentiam,
non cessemus tollere crucem nostram , perseuerantes in ea,
sicut ipse perseuerauit, donec dicat spiritus vt requiescamus
à laboribus nostris . Persistamus in cruce, moriamur in cruce,
deponamur aliorum manibus, non nostra leuitate . Caput
nostrum deposuere viri iusti . Nos verò dignatione sua depo-
nant angeli sancti: vt consummata viriliter die crucis, secun-
da quæ post mortem est, quiescamus suauiter, dormiamus fe-
liciter in sepulchris, expectantes beatam spem & aduentum
gloriæ magni Dei .

STEPHANVS .

De exemplo malorum .

Cap. 7.
M

Reuclata est iniquitas Effraim, & malitia Sama-
ria: quia operati sunt mendacium . Hic manife-
ste habetur, quòd peccata principum & præ-
latorum, salutem impediunt subdito: um . No-
ta quòd ait reuel. quia non sufficit eis pecca-
re latenter: immò iniquitates suas reuelant,
vt alios corrumpant . Vnde Esa. Super montem excelsum &
sublimem posuisti cubile tuum , & illuc ascendisti vt immo-
lares hostias . Operati sunt mendacium : id est terrena se-
quuntur,

quint
tunt e
Hier.
fuit m
maior

Omni
malum
enim a
ignem t
ratur in
sic diab
quod su
facere n
intellig
ignis no
coquen
Vnde H
impietas
per diue
aqua co
mentum
briant, t
Pectore

N

iudic
muniuit
dratus : e
liud est m
tum est a
pidibus e
dis . Lap
peccata .
bano eod

quuntur, in quibus nihil est nisi mendacium. Promittunt enim felicitatem quam conferre non valent. Vnde Hier. Veré mendaces erant colles, & multitudo montium fuit mendax. Colles; sunt minores dignitates: montes, maiores.

De tentationibus diaboli.

Omnes adsterantes quasi clibanus succensus à coquente. Cor N
malum meritò dicitur clibanus à coquente succensus. Sicut enim accendens clibanum intus non intrat, sed exterius ignem facit & ministrat: nec ignis exit de clibano, sed gyratur interius, & clibanum ad coquendum panem calefacit: sic diabolus per suggestionem cor hominis accendit, ita quòd substantialiter in cor hominis non intrat. Hoc enim facere non potest. Vnde quòd dicitur intrasse in cor Iudæ, intelligendum est per suggestionem, non per essentiam. Ille ignis non procedit exterius, quousque succensum sit cor ad coquendum panem impietatis, & totum cor sit exustum. Vnde Hier. Pellis nostra exusta est quasi clibanus. Panis impietatis, est ipse homo: qui primò frangitur in farinam, per diuersos circuitus & curas huius mundi. Deinde farina aqua conspergitur, & fermento fermentatur. Aqua & fermentum, duæ sunt filix Loth. i. declinantis: quæ ipsum inebriant, s. concupiscentia & superbia. hoc est quod dicitur: Pectore & ventre repes.

De ambitione.

Vera dederunt amatoribus suis. i. adulatoribus, & Cap. 8.
etiam spiritibus malignis. Sed etiam cum mercede conduxerunt nationes. i. causa promotionis, prece vel precio sibi fauorem laicorum acquirunt. O

De obstinatione malorum.

Iudas multiplicauit vrbes munitas. id est seipsum in malitia P
muniuit & confirmauit. In ciuitate malorum murus est quadratus: cuius vnum latus est mala spes, siue malus amor. Aliud est malus timor. Tertium est malum gaudium. Quartum est malus dolor. Iste murus ædificatus est magnis lapidibus quadris, & quibusdam minutis cæmento coniunctis. Lapidis minores & maiores, sunt minora & maiora peccata. Cæmentum autem calceum fit de lapidibus in clibano coctis, & in puluerem redactis admixta aqua. Lapis

durus in clibano coctus & tandem in puluerem redactus, cor est humanum, quod in clibano curarum mundi decoctum, in puluerem cupiditatis redigitur. Cui aqua concupiscentie admixta sit cæmentum: quod est tenacius si admisceatur arena: quod valdè mirabile videtur. Harena quidem sterilis est & arida, & ideo dissoluta. Et tamen cæmentum calcem tenacius facit & durabilius. Quid per arenâ, nisi temporalis abundantia? Quæ licet in se arida sit, sterilis & dissoluta, tamen cæmentum ex cupiditate & luxuria factum tenacius reddit.

Cap. 9.



*Q*uid facietis in die solen. Hæc solennitas est dies iudicij: quia tunc solennizabunt sancti. Et nota quod duplex festum solet dici solennitas. Modò quidem simplex festum est, s. in stola animæ. Sed tunc erit duplex festum: quia boni recipient duplicem stolam, s. animæ & corporis. Et mali operientur diploide confusionis.

R Profundè peccauerunt, sicut in diebus Gabaâ. Nota sicut per nullum factum antiquorum expressius potuit Esaias notare pugnam & victoriam Christi contra diabolum, quam per factum Gedeonis, cum dixit: Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian: sic per nullum factum flagitiosorum antiquorum expressius potuit Osee magnitudinem peccati, quam per factum Beniamitarum violenter opprimentium vxorem Leuitæ: & per factum eorum qui in ira petierunt regem, s. Saulem in Gabaâ inunctum. In his duobus notatur abominabilis luxuria atque superbia.

De perfectione honorum.

S Quasi vvas in deserto inueni Israel, & quasi prima poma sine nec. Ex vuis vinum elicitur per pressuram: & religiosi per pressuras tentationum tanquam vinum ab acino eliquatum in cellario domini reponuntur. Et sicut vva in deserto non crescunt, sed illuc aliunde afferuntur: sic viri perfecti nõ sunt de hoc mundo. Et quasi prima poma ficul. Quæ gratius & auidius sumuntur. Serotina enim poma non ita sunt grata sicut prima. Hæc enim primos radios solis plenè suscipiunt, vnde & citius matura sunt. Tales fuerunt Apostoli & primitiui fideles, qui æstum persecutionis plenè susceperunt, & ideo præmaturi siue prima poma fuerunt. Tales sunt hodie etiam

etiam
cuius
peccat
culne
cundit

Effr.
ducunt
ducunt
sed quæ
candi nõ
Ad inter
Vnde E
amistit. C
simiz, qu
porauit.

Quod
purgant



neret. Sec
ficium spe
nitiam, s
tenetip su
fadit, cæ
de vigiliis
moribus fa
bona oper
qui, flentes
res manipu
manipulos
uismo die
g, nolõ defi
pocinuis sp
sue, ait, sper
quando res

etiam cōtemplatiui, & ideo gratiores. Nota quòd per vnam
cuius sapor pungitius est, amaritudo siue punctio habita de
peccatis in carnis maceratione signatur. Per poma verò fi-
culneæ, quorum sapor dulcis, interna dulcedo, animique iu-
cunditas designatur.

De inani gloria.

Effraim ad interfectores adducet filios suos. Quidam non ad-
ducunt, sed interfectorem expectant. Ad interfectorem ad-
ducunt filios suos, qui occasionem peccandi non expectant,
sed quærunt. Interfectorem expectant, qui occasionem pec-
candi non quærunt, sed cum se obtulerit suscipiunt. Aliter:
Ad interfect. si. ad. qui bona quæ faciant suscipiunt. Aliter:
Vnde Ezech. Quia thesauros suos ostendit Babylonis, ipsos
amisit. Certè qui bona quæ agit, mundo ostendit, similis est
simi, quæ factum suum vrsus ostendit, quem ille protinus de-
vorauit.

BERNARDVS.

Quòd præproperè studet scientiæ, qui conscientiam non
purgauit. Secundum aliam literam.

Seminare vobis ad iustitiam, metite spem vitæ, et il. ro-
bis lumen scientiæ. Vltimam posuit scientiam tan-
quam picturam, quæ statum habere nequeat su-
per inane. Et ideo illa duo præmisit, & subiecit
illi, tanquam si solidum aliquid picturæ subster-
neret. Securus iam intendam scientiæ, si vitæ prius per bene-
ficiam spei securitatem accepero. Tu ergo seminasti tibi ad
iustitiam, si ex vera iustitia, notitia tui euigilasti timere Deū:
tenetipsum humiliasti, fudisti lachrymas, elemosynas pro-
fudit, cæterisque pietatis actionibus mancipasti, si ieiuniis
& vigiliis afflixisti corpus, si pectus tuncionibus, cælos cla-
moribus fatigasti: hoc seminare ad iustitiam est. Semina sunt
bona opera, bona studia: semina lachrymæ sunt. Ibant, in-
quit, stantes mit. se. sua. Sed venient cum exultatione portan-
tes manipulos suos. Meritū cum exultatione, cum reportant
manipulos gloriæ. At istud inquam in resurrectione, in no-
uissimo die: & est nimis longa expectatio. Noli animo fran-
gipoli deficere à pusillanimitate spiritus. Habes interim de
pauitatis spiritus, quod ad præsens in exultatione metas. Me-
tite, ait, spem vitæ. Non te modò mittit ad diem nouissimum,
quando res iam erit in re, & nō in spe: sed de præsentem loqui-

Cap. 10.
V

sur. Prorsus magna lætitia, & exultatio multa nimis, cum vita venerit. Sed nunquid tantæ lætitiæ spes erit sine lætitia? Sæpe gaudentes ait Apóstolus. Quisquis itaque post amara & lachrymosa conversionis suæ primordia respirasse in spem æque in quoddam serenum supernæ cōsolationis, pennis gratiæ subleuatum se euolasse lætatur: is profectò iam merit futurum recipiēs fructum temporaneum lachrymarum. Felix qui tantum iam messuit, habens interim fructum sanctificationis, sinem verò vitam æternam.

STEPHANVS.

De passione.

Cap. 10.

X

Ego quasi nutrix Effraim. Sicut nutrix frangit linguam suam, vt contemperet se puero balbutienti: sic Christus condescendit nostræ infirmitati, vt contemperaret se nobis. Præterea paruula re allicit paruulum ad se amplexandam: sic Christus paruula re. s. temporalibus, allicit nos ad suum amorem. Et hoc est: Ego quasi nutrix Effraim por. e. in bra. m. in cruce distentis. Ibi enim extendit dominus brachia sua ad amplectendum nos & portandum. Et sicut nutrix ad alliciendum paruulum plenè extendit brachia, & quantum potest, cum tamen paruula extensione possit eum colligere & amplecti: sic & Christus fecit. In funiculis Adam traham eos, &cæ. Duobus modis trahit nos: comminando s. & promittendo. Aliter: In fun. &c. Duo præcipuè retrahunt hominem à peccato, memoria passionis domini, & consideratio finis.

VVERRICVS.

Quòd qui nondum capit cœlestia, suspendatur interim à terrenis.

Pendebit populus ad reditum meum. Pulchrè omnino & propriè pendebit, tanquam inter cœlum & terram: vt licet adhuc apprehendere cœlestia non valeat, non velit tamen tangere terrena. Et si aliquando tangit, non nisi summis articulis. i. extremis partibus animæ propter necessitatem corruptionis nostræ cui seruire cogimur: quandiu vanitati creatura subiecta est non volens. Vulgò dicitur: Malè expectat qui pendet. Ego autem dico: Feliciter expectat qui sic pendet. Quamobrem elegit hoc suspendium anima mea, & in ipso suspendio mortem ossa mea, vt perseueranter in cruce ista pendere merear, donec immoriar.

STEPHANVS.

De duritia cordis humani.

Quasi leo rugiet. Mirum est quòd leone rugiente animalia **Z**
 irrationabilia figunt gressus suos, & vltra non audent proce-
 dere. Ex Christo verò leone per comminationem rugiente,
 non est in nobis qui rationales sumus, qui gressus suos figat,
 & dicat: Cogitavi vias meas &c.

De memoria incarnationis.



Deducet Dominus ventum vrentem. Id est pater fi-
 lium peccata tollentem, & ad sui amorem ac-
 cendentem. Meritò Dei filius dicitur ven-
 tus vrens: quia nihil est quod adeo debeat in
 nobis nociua vrere, sicut memoria incarnatio-
 nis. Vnde: Proba me domine & t.m. &c. Nihil est etiam quod
 tantum debeat ad amorem accendere, quàm humilitas incar-
 nationis. Vnde cum dixisset Psal. In sole posuit tabernacu-
 lum f. subiunxit: Non est qui se abscondat à calore eius. i.
 considerato quomodo in sole. i. in æstu persecutionis, po-
 suit tabernaculum suum: quis est qui se neget amori eius?
 Inde est, quòd cum ventum est ad illum locum symboli: Ec-
 homo factus est: stetitimus genua: quia illud specialiter nos
 prouocat ad amorem.

Cap. 13.
A

Finitur Osee.

SEQVITVR LIB. IOHEL.

GALFRIDVS.

Quòd per quatuor pestes, quatuor vitia designentur.



Residuum eruce comedit locusta &c. **Cap. i.**
 Eruca toto corpore repens luxu **B**
 ria est. Sed huius quoque residuū
 quantulumcumque fuerit, locustā
 sanè non effugit. Sed quantū hoc
 eruce residuum inuenitur? vbi-
 que serpit, vbi que sæuit, vbi que
 lenocinatur. Non vrbanoſ ciues,
 non barbaras præterit nationes,
 non muratas vrbes, non altas ru-
 pes, non tuguria pauperum, non castra militum, non merca-

SUPER IOHELEM.

torum mundinas, non prætoria iudicum, non palatia regum, non omnes forsitan cathedras magistrorum, sed nec huius quidem residuum omne saluabitur. Et ait locusta: Tam salio, impatienter portionem quæ contingit expectans. Et interdum cum eruca incipit conuiuari: sed multo magis, ubi foris pigrior illa defecerit, alacrior ista confurgit. Quæ est enim locusta, nisi vana gloria? Dedignatur pedibus ambulare, & quibus volare possit pennas non habet inanes saltus velociter occasura sectatur. Sic ubi floret amygdalus, ibi etiam locusta pariter impinguatur. Et notandum quod erucæ locusta convescitur, cum turpiter sordet quis, & inaniter gloriatur. Residuum eius comedit, quotiens is qui luxuriam fugit, vanam gloriam non euadit. Cæterum quid putamus, & illa aliquid deserit? Siquidem & brucus esurit: nimirum magnus ei venter est in paruo corpore, vel magis solus ei venter est in toto corpore. Et vt arbitror gastrimargiam indicat. Frequenter enim homines quos ab elatione & ambitione desperatio retrahit, gulæ vitium tanquam sibi relictos occupat & assumit: alioquin ne huius quidem residuum omne saluabitur. A Erugo adest, & tanquam avidior & insatiabilior omnium residua omnia præstolatur. Si quis enim gastrimargiam forsassis euasit, frequenter huic avaritia dominatur: nisi quod interdum etiam velut impatiens & multum improba non expectat vt residuum bruci comedit: sed ipsa rapit, & sibi tollit, ac deuorat. Nonnullos enim videmus præ amore pecuniæ, vt minus appetant satisfacere gulæ. Non inconuenienter auari animam ærugo comedere dicitur, quæ terrenis incubat, vel metalis, vel frugibus. In ipsis denique rebus tota versatur, quas ærugo & tinea demolitur. Igitur erucæ residuum à locusta subsiliente peruaditur, cum pudicitia bono non benè fatua virgo extollitur. Residuum locustæ brucus comedit, cum velut de magnis & mirabilibus super se iam desperans miser totum se gastrimargiæ vitio tradidit. Residuum bruci ærugo consumit, cum insipienter alteri quis reponit quod sibi nequiter subtrahit: siquidem cui congreget nescit.

PETRVS LOMBARDVS.

De quatuor ducibus aduersariæ potestatis.

C Residuum erucæ comedit brucus &c. Quatuor sunt duces in exercitu diaboli, qui per has pestes quatuor designantur, huius

ria, vana gloria, gastrimargia, iracundia. Multi per hos principes de pusillo grege domini præciduntur, & alij quidem trahuntur inuiti, alij trahuntur illecti, alij abeunt seducti, alij recedunt spontanei. Habent & duces isti satellites suos. Primus itaque est negligentia. Secundus curiositas. Tertius carnis concupiscentia. Quartus consensus. Quintus consuetudo. Sextus contemptus. Septimus malitia. cum iam datus in reprobum sensum, non solum iam facit iniquitatem, sed & diligit. Ex primo vitio fit piger ad bonum, & negligens conscientie propriae. Itaque negligentia tardat, curiositas impedit, concupiscentia ligat, consensus stringit, consuetudo trahit, contemptus præcipitat, malitia incarcerat carcere desperationis. Sed habet rex noster duces in exercitu suo, habet & milites, quorum arma potentia Dei Contra ergo quatuor illa vitia, virtutes æquè quatuor opponuntur. Iustitia, Fortitudo, Prudentia, Temperantia. Illis qui inuiti trahuntur, necessaria fortitudo, illectis temperantia, seductis prudentia, iustitia spontaneis. Sequuntur autem duces istos septem gratiæ spiritus sancti, quarum virtute & industria ad veritatis partis fortitudo conteritur.

STEPHANVS.

De vitio gulæ.

Violate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore vestro. In dulcedine, id est ad delectandum, non ad satisfaciendum naturæ. Quoniam periit ab ore vestro. Postquam enim transit iudicium palati, non melius sapit optimum, quàm mediocre vel vile. Et nota quòd signatius dixit, periit, quàm dixisset perit vel peribit: quia adeo est instantanea delectatio gulæ, vt potius dicenda sit præterita, quàm futura vel duratura, licet sit in præsentia.

De pœnitentia.

Accingite vos ad pugnam, & plangite sacerdotes, violate ministri altaris. Nota cum minores inuitantur ad planctum, prælati inuitantur ad vlulatum: per quod grauius esse notatur eorum peccatum. Ingredimini in pœnitentiam, cubate in sacco id est in cilicio. Per hoc quòd dicit cubate, notatur quòd hilariter sit amplexanda pœnitentia, tanquam refectio grata, vt dicat pœnitens: Cibabis me pane lachrymarum &c. Per cilicium autem benè pœnitentia designatur. Fit enim de pilis caprarum, & designat peccati circumstantias: quia sicut ca-

SVPER IOHELEM.

pra tegitur pilis, sic peccatum circumstantiis. Ex capra, id est ex voluntate peccandi, nascitur hœdus sapidus, qui postea fit hircus fœtidus: quia primò dulce & sapidum videtur peccatum in prægustatione, sed postea fœtor est in consuetudine. Istos pilos caprarum pœnitens tondere debet: quia non solùm peccati substantiam confiteri debet, sed etiam circumstantias peccati. Ex pilis istis debet sacerdos cilicium texeret: quia secundum peccati circumstantias pœnitentiam debet iniungere,

BERNARDVS.

Quòd paruulum Christum non nisi paruulus apprehendit.

Cad. 2.

F



Conuertimini ad me in toto corde vestro &c. Quid sibi vult quòd præcipit dominus vt conuertamur ad eum? Vbiq̃ue enim est, omnia replet, & complectitur vniuersa. Quà me vertam, vt conuertar ad te domine Deus? Consilium est istud, est secretum quod solis creditur amicis. Mysterium regni Dei Apostolis reuelatur in aure. Nisi conuersi fueritis, inquit &c. Agnosco planè quà velit vt conuertamur. Ad paruulum conuerti necesse est. Ad hoc siquidem paruulus datus est nobis. Quid tu inlithis ô homo? quid extolleris? Sublimis quidem dominus, sed non ita proponitur tibi. Laudabilis magnitudo illius, nò etiam imitabilis. Eleuata est magnificentia eius, & non poteris ad eam, nec si teruperis apprehendes. Excelsus quidem dominus, sed humilia respicit: humiliare, & apprehendisti. Hæc planè est lex pietatis. Si fortè sublimitatis esset via proposita, & illic iter quo ostenderetur salutare Dei: quanta facerent homines vt exaltarentur? quàm crudeliter inuicem sternerent? inuicem conculcarent? quàm impudenter reperent manibus, & pedibus conarentur in altum, vt imponerent sese homines super capita aliena? Et certè qui contendit supergredi proximos, multas inueniet difficultates, multos habebit amulos, multos patietur contradictores, ascendentes equidem ex aduerso. Nihil verò facilius est volenti, quàm humiliare seipsum. Hoc verbum est quod omnino nos reddit inexcusabiles, vt ne tenue nobis velamen prætereundum liceat. Sed iam ad hunc paruulum quonammodo conuerti necesse sit videamus.

Quo

Quomodo sit ad Christum conuertendum.

Conuertimini, inquit, ad me in toto corde vestro. Si dixisset **G**
 conuertimini, nihil addens, esset nobis forsitan liberè resp-
 pondere: Factum est, iam aliud propone mandatum. Nunc
 autem spiritualis vt audio conuersionis nos admonet, quæ
 non vna die perficitur: vtinam vel in omni vita quam de-
 gemus in hoc corpore valeat consummari. Corporis nan-
 que conuersio si sola fuerit, erit nulla. Forma siquidem
 conuersionis est hæc, non veritas vacuum virtute gerens
 speciem impietatis. Miser homo qui totus pergens in ea
 quæ foris sunt, ignarus est suorum interiorum. Exteriorem
 quippe superficiem intuens, salua sibi omnia suspicatur, non
 sentiens vermem occultum qui interiora corrodit. Manet
 tonsura, vestis necdum mutata est. Ieiuniorum regula cu-
 stoditur, statutis psallitur horis, sed cor longè est à me-
 dicis dominus. Attende solerter quid diligas, quid metuas,
 vnde gaudeas, aut contristeris: & sub habitu religionis ani-
 mam secularem, sub pannis conuersionis inuenies cor per-
 uersum. Totum enim cor in his quatuor affectionibus est,
 & de eis accipiendum puto, quod dicitur vt in toto corde
 conuertamur ad dominum. Conuertatur proinde amor
 tuus, vt nihil omnino diligas, nisi ipsum, aut propter ipsum.
 Conuertatur etiam ad ipsum timor tuus: quia peruersus est
 timor omnis quo metuis aliquid præter eum, aut propter eum.
 Sic & gaudium tuum & tristitia æquè conuertantur ad ip-
 sum, vt non nisi secundum eum doleas aut læteris. Si enim pro
 tuo siue proximi peccato doles, benè facis, & hæc tibi tristi-
 tia est ad salutem. Si gaudeas ad munera gratiæ, hoc gaudiū
 sanctum est, & securum gaudium in spiritu sancto. Debes &
 in dilectione Christi fraternis congaudere prosperitatibus,
 aduersitatibus condolere. Verum nec ipsa corporalis con-
 uersio paruipendenda est, quia spiritualis adminiculum no-
 scitur esse non paruum. Inde est quòd in loco hoc cum do-
 minus dixisset in toto corde, additur protinus in ieiunio,
 quod vtique corporis est. Volo tamen admonitos vos, esse
 obseruandum illud, non escis tantum, sed ab omnibus illece-
 bris carnis, & vniuersa corporis voluptate: imò verò ieiun-
 andum est logè à vitiis quæ ab escis: sed est panis à quo vos
 ieiunare nolo. Panem dico lachrymarum. Sequitur enim, in ie-
 iuniis, & fletu, & plâctu. Exigit enim à nobis plâctum conuer-

sationis præteritæ pœnitentia. Exigit stertum desiderium futu-
 turæ beatitudinis. Parum ei placet huius vitæ nouitas, qui
 necdum vetera plangit, necdum plangit admilla peccata,
 necdum plangit tempus admissum. Si non plangis, planè
 non sentis animæ vulnera, conscientie læsionem: sed nec
 futura satis gaudia concupiscis, si non quotidie postulas ea
 cum lachrymis. Minus tibi nota sunt, si non renuit conso-
 lari anima tua donec veniant. Sequitur: Et scindite corda
 vestra, & non vestimenta vestra. Quibus verbis manifestè
 prior ille populus Iudæorum & duritia cordis & vanæ su-
 perstitionis arguitur. Crebra siquidem apud eos scissio ve-
 stium sed non cordium esse solebat. Quando enim scinde-
 rentur corda lapidea, quæ non poterant nec circuncidi? Scin-
 dite, inquit, corda vestra. Quis in nobis est, cuius voluntas
 circa vnum aliquid solet obstinatio inueniri? Scindat cor
 gladio spiritus quod est verbum Dei, & in multas festinet
 minutias dispertiri: alioquin non est conuerti ad dominum
 in toto corde, nisi scisso corde. Donec enim vnam illam ac-
 cipias in Hierusalem cuius est participatio in idipsum, multa
 tibi interim præcipiuntur. Et si in vno offenderis, factus es
 omnium reus. Spiritus enim domini multiplex, ait Sapiens:
 nec potes sequi multiplicem, sine multiplici scissione. Scin-
 damus itaque corda nostra. quatinus integra vestimenta ser-
 uemus. Vestes enim nostræ virtutes sunt. Bona vestis chari-
 tas. Bona vestis obedientia est. Beatus qui custodit vestimen-
 ta hæc, vt non ambulet nudus. Nec modò seruat integram
 vestem scissio cordis, sed & talarem facit & polymitam.
 Hinc nempe virtutum perseuerantia, hinc conuersationis
 pulchræ discolor vnitas. Hinc illa gloria filie regis in sim-
 briis aureis. Potest tamen & aliter hæc scissio cordis intelligi:
 vt si prauum fuerit, scindatur ad confessionem: si durum, ad
 compassionem. Quidni scindatur huius, vt sanies effluat?
 Quidni scindatur cor, vt visceribus affluat pietatis? Vtilis
 prorsus vtraque scissio, vt nec peccati lateat virus in corde,
 nec indigenti Proximo claudamus viscera misericordie, vt
 misericordiam consequamur.

STEPHANVS.

De prælatis.

H Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Sol præ-
 lati, luna principes. Hi sunt duo luminaria magna: quorum
 vnum præest diei, alterum nocti. Sed cum sol iste sæpè pas-
 sut

sis sit
 splen-
 quod
 langu-

mundi

S

Q

qui sum-
 In carnal-
 & putred-
 et pronu-
 rum vno
 adicit.
 portæ &
 delectati-
 enim car-

qui sum-
 In carnal-
 & putred-
 et pronu-
 rum vno
 adicit.
 portæ &
 delectati-
 enim car-

his sit eclipsin per vmbra[m] terræ obnubilantem, & solis splendorem & lunæ auferentem: modò ad hoc deuenit res, quòd sol conuersus est in tenebras peccatorum, & luna in sanguinem rapinæ.

De cupiditate claustralium



Hilios Iuda & filios Hierusalem vendidistis filiis Græcorum, ut longè faceretis eos de finibus suis. Filij Iuda & Hierusalem, sunt viri religiosi, qui filijs Græcorum venduntur, cùm causas & lucra mundi sectantur: & ita longè fiunt de finibus suis.

Cap. 3.
I

Finitur Iohel Propheta.

SEQVITVR AMOS
P R O P H E T A.

Cantica sine titulo.

Quòd iuxta mores hominum diuinæ similitudinis variatio comparetur.



Ecce ego stridebo super vos sicut plaustrum onustum fæno. Diuersis in locis rebus diuersis se spiritus assimilat. in nuptialibus verò mysterijs non se flori similem, sed ipsum se florem esse demonstrat. Ego sum, inquit, flos campi. Quia enim in flore pulchra, suauia, læta monstrantur: se florem non immeritò nominauit.

Cap. 2.
K

qui summa pulchritudo, summa suauitas, summa lætitia est. In carnali verò & duro populo se plastro assimulat, tineæ & putredini cõparat, non suam vilitatem quæ omnino nulla est pronuncians, sed illorum indignitatem declarans. Quorum vno pœnitentibus consulit, altero negligentes terrori addicit. Plaustrum nanque onustum fœno in transitu suo portat & stridet. Cùm igitur pœnitentes fœnum carnalium delectationum per quas in se peccata cumulabant (omnis enim caro fœnum) ad memoriam reuocant, & longanimitatem

patientiam Dei qua eos in tantis malis diu tolerauit mirantur, & laudant: in eorum cordibus Deus quasi plaustrum onustum sceno incedit. Cum verò terrorem tremendi iudicij eius quo impœnitentes condemnandi sunt cogitant, & vt damnationem euadant, districta se semper castigant pœnitentia: in eis Deus non solùm onustus sed stridens etiam transit: onustus per sustentationem misericordiæ, stridens per seueritatem iustitiæ.

STEPHANVS.

De periculo prælatorum.

Cap. 3.
L



Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremum auriculæ, &c. Summa est, quòd sicut de ore leonis modicissima pars eruitur, & maxima consumitur: sic cum multi sint prælati maior pars peribit, & consumetur à leone, scilicet à diabolo.

Et paruæ reliquæ salutæ fient per illum pastorem qui dicit: Ego sum pastor bonus. Duo crura, duplex cõtinentia, mentis & corporis. Extremum auriculæ, obedientia perseverans: quia vt dicit Legisperitus, Non intelligitur iurisdictioni parere, qui quod extremum est in iurisdictione non facit.

M *Percutiam domum hyemalem.* Id est illos prælatos qui docent & non faciunt. Sicut Aquilo vetus hyemalis sonorus est & asper, & stridet, sed non pluit cum domo æstiuale, id est cum illis prælatis qui faciunt & docent, immò sunt muti quod non sufficit in prælatis, immò bifores debent esse valvæ, scilicet vt benè viuant, & benè doceant: quia vt ait Hiero. Innocens & absque verbo conuersatio, quantum prodest exemplo, tantum nocet silentio.

De ternario vitiorum.

Cap. 4.
N



Percussit nos in vento vrente, &c. Hæc tria ponuntur scilicet ventus vrens, aurugo, eruca. Ventus ille vrens, asper & siccus, est superbia. Aurugo ad literam dicitur, quasi aure rubigo, quæ apud Iobelem dicitur ærugo, sed hoc nomen duas habet significationes: quia dicitur ærugo quasi æris rubigo, scilicet cuiusque metalli vitium. Item dicitur aurugo, quasi æris rubigo: & sic accipitur hîc in Amos, & est segetum vitium ex aura siue ex aère proueniens, stringens culmum, & sic impediens, ne humor perueniat ad granum. Aurugo hæc, auaritia est stringens cor avari, & impediens ne humor compa-

tionis

fronis
tem pr
penita
Vel ex
vitiu
olera
ralium

Fa

ptus ab
sancti i
luchry
remane
Item to
in parte
caorum
in pecca
quia ter
malo: N
Nota q
quo diu
se sumit
culi vire
amarum

Quo
sunt illa
poralem
Quòd fa
credant e
natio nor
finalite



va, et b

tionis perueniat ad pauperes quæ sunt grana electa. Hæc autem prouenit ex aura fortunæ, quæ modò stat leniter, modò penitas cessat. Diuitiæ enim modò veniunt, modo recedunt. Vel ex aëre, id est ex temporalium vacuitate. vnde bene hoc vitium vacuo insidet culmo. Eruea, vermis quasi immobilis olera virentia depascens, est luxuria quæ virorem temporalium & ipsius hominis vigorem depascit.

De compunctione.

Falsi estis quasi torris raptus ab incendio. In bono sic: Raptus ab incendio torris fumât. Similiter qui aqua spiritus sancti irrigati de incendio vitiorum rapiuntur, fumant per lachrymosam compunctionem. Fumus enim post incendium remansens, id est memoria peccati, prouocat lachrymas. Item torris in parte de incendio raptus consumptus est, & in parte manet integer. Similiter peccator de incendio peccatorum ereptus in parte est consumptus: quia tempus quod in peccato consumpsit amisit: sed in parte manet integer: quia tempus satisfaciendi Deus illi reseruauit. Vel sic in malo: Non formidet cor tuum à duabus caudis titionum. Nota quòd tizio quanto est viridior, vel propter lutum in quo diu iacuit, pinguior, imò sordidior, tanto peiorem ex se fumum emittit. Sic qui diutius & feruentius in amore seculari virent, vel in ceno luxuriæ iacent, peiorem & magis amarum in fine fumum emittunt.

Quapropter hoc faciam tibi Israel. Non determinat quæ sunt illa quæ comminatur. Infligit enim Deus pœnam temporalem, & comminatur æternam, licet non determinet. Quòd facit, vt sic suspensi in incertitudine comminationis credant quæcunque deteriora sibi infligi. vel ideo comminatio non determinatur: quia secundum quod homo hic se finaliter habet, fiet ei.

De fuga seculi.

N omnibus plateis erit planctus, & in cunctis quæ foris sunt dicetur, *Væ væ.* In omni plaga, quia in omni siue pro omni latitudine vitæ secularis punietur homo, & in c. qui fo. c. di. *Væ væ*, propter peccatum scilicet & delictum. id est propter perpetrationem mali, & omissionem boni. Istud duplex va, est biuium in quo sedit Thamar, in quo religatus erat

Cap. 5.

Q

asinus qui ad Hierusalem adductus est. Vel duplex v̄ dicitur, propter diploidem confusionis: quia induentur in corpore & in anima qui foris sunt. Malum ergo foris esse. Cāi vt fratrem occideret, foras est egressus. Dina foras egressa corrupta est. Esau foras egressus benedictionem amittit, & Iacob domi manens benedictus est. Hebræi in domibus suis manentes non sunt tacti ab angelo exterminatore. Et discipulis intus congregatis apparuit Iesus.

De die iudicij.

R *Reuelabitur quasi aqua ad iudicium.* Benè iudicium aque comparatur: quia sicut aqua sordes abluuit, & decliuum sequitur, & in vno subsistit: sic iudicium sordes in electis purgabit, & ab eis descendens ad reprobos perueniet, morabiturque in eis.

De hypocrisi.

S *Migrare vos faciam trans Damascum.* Damascus interpretatur bibens sanguinem, vel sanguis cilicij. Et significat eos qui sudore cilicij, id est pœnitentiæ, afflicti & macerati sanguinem domini bibunt. Et sic Damascus in bono accipitur sed dominus malos quibus hîc comminatur non faciet in Damascum migrare. & pœna eorum in infinitum excedet pœnam quam pro Christo hîc patiuntur sancti. Vel sic in malo, s. vt nomine sanguinis pœna intelligatur, vt in Sophonia: Effundetur sicut humus sanguis eorum, & corpora sicut stercorea eorum. Malos ergo facit dominus transire in Damascum, id est in potum sanguinis, vt s. bibant pœnam æternam. Sed hypocritas faciet migrare trans Damascum, id est grauius aliis puniet eos. Et benè pœna æterna sanguis cilicij dicitur. sicut enim cilicium fit de pilis caprarum fortissimum: sic pœna æterna de circumstantiis peccatorum.

De vanitate temporalium.

Cap. 6.
T



Transite in Calanne, & videte si latior, &c. Summa hæc est. Viris ecclesiasticis dicitur vt considerent si seculares habeant ampliores diuitias & possessiones, quàm habeant ipsi. Et descendite in Geth Palæstinorum. Benè ista iunguntur. Geth enim interpretatur torcular, & significat doloris tusionem quam habent amatores mundi. Palæstini verò interpretantur potione cadentes. Potione s. secularis felicitatis. qui benè cum Geth iunguntur quia

quia
resper
pepon
verò p
do, no

Toll
dmo.
combu
latores
gunt &
esse id
princep
vel crim
Si verò
illud fac

Nung
Petræ il
bus Zac
chæli ai
est quod
cantur.
molles su
gi, inuen
eos duro
rere non
exerceri.
regitur:
vitz præf



nam dabi
supplicium

quia omnis temporalis felicitas amaritudine & dolore est resperfa: vnde filij Israel voluerunt reuerti in Aegyptum ad pepones & allia. Pepones vt dicit Grego. dulces sunt. Allia verò prouocant lachrymas. In Aegypto enim, id est mundo, non est dulcedo sine amaritudine.

De adulatione.

Tollet enim propinquus suus, & comburet eum vt esferat ossa de domo. Hæc est summa, quòd quidam carnes mortuorum comburunt, & esferunt ossa. Carnes fœtidas in domo adulatorum comburunt, cùm vitia eorum quibus adulantur tegunt & abscondunt. Ossa esferunt, cùm opera quæ fortia esse videntur prædicant & extollunt: velut si prælatus vel princeps pauperem spoliat, adulator illud vel omnino tacet, vel crimen esse negat, & causa iustitiæ factum esse affirmat. Si verò ad ecclesiam pergat, vel pauperibus aliquid tribuat, illud fatagit prædicare & esferre.

De perfectione.

Nonquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis? Petri istæ, viri sunt sancti, & maximè claustrales: de quibus Zach. Lapidés sancti eleuabuntur. Item dominus Ezechiel ait, Vt adamantem & silicem posui te. Vnde sciendum est quòd viri sancti, interdum lapides, interdum vermes dicuntur. Vnde: Noli timere vermis Iacob. Vermes quidem molles sunt, lapides verò duri. Sic qui sanctis vult coniungere, inuenit eos molles: sed qui eos vult impugnare, inuenit eos duros & fortes. In his petris, equi, id est dæmones, currere non possunt: nec in his bubalis terrenorum curiositas exerceri. Sicut enim bubalus circum vitæ æternæ, quo in huius vite presentis exilio reguntur.

De pœna reproborum.

N *omni loco proiicietur silentium.* Hoc est quod dicitur: Impij in tenebris conticescent. Item: Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obm. Non enim damnis dabitur remedium colloquij, quo possint alleuiari supplicium.

Finitur Amos Propheta.

Y

SEQVITVR IONAS.

De vtilitate tribulationis.

Cap. I.

Z

M

Iste Dominus v̄itum magnum in mare, &c.
Ecce Ionam fugitiuum tenuit mare,
& ad Deum reduxit. Quod fit quoti-
die, dum illi qui à Deo recesserant,
per pressuras & tribulationes ad ipsum
reuertuntur.

A

De negligentia p̄latorum.

Jonas descendit ad interiora navis, &c.
dormiuit in somno graui. Attende quòd cæteris periclitanti-
bus & multum timentibus Ionas dormiebat: quia sæpe qui
à bono statu cadunt, cum vanis huius seculi curis inuoluuntur,
longè peiores fiunt, quàm illi qui semper fuerant mali.
Et accessit ad eum gubernator & dixit ei: Quid tu soporē
deprimeris? Quid est hoc, nisi quòd ille qui caput fuerat ma-
lorum, quandoque malum redarguit p̄latum, tanquam pe-
iorem se? Hoc est quòd asina subiugale animal alloquuta est
Balaam. Item Naum: Niniue quasi piscinæ aquarum aque
eius. Ipsi verò fugerunt, state, state, & non est qui reuertatur.
Ecce Niniuitæ, id est mundani, Israelitis, id est p̄lati
dicunt, state vita, state doctrina, & non est qui reuertatur.

Contra inanem gloriam.

Cap. 3.

B

B

T predicauit in ea iuxta verbum Domini. Id est
eo modo quo p̄cepit dominus. Si enim des
elemosynam, non vt reficias viscera indigen-
tis, sed vt careas tædio interpellantis: facis qui-
dem quod dominus p̄cipit, sed non sicut
dominus p̄cipit. Et ideo rem & meritum perdis.

C

Adhuc xl. dies. Id est adhuc est locus p̄nitentiæ, & Ni-
niue subuertetur, id est peccatum orietur. Vnde & signifi-
ter ait, subuertetur, id est subter vertetur scilicet quod deor-
sum est fiet superius, & econuerso. Propter quod dicitur:
Vniuersum stratum eius ver. in in. e. Item: Mulier querent
dragmam domum euertit.

D

Surrexit rex de folio suo. Nota ordinem p̄nitentiæ, atque
progressum. Primò surrexit rex, per compunctionem: deinde
abiecit

abiecit
sacco.

I

sz. vt
in futu-
rat enim
necessa-
gna: &
enim cu-
rauit D-
nem, C-
enim C-
percussa

SE

V

torum i-
bus, Item
in illud, I-

abiecit

abiecit vestimentum, per confessionem: postea indutus est sacco, & sedit in cinere, per humilem satisfactionem.

De vsu temporalium.



*R*arauit Dominus Deus hederam. Hedera que non sine adminiculo surgit in altum, & si caret adminiculo, serpit in terram: est viror temporalium, cuius adminiculum est virtus, qua subtracta, viror temporalium serpit in terram, quia terrena appetere facit: & ascendit super caput Ionæ, vt esset super caput eius vmbra, non verum corpus: sed in futuro erit super caput Ionæ solidum corpus. Laborauerat enim prædicando, & iam solatium temporalium erat ei necessarium. Et latatus est Ionas super hederam lætitia magna: & quia magna, ideo dolet de eius amissione. Quod enim cum amore possidetur, cum dolore amittitur. Et parauit Deus vermem, id est ablationem temporalium: vel vermem, Christum, qui depascit virorem hederæ. Considerata enim Christi paupertate, omnia temporalia vilescunt. Et ita percussa est hedera, & exaruit.

Cap. 4.

E

Finitur Ionas.

SEQVITVR MICHÆAS.

De doctrina christiana.



*V*erbum Domini quod factum est ad Michæam Morasthitem. Michæas, humilis: Morasthites, hæres. Rectè igitur verbum domini factum est ad Michæam Morasthitem: quia humilibus & coherentibus Christi proponendum est verbum vitæ. Et valles abundabunt frumento. Item: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis, id est humilibus. Item: Si quis non sus. reg. Dei sicut puer, non intrabit in illud. Regnum Dei ibidem dicitur sacra pagina, quam si

Cap. 1.

F

SVPER MICHAËAM.

quis non susceperit sicut puer, id est humilis, non intrabit in illud, id est in eius intelligentiam.

Contra praelatos.

G *Quod scelus Iacob?* Id est conjugatorum & laicorum, loquantium & laborantium. Nonne Samaria? id est praelati custodes aliorum. Et quæ excelsa, id est superbia, Iudæ, id est confitentis ecclesiæ. Nonne Hierusalem? id est literati, qui per scientiam sunt visio pacis, sed operibus carent.

H *Ponam Samariam in acerum lapidum in agro.* Id est praelatos duros & inutiles, nec solidatos glutino charitatis.

De perfectione.

I *Decaluare & tondere.* Hoc est, ô tu claustralis decaluare, id est omnia temporalia pro Christo relinque, vt sis filius Choræ, id est Christi in Caluaria crucifixi, qui nihil proprium habuit in terris. vnde: *Vulpes foueas habent, &c.* Et tondere, hoc est, tu quilibet homo tondere, id est temporalia tibi imminue, si non vis penitus decaluari. Alterum enim fieri oportet, aut caluitium scilicet omnia relinquendo, aut tonsuram partem diminuendo: hoc est quod Iosephus iussus est equos hostium subneruare. Decaluare dico super filios deliciarum tuarum. Filij deliciarum sunt, qui voluptatibus gaudent: vel sensualitatis motus illiciti, pro quibus reprimendis debes decaluari. Vnde benè sequitur: *Dilata caluitium.* sicut faciunt boni claustrales, qui omnia pro Christo relinquunt, quod & ostendit tonsura capitis, quæ maior est in illis quàm in clericis, & in clericis maior quàm in laicis. *Dilata caluitium.* Non quocunque modo, sed sicut aquila, defigendo mentis intuitum in verum solem, non habendo respectus ad ambitionem, vel fauorem popularem. Et mento hoc facere debes, quoniam captiui ducti sunt ex te: quia non solum de actiuis quidam à diabolo captiuantur, sed etiam de contemplatiuis.

De perfectione claustralium.

Cap. 4.
K



Tu turris gregis nebulosa filia Sion usque ad te veniet: & veniet potestas prima regum filia Hierusalem. Ad literam, turris gregis, est templum siue locus templi, propter multitudinem ouium quæ ibi immolabantur, & propter eminentiam templi. Vel turris gregis, dicitur locus iuxta Bethleem, in quo cecinerunt angeli.

Gloria

Gloria
uerfat
ticitati
hottes
Gregi
sunt
la so
sic vit
habitu
temnu
grauio
tionis.
Christe
spirital
quod h
nos Ch
non in
secund
regum



potente
Et tu
prius dic
Bethleem
habere
suorem
persecut
filium do

Aufer
pocalium
quia si e
bant esse
Diuitie

Gloria in excelsis Deo. Misticè turris dicitur claustralis conuersatio, propter virtutum fortitudinem, & eminentiam sanctitatis. Conuersatio verò actiuorum villa dici potest, quam hostes inuisibiles tanquam non munitam de facili expugnant. Gregis dicitur, propter simplices, quibus sicut turris præsumunt maiores. Hæc turris nebulosa dicitur: quia sicut nebula solem obscurare videtur, sed ea diffusa sol gratius lucet sic vita claustralis, quæ quasi sol ariditate cibi & asperitate habitus apud seculares obscurari videtur. vnde & eam contemnunt, tandem hæc nebula in morte corporali discussa grauior apparebit. Et hæc turris est filiæ Sion, id est speculationis. Vique ad te specialiter veniet. Licet ad omnes veniat Christus, ad illos tamen specialiter venire dicitur, qui eum spiritualius imitantur, nudi nudum sequentes. Et notandum quòd hoc verbum veniet geminatur, ad signandum geminos Christi aduentus. In secundo autem potestas ponitur, non in primo: quia in primo pauper & humilis apparuit, in secundo magnus & terribilis apparebit. Et hæc potestas est regum filiæ Hierusalem.

De paupertate.

N virga percutient maxillam iudicis Israel. Pauperes dicuntur maxilla Christi: quia sicut in maxilla cognoscitur qualis sit homo: sic in pauperibus qui specialius quam alij Christum imitantur, apparet qualis fuit Christus. Hos in virga potentes percutiunt, dum imperiis & auctoritate premunt.

De vtilitate persecutionis.

Et tu Bethleem, &c. Bethleem domus panis dicitur, quæ prius dicta Effrata, quod sonat furorem vidit. Si ergo vis esse Bethleem, id est domus panis qui de cælo descendit, & vis habere illum panem, oportet vt sis prius Effrata, id est videns furorem persecutorum. Omnes enim qui piè volunt viuere, persecutionem patiuntur. Prius est enim esse Bennoni, id est filium doloris, quàm Benjamin, id est filium dexteræ.

De vsu temporalium.

Auferam equos tuos de medio tui. Id est abundantiam temporalium de corde tuo: non dicit de stabulo, sed de animo. quia si equi sunt in stabulo ad necessitatem, nunquam debent esse in animo per amorem, vel superfluitatem. vnde: Diuitiæ si afflu. no. c. a.

BERNARDVS.

Querimonia saluatoris de populo Christiano: sed Esaiâ quinto videntur hæc congruere.

- *Popule meus quid debui tibi facere & non feci? Quid enim quòd inimico meo vestroque libet magis seruire quàm nihil neque ille creauit vos, aut pascit, aut tempora vestra disponit. Si parua hæc videntur ingratis, non ille, sed ego recemi vos. Sed quo precio? non argento vel auro, non sole vel luna, non saltem aliquo angelorum, sed cruore propria. Caterùm si neque tam multiplici iure debitum à vobis est dicere famulatum, omiſſis omnibus his mecum saltem et diurno denario conuenite. nihil vobis ille nocuerit, nihil ipse videar profuisse. Illi obtemperate qui plurima vobis & potiora pollicetur, apud quem certior copiosiorque remuneratio est: vt illud quoque benignissima miseratione dissimulem, quòd honorum vestrorum non egens vobis tantummodo velim esse consultum: ne præsentia suscipere detraheris, qua nunc offero dona gratiæ, futuris gloriæ munibus eadem augenda promittens.*

H V G O.

Quòd homines à Deo ingrati tudinis arguantur.

Cap. 6.

P



Popule meus mememo quæſo quid cogitauerit Balach rex Moab, & quid reſponderit ei Balaam filius Beor de Sechim vsque Galgalim, vt cognosceres iustitiam Domini. Scimus, inquit Apostolus, quoniam diligentibus Deum o. co. in b. & c. Propheta ergo iniquus maledicere volens populo Dei, ad benedicendum licet inuitus compellitur: quia mala quæ reprobis bonis inferunt, illorū saluti domino disponente cooperantur. Dicit ergo: Popule meus, &c. Erubescere miser homo Tu nunquā obliuisci debueras quòd tantum dilectus es à Deo, vt tibi maledictionem inimicorum tuorum non tantummodo nocere non permitteret, sed eam quoq; tibi in benedictionem cōmutaret. Verū qui te horum reminisci rogar, ingratiū & immemorem beneficiorū esse demonstrat. Balach interpretatur elidēs, ipse est Sathanas. Moab ex patre illorum. s. reprobiorū. Balaam populus vanus, Beor in pelle, Sechim spina, Galgalim volutabrum. i. cura & voluptas. Vt cognosceres iustitiam domini, acsi diceret: Ideo aduertit.

uersarijisti contra te ex parte relaxati sunt, vt agnosceres periculum. Ideo prohibiti sunt, vt intelligeres vnum esse tibi Praesidium. Tantis ergo beneficiis acceptis, nil aliud restat, nisi vt protectori tuo incessanter gratias agas.

Quod diuinæ trinitati triplex ab homine sacrificium debeat.

Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid Deus quærat à te: **Q**
Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. Tria hæc sunt quæ offerre debes: quia Deus trinitas est, & non nisi trino sacrificio placari potest. Offer ergo iudicium filio iudici, misericordiam spiritui sancto charitati, sollicitudinem paternitati. Nunc ausculta quale sit iudicium quod facere iuberis. Primum est de teipso. Secundum inter te & proximum. Tertium de proximo tuo. In iudicio de teipso debes esse districtus, de te & proximo iustus, de proximo pius. Teipsum sic iudicare debes. Considera si facis omnia quæ facere debes: quod si ita est, gaude, sin autem time. Inter te autem & proximum sic, vide quid illi facis, & quid ille tibi. Si ille tibi bonum, & tu illi bonum reddis, malus non es. Si ille tibi malum, & tu illi malum, bonus non es. Si ille tibi malum, & tu illi bonum, bonus es. De proximo verò sic, velle quid ille facit. Si certum bonum paruum, magnum existima, magnum maius iudica: si dubium bonum, verum puta. Si certum malum est, magnum paruum, paruum minus iudica. Si dubium malum est, bonum puta: hoc est iudicium verum, bonum, Deo placitum. Sequitur: Diligere misericordiam. Non solum facere, sed diligere: quia magis facit qui affectu pietatis compatitur, quam qui ex debito perceptionis miseretur. Oportet ergo te primum facere iudicium, vt quod rectè discernis, opere compleas. Deinde diligere misericordiam, vt bonum quod agis, non ex timore facias sed amore. Postremò sollicitum incedere, ne vel bonum quod necdum habes, non merearis accipere, vel bonum quod habes mittas.

STEPHANVS.

De inani gloria.

Tu calcabis olivam, & oleo nõ ungeris. i. tu venaberis gloriam R
 humanam, de qua dicitur, Oleum adulationis, & tamen eam minime assequeris.

CASSIANVS.

Cur & silenter & breuiter sit orandum.

Y iij

Cap. 7.

S



A *B*ea qua dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. Cùm ad orationem stamus, cum summo nobis est orandum silentio, non solum ne fratres astantes nostri susurris vel clamoribus aduocemus, & orantium sensibus obstrepamus: sed et ipsos quoque inimicos nostros qui orantibus nobis maxime insidiantur, lateat nostræ petitionis intentio. Ita enim præceptum illud implebimus: Ab ea quæ dormit in sinu tuo c.c.o.t. Ob quod frequenter quidem sed breuiter est orandum, ne immorantibus nobis inferere aliquid nostro cordi insidiator valeat inimicus.

Finitur Michæas propheta.

SEQVITVR NAVM
PROPHETA.

STEPHANVS.

De ira Dei.

Cap. I.

T



*V*lcescens Dominus. Et habens furorem, vlcescens Dominus. Bene dicitur his Vlcescens dominus. Primò, propter pœnæ præsentem. Secundò, propter pœnam futuram. Vel bis, propter pœnam corporis, & pœnam animæ. Habens furorè. Istud signiter dictum est: quia qui furorem non cœhibet, immò cum impetu furoris agit, potius potest dici quòd habeat eum furor, quam ipse furorem, vnde super illud Iob: Cùm apprehenderit eum. s. gladius, non poterit ei resistere neque hasta, neque thorax. Dicitur qui per abrupta furoris graditur, non apprehendere gladium, sed à gladio apprehendi: sed quia talis impetus in Deum non cadit, rectè dicitur habens furorem. Licet enim sit iratus, nulla tamen ira dominatur ei. Veruntamen grave est, cum pro peccatis hominum ille qui misericordia est, irasci cogitur. vnde Elia ait: Sicut in valle quæ est in Gabaon irascetur, vt faciat opus suum. Alienum est opus eius. Quasi alienum est hoc opus tuo, cui proprium misereri est semper & parcere.

De memoria peccatorum.

Et inundans non faciet innocentem. i. quanuis inundat, tamen illum quem inundat, nocentem ostendit esse sibi, vt peccatorum suorum iugiter recordetur. Hoc est quòd Iudas postquam grauidam fecit Thamar, misit ei hædum. i. exprobratio peccati, vel sic: Mundans abluendo culpam, non faciet innocentem liberando à pœna.

De humilitate.

E*t facies omnium sicut nigredo ollæ. Olla exterius ignis ardore nigrescit, sed interius ciborum coctione pinguescit. Sic qui cibos spirituales in se decoquant, quanto magis in virtutibus crescunt, tanto plus in oculis carnalium vilescunt.*

De amore temporalium.

P*ures fecisti negotiationes tuas quàm stellæ sint cali. Sicut stellas negocia multiplicat, qui plus cumulandis diuitiis quàm bonis operibus multiplicandis inuigilat. Ille etiam sunt negotiationes mercatorum Babylonis, qui ob vilissimam voluptatem & momentaneam, preciosissimas animæ suæ dotes exponunt.*

Finitur Naum.

SEQVITVR ABACHVC.

Idem, in libro De contemptu mundi.

N*us quod vidit Abachuc propheta. Cap. i. Abachuc interpretatur amplexus, siue amplexatio: quia quasi disceptando luctatur cum domino. Vel quia diligens dominum, & ab eo dilectus. Et tu si fueris Abachuc, & cum angelo magni consilij luctari volueris, & anima tua cum sapientia colluctetur, multa videbis onera contra Babylonem & Chaldæos. i. contra mundum & mundi*

amatores : quia quod mundus delicias, tu onus graue reputabis. Et bene Abachuc propheta dicitur, quod sonat videns, Non est enim videns qui terrena amplectitur, sed qui Deum.

Idem ibidem.

A *Ex semetipso iudicium, & onus eius egredietur.* Quia sicut iudicant alios iudicio terribili, sic & ipsi iudicabantur. O homo si inimicus odio esset habendus, nemo magis tibi inimicus teipso. Homo tibi subtrahit terram, tu tibi cœlum: tu ipse thesaurizas tibi iram in die iræ.

De voluptate carnis.

B *Totum in hamo subleuabis.* In hamo esca voluptatis desiderabilis ostenditur: sed vncus tenax latet, qui cum esca comeditur. Sic in concupiscentia carnis ostendit diabolus escam voluptatis, sed latet aculeus peccati: vel si videatur, propter voluptatem amplectendam paruipenditur. Sic in quibusdam regionibus caupones nolunt alicui bonum vinum vendere, nisi emat & de corrupto.

De imitatione Christi.

Cap. 3.
C **D**omine audivi auditum tuum & timui. Domine au. aure interiori. auditum tuum, qui est de te, & à te. Auditum scilicet incarnationis & passionis. Et timui, præ magnitudine operis & admiratione. Sed nonne deberet exultare Propheta, & quilibet nostrum consolari iudicia incarnatione Christi? Certè si bene agimus, incarnatio nobis est solatium atque remedium. Si verò malè, valdè nobis est timendum. Quia cui plus committitur, plus ab eo erigitur. Nobis autem commissà est villicatio magna, scilicet beneficium incarnationis. Et ideo reddituris villicationis rationem timere necesse est. Nam qui eam nobis tradidit, dicit: Nonne oportuit pecuniam meam dari ad usuram, & c. ve. cum vs. ex. illam? Pecunia ista, est imitatio humilitatis Christi. Usura verò, est quod superexerescit incedendo per semitas consiliorum. Sed quomodo usuram persoluimus, cum ad sortem non perueniamus? Meritò ergo timendum est.

De triplici anno.

D *In medio annorum viuifica illud.* Triplex est annus: culpæ, gratiæ, & gloriæ. De primo: Anni nostri sicut a. m. e. De secundo;

Secundo: Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. De ter-
tio: Annus retributionis meæ venit. In medio annorum isto-
rum, scilicet in anno gratiæ venit Christus. Ante faciem eius
ibit mors. i. diabolus: sicut in triumphis victi ire solent ante
victorem.

De pœnitentia.

Incuruati sunt colles mundi. Cùm aliquid incuruatur, mediū **E**
conculcatur. Et extrema versus conculcantem incuruan-
tur. Similiter cum dominus per gratiam vitæ peccatoris con-
culcat: peccator sua extrema, scilicet principiū & finem con-
siderat. i. ad Deum incuruatur & humiliatur.

GALFRIDVS.

Quòd ab eo qui æterna diligenter inspexerit, facilè bona
vel mala temporalia contemnantur.

Incuruati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius. Sunt **F**
colles mundi, sicut & montes Dei. Sed isti non cōmouebun-
tur in seculum seculi, illos necesse est ab æternitatis itineri-
bus incuruari. Qui sunt colles mundi, nisi tumor gloriæ, &
cumulus miserię temporalis? Et certè huiusmodi collēs quan-
tuluncunq; videantur stabiles & sublimes: incuruentur ta-
men necesse est, & in nihilum redigantur, si æternæ gloriæ, &
perpetuæ pœnæ, temporalis felicitas & aduersitas comparen-
tur. Hoc enim saliens in montibus veritas indicat, quòd non
sunt cō. p. huius t. ad f. gl. Et vae eis quos voluptas breuis ad-
diderit cruciatibus sempiternis. Sic nimirum incuruat colles
mundi ab itineribus æternitatis, & eosdem transilit, dum salit
in montibus: quia cum æterna nobis vel bona vel mala pro-
ponit, quàm sint contemnenda tam prospera quam aduersa
vitæ præsentis ostendit. Siquidem huiusmodi nobis saltus, &
vt ita dicam; transultus, commendans beatus Gregorius Pa-
pa ait: Si bonum diligitur, mens in bonis melioribus. i. cœle-
stibus, delectetur. Si malum metuitur, mala omnino æterna
proponantur, vt dum illic esse conspicit, & amplius quod di-
ligat, & amplius quod pertimescat, hinc omnino non hæreat.

STEPHANVS.

De vanitate mundi.

Veniens vt turbo ad dispergendum m. Reuera vt tur- **G**
bo: quia superbi huius mundi cum impetu opprimunt,
sed citò transeunt. Vnde in prouerbio: Quasi tempestas non
vrit impius. Iustus autem quasi fundamentum sempiternum,

Optima comparatio. Fundamentum enim immobile est & firnum. Vnde Esaias: Et erit vir sicut qui absconditur à vento. Et sicut riuus aquarum, in siti. Et sicut vmbra petrae prominentis. Ecce triplex remediũ contra ternarium infelicẽ, scilicet, Absconso à vento cõtra turbinem superbiẽ, riuus aquarũ contra sitim auaritiã, vmbra petrae contra æstum luxuriã. Item remediũ designatur, cum dicitur: Super omnem gloriã protectio & tabernaculum erit in vmbra cuius diei ab æstu cupiditatis, & in securitatem & absconsonem à turbine superbiã & à pluuiã luxuriã. Cũ ergo sit fundamentum ita immobile & munitum, cur metuat turbinem? Turbo enim non nisi puluerem & paleas rapit.

Abscindetur de ouili pecus. Id est de ecclesia fatuus. Tales autem qui non sunt in ecclesia, meritò etsi numero sint, dicuntur pecora campi. Benè autem stolidi oues dicuntur, quarum hæc est natura, vt videntes domum ardere, in ignem se precipitent, nec exire volunt etsi possint.

Finitur Abachus.

SEQVITVR LIBER SO-
PHONIAE.

STEPHANVS,

De prælatis.

Cap. 1.
H



T nomina ædituorum cum sacerdotibus disperdam. A Editui, sunt custodes templi. s. sacerdotes. A Editui ergo cum sacerdotibus, id est æditui & sacerdotes, sunt qui episcopi esse volunt, & simul regibus deseruire. Et attende quod ait, Disperdam nomina ædituorum. Quasi dicat, Ideo dico nomina, quia non inuenio rem nominum. Vel ideo dicit se disperdere eorum nomina, quia nihil est quòd magis tales appetant, quàm sua nomina celebrari.

De pœna reproborum.

I Et erit in die hostiã. Id est perditionis malorum, quæ dicitur

tur hostia, quia Deo placebit & omnibus electis. Visitabo in malo, specialiter super principes & super filios regis. Attende quod dominus non est contentus comminatione generali premissa, sed specialiter nobilibus huius seculi comminatur: quod non solum hic, sed in pluribus locis scriptura hæc obseruat. Et super omnes qui induti sunt veste peregrina. Hoc ad literam, contra illos qui vestes variant & incidunt, contra illos etiam qui non sunt contenti communi modo peccare, sed faciunt adinventiones in peccatis. Vnde Esaias: Multiplicasti pigmenta tua, id est voluptates, misisti legatos tuos procul.

De ambitione.

Et visitabo super omnem qui arroganter ingreditur limen. **Hec** **K**
 braum habet transierunt limen, quod faciunt qui confessione neglecta quæ est intrandi ad Deum, dignitatem ecclesiasticam vel ordines assumunt, imitantes sacerdotes Dagon, qui limen templi calcare volebant, sed transibant. Vnde limen est sensualitas, quam qui non calcauerit, conculcabitur in æternum.

De pœna reproborum.

Vox clamoris à porta piscium, & ululatus à secunda, & contritio magna à collibus. **L**
 Quia dicitur in textu à secunda porta, & secundum dicitur respectu primi. Intelligitur porta piscium, porta prima. Porta prima est visus. Secunda auditus. Damnati quidem clamabunt in iudicio à prima porta, quando omnia scelera præ oculis videbunt. Et ululabunt à secunda, illam terribilem audientes sententiam: *Ite maledicti &c.* Bonè autem visus porta piscium dicitur, quia per pisces curiosi signantur. Curiositatis autem oculi sunt ministri. Vel sicut habes in glossa. Prima porta est baptismus, secunda penitentia. Vnde à prima porta clamabunt infideles: quia nunquam receperunt baptismum. A secunda verò ululabunt mali christiani. Illi itaque clamabunt, & isti ululabunt: quia pro eodem genere peccati grauius punientur. Hinc Petrus: *Melius est viam veritatis non agnoscere &c.* Item Esaias: *Vlula porta clama ciuitas.* Vel prima porta, est egressus de sepulchro. Secunda verò, ingressus in infernum. Clamor ergo erit à porta prima, cum dicetur: *O vos mortui qui iaceti in sepulchris &c.* Ululatus autem erit à secunda, cum dicetur: *Ite maledicti &c.* Et contritio non qualiscunque, imò

SO.

Notibus ad
 odes tem
 o cum sa
 facerdo
 unt, & s
 attende
 a editio
 nomina,
 di sperde
 appetant,

que dicitur

magna erit à collibus, id est à potentibus huius seculi & superbis.

De obstinatione malorum.

M *Uulate habitatores pilæ.* Pila, est vas in quo tunduntur grana ut suis folliculis exuantur. Pilla ista est mundus. Grana tam boni quàm mali. Pilum, persecutio quam faciunt mali. In hac pila boni exuunt folliculum vetustatis, & puriores redduntur: mali verò quanto amplius tunduntur, tanto amplius indurantur. Vnde in proverbio: S contuderis impium in pila, quasi tip. de super. feri. peri. non aufe. ab eo stulticia sua. Inuitantur ergo ad ulatum habitatores pilæ, id est qui in mundo multipliciter atteruntur, & ipsam nihilominus amplectuntur.

BERNARDVS.

N Quòd tremenda in futuro iudicio subtilitas sit iudicantis. *Scrutabor Hierusalem in lucernis.* Valdè timendum est scrutinium iudicis. Acuto visu est, nil in scrutatum relinquet oculus eius. Scrutabor, inquit, Hierusalem. Quid turum in Babylone, si in Hierusalem manet scrutinium? Puto hoc loco Prophetam Hierusalem nomine, designasse illos qui in hoc seculo vitam ducunt religiosam, mores supernæ illius Hierusalem conuersatione honesta & ordinata pro viribus imitantés, & non veluti hi qui de Babylone sunt, vitam in turbatione vitiorum scelerumque confusione vastantes. Denique illorum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium & non egent scrutinio, sed supplicio. Mea autem, qui videat esse monachus & Hierosolymita, peccata, aut certe occulta, sunt nomine & habitu monachi adumbrata. Et ideo erit subtili ea inuestigari discussione, & quasi admotis lucernis de tenebris in lucem prodi.

De pœna reproborum.

O *Et erit fortitudo eorum in direptionem.* Multiplex est fortitudo malorum. Nam aliter diripi non posset. Quidam enim fortes sunt ad luxuriam, quidam ad rapinam: & sic de aliis vitiis. Sed in iudicio, spiritus luxuriæ diripiet partem suam, & spiritus auaritiæ suam. Et sic de cæteris spiritibus malis, quorum quisque ostendet quid lucratus fuerit in homine.

P *Dies ira, dies illa &c.* Si rectè computes, vnde decim genitio est in hac enumeratione inuenies, per quos transgressio siue pœna transgressioni debita designatur. Vndenarius enim nu-

merus

merus
nie ad
paliter
me fac
sum qu
dans
siam sep
culo vni
gressio
tempor
quotor
tes simu



su vide
tus, igni
litate
etta inte
ga temp
Diueria
veritatu
non sup
sed intra
& conu
veritas, p
in sede



merus est transgressionis: quia excedit denarium, nec peruenit ad duodenarium. Hinc est quod Psalmus ille qui principaliter de transgressionibus agitur, undecimus est: Saluum me fac Deus, quoniam deus. Similiter Apostolus dicit: Certus sum quia neque mors, neque vita &c. Undecim enumeravit, dans per hæc intelligi, quod nulla transgressio potest ecclesiam separare à charitate Dei. Propter hoc etiam in tabernaculo undecim saga fuerunt, quæ designant penitentiam transgressiones delentem. Item in undenario fuerunt Apostoli tempore passionis, quando defecerunt à fide. Item persecutores ecclesiæ comparantur sic: Cogitauerunt unanimiter simul aduersum te, disposuerunt te. Idu. &c.

GALFRIDVS.

Quod per quatuor ciuitatum nomina, quatuor vitia designentur.



*Q*uite Dominum omnes mansueti terra &c. Et post pauca: *Gaza destructa erit &c.* Gaza interpretatur fortitudo eorum, propter propriam fortitudinem superborum. vnde Propheta: Qui confidunt: in domino, mutabunt fortitudinem, vt in sua videlicet destruantur. Aschalon, ignis est homicida. Azon, ignis generationis. Nec dubium per hæc nomina crudelitatem & libidinem designari. Aschalon, sicut aiunt, eradicata interpretatur, & curiositas nunquam fixa vel stabilis, vaga semper & profuga super terram circunquaque vagatur. Diuertamur ergo ab his quatuor ciuitatibus perituris. Reuertamur à superbia, à malitia, & luxuria, à curiositate: ve non supra, non contra, non infra, non extra nos ambulemus, sed intra nos, vbi est regnum Dei. Feliciter enim reuertitur & conuertitur, qui secum, & in se vertitur. In nobis videtur veritas, tanquam in imagine sua: in nobis sapientia, tanquam in sede sua: in nobis Christus, tanquam in domo sua.

STEPHANVS.

De duritia cordis humani.



*A*e prouocatrix ciuitas redempta. Sermo propheticus contra ecclesiam dirigitur, quæ Deum misereri volentem sibi in amaritudinem conuertit, & prouocat ad puniendum: quantum ad quosdam qui in ea sunt numero, non merito. Redempta sanguine Christi.

Cap. 2.
Q

Cap. 3.
R

O peruersitas, prouocatrix & redempta ! Quod enim tam arguit malitiam nostram, quàm redemptionis nostræ modus & causa ? Vnde cum Esaias: de beneficio redemptionis humanæ agens dixisset: Rorate cœli de super &c. vsque: Ego dominus creauit eum: mox subiunxit: Væ qui contradicit factori suo, testa de saniis terræ. Nunquid dicit lutum figulo? Quid facis? dicens. Item: Corpus meum deli. per &c. vsque. Et scio quando non confundar: subiunxit, dicens: luxa est qui iustificat me, quis contradicet mihi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Accedat inquam, & videat propter se multatum morte, turpatum cruce, sputis illatum, plagis liuidum, spinis coronatum, lancea perforatum: & esse aduersarius erubescat. Hinc dominus per Zacha. Sibila- bo eis, & congregabo eos, quia redemi eos. Quasi solo sibilo opus est, non prædicationis turba. Attingitur: Væ tibi &c. Deinde ex indignatione mutat personam, dicens: Columba non audiuit vocem Dei sui.

Finitur Sophonias.

SEQVITVR AGGAEVS.

PETRVS LOMBARDVVS.

Quæ sint tres viæ quibus itur ad mortem, quæ sint quibus reditur ad vitam.

Cap. i.
S



Ponite corda vestra super vias vestras. Ascendite in montem. Portate lignum, & edificate domum: & acceptabilis mibi erit dicit Dominus. Notandum valde quod dicitur: Ponite corda vestra. Et non dicit, videte, aut considerate. Vt sciat vnusquisque quanta cura & sollicitudine ambulare debeat vias cordis. Tres sunt viæ quibus itur ad mortem, tres quibus reditur ad vitam. Prima via mortis est à Dei voluntate, quæ omnium causa est & magistra, recedens. Et hoc fit duobus modis. Pede, & manu. Pes superbiz est

est affe-
gestio
homo
Tertia
omnia
felix
ma dies
tatum
carnali
renoru
est terre
nis defic
subicer
mortific
obediem
te cordi

Come
quia om
pet hom
biberit, si



cus ordin
tes & qu
quique po

Alac v
est arem:
in alium, t
riolis, si pr
no quod ac
terra in me

est affectus, vel motus ex ipso ortus. Manus peccatoris, suggestio pravi suavis. Pede à Deo recessit angelus, manu homo primus. Secunda est, curam carnis facere in desideriis. Tertia, non esse suis contentum, sed more fluentis aquæ ad omnia effluere. Ecce triplex via mortis. His tribus dietis infelix homo ad illa, magistra omnium voluntate recedit. Prima dieta facit remotum, secunda remotiorem, tertia remotissimum. Prima est propriæ voluntatis vsurpationis. Secunda carnalium voluptatum abusus. Tertia cæca & excæcans terrenorum ambitio. Prima verò via redeundi ad dominum, est terrena abdicare, & velut stercora iudicare. Secunda carnis desideria mortificare. Tertia diuinæ voluntati nostram subicere. Prima via est abdicatio temporalium. Secunda mortificatio carnalium. Tertia impletio spiritualium, id est obedientia. Obedientia verò in tribus consistit, in humilitate cordis, in patientia operis, in perseverantia bonitatis.

STEPHANVS.

De vanitate mundi.

Comedistis, & non estis satiati. Mundi delitiæ non satiant: **T** quia omnis voluptas huiusmodi famem sui patitur. Nec implet hominem, sed exhaurit. Aquam enim putei Samaritæ qui biberit, sitiet iterum. Contra inebriantur conuiuia Ioseph.

Idem ibidem.

Vis est in vobis derelictus, qui viderit domum suam in gloria sua? Et nunc qualem vos videtis eam? Sic & tu si consideres feruorem ecclesiæ primitiæ, & teporé presentis, exclamabis gemens: Et nunc qualem videtis vos eam? Hinc est quod ecclesia dicitur, vt castrorū acies ordinata quorum talis est dispositio, vt sarcinæ & pediculi & quæque vilia in medio, in fronte & in fine fortiores quæque ponantur.

Idem in eodem.

X Alue riuum modicum, & ego commouebo non solum eam, sed & terram. Id est aërem: & terram quia quantum ascendit curiositas hominum in altum, tantum ascendit ignis iudicij. Quid ergo fiet de curiosis, si propter eos videntur elementa puniri? Sciendum vero quod aqua & aër penitus consumerentur, cælum verò & terram in melius mutabuntur.

Finitur Aggæus.

Z

SEQVITVR ZACHARIAS.

Idem.

STEPHANVS.

De quatuor affectionibus.

Cap. 1.
Y



Z

Euasi oculos meos, & vidi, & ecce quatuor cornua &c. Quatuor hæc cornua, quatuor sunt affectiones. Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam, id est clerum, & Israël, id est laicos, & Hierusalem, id est con emplatiuos.

Et ostendit mihi Dominus quatuor fabros: qui sunt quatuor euangelistæ, qui meritò quatuor cornua deiicere dicuntur: quia quatuor habent facies, quarum quælibet deiicit vnũ cornu. Facies hominis, id est memoria incarnationis & natiuitatis, deiicit amorem temporalium.

Facies vituli. i. memoria resurrectionis, deiicit amorem mundanum. Nolite timere eos qui occidunt corpus &c. Quia capillus de capite vestro non peribit. Facies aquilæ elidit spem falsam, dum erigit veram: quia est eleuatus nubibus, & spem fecit credentibus.

De humilitate.

Cap. 3.
A



Vnquid non iste est torris erutus de igne? Meritò sacerdos vel quilibet Christianus torris dicitur erutus de igne: quia torris in parte combullat est, in parte non: & propterea fumat & fœret sic quilibet christianus debet esse torris reparatione sua, s. vt igne peccati credat se esse consumptum: & sic fumat fumo compunctionis, & fœret sibi per exprobrationem peccati.

De vanitate mundi.

Cap. 4.
B



Vis enim despezit dies paruos? Id est breuem seculi voluptatem. quasi dicat, rarus. Dies nostri sicut ara. me. Cùm enim numerus annorum nostrorum octogenarium vix excedat, nos tamen sicut aranea meditamur: quæ vt muscas capiat, euiscera.

emiserat semetipsam.

De auaritia.



Hæc est amphora egrediens. Sicut amphora os patulum habet, & duas ansas: sic auaritia non expletur. Ansa verò eius sunt, sua retinere, rapere aliena. Est bona amphora pœnitentiæ scilicet vel pœnitentiæ. De qua in eũangelio: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret homo amphoram aquæ portans. Amphora aquæ, est pœnitentiæ lachrymosa. Vnde benè in dõmo portantis hæc amphoram, sibi iubet dominus pascha parari: quia secunda mēs quasi iuge conuiuium.

Vidi, & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum.

Duæ istæ mulieres, iuxta Gregorium, sunt superbia & vana gloria. Possunt tamen congrue dici, superbia & luxuria, vt illum Ioannis in Canonica ternarium habeamus. Et meritò dicuntur portare auaritiã: quia omnes auari ideo congregant, vt habeant vnde pascant luxuriam suam: quia non habet vnde suum paupertas pascat amorem: vel vt cæteris dominantur. Quæ benè dicuntur alata, quia veloces sunt ad effundendum sanguinem. Et alæ istæ, sunt dignitatis inflatio, & honoris elatio. Hæ sunt alæ superbiæ: alæ luxuriæ, sunt gula & incontinentia.

Cantica sine titulo. Quomodo Deo militet spiritus electorum.



N prima quadriga equi rufi. In secunda nigri. In tertia albi. In quarta varij & fortes. Equi isti quoslibet sanctos designant, qui Christum in corpore suo circumferunt, & honorant. Siquidem vnusquisque electus corpus suum dñi non mancipat officio. Aut honore virginitatis candidum, aut triumpho martyrii rubicundum, aut humilitatis exercitio nigrum, aut diuersarum virtutum varietate decorum. Sed iam interioris quietatis gratiam videamus. Eques itaque Dei animus est, deuotè superius intentus obsequiis, qui castra virtutum sollicitis perlustrat excubiis, vt vitiorum ab eis retundat impetus, accessus propellat. Quod vt efficacius exerceat, facilius expleat, equum cœlestis desiderij ascendit, & hostiles cuneos intrepidus adire cõtedit. Sed ne tale desiderium indifertè feruens cum periculo sefforis discurrat: considerans quia dominus mansuetos in iudicio dirigit: sellam ei mansuetudi-

Cap. 3.
C

D

Cap. 6.
E

nis imponit. In qua vt securus sedeat, striuilia ei à dextris inserit & sinistris: humilitatem conseruans in prosperis, fiduciam in aduersis. Calcaribus etiam, s. timoris & amoris diuini. Pedes affectionum suarum eques iste exercitus satagit cōmunire. Tunc demum arma Apostolicæ traditionis assumit, in omnibus gerens scutum fidei & galeam, spem salutis indui festinans lorica iustitiæ, & gladium spiritus quod est verbum Dei exercituum, in manibus tenens.

STEPHANVS. De timore domini.

Cap. 8.

F



Nusquisque malum contra amicum, id est proximum suum, non cogitetis, nedum faciatis. Vnde in Ecclesiastico: Memento nouissimorum, & desine inimicari. Certè si dominus & seruus in eodem carcere positi idem expectarent iudicium, dominus caueret diligenter ne opprimeret ibi seruum. Et nos in eodem sumus ergastulo colligati, s. in mundo, vel in corpore mortis huius.

Cap. 9.

G



Xulta satis filia Sion &c. Satis dicit, propter quodam qui non exultant sed desperant & alios qui nimis exultant, nimium de venia præsumentes. Illi satis exultant, qui de Dei misericordia cum operum satisfactione præsumunt.

De imitatione sanctorum.

Cap. 11.

H



Proiice eos ad statuarium. Statuarius iste, fufor videlicet statuarum, est dominus pater. Statua, est exemplum quod fit ad memoriam alicuius rei. Vnde Deus pater fudit in te statuatam Petri vel Pauli, cum menti tuæ imprimat memoriam & imitationem alicuius eorum. Quod autem statua accipiatur pro memoria alicuius rei, ostendit vxor Loth, quæ versa est in statuam salis, vt nos condiret. Item in libro Regum legitur quod Salomon fecit in templo duo Cherubin opere statuario: quia plenitudo veræ scientiæ est sanctorum imitari exempla. Vnde in Levitico præcipitur, vt corpus vituli atque omne holocaustum super struem lignorum comburatur. Item in Iosue: Cum videritis arcam domini transuentem, & sacerdotes Leuiticæ stirpis eam portantes, confurgite, & sequimini præcederes. Ait itaq; Christus. Proiice argenteos quibus venditus sum, id est passionis meæ memoriam, ad statuarium, id est ad patrem meum.

vt ip
tiam
appr
nem
tant
min
Chris

Sw
lim &
eorum
tipast
non e
episto
ripic
ad om
pturæ
Conse
tientes



signat n
nici, sed
pomoru
granaror
dicens: C
siones tu
in campe
in loco p
prius ste
bem Ios
quia Ch
sus est i

ut ipse imprimat eam ibi, & faciat imitari non solum substan-
tiam, sed etiam præludia passionis, decorum precium quo
appreciatus sum ab eis, scilicet Iudæis, vel ab eis qui passio-
nem meam paruipendentes, in lucrum temporale conuer-
tunt eam, ut cupidi sacerdotes. Et proieci illos in domum do-
mini, id est cor meum, ad statuarium, ut inde statuam fundat,
Christi passionem imprimens menti meæ.

De prælatis.

Sume tibi vasa pastoris stulis. Scilicet peram & baculum, fistu-
lam & sibilum. Vasa ista prudentis pastoris sunt, cum vsu-
eorum habet, & in eis se exercet. Sed tunc dicuntur esse stul-
ti pastoris, cum quis dignitatem habet, sed dignitatis officium
non exercet. Vsum istorum vasorum exponit Apostolus in
epistola ad Thessal. prima, dicens: Rogamus vos fratres cor-
ripite inquit consola. pusil. susci. infirmum, patientes estote
ad omnes. Corripite, inquit, ecce vsus peræ, id est sacræ scri-
pturæ. Vnde Dauid sumpsit lapidem quo prostravit Goliath.
Conso. pusil. ecce sibilus. Susci. infirmum, ecce baculus. Pa-
tientes estote ad omnes, ecce fistula qua labores releuantur.

R A D V L P H V S.

Quod planctus sanctorum quatuor gradibus distinguitur.



N die illa planctus erit magnus in Hierusalem, si-
cut planctus Adramon in campo Magedon. Hie-
rusalem designat ecclesiam. Adramon iuxta
L X X. malogranatum interpretatur, vel ut
expressius dicamus, ortus malorum granato-
rum. Roon quippe Græcè posuerunt, quod

Cap. 12.
K

signat non vnam arborem malorum granatorum, i. mali pu-
nici, sed locum his arboribus consitum. Magedon quoque
pomorum eius interpretatur. Quis autem est ortus malorum
granatorum, nisi ecclesia cui sponsus in Canticis loquitur
dicens: Ortus conclusus soror mea, s. ortus conclusus. Emis-
siones tue para. ma. punicatorum. Hæc autem ciuitas, hic ortus
in campo Magedon situs est, videlicet in campo fructifero,
in loco pomorum eius: quia totum occupans orbem, locum
prorsus sterilem fertilem reddidit & iucundum. Iuxta hanc vr-
bem Iosias rex qui interpretatur domini salus occisus est:
quia Christus dominus dum nobis per compassionem iun-
ctus est in carne mortali, qua nobis conformatus est, mor-

Z iij

zem suscepit, & moriens viuentibus causa salutis fuit. Sicut ergo ciuitas ad Adramon Iosue mortem planxit, sic & nos regis nostri non quòd doleamus quia mortuus est, imò gratias agamus quòd pro nobis mori dignatus est: sed in contemplatione crucis in lachryma solnimur, dum perpendimus quantum fuerit pondus captiuitatis nostræ, quæ sine tanto precio solui non potuit. Et charitate illius compungitur, admirantes quæ vicerit eum clementia, vt nostra crimina ferret tantus, & nostræ mortis ignominiam sustineret. Non est tamen vnus omnium planctus: quia diuersis affectibus agimur singuli. Et dissimilis est nobis gemendi materia, cum quidam timore compunguntur, quidam amore. Vnde & ibi subiungitur: Et planget terra familie, & familia seorsum. Familie domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum. Familie domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum. Familie domus seorsum, & mulieres eorum seorsum. Familie do. L.e.f. & m.e.f. Fami. Semei f. & in. Omnes familie, reliquæ fa. & fa. f. & m. e. f. Per Dauid igitur, qui post adulterium & homicidium digna satisfactione veniam meruit: eorum designantur lachrymæ, qui reatus sui magnitudinem perpendentes, timore compuncti, graui mœnore torquentur. Nathan verò propheta, cuius alloquutione Dauid peccatum suum agnouit & planxit: vtique eos figurat, qui de proximorum salute solliciti, eorum peccata lachrymis prosequuntur, nunc orando pro ipsis, & nunc agendo pro illis, à peccati voragine reuocare nituntur. Iam verò tribus Leui qui interpretatur assumptus, tribus sacerdotalis & sancti, nonne euidenter illorum typum gerit, qui iam per spiritum sanctificati, & in amorem virtutū assumpti amplius plangunt, quòd bonis perennibus defunt, quàm plangebant prius, quòd adhuc æterna supplicia memorabant? Quia verò charitas sanctorum sicut proximorum peccata deplorat, sic & bona perennia proximis exoptat. Sequitur tribus Semei qui interpretatur auditio mea. L X X. nanque pro Semei, vt sensum propheticum apperirét, Simeon posuerunt. Qui igitur per Semei ipsi & per Simeonè rectè intelliguntur: quia qui Deū audiunt præcipiē ē vt benigni proximis existāt, ipsi quoq; petentes à domino exaudiuntur, vt quod aliis impendūt, citius assequantur. Date enim, inquit, & dabitur vobis. Dilectio enim fraternæ ipsa est quæ diuinam singulariter mereret exauditionem,

tionem
ex vo
hiber
aliis a
vior
tion
inuit
lis dig
vel fu
quiden
pro pe
pertim

ingitu
turam

Eter
lobetes
& carne
gatione
guatione
terius q
Lebes s
les quo
purgand
tans, et
cacione
domo d
quòd de
bere fit
Multi su
in eis. N
sumant,
qui ad ei

tionem, iuxta quod dominus ipse promittit dicens: Si duo ex vobis consen.&c. Omnes ergo hæ familiæ plangere perhibentur, & seorsum tamen, & seorsum, quoniam aliis atque aliis affectibus in lachrymas resoluunt. Quia verò spiritaliū virorum affectionibus aliquid simile habent etiam perturbationes carnalium, sicut sanctorum lachrymæ, quibusdam ab inuicem gradibus distinguuntur: sic carnaliū fletus à spiritalis dignitate compunctionis longius separatur. Iusti nanque vel sua vel aliena desent peccata: sed mundi amatores vulnus quidem peccati non sentiunt, temporalia tamen flagella quæ pro peccatis suis Deo iudicante patiuntur, vel sibi vel aliis pertimescunt Vnde dicitur, Et mulieres eorum seorsum.

STEPHANVS.

De imitatione Christi.



Turre Ananel edificabitur Hierusalem vsque ad Cap. 14.
torcularia regis. Ananel interpretatur gra- L
tissimus domino, & designat claustrales. A tur-
re Ana. edificatur, &c. cum vita claustral. agi-
tur ad imitationem passionis Christi. Et benè

ingitur turris cum torculari: quia semper iuxta prædictam
turrim debet esse torcular pœnitentiæ.

De pœnitentia.

Et erunt lebetes in domo Domini quasi phiala coram altari. Isti M
lebetes sunt peccatores: quia sicut lebetes vruntur exterius,
& carnes vrunt interius: sic peccatores vruntur exterius sug-
gestionem diaboli, & interius vrunt & decoquant malas co-
gitationes, quas conantur in actum producere, & ita sunt in-
terius quasi clibanus accensus. Hic est lebes de quo Moab:
Lebes seu olla spei meæ. Peccatores enim persequendo fide-
les quodammodo licet non intendant, dominum rescipiunt
purgando amicos eius. phiala in domo domini multos po-
tans, est largæ prædicatio siue Paulus perlucidus largæ prædi-
catione siue eminentia vitæ. Lebes ergo factus est phiala in
domo domini, quando Saulus factus est Paulus. Hinc est
quod de Magdalena canitur: Post fluxa vitæ scandala de le-
bere fit phiala. Et sument ex eis, s. lebetibus, & coquent in eis.
Multi sunt qui ex istis lebetibus sumunt, sed pauci coquent
in eis. Nam ex Magdalena quæ prædicto modo lebes fuit
sumunt, qui eius lachrymas legunt: sed solùm ea coquent,
qui ad eius imitationem pœnitentiam agunt.

Finitur Zacharias.

SEQUITUR MALACHIAS.

STEPHANVS.

De praelatis.

Cap. I.
N



Onus verbi Domini ad Israel in manu Malachia. Malachias angelus Domini dicitur, & significat praelatos. Onus ergo verbi domini ad Israel in manu Malachia, est correccio ad laicos qua debet esse in operatione sacerdotis. Melius enim instruant exempla qua verba. Vnde: Volabit in humeros Phylistim & praefici.

De his qua retrahunt hominem a peccato.

O Si ego Dominus, vbi est timor meus? Tria sunt qua praecipue retrahunt a peccato, Amor, pudor, & timor: qua notant dominus in euangelio Ioannis vbi ait: Cum venerit paracletus, ille arguet mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio. De peccato, quia non crediderunt in me. De iustitia, quia ad patrem vado. De iudicio, quia princeps mundi huius iam iudicatus est. De peccato nos arguit primus aduentus Christi. Amor enim quem tunc nobis exhibuit, nos debet retrahere a peccato. De iustitia nos arguit vita & exempla iustorum. Cum enim legimus quot & quanta passi sunt pro Christo, pudor nobis esse debet quod tam degeneres sumus. De iudicio vero nos arguit vltimus Christi aduentus incutiendo timorem. hinc est quod ad accendendum Christi amorem, & incutiendum timorem, saepe fit mentio de duplici eius aduentu: sicut & hic patrem se vocat & dominum.

BERNARDVS.

Quod sacrilegium sit sacerdotem nugis & scurrilibus occupari.

Cap. 2
P



Abia sacerdotis custodiam scientiam, & legem repositam de ore eius. Legem inquam, non nugam, profectum vel fabulam. Item seculares nugae, nugae sunt: in ore vero sacerdotis blasphemiae interdum

dam tamen si incidant, ferendæ fortassis, referendæ nunquam. Magis interueniendum cautè & prudèter nugacitati. Prorumpendum sanè in serium quid quod non modò vtiliter, sed & libenter auditur. Consecratum est os euangelio, talibus aperire illicitum, assuescere sacrilegium est. Verbum scurrile quod faceti vrbaniue nomine colorant, non sufficit peregrinari, ab ore procul & ab aure relegandum est. Fædè ad cachinnos mouetur sacerdos, fædius mouet. Porrò detrahere, aut detrahentem audire, vtrum horum damnabilius sit, non facilè dixerim.

V V E R R I C V S .

Quòd si diuinus ignis plenè in nobis arserit, quid in nobis puniat ignis purgatorius non habebit.



Ipsè autem sedebit quasi ignis conflagans & emundans ar. p. f. Le. Satius est atque suauius fonte purgari quàm igne. Verùm qui fonte modò purgati non fuerint, igne habent purgari. Si tamen purgari meruerunt: quando si iudex ipse quasi ignis conflagans sedebit, &c.

Cap. 3.

Q

Nunc Christus aqua diluens, tunc ignis consumens. Modò fons patens in ablutionem peccatoris & menstruata, tunc flamma sauiens & ignis vorans vsque ad medullas animæ. De ardore siquidem irati foris ille purgatorius ignis exardescit in conspectu eius, & inflam. &c. Ascendit, inquit, fumus in ira eius, & ignis à facie eius exardescit. Inde cadent super eos carbones pœnaliter purgatorij, quibus modò non adhibentur carbones salubriter desolatorij: qualem illum fuisse reor qui de altari sublatus prophetæ labia emundauit. Si igitur ignis ille quem dominus noster Iesus misit in terram vehementer, sicut est voluntas mittentis, in nobis arserit: ignis ille purgatorius qui in iudicio filios purgabit Leui, non ligna, non scœrum, non stipulam consumenda reperiet in nobis. Vterque quidem ignis purgatorius, sed satis differenti modo, iste siquidem vngendo purificat, ille vrendo: hic refrigerium toris, ille spiritus iudicij, & spiritus ardoris.

Finitur Malachias Propheta.

SEQVITVR MACCA- BÆORVM LIB. I.

STEPHANVS.

Cap. I.
R



*Occidit Alexander nobiles qui secum au-
nuerunt, & dimisit illis regnum. Sic fa-
ciunt mali diuites cum moriuntur,
opes sub testamento diuitibus re-
linquunt, non pauperibus. Item
Roboam acquieuit consilio iuue-
num & nobilium, & ideo diuitum
est regnum eius.*

HUGO DE FOILLETO.

S Quomodo virtutum vasis fidelē animā diabolus deprædat.
*Antiochus illustris filius Antiochi regis qui fuerat Roma obse-
ascendit Hierosolymam in multitudine graui, &c. Ascendit in
Hierusalem rex Antiochus, quando in ecclesia dominatur
diabolus, vel in anima carnalis appetitus. Ascendit autem in
multitudine graui, in abundantia delictorum, in grauitate eu-
insublet criminalis peccati. Intra in sanctificationē cum se-
perbia, quando sanctificata per confessionē elationis spiritus
aperit sibi corda. Accepit altare aurcum, & candelabrum lu-
minis. i. puritatem orationis, & lucem diuinæ contemplatio-
nis. Accepit vniuersa sanctificationis vasa: diuersa videlicet
virtutum genera. Et omnia comminuit, quando diuersas vir-
tutum species in nihilum redigit. Et accepit thesauros occul-
tos quos inuenit, & sublatis omnibus abiit in terram suam.
Thesaurus est sapientia intellectus, occultus diabolo, sed
notus Deo. Quem tunc diabolus inuenit, quādo per iactan-
tiæ spiritum cæteris manifestum reddit. Sublatis omnibus in
terram suam Antiochus abiit, quo tiens diabolus sublatis vir-
tutibus ad terrena desideria mentes fidelium reducit.*

Contra clericos. **STEPHANVS.**

T *Fecerunt sibi præputia. Pelliculas sibi aptabant ne videretur
circuncisi. Sic faciūt clerici, cum sibi aptāt fallacias militares.
Ut regnaret super duo regna, s. Syriæ & Aegypti. Antiochus
regnat super Syriam, cum diabolus repit in pectore quo ad
superbiam: super Aegyptum, quādo vōtre quo ad luxuriam.*
De

De tributo diaboli.

Post tres annos misit Antiochus principes tributorum. Quia V
 completis cogitatione mala & loquutione, cum superaddi-
 tur opus malum perfectum, obtinet diabolus in homine do-
 minatum, & tributum exigit peccatorum.

HVGO DE FOILLETO.

Quomodo in anima destructis virtutibus diaboli muni-
 tio construatur.

Post duos autem annos misit principem tributorum in ciuitates Iuda. X
 Cupiditas tributa recipit, quia & in ecclesia & in qualibet
 anima exactiones complures agit. Cum magna turba venit
 Hierusalem, vt cōturbet simplicium pacem. Super ciuitatem
 irruit, & populum simplicium cogitationum ex Israel perdit.
 Et accipit spolia ciuitatis, quando mentem virtutum spoliat
 indumentis: & eam igni succendit, dum concupiscentiæ
 flammis comburit. Interius destruit domos, & in circuitu
 eius muros, id est intus conscientias, & in circuitu operatio-
 nes perfectas. Et captiuas duxerunt mulieres, imperfectas s.
 mentis affectiones: & natos, id est actus imperfectos. Pectora
 eorum possidens: cum diabolus vel carnis appetitus in po-
 tentate sua irrationabiles animi motus retinet. Et quæ filij
 Israel custodire cōsueuerant, Antiocheni macant & mandu-
 cant. Ciuitatē David ædificant, dum mētem cuiuslibet manu
 foris, id est bene operantis, in partem contrariam mutant.
 Muro magno & turribus firmis muniunt, dum peruersa ope-
 ra & eorum defensionem in circuitu ponunt. Et facta est illis
 in arcem, id est in summam peruersæ mentis elationē. Et po-
 fuerunt in gentem peccatorū viros iniquos in anima. s. gen-
 tem vitiorum: in ecclesia verò hæreticos graues, christianæ fidei
 inimicos. Et posuerunt cum illis arma & escas. Arma, defen-
 sionis verba. Escæ, delectationes terrenæ. Huiusmodi cibis
 arcem muniunt, qui terrenis delectationibus mentē pascunt.

STEPHANVS.

De discretione.

Instit filios relinquere incircuncisos. Omnia opera hominum Y
 vult diabolus esse incircuncisa, id est discretione carentia:
 vt sic ea in sortem suam valeat vendicare.

De periculo prælatorum.

Princeps es & clarissimus in ciuitate. Fac ergo prior iussum re- Cap. 2.
gu. Gyro falco bonus primam gruem nititur apprehen- Z
 dere. sic pastores diabolus primò nititur circunuenire. Vnde

totum pondus praelij versum est in Saulem. Rex Syriæ præcepit seruis suis dicens: Non pugnabitis contra maiorem vel minorem quempiam, sed contra regem Israël solum,

Contra ociositatem.

A *Et statuentes aduersus eos bellum in sabbato.* In festis precipuè diabolus fideles decipere machinatur, & occasione festi facit eos oberrare à rectitudine. Vnde: Sol. v. odi. a. m. & non responderunt illis. Cùm diabolus surgit per tentationes, tentati debent illis respondere. Hoc est contra insulsum eorum multiplicare remedia, fundere deuotas orationes, & se mortificare. Simeon frater noster vir consilij est, ipsum audi. Semper in omnibus operibus nostris auditus mæroris sit consiliarius noster.

De confessione.

Cap. 3.
B



Utrexit Iudas pro Matathia. Matathias, donum Dei. Mortua siquidem gratia Dei peccatum in homine, non est aliud remedium nisi bellatrix confessio. Cognouit Iudas, & exiuit obuiam Apollonio. Apollonius miraculum siue mirabilis dicitur, & significat mundum. Nam mundani casus viro iusto sunt in miraculum & stuporem. Vnde: Babylon di. m. posita est mihi in mi. Item: Mundus mirabilis est, qui quasi præstigiator phantasmata mouet. Iudas ergo primò exiuit contra Apollonium: qui confitens primò pugnat contra mundum. Et reuera non est verè Iudas, nisi occurrat Apollonio: non est verè Iudith, nisi amputet caput Holofernis. Ille occidit Apollonium, qui potest dicere, Mihi mundus cru. est, & ego mundo. Gladius Apollonij, miseria vel prosperitas est mundi. Iudas pugnat cùm gladio Apollonij, cùm confitens attendit quanta sit miseria mundi, quàm breuis voluptas, & per talem considerationem cauet sibi. Et congregauit argentum multum. Argentum sine auro habet diabolus: quia eloquentiam sine sapientia amat in ministris suis. Vnde: Ossa eius sicut fillula eris. i. illi qui sonitum tantum habent, & sensum benè viuendi non retinent.

HUGO DE FOILLETO.

C *Quomodo inter confessionem & luxuriam bellum fit.*
Rex Antiochus volens ire in Persidem, reliquit Lyfiam huius

nem nob.
omnibus
re mitti
quas H
dam Iu
vire
finatur
quidem
se creat
thoron
nis terra
terram e
interpret
perior, i
conque i
turbant.
das exerc
do vera
vixie m
derant d
Lyfiam Iu
traditio
dam quin
cumbunt
rum anda
bit, quia
enim paup
dicunt, v



Contra
spiosam
catus el

nen nobilem de genere regali super negotia regia, & mandauit ei de omnibus que volebat, & de habitantibus Iudæam & Hierusalem: ut mitteret ad eos exercitum ad euertendam virtutem Israel, & reliquas Hierusalem, &c. Lysias ab Antiocho ad destruendam Iudæam & Hierusalem mittitur, quando spiritus luxurie ad subuertendam confessionis pacem à diabolo desinat. Lysias enim generans interpretatur: luxuria siquidem plures filios generat, quia diuersos motus carnis ex se creat. Et uenerunt in Iudæam, & castra posuerunt in Bethoron. Veniunt in Iudæam, dum ingrediuntur confessionis terram. Et in Bethoron castra ponunt, quando per iram, terram confessionis inuadunt. Bethoron enim domus iræ interpretatur. Est autem Bethoron superior & inferior. Superior, ira prælatorum: inferior, ira subditorum. Quancunque istarum alienigenæ obtineant, terram confessionis turbant. Et occurrit illis Iudas cum decem millibus uiris. Iudas exercitui Lysie cum decem millibus uiris occurrit, quando uera confessio fulta decem præceptis legis diuersis luxurie motibus uiriliter resistit. Et commiserunt, & ceciderunt de exercitu Lysie quinque millia. Cum exercitu Lysie Iudas committit, dum mens totis uiribus luxurię contumacit. Et sic de exercitu Lysie quinque millia corruunt, dum quinque sensus corporis in ore gladij confessioni succumbunt. Videns autem Lysias fugam suorum, & Iudæorum audaciam, abiit Antiochiam. Antiochiam Lysias abiit, quia luxuria diuitiarum abundantiam quærit. Antiochia enim paupertatis silentium interpretatur. Ibi paupertas silere dicitur, ubi diuitiæ dominantur.

S T E P H A N V S .

Veniit Gorgias in castra nocte, & neminem inuenit. Et quarebat eos in monte. Quando diabolus neminem inuenit in lectis de sociis Iudæ, quærit eos in monte: quia cum non potest per luxuriam contentes deiicere uult dominari per elationem.

Contrite sunt Genes, & fugerunt in campum. i. in latam & stratosam uiam. Per uiam horti fugit Sedechias, & captus extractus est.

Quomodo sanctuarij distinctio multiformis per confessionem & pœnitentiam restauretúr.

E Ecce contriti sunt inimici nostri. Ascendamus nunc mundare, & renouare sancta. Et ascenderunt in montem Sion, & viderunt sanctificationem desertam, &c. Iudas fugato Iyfia. i. destructa luxuria, & contritis hostibus luxuriæ, scilicet operibus in montem Sion ascendit, dum confessio per grades virtutum sublimia quærit. Ascendit mundare sancta & renouare. Cor mundum (inquit) crea in me Deus, &c. A vitiis munda, virtutibus innoua. Et viderunt sancti desertam sanctificationem desertam conspiciunt, qui sanctitatem mentis à Deo derelictam esse cognoscit. Templum enim, sicut in eodem libro dicitur; luxuria & comestationibus erat plenum, & scortantium cum meretricibus, sacratisque ædibus mulieres se vtrò ingerebant. Templum luxuria plenum esse dicitur, dum luxuriæ cogitationibus voluptuosus animus delectatur. Comestationes verò in eo fiunt, dum vitia carnis inuicem diuersis delectationum ferculis mentem pascunt. Scortantes cum meretricibus in eo habitant, dum vitia carnis cogitationibus animi concordant. Sacratæ ædibus vtrò se mulieres ingerunt, dum mollietis & blandimenta carnis in secreto mentis sese licenter abscondunt. Altare prophanatum & plenum illicitis esse legitur, dum mens ea desiderat, quæ lege diuina prohibentur. Portæ combustæ iacent, dum sensuum aditus ardenti desiderio succensî ineuntibus vitiis omnino patent. Virgulta verò in atrijs nata, sunt illicita desideria: quia sicut virgulta nullo colente crescunt. Sic in animo vitia sponte surgere non desistunt. Pastophoria diruta, sunt mentis secreta, ab alienigenis. i. à spiritibus immundis destructa. Pastophoria siquidem, sunt cellulæ in intimis gazophylaciorum factæ.

Quæ virtute per filios Matathie signentur.

F Postquam igitur Iudas missum ad Antiocho fugauit Epistam. i. confessio Luxuriam: dixit ad fratres suos: Ecce contriti sunt inimici nostri, &c. Fratres Iudæ quatuor dicuntur, Simon, Ionathas, Ioannes, & Eleazarus. Hi quinque sunt filij Matathie, Mathathias interpretatur donum Dei. Iudas consistens, Simon obediens, Ionathas columba dans, Ioan-

natio gr
filij Ma
Iudas ip
nam or
mundat
fecit. c
nis in al
quia co
hostis c
nam fac
storios
nihil pr
& ordin
bis non
Quod
areem t
ordin
et donec
mentis
tiens me
Mirum
alienige
dum qu
hoc fier
bris mei
in mem
aduersus
do alien
lo qui a
ipsa con
non pat
que rati
vincunt
Quæ
ordin
animi,
virtutes
vires or
dinatè
in secur

nam gratia, Eleazarus auxilium Dei interpretatur. Hi autem filij Matathie sunt, quia ex dono Dei hec omnia procedunt. Iudas igitur mundat, Simon edificat, Ionathas renouat, Ioannam ornat, Eleazarus protegit & conseruat. Iudas templum mundat: quia confessio mentem a vitiis purgat. Simon edificat: quia ad hec obedientia laborat, vt edificium boni operis in alterum crescat. Ionathas sancta renouare non desinit: quia columbina simplicitas edificat, quod calliditas antiqui hostis quotidie destruit, & in primo homine destruxit. Ioannam faciem templi coronis aureis ornat: quia notitiam victoriosæ mentis gratia moribus commendat. Sed hæc omnia nihil proficiunt, nisi quando per Eleazarū. i. auxiliante Deo, & ordinante fiunt. Si enim quod agis, nō Deo, sed tibi ascribis, non edificas, sed subuertis.

Quod mirum sit vt virtutum populus ciuitatem possideat, arcem teneant inimici:

Ordinavit Iudas viros vt pugnarent aduersus eos qui erant in arce donec mundarent sancta. Per arcem possumus intelligere mentis rationem, quam totiens alienigenæ possident, quotiens menti vitia dominantur, vt eam a virtutibus alienent. Mirum est tamen quod filij Israël Hierusalem obtinent, alienigenæ verò dominantur in arce. Et nisi Apostolus nodam quæstionis solueret, dubitaret fortè aliquis qualiter hoc fieri posset. Video (ait Apostolus) aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, &c. Ecce alia lex in membris, & alia est lex mentis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Sic aliquando alienigenæ dominantur in arce. Et etiam multi de populo qui aduersantur Iudæ manēt in ciuitate. Multa enim cum ipsa confessione in mente sunt quæ nocent, & tamen expelli non possunt. Multa etiam ex mala consuetudine procedunt, quæ rationi non obediunt, sed quadam assiduitate mentem vincunt.

Quis virtutes ad capiendam arcem ordinet confessio.

Ordinavit igitur Iudas viros, &c. Viri sunt viriles affectus animi, qui aduersus eos qui sunt in arce pugnant, quando virtutes vitis viriliter repugnant. Iudas ad pugnandum viros ordinat, dum vera confessio suis in locis virtutes ordinatè locat. Ponit igitur in primo loco timorem pœnæ, in secundo dolorem culpæ, in tertio laborem pœnitentiæ.

Sed ne desperet, adiungit spem veniæ timori, consolationem dolori, retributionem labori. Adiungit etiam ieiunium compunctioni, vigilias orationi, lectionem meditationi: & sic in circuitu Iudas arcem obsidet, donec à vitiiis mentē confessio purget.

Qui sacerdotes in templo domini debeant ministrare.

- K** *Et elegit Iudas sacerdotes sine macula, voluntatem in lege Dei habentes: & mundauerunt sancta, & edificauerunt domum intrinsecus, &c.* Sacerdotes sine macula Iudas elegit, quādo virtutes quæ in ara pectoris Deo ministrant, immaculatas reddit. Qui in lege Dei voluntatem habent, quia aliter medullatum sacrificium non offerent. Et mundauerunt sancta. i. deuotionem ab omni malitiæ culpa. Et edificauerunt domum intrinsecus, ipsam videlicet conscientiam diuersis qualitatibus morum. Et sanctificauerunt ædem & atria: intus mentem, & exterius opera. Et fecerunt vasa noua sancta. Vasa noua sancta faciūt, qui in nouitate conuersationis iuxta præceptum noui hominis, i. Christi corda sua componunt.

- L** *Et intulerunt candelabrum, & altare incensorum, & mensam in templum.* Per candelabrum possumus accipere verbum Dei per lumen candelabri, doctrinam verbi. Per altare incensorum deuotionem orationum: per mensam, diuinæ scripturæ memoriam. Sicut enim aliquis in iis quæ ponuntur in mensa reficitur: sic animus iis quæ ad memoriam reducit quasi diuersis ferculis saginatur. Et obtulerunt sacrificium super altare holocaustorum nouum. Super altare holocaustorum sacrificant, dū in contritione cordis carnis desideria mactant.

STEPHANVS.

De confessione.

Cap. 5.
M



Veni Iudas tribus ordinibus post eos. Et exclamauerunt turbis, & clamauerunt in oratione. Cum inimici adducunt prædam, Iudas sequitur: quia confessio animas captiuas à potestate diaboli liberat, & tribus ordinibus venit: quia peccata tripliciter insequitur. In primo ordine milites sunt, omnia quæ ad contritionem pertinent, scilicet singultus, gemitus, lachrymæ, suspiria, desideria. In secundo quæ confessionem circumstant, locus, tempus, qualitas peccati, & aliæ circumstantiæ. In tertio quæ exiguntur ad satisfactionem. s. ieiunium, elemosynæ, peregrina-

regina

Si n

poterit

timeat

sione e

sus eur

rus est

cluseru

pidibus

dont d

aurium

diant.

confess

Pr

Omnes

tur pulc

re se ad

namque

nosquis

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

per mare

reginatio, & his similia.

Idem de eadem.

Si transferit ad nos prior, non poterimus sustinere eum: quia potens poterit aduersum nos. Si diabolus percipit quod praelatus non timeat iacturam temporalem, qui stat constanter pro defensione ecclesie, tunc scit quod non poterit praualeere aduersus eum. Si verò senserit praelatum pusillanimum, tunc securus est quod eum tentationibus suis deicere poterit. Concluserunt se qui erant in ciuitate, & obstruxerunt portas lapidibus. Similiter qui adherent mundanis delitiis, & confidunt de affluentia temporali, tanquam de munitione: portas aurium obturant obstinatione peccati, ne prae dicatores audiant. Tales enim sunt qui nolunt confiteri: quia sequelam confessionis eliminat mundi.

De perseverantia.

Præcepit Iudas vt applicarent vnusquisque in loco in quo erat. Omnes insultus debemus facere in Effron quod interpretatur pulvis mœroris, in vanitatem, videlicet mundi. Applicare se ad muros Effron secundum locum stationis suæ, est vnumquenque manere in ea vocatione in qua vocatus est. Vnusquisque in loco suo Effron impetit. Vnde viæ factæ sunt per mare Rubrum: quia per diuersas vias exitur à seculo.

HUGO DE FOILL.

Quomodo superbia sui opprimat oppressorem.

N *Vit Eleazarus sub pedes elephantis, & sup- posuit se ei, & occidit eum: Et cadens in terram oppressit eum.* Eleazarus elephantem occidit, & ab elephante est occisus. Cecidit enim elephas super Eleazarum, & mole sui corporis oppressit eum. Per Eleazarum, illi qui mundi fastus tripudiant: per elephantem, superbia mundi designatur. Dum enim vestis asperitatem, vilitatem cibi libenter patimur, dum labore calida squaler manus, & frigore cutis riget, & sole nigrescit, tunc Eleazarus elephantem occidit. Cum verò in huiusmodi fauorem querimus, tunc Eleazarum cadens opprimit elephas. Ex pulchre per elephantem figuratur superbia, vtriusque enim natura similem habet compositionem. Elephantis naturalis esse dicitur, vt ossa illius iuncturis careant, & ideo fle-

Cap. 6^a

P

tere membra sua nequeat, sed semper stet. Et si aliquando quietem corpori suo velit inferre, stado latus suum inclinare ad arborem, & sic somno viuit, & quiete: sed homines regionis illius in qua habitant huiusmodi bestia, in die solent arborem succidere: vt cum nocte venerit, cadat vterque, & elephas occidatur. Vtrunque fit, succiditur arbor, & occiditur bestia. Cuncta ista superbia conueniunt, & talis est eius compositio: membra enim superbia inflexibilia sunt. Cum enim aliquis superbus loquitur, si imponas ei silentium, non acquiescit: sed, vt ait Salomon, totum spiritum suum profert: si confabulationibus aurem praebeat, & reprehendat, negligit. Si aliquid operatur, & contradicis, non cessat. In se secti nequeunt artus superbiae. Stat semper, sed male: ad propriam voluntatem quasi ad arborem latus inclinat superbus, vt quietem recipiat. Quod enim per dispositionem propriae voluntatis facimus, hoc quieto suscipimus animo. Si autem aliter ordinetur, pro labore reputatur. Succidatur ergo arbor propriae voluntatis, vt cadat & occidatur bestia superbiae. Cauendum tamen ne occisa occisus reoccedat.

STEPHANVS.

De misericordia Dei.

Cap. 7.



*N*olite mihi ostendere facies eorum. Verba sunt Diocetrij, qui vehementer inuestens vel nimium persequens interpretatur. Hic est diabolus qui sibi prohibet facies peccatorum ostendere quia crudelis est, & nescit misereri. E contra dominus in conspectu suo peccatores appere desiderat: quia semper paratus est eis misericordiam impertiri.

Cap. 8.
R



*E*t ceperunt eum viuum. Antiochum s. magnum regem Asiae. Antiochus, paupertatis silentium dicitur. Hic est fomes peccati, qui saepe facit filios à laude Dei. Hic viuus potest capi: quia primi motus non possunt ex toto periri, sed comprehendendi. Porro eis tributum abstinentiae debemus imponere, & toti sequela ipsorum. Ratione enim primorum motuum homo se mortificat & affligit.

Cap. 9.

*P*ost obitum Iude emerferunt viri iniqui in omnibus finibus Israel. Sicut post mortem Gedeo filij Israel fornicati sunt cum

Baal.

Bial. Item mortuo Iuda impij surgunt : quia mortua confes-
sione in homine, mali metus oriuntur in mente.

Ionathas habuit in Hierusalem, & cepit edificare & Cap. 10
renouare ciuitatem. Quicquid familiaritatis habuit
cum Demetrio, retulit ad ædificationem sanctæ
ciuitatis. Similiter prælati gratiam quam adepti
sunt, debent conuertere ad ædificationem eccle-
siæ. vnde Neemias factus pincerna regis expalluit coram re-
ge, & ædificandi ciuitatem licentiam impetrauit.

Audimus de te quod vir sis potens viribus, & aptus vt amicus
regis voceris. Felix quem dominus dignatur in amicitiam re-
cipere. Mihi tibi purpuram, imitationem passionis meæ. Pau-
lus: Stigmata Iesu Christi porto. Et coronam auream, spem
immarcescibilis gloriæ: vt quæ nostra sunt sentias: iuxta il-
lud: Hoc sentite in vobis, quod est in Christo Iesu.

Ionathas non dedit eis spatium vt irarent in terram
suam. Simile est in Iudith: timentes Holofernem
præoccupauerunt angusta montium. Spiritus ma-
ligni regionem nostram intrant, quando tenta-
tiones in nobis oriuntur. Quidam expectant do-
nec tentatio veniat, & tunc reprimunt: sed nos cum Ionathas
orationes tentationum vt possumus recensemus.

De virtute incarnationis Christi.

Cecidit murus qui erat super torrentem ad ortum solis. Murus su-
per torrentem, est munitio sita in deliciis seculi. Murus iste ca-
dit ad ortum. i. ad respectum dominicæ natiuitatis: quia si at-
tendamus pauperulam natiuitatem domini, non lætabimur
de munitione seculari.

GALFRIDVS.

Et edificauit Simon super sepulchrum patris & matris
sue edificium alium visu, &c. Simon Christum si-
gnificat, cuius pater secundum carnem fuit bea-
ta illa progenies de qua ipse natus est per suc-
cessionem marium, eademque mater secundum
prophaniam sceminarum.

Quod per structuram sepulchri sensus historicus desi-
getur.

Sed quid dicimus esse sepulchrum patris & matris, & fra-
tris Simonis? Mihi quidem videtur, saluo meliori intellectu,
& ij

sepulchrum hoc esse textum simplicem literalis historię, vbi gesta priorum veluti ossa mortuorum condita delitescunt: aliqua verò de illis ad euidentiore[m] intelligentiam, profere[n]da videntur in medium. Primus parens soporatus à Deo costa in mulierē formata diuinitus euigilat. Rogo quæ causā extitit vt immitteret dominus soporem in Adam? Quasi verò id facere non posset vigilante Adam, & minimè sentiente. Quid dicemus de Noë inebriato, nudato atque irriso. Quid de simulata insania Dauid? quid de saltatione ipsius ante arcam domini? Quid in his quæso atque huiusmodi viuudum, quid forte, quid denique habens spiritum vitæ: immò si sola superficies literæ attendatur, quid non exangue, quid non ridiculum, quid non denique mortuum videatur? Hæc & huiusmodi textus premit historię, quasi mortuos fabrica sepulchræ. Superstructum est postmodum ædificium euangelicæ perfectionis, sublimitas Apostolicæ conuersationis, reuera altum visu. Vnde vnus pro omnibus, Nostra, inquit, conuersatio in cœlis est. Patet quantum fuerit hoc ædificium altum visu, nec ociosum, quod subditur lapide polito retro & ante: reuera lapides sancti eleuantur super terram eius, super sepulchrū illud. vis nosce apertius quid sint lapides isti? Vos, inquit, tanquam la. vi. f. m. d. semper. Item: Super ædificati super fund. Apo. & Proph. Apostoli ipsi lapides erant huius ædificij, & preciosissimi quidem, multimodis tribulationum maleis tuere perpoliti & nitidi. Vnde & vox illarum est: Per multas tri. o. n. in m. regno Dei. Item alibi: Nullam requiem habuit caro nostra. Politur ante, politur & retro lapis iusti, vel melius lapis iustus. Ante quidem, cum pretendit quidem oculis disciplinæ formam, & virtutis exemplum. Sed ne sepulchrum appareat dealbatum, politum esse curat à retro, idque præcipuè quò humanus non penetrat visus, verum ille oculus qui scrutatur corda & renes. Quod utiq; sit, eum abdicamus occulta decoris, habentes fidem & bonam cōscientiam. Quam quidam repellentes, etsi iustificent se coram hominibus, circa fidem naufragantur soli. s. fidei fundamētō sine operibus innitētes. Si quis inuentus fuerit disciplinatus, in opere contritus, & mundus corde, dignus est hoc ædificio. Politus enim est ante & retro. Et statuit, inquit, vij. pyramides, vnā contra vnā.

Quòd per septē pyramides septiformis gratia designetur.
Septem

Se
verò
tatem
ferepa
id aut
don
quam
intelle
tiz & p
natural
est satis
intelle
insipid
lectus.
dantur
tellectu
ret. Sp
eo quò
tar, & f
conqua
mar, du
lum for
aduo du
tem sanē
tura. De
caldabic
inquit, a
Sed & sci
nam & n
tia, vt pie
inuisis v
ramides v
in idipsum
spiritus ti
pe comm
suscipit
Hinc est i
cū sobu
de nullo
uer domi

Septem pyramides, sunt septem spiritualia dona. Quod D
 vero dicitur, vnam contra vnam, germanam quandam socie-
 ratem & concordiam ipsarum gratiarum designat, non di-
 ferepantiam aliquam, vel oppositam habentem qualitatem:
 id aurem cuiusmodi sit, operę precium est demonstrare. Hęc
 dona de quibus loquimur, & de quibus vtinam dignę clo-
 quamur, combinatum nominat Esaias. Spiritus sapientię &
 intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scien-
 tię & pietatis. Iunguntur sibi sapientię & intellectus, vt pote
 naturali quadam cognatione vicini. Nanque sine altero, non
 est satis alterum possidere: quandoquidem & sapientię sine
 intellectu cęca est. Et nihilominus si non affuerit sapientię,
 insipidus est, immo vt magis proprię loquar inspiens intel-
 lectus. Vt ergo cooperentur sibi inuicem ad salutem, ne-
 cessantur mutuo scedere charitatis, quatinus & sapientię in-
 tellectus illustret, & sapientię intellectum condiat & dulco-
 ret. Spiritus quoque consilij spiritui fortitudinis sociatur:
 eo quod & consilium inefficax sit, nisi fortitudine roboretur,
 & fortitudo nisi rogatur consilio, suo plerunque impetu
 conuassetur. Itaque se iuuent alterutrum: nęve fortitudo
 ruit, dum ruit incomitata consilio: nęve sit imbecille consi-
 lium fortitudine destitutum. Iam veró videndum est quem-
 admodum scientię & pietas se inuicem consalutent. Pietatē
 sanę hic arbitror illam dici, quę Gręcę theosebia dicitur.
 Dei cultus. Hęc ne fatuo errore ducatur, comitatu pro-
 celdubio eget scientię. Vnde ad Samaritanam dominus, Vos,
 inquit, adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus.
 Sed & scientię damnabilis est sine pietate: quia scienti bonam
 & non facienti, peccatum est illi. Docet proinde scienti-
 a, vt pietas non sit erronea. Pietas agit, vt non sit scienti-
 a vanitas vel damnosa. Hoc itaque modo constitutę sunt py-
 ramides vna contra vnam, dum suas sibi efficientias, in pace
 in idipsum spiritus sancti dona communicauerint. At veró
 spiritus timoris vallatur vndique in medio constitutus: quip-
 pe communis omnibus & necessarius. nanque sicut initium
 sapientię timor domini, sic plenitudo sapientię timere Deū.
 Hinc est illud: Nisi in timore domini tenueris te instanter,
 cito subuertetur domus tua. Deniq; de timore dicitur, quod
 de nullo aliorum dictum facilę reperitur: Beatus vir qui ti-
 met dominum, vel qui intelligit. Septem ergo pyramides su-
 & iiij

per ædificium & sepulchrum statuuntur à Simone vna contra
 vnam : quia spiritalis intellectus ab ipso erigitur in concor-
 dia charitatis, super historias noui ac veteris testamenti.
 Quæ nimirum scripturæ sacræ palam est quanto suscipian-
 tur honore, quo complectantur amore, qua reuerentia, qua
 diligentia pertractentur à successoribus Apostolorum san-
 ctis doctoribus. Hæ sunt illæ magnæ columnæ quæ circum-
 positæ dicuntur à Simone, iuxta illud : Circundate Sion &
 com. Super istas etiam arma Simon circumposuit ad memo-
 riam æternam. Arma doctorum quæ sunt ostendit Paulus
 ipse bellator armis inclytus. Arma, inquit, militiæ n. non e-
 sed sper. d. Item : Alij per spiritum datur sermo sapientiæ.
 De his annis loquitur sponsus in laudem sponsæ : Natus
 sicut turris Libani. Mille clypei pendent ex ea. Na-
 tus ecclesiæ, eminentes spirituales viri in facie ecclesiæ, qui
 occultorum veluti remotorum cognitionem contemplan-
 do quasi odorando trahunt, dum attrahunt spiritum vnde
 totum corpus vegetatur & vivit. Hi sicut turris Libani re-
 cipiunt & defensant eos qui fugiunt à facie arcus. Ex illa de-
 pendent mille clypei, vniuersa testimonia scripturarum. Om-
 nes arcus fortis. i. exempla sanctorum Sunt in ecclesia diuer-
 sæ conditiones, multæ linguæ, variæ profefsiones, quibus s-
 lia regis decora varietate circumdatur. His quasi nauibus vi-
 tæ procellosum huius pelagus trãsmeatur, & vnus terræ por-
 tus omnibus aperitur. Hæ sunt naues quæ iuxta columnas po-
 sitæ à Simone referuntur. Sculptæ tamen esse memorantur,
 nec modò petra fide, verùm ipsæ petrinæ fuisse creduntur.
 quippe quibus viuere Christus est, & mori lucrum. Petra e-
 nim Christus. Non tanguntur fluctibus in alto, non sunt e-
 tiam remota. Nec ventorum turbine concutiuntur, immu-
 culatos se custodiunt ab hoc seculo sancti, nec ad eos spuma
 iniqui æquoris amaritudo pertingit. Insultus nequam spiri-
 tum quasi circumstrepentium sabra ventorum constantet
 frangunt, & prudenter elidunt. O quot credentium millia,
 quot cateruas animarum sanctarum naues istæ portauerunt
 ad portum salutis æternæ! Sunt autè iuxta columnas à quibus
 nimirum accipiunt tutamen spei, robur fiducia, fidei munimen-
 tum. Videntur ab hominibus nauigantibus mare, quæ in mari
 nō sunt: & alij quidem sunt odor mortis in mor. a. b. vi. m. vi.
 Hoc est sepulchrum quod fecit Simon in Modin vsque in ho-
 diet

diem
 eam
 dia in
 eos f
 noue
 Ab
 ad mo

 A
 monis
 lato tu
 que pr
 scenti
 gnans
 primò
 monua
 te, & q
 minus
 carnali
 nequan
 illi filia
 cidet er
 roitum
 sepulch
 pem p
 Quid el
 peperit
 tio? Vn
 monis .
 pauper
 humores
 Horum
 mortific
 per sepu
 rum vir
 dum : no
 nem me
 peribus
 posito p
 diet

diernum diem. Sepulchrum dicit aperte totam illam fabricam superiectam, eo quod tota facta sit ornandi gratia, Modio interpretatur iudicium, per quod congrue designatur eos fore idoneos ad arcana contemplationis, qui iudicare nouerint inter diem & noctem, inter pollutum & mundum. Absoluimus vt potuimus allegoriarum mysteria: nunc stylum ad moralia conuertamus.

Moraliter vnde supra.

Attendendum igitur nomen, & opus, & officium Simonis Macchabæi. Si obediens in simplicitate cordis tui præ lato tuo fueris, Simon eris: si per obedientiæ fortissima atque præclara arma non cesseris carni, vt obedias concupiscentiis eius nec spiritalibus nequitiiis, Machabæus es qui pugnant interpretatur. Sed & opus Simonis exercebis, si à te primò, dehinc à fratribus tuis iugum Gentium, iugum demonum, iugum vitiorum potenter excusseris, & eduxeris te, & quos potueris in libertatem filiorum Dei, dux nihilominus sis piorum affectuum, idemque sacerdos mactator carnalium desideriorum. Attende tamen vigilantissimè, nequando generum tuum facias carnis affectum, tradendo illi filiam tuam in coniugium, id est cogitationem tuam. Occidet enim te inebriatum vino luxuriæ: quia mors iuxta introitum delectationis posita est. Fac itaque ædificium super sepulchrum patris, ac matris, fratrumq; tuorum, & statue septem pyramides super illud. Quid superbis terra & cinis? Quid eleuaris fili putredinis? quem putredo genuit, putredo peperit, mox futurus ipse putredo. Vnde tibi ceruicis erectio? Vnde extollentia oculorum? Ij sunt pater & mater Simonis. Quinimo & Cæsaris & Platonis, diuitis æquè & pauperis. Qui verò sunt fratres? Fratres quatuor, quatuor humores corporis, eodem patre, & eadem matre progeniti. Horum vnum sepulchrum est continentiæ virtus, per quod mortificanda sunt membra nostra quæ sunt super terram. Super sepulchrum hoc ædificium est faciendum, id est diuersarum virtutum, seu lapidum multorum exercitium apponendum: non enim sufficit declinare à malo per mortificationem membrorum, sed studendum virtutibus, & iustitiæ operibus insistendum. Hoc autem de lapide polito, singulari posito pro plurali. Qui sunt hi lapides? *Monstrat Apostolus,*

monens & instruens nos ædificare debere super fundamen-
 tum aurum, argentum, lapidem præciosum. Porro lapides
 politi, lapides præciosi, & tali fundamento digni, sunt hone-
 sti mores, præciosæque virtutes. Politi & nitidi retro & an-
 te. Anteriorem partem dico, vbi iusti faciem habent ante iu-
 dicem, quem formidant: ante dominum, quem semper ado-
 rant retro verò sunt ea quæ foris sunt, quibus tergum obuer-
 tunt. Videndum sanè ne fortè aliquid nobis innuat requir-
 endum ordo ipse verborum. Videtur nanque præposterè
 positum, cùm dicitur retro & ante. Monemur autem per hoc
 mundare prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat &
 id quod foris est mundum. retro enim sunt quæ non videntur,
 ante verò quæ patent. Primò itaque mutandus est ani-
 mus, mundandus affectus: quatenus ex simplici oculo cor-
 dis, lucidum prodeat corpus operis. Poliendi igitur sunt
 lapides intus, poliendi sunt ante: vt in occulto fulgeant ad
 meritum, & foris luceant ad exemplum. Hoc est quòd su-
 per hoc ædificium vij. pyramides statuuntur: quatenus ad-
 moneamur spiritali deuotione, non temporali retributione
 & mala declinanda esse, & bona opera facienda. Septi-
 formis est enim spiritus, qui nos septemplici gratiarum suarum
 collustratione viuificat: nam per spiritum sapientiæ
 nostram illuminat cæcitatem. Per spiritum intellectus no-
 stram acuit hebetudinem. Per spiritum consilij nostram in-
 format & instruit dubietatem. Per spiritum fortitudinis ad-
 iuuat infirmitatem. Per spiritum scientiæ erudit ignoran-
 tiam. Per spiritum pietatis delet iniquitatem nostram. Per
 spiritum timoris refrænât & cohibet cupiditatem nostram.
 Pyramides ab igne dicuntur, & spiritus sanctus ignis est.
 Super ædificium sepulchri septem pyramides statuuntur
 quia spiritus septiformis bonis nostris moribus, & actioni-
 bus, vt actor, inspirator, & conditor superferitur. Quemad-
 modum autem vna sit contra vnam, satis est superius expla-
 natum. Et iis circumposuit columnas magnas. Gratia facti
 estis, ait Apostolus. Nos verò non erimus ociosi si sapi-
 mus, ne tantæ gratiæ inueniamur ingrati. Magnæ colum-
 næ animæ, sunt potentiæ naturales, quibus omnis illa spiri-
 talis fabrica sustentatur. Hæ sunt autem, ingenium, memo-
 ria, ratio, voluntas, & cæteræ animæ dotes, in quibus libe-
 rum quoque arbitrium numeratur. Columnas magnas circa
 pyrami-

pyrami-
 totis vi-
 mur, it-
 cut spi-
 Septem-
 bus iu-
 que in
 scilicet
 spiritus
 Oportet
 possimu-
 ti in pe-
 & in aff-
 rum alte-
 mea sem-
 rabitur.
 asserit g-
 David,
 duo fun-
 tum in q-
 qui de a-
 cus occi-
 asseritior
 fontes ser-
 da verò
 ratiocin-
 dam, cre-
 ergo ger-
 spiritali-
 fultare no-
 da pug-
 coera n-
 riu: qui
 & ipse no-
 lis, innu-
 lumnas a-
 si sunt oc-
 cientia c-
 ferere, &
 quibus v-

pyramides ponimus, cum operantem in nobis spiritum Dei
 totis viribus adiuuamus. Quia verò in expeditione versa-
 mur, inermes in acie stare non possumus. Columnas has si-
 cut spiritales sunt, ita spiritualibus armis oportet adornari.
 Septem ni fallor armorum genera reperi in scripturis, qui-
 bus iusti depugnât, necessaria militibus Christi. Horum quin-
 que in Apostolo sunt, vbi monet assumere armaturam Dei,
 scilicet lorica iustitiæ, scutum fidei, galeam salutis, gladium
 spiritus quod est verbum Dei. Et cal. inquit, pe. in prin. & pri.
 Oportet & nos armatos habere pedes, vt ambulare & calcare
 possimus illæsi super serpentem & scorpionem. Calceamen-
 ta in pedibus, sunt sacramenta incarnationis Christi in fide,
 & in affectibus nostris. Restant duo genera armorum, quo-
 rum alterum in Iob inuenio, alterum in Dauid. Iob: Gloria
 mea semper innouabitur, & arcus in manu dextera instau-
 ratur. Dauid quoque non sperat in arcu suo, nec saluari se
 aserit gladio suo. Fundam quoque legitur habuisse puer
 Dauid, ex qua emisso lapide Philistæum percussit. In arcu
 duo sunt, lignum & nervus. Lignum, nouum est testamen-
 tum in quo lignum crucis dominicæ prædicatur: nervus
 qui de carne extrahitur verus est: quod animalium sacrifi-
 cius occupatur. Ex his duobus quasi arcus conficitur, cum
 assertiones nostras vtriusque testimoniis communimus, &
 fortes sententias quasi sagittarum missilia iaculamur. Fun-
 da verò quæ in gyrum circumacta lapides mittit, humanæ
 ratiocinationis argumeta designat, quæ non sine rotatu quo-
 dam, crepituque verborum ponderosas iacit sententias. Septe
 ergo genera spiritalium armorum sunt, sicut æquæ totidè vitia
 spiritalium nequitiarum: quæ tamè per satellites suos nos in-
 festare non desinunt: nam & heretici cõtra quos arcu & fun-
 da pugnandum est, & gladio spiritus, maximè typo superbiæ
 contra nos concitantur. Hinc memoria nobis æterna cõqui-
 ratur: quia si memores fuerimus nominis domini, memor erit
 & ipse nominis nostri: quia nomina nostra scripta sunt in cœ-
 lis, innuit. Hic scriptura composita dicit arma super co-
 lumnas ad memoriam æternam. Verum ij qui Mariæ profes-
 si sunt ocium, & Marthæ negocia, declinarunt saltem obe-
 dientia compellente quandoque contemplationis secreta de-
 serere, & exterioribus coguntur intendere. Actiones itaque
 quibus vel ad horam religiosi intendunt, ipsæ sunt naues,

quæ iuxta columnas positæ sunt : neque enim sancti viri in
vita sua proiciunt intima sua : sed tunc præcipuè iuxta se
sunt, cum remoti videntur à se : iuxta columnas ergo naues,
quoniam cum terrenâ dispensant, cœlestia non omittunt.
Benè autem naues istæ sculptæ dicuntur : res enim scripta
eius rei veritatem non gestat, cuius imaginem repræsentat.
Inde est quòd is qui non accepit in vano animam suam, &
quando foras exit, non tam occupatus est quàm videtur
exterioribus curis. Cæterùm si quispiam petulans negotiis
secularibus ac si amaris fluctibus se multiplicauerit corde
& animo, iam non sculpta naus, sed vera est : nec super po-
trâ stat, sed iactatur in aquis. Videre est non nullos hodie qui
diuinam militiam habitu profitentur, & se non erubescunt
monachos dici, nihil magis abhorrere quàm claustrum, ni-
hil æquè vt monachum detestari, pulsare palatia, circuire
forum, exercere lites, lucris incumbere. Et sub prætextu mo-
nasticæ utilitatis gyrare vrbes, municipia frequentare. Id-
quæ sui putant officij, reuerentiam exigunt monacho quem
foris gerunt, sed interius abiecerunt. Pro nepotibus, pro
conanguineis, pro amicis, causis se ingerunt, de conuulsa
placitant modò contrahendis, nunc si displicuerunt rescin-
dendis, doctiores de genealogiis hominum quàm de euan-
gelis disputare. O naues istæ quomodo videntur ab homi-
nibus nauigantibus mare! quàm notantur subtiliter! quàm
hostiliter irridentur ab hominibus seculi! quantum illarum
minima non pro minimis reputantur! Et quantum bonorum
quos honorant atque suspiciunt ædificantur exemplis, tan-
tum imò verò amplius destruantur à prauis.

De compassione prælatorum.

Cap. 14.

F



Cæpit Symeon Ioppen in portum. Per Ioppen
quæ interpretatur pulchritudo, dignitas
liqua figuratur. Hanc bonus prælatus in por-
tum accipit, cum in eius administratione se-
curitatem præstat vexatis, sicut enim portus
solatium est nauigantium, sic bonus præla-
tus angustiatis refugium. Vnde: Cum essem quasi rex circums-
tante ex eram tamen merem. conso. Ecce iste Ioppen in por-
tum acceperat, qui potentiam & numerosam familiam con-
uerterat in solatium miserorum.

Item

Item.



Ermitto tibi facere percussuram proprii numismatis in regione tua. Anthiochus primò pacificè scripsit Simoni, postea ab eo recessit. Sic diabolus cum homine ad tempus pacem simulat, vt post validiùs insurgat Regio nostra, caro nostra est.

Cap. 15
G

Proprium numisma Simonis, id est obedientiæ, est maceratio carnis. Tunc ergo finit facere percussuram proprii numismatis, quando per tentationes non irruens carnem macerare perimitit.

GALFRIDVS.

Quòd de Iudæis ad Gentes transit scutum fidei.

Misit Simon Romam clypeum aureum habentem pondus minarum mille &c. Si millenarius intelligitur consummatio numerorum, sapientia aurum, fides scutum: liquet eo munere mysticè figuratum, & multiplicem consummatam sapientiam fidei transituram ad caput Gentium. Vnde etiam ab olim prædixerat, qui per fidem habitat in suorum cordibus electorum: Eripies me de contradictionibus populi, constit. me. in caput Gentium.

H

Finitur Machabæorum liber I.

SEQVITVR MACCABÆORVM LIBER II.

STEPHANVS.

De igne deuotionis.



Ilij sacerdotum non inuenerunt ignem, sed aquam crassam. Primitiui parentes absconderunt ignem in valle, id est reposerunt dilectionem Christi in mente. Sed si à successoribus eorum, modernis s. p. ælatis, modò requiratur ignis, non inuenietur, nisi aqua crassa. s. voluptas carnis, quæ citius inquinat quàm emundat.

Cap. 1.
I

De pœnitentia.

Accensus est ignis magnus post asperersionem aqua. Quia cum K

Item.

pœnitens benè recordatur peccati, accenditur in eo feruens dilectio Dei. Vnde Ezechiel : Flumina Aegypti quasi oleum adducam. Flumina Aegypti, sunt voluptates, quæ quasi oleum adducuntur, cum ex recordatione voluptatum anima spiritaliter illustratur. Benè autem dicitur ignis magnus quia vbi abundauit delictum, supera & gratia.

HVGO DE FOILLETO.

Quanta mala pariat in ecclesia Christi, ambitio prælatorum, ambitus prælationum.

Cap. 4.
L



*C*um suscepisset Antiochus regnū qui nobilitas appellatur, ambiebat Iason frater Onia summum sacerdotium, &c. Ambiebat Iason frater Oniæ, &c. Extunc ira tua domine. Extunc vanale sacerdotium. Extunc, & nunc : adhuc enim in ecclesia est Iason cum Onia : adhuc precibus & precio, quorundam celebratur electio. Qui hoc ordine in ecclesia magistri sunt, gymnasium & ephebiam in Hierusalem, id est in ecclesia quandoque construunt. Gymnasium, est domus in qua solebant fieri ludi Gentilium. Gymnasium in Hierusalem ædificant prælati, qui inter fratres secularia narrant, qui cum suis exhortationibus auditores ad stertum mouere deberent, ad risum mouent. Ephebiam verò in Hierusalem construunt, qui secum suspectas personas & notabiles habere non erubescunt. Eos qui Hierosolymis sunt Antiochenos volunt scribi : quia diuites esse cupiunt & videri : & qui ante conuersionem seculi cum paucis ire consueuerant, nunc in multitudine magna & apparatu copioso curias frequentant. Et per hoc simplicibus dant intelligi, quòd paupertas non conueniat prælationi.

STEPHANVS.

M *Hæc in sacrificiis Herculis expediuntur.* Herculi, id est fortitudinis Deo sacrificant, qui intuitu potentie fortibus excellentibus adulantur. Sicut dicitur de Iasone quòd miserit dragmas trecentas in sacrificiū Herculis. Item Osæ de Effraim: Fœdus cum Assyriis iniiit, oleum in Aegyptum ferebat.

Cap. 6.
N

Cogebatur hædera coronari. Per hæderam viror temporalium. Hædera coronantur, qui se totos amoris temporalium impendunt.

Ret



Ex ei iussit qui primùm locutus fuerat linguam amputari. Fabianus: Quid gloriosius potuit ma- tri contingere? Lingua professã, nomen domini prior debuit proficisci ad dominum.

Cap. 7.


O



Utrum Iuda erant, rogabant ne hostibus reconcilia- ventur. Pacem cum diabolo faciunt, qui partem peccati relinquunt, partem retinēt. sed qui Iudæ, id est verè confessioni adhærent, nullatenus diabolo cedunt, vel cum eo fœdus ineunt.

Cap. 8.

P



Reuerſi sunt hora conclusi, nam erat ante sabbatum. Non solum malè agentes arctantur hora, sed boni quandoque rapiuntur antequàm confecerint hostes. Mulieres quæ paraue- runt vnguentã ad vngendum dominum, non potuerunt per- ficere imminente sabbato, sed post sabbatum suppleuerunt.

Q



Va die ab alienigenis templum pollutum fuit, contigit eadem die purificationem fieri. Consequens est vt quisque se purget satisfaciendo ea die tempore reuoluto qua se polluit peccando.

Cap. 10.


R



Paruit eques præcedens eos in vestibus candidis, aureis armis, hastam vibrans. Eques qui præce- dit fideles tendentes ad pugnam spiritualem est Christus: vestis eius candida, est puritas carnis eius: arma aurea, opera egregia: hasta vibrata, comminatio iudicij. hasta longa est, & ferrum ha- bet in capite. Dominus patiens redditor. Dominus patiens, ecce longa: redditor, ecce ferrum.

Cap. 11.

S



Quomodo Christus ad prælium suos milites antecedit.

H V G O.

Apparuit autem vir in veste candida, & armis aureis, hastam vibrans, &c. Vir iste dominus Iesus est, cuius vestis candi- da, vita purissima: cui, sicut in euangelio est legere, similem solo non possit facere super terram, quòd nullius pœnitenti- bus contritio ad illum valeat peruenire candorem. Arma au- tem, fides inuicta. nempe vt aurum in igne, sic fides in tribu- tione probatur. Et de ea monemur, vt fortes in fide ru- genti aduersario resistamus. Hasta vibrata, vel prædicatio veritatis, vel virtus extitit passionis: vtraque enim potesta- tis ærius debellauit, sed fortius hasta crucis. Et beati qui sic equestrem validum præcedentem se & prouocantem conspi- ciunt, vt ipsi quoque animis conualescant. Et quemadmo-

T

dum ibi legitur, non solum homines, sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos penetrare, paratos sese ex imitatione eius exhibeant. Fortè enim per homines illos, nobis licet intelligere tentationes, quæ velut ratiocinando suadent, & tanquam humano blandiuntur affectu. Quibus si quis negligit resistere intemperantiæ vitio, candorem suæ vestis, sanctimoniam s. actionis amittit. Bestias autem ferocissimas tunc nobis arbitremur opponi, cum aduersum nos insurrexerint aduersarij violenti, vbi necessaria iam arma aurea fidei sunt, vt eidem violentiæ debeat animi virtute resisti. Murus ferreus, mortis horror non inconuenienter accipitur: quoniam dum velut hasta vibrata fortitudo martyrum penetrat, nihil illis amplius obstat.

HUGO DE FOILLETO.

Quid per animas Iudæ & Nicanoris spiritualiter designetur.

Cap. 14.

V



Resistentem neminem possumus intelligere, nisi diabolo. Et quid per lucernam stantem, nisi mentis elationem? Nicanor itaque elephantorum turmis præponitur, quoniam incorrigibilium mentibus superbia dominatur. Ossa siquidem elephantorum iuncturis carent, vnde superbis assimilantur, qui à suo proposito flecti nequaquam valent. Mittitur itaque Nicanor à Demetrio, id est spiritus elationis à diabolo mittitur in Iudæam, vt destruat confessionis terram, vt Iudam capiat, & eos qui cum eo sunt dispergat, vt eos s. qui peccata sua consententur curiositate teneat, & puerua consuetudine liget. Et eos qui consentientes consolantur, impediatur cogitatione turbet. Audiens tamen Nicanor virtutem comitum Iudæ, & animi magnitudinem, sanguine facere incolumitatem metuit. Habet Iudas comites diuersas videlicet corporis & animæ virtutes, habet enim comites cordis gemitum, laborem & ieiunium, & alios innumerabiles, opera penitentiae, & humilitate mentis cogitationes. Contra hoc

Nica-

Nicanor enim se obrem accipere quo beatus solus uicem consilium set, omni filium aut aut numerari potest nuntur rent. In cuiuslibet Dies conuicatur. tens per & Nicanor tergit Moraba greges q. illitose pecem t. maie ge dimittit. agre tu bar aute cimatut tecolit.

Quis

in manu culpam. nientia

Nicanor, id est superbiae spiritus, viribus non resistit. hæc enim sunt quæ carni & sanguini contradicunt. Quamobrem Nicanor tres nuncios misit qui dextras darent & acciperent. Tres nuncios mittit, quotiens peccator in aliquo bono cogitationis, locutionis, & operationis, confessioni consentit. Dextras dant & accipiunt, quando invicem bonis se consentire promittunt. Et cum diu de his consilium ageretur, & ipse dux ad multitudinem retulisset, omnium fuit vna sententia amicitias annuere. Diu consilium agitur, vt Judæ Nicanor reconcilietur. hoc enim vix nunquam evenit, vt superbus humiliter confessioni sociari possit. Sed cum res ad hoc perducitur, vt amicitias annuatur: tunc diem constituerunt, quo secreto inter se agerent. Inter Judam & Nicanorem dies constituitur, quando cuiuslibet animus confitendi peccata desiderio inflammatur. Dies constituitur, dum ad lucem confessionis peccator invitatur. Et tunc inter ipsos res agitur, quando aliquis pœnitentis peccatum confitetur. Et congruum colloquium Judas & Nicanor faciunt, quando peccator quod malè gesserat detegit, & confessor diuersos pœnitentiæ modos ponit. Morabatur autem Hierosolymis, & nihil iniquè agebat gregesque turbarum quæ congregatæ fuerant dimisit. In Hierosolymis Nicanor manet, quando post pœnitentiam pacem tenet peccator: & nihil iniquè agit: quia ab iis quæ malè gesserat in pace quiescit. Greges turbarum quæ conf. dimittit: quia de præteritis turbari nequit: sed ea quæ prius agrè tulerat, post confessionem æquanimiter portat. Habebat autem Judam semper charum, & ex animo erat viro incimatus. Nicanor Judam diligit, dum peccator de his quæ recolat, sæpè ad confessionem recurrit.

H V G O.

Quibus tribus confessio soleat de diabolo triumphare.



*V*idæ Maccabeus & qui cum eo erant, invocato Deo per orationes, congressi sunt manu quidem pugnantes, sed Dominum corde exorantes. Hæc sunt in confessione necessaria, lingua scilicet cor, & manus: vt in corde contritio, in lingua sit oratio, in manu operatio. In contritione autem doleat peccator culpam. In oratione petat veniam. In operatione agat pœnitentiam.

Cap. 15.

X

Y *Et cognouerunt Nicanorem vuisse in armis suis.* In hoc bello Nicanor moritur, dum in corde culpa cognoscitur, dum lingua veniam precatur, dum quod per pœnitentiam iniungitur, manus humiliter operatur. Cùm hoc agitur, Nicanor moritur quia tunc superbus ad humilitatem reuocatur.


Z *Præcepit Iudas caput Nicanoris & manum cum humero abscissam Hierosolymis perferri: linguam etiam Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari.* Caput Nicanoris, est intentio peruersæ operationis. Manus, peruersum opus. Lingua, de- tractionis verba. Caput Nicanoris amputat, qui intentionem peruersi operis damât, manum abscindit, qui peruersum opus iudicat & reprehendit, lingua præciditur, dum malus sermo per silentium amputatur. Lingua Nicanoris auibus particulatim datur, dum à pœnitente pro his quæ malè gesserat, sanctorum suffragia quæruntur. Hæc autem Iudas Hierosolymis perferri iussit: nihil enim proderit, nisi pacem teneat qui peccata præscidit.

Allegoriarum in vetus testamentum

FINIS:

X

A
F



les qui
dam in
anfit. In
dam in il
nicans. E
quorum
carnatus
apit hu
Sed eo pe
re viteri

ALLEGORICA RVM ET MORALIVM SENTENTIARVM IN

NOVVM INSTRVMENTVM

tum ex auctoribus non

minus sanctis quàm

probatis col-

lectanea.

Ac primùm in Euangelium Matthæi.

GREGORIUS.

Quòd caro Christi ad capiendum diabolum hamus fuit.



Iber generationis Iesu Christi, &c. Cap. 14

A Dominus noster Iesus Christus

ad redemptionem generis huma-

ni veniens, velut quendam de se in

necem diaboli hamum fecit. Quis

enim nesciat quòd in hamo esca

ostenditur, aculeus occultatur?

Esca quippe prouocat, vt aculeus

pungat. Assumpsit itaque domi-

nus noster corpus, vt in eo diabo-

lus quasi escam mortem carnis appeteret. Quam mortem
dam in illo iniuste appetiit, nos quos quasi iuste tenebat
amit. In hamo igitur incarnationis eius captus est: quia
dam in illo appetiit escam corporis, trãsfixus est aculeo diui-
nitatis. Huiusmodi hami linea illa, est per euangelium anti-
quorum patrum propago memorata. In cuius extremo in-
carnatus dominus, id est hamus iste ligaretur, quem in iis
sequit humani generis dependentem cœtus iste appeteret.
Sed eo per satellitum suorum sæuitiam morso, mordendi vi-
tes vterius non haberet.

B Quod tria sunt nobis ad salutem necessaria
*Ab Abraham vsque ad Dauid generationes quatuordecim: et
 Abraham vsque ad Dauid: à Dauid vsque ad transmigrantem
 Babylonis, & exinde vsque ad Christum. Tria enim sunt no-
 bis necessaria ad salutem, quasi in seipso quiuis nostrum pa-
 riat saluatorem: deuotio fidei, fortitudo operis, toleran-
 tia tribulationis. Abraham prima credendi via est, pater mul-
 tarum gentium: quia fides parens est omnium virtutum. Da-
 uid manus fortis, formam sanctæ exprimit actionis. Trans-
 migrare in Babylonem, subire est confusionem, sustinere
 tribulationem. Quæ quanuis pluribus propter peccata sua
 accidant, indignatur tamen Deus iis qui recalcitrant, & sus-
 cipere tenuunt disciplinam: sicut olim Iudæis quandoque
 Chaldæi tradere noluerunt. Sed & post annos lxx. qui trans-
 migrauerint reducuntur: quia in fine temporum qui susti-
 nerint remunerabuntur. Post illam igitur triplicem parum
 seriem Iesus nascitur: quia electus quisque per hæc tria sal-
 uatur. In singulis autem distinctionibus generationes qua-
 tuordecim numerantur: quia necesse est vt in omnibus de-
 calogo legis euangelia fociuntur. Docemur enim in lege
 quid credendum, quid agendum, quid sit & sustinendum:
 sed in his omnibus neminem lex adduxisse noscitur ad per-
 sectum.*

Quomodo intelligendum sit quod de spiritu sancto vel
 de Maria Christus esse dicatur.

C *Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Notandum
 quod aliter Christus natus est ex Maria virgine, & aliter de
 spiritu sancto. Cum enim dicimus quod ex Maria natus est,
 de esse materiali intelligendum est. Cum autem dicimus
 quia de spiritu sancto secundum humanitatem natus est, de
 esse potenciali intelligendum est: quia virtus & potentia
 spiritus sancti operata est natiuitatem illam. Sed cum in-
 comparabilia sint opera trinitatis, quare maxime attribuitur
 opus illud spiritui sancto? Quia ineffabili bonitate Dei
 actum est vt Deus homo fieret: ideo attribuitur spiritui
 sancto, qui est bonitas procedens à patre & filio: quia in
 hoc opere ostendit Deus bonitatem suam magis quàm ma-
 iestatem suam. Ad maiestatem pertinet timor, ad bonitatem
 amor.*



et in
sancto
offerit
regalis
presep
ita inle
despic
pientes
des stab
proci
ad qui

Magi

dem

quarun
gis, He

urbau
pacis, c

quantu
scios q

tu in q

erit m

ditur tu

velle ex

nes si q

foed, na
Magis &
locum, i
Cumq
et antec
mactum

amor. Et quia Deus corda hominum voluit trahere ad dilectionem sui, ideo factus est homo.

BERNARDVS.

Quòd Magi fide sunt facti ne fierent serpentes.



Ecce Magi ab Oriente venerunt ortum solem iustitiae

Cap. 2.
D

quirentes. Hodie Magi adorauerunt nouum virginis partum sequentes nouum sideris ductum. Quid facitis o Magi, quid facitis? Iacentem puerum adoratis in tugurio, videlicet in vilibus pannis. Ergone Deus est iste? Deus in templo sancto suo, & vos queritis eum in vili stabulo: sed & aurum offeris. Si rex est ipse, vbi aula regia, vbi thronus, vbi curiae regalis frequentia? Nunquid aula est stabulum? thronus praeseptum, curiae frequentia Iosephi & Maria? Quomodo ita insipientes facti sunt viri sapientes, vt adorent paruulum despiciabilem tam sua aetate quam paupertate suorum? Insipientes quidem facti sunt vt fierent sapientes, non illis sordet stabulum, nec pannis offenduntur, nec lactentis infantiae procidunt, venerantur vt regem, adorant vt Deum. Profecit qui illos adduxit, ipse & instruxit.

De Magis & eorum muneribus.

Magi ab Oriente venerunt Hiero. di. Vbi est qui natus est rex Iudaeorum? Quam certa fides, & nihil penitus haesitans! non querunt vtrum natus sit, sed vbi. Porro audito nomine regis, Herodes successorem suspicatus expauit. Nec mirum si turbatur Herodes, sed quod Hierusalem ciuitas Dei, visio pacis, cum Herode turbatur, quis non miretur? Patetque quantum noceat iniqua potestas; quum caput impium subiectos quoque suae conformat impietati. Misera plane ciuitas in qua regnat Herodes, quoniam Herodiana particeps, erit militiae, qui ad nouae salutis coetum Herodiana mouebitur turbatione. Nam Herodiana malitia est, nascentem velle extinguere religionem. Si quid ergo ad salutem pertinet si quid religionis oritur ei quicunque resistit cum Herode, nascentem persequitur saluatorem. Querentibus ergo Magis & sciscitante a scribis Herode dominicae natiuitatis locum, illi, iuxta Prophetam, nomen ciuitatis edicunt.

Cumque reliquissent Iudaeos, ecce stella quam viderant in Oriente antecebat eos. Hinc manifeste datur intelligi, quod humilium flagitantes consilium, diuinum amiserunt ducatum.

Et conuersos ad terrenum documentum, signum coeleste deseruit. Vnde & relicto Herode continuo gauisus gaudio magno. Stella enim antecedebat eos. Et apertis thesauris suis ob. &c. Si solum obtulissent aurum, videri fortasse poterant paupertati matris voluisse consulere. Nunc autem offerentes pariter aurum, thus, & myrrham, sine dubio spiritualis oblationis genus insinuant. Aurum inter diuitias seculi videtur excellere. Quod per eius gratiam omnes deuote saluatori obtulimus, cum pro eius nomine ex integro derelinquimus substantiam huius mundi. Iam vero necesse, vt qui perfecte terrena contempsimus, flagranti desiderio coelestia requiramus. Sic enim offerimus & thuris odoramentum. Erit autem gratum sacrificium, & acceptabilis oblatio nostra, si cum auro & thure fuerit etiam myrrha. Quae licet amara sit, tamen perutilis est, & conseruat corpus quod mortuum est propter peccatum, ne defluens in vitium putrescat. Haec breuiter pro imitanda Magorum oblatione dicta sint.

GALFRIDVS.

Quod temporalem gloriam frequenter periculum subsequatur.

- G** *Cum natus esset Iesus in Beth. Iudae, &c.* Magnitudinem paruum qui natus est nobis caelum indicat, terra cognoscit: sed caelum penitus illum glorificat, tam per rationales creaturas, quam per rationis expertes, vt angelos & stellam. Terra autem ex parte. Nam Herodes turbatur & omnis Hierosolyma cum illo. In illo nobis indicat Christus quod coelestis gloria tutior. Nam terrena gloria periculosa semper est plena discriminis. Prima adoratio, prima deuotio, quam exhibere Chaldaei, quid periculi visa sit attulisse, euangelij sequentia manifestant: Ante grandinem praebit coruscatio, ait sapientia. A Chaldaeis saluator excipitur, sed confestim fugere illum necesse est in Aegyptum. Sic ab initio, quid in fine? In ciuitatem Hierusalem tam gloriose susceptus, sed sexta postmodum die tam ignominiose est deiectus ex ea, & dicebat. Si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? quasi dicat. Si seculum neque suo fidem seruaui factori, quid nobis deinceps de illius fide sperandum?

- H** *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Tres erant Magi, vt auctoritatis etiam triplicis, senex, vir, adolescens. Iam tunc in Syria

tria mi
hodie
mergi.
gentib
charita
vinum
sterius,
mente g
tera, ab
guit ea
fortitud
Prorsus
gentilia
menta,
quam ch

Cur C
pora res

Cum n
ror, la
re natura
loda. Be
bis regis
Deus des
pori terr
non verie
libertate
re, genti
phinauit
luit. Me
diuina suc
adisset. S
tur, libere
necur libe

Quod t
conducit
Ecce M
ste de Mag
quod legis
lyna adue
tria

tria mittebat sapientia diuina fermentum, ex quo totum vsque hodie fermentatur. Hæ sunt aquæ quibus dignatus est immergi. Hæ sunt aquæ quas conuertit in vinum. Dum enim gentibus fortitudinem fidei, odorem spei, saporem contulit charitatis ex aqua utique vinum fecit. Sanè defecerat primum vinum, deuotio s. Iudæorum. Quàm verè melius vinum potterius, facilè satis piè considerantibus, & quodam modo mente gustantibus liquet. Sed væ tibi generatio mala & adultera, ab improprio illo vinum tuum mixtum est aqua. Elanguit ea quæ montes tollens in mare mittere consueuerat fidei fortitudo, odor spei tepescit, maior illis charitas refrigerat. Prorsus vinum nostrum mixtum est aqua, christianitas cum gentilitate confusa. Christiana sunt quæ suscepimus sacramenta, sed mores reprobi, mores perditæ æthnicos magis quam christianos & peiores æthnicis repræsentant.

PETRVS RAVENNAS.

Cur Christus aduentum suum vsque ad Herodis tempora reseruauit.

Cum natus esset Iesus, &c. Oritur origo boni, rerum generator, largitor generis. Nascitur auctor naturæ vt repararet naturam, genus redderet, originem recrearet, in Bethleem Iudæ. Bethleem domus panis, Iudæ vocatur confessio. In diebus regis Herodis. Quid est quod tempore regis nefandi Deus descendit ad terras? miscetur diuinitas carni? fit corpori terreno cœleste commercium? Quid est? Et quando non verius rex expulsurus tyrannum, vindicaturus patriam, libertatem redditurus aduentat? Herodes refuga gentis alienæ, gentis Iudicæ inuasit regnum, libertatem sustulit, profanauit sancta, quicquid erat cultus, quicquid ordinis aboluit. Meritò igitur genti sanctæ, quia humana defecerant, diuina succurrunt, & adest Deus ipsi, cui homo deerat qui adesset. Sic iterum Christus veniet, vt antichristus subruatur, liberetur orbis, patria paradisi reddatur, mundi perpetuetur libertas, seculi seruitus tota tollatur.

Quod Christus homo factus cœpit habere stellam quæ concludit vniuersas.

Ecce Magi ab Oriente venerunt ad orientem. Plus cœleste de Magis, quam de stella signum est, quod Iudææ regem, quod legis auctorem Magus scit, nescit Iudæus. Hierosolyma aduersatur & refugit, Syria sequitur & adorat.

Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus stellam eius. Et quid non eius? Verè, vt ait Apostolus, cum esset diues, pauper factus est. cum esset in deitate sua diues, in nostra hic carne pauper: & habere cœpit stellam vnam, totam qui fecit habet & continet creaturam. Veruntamen dicendo, Vbi est qui natus est rex Iudæorū? non interrogant, sed insultant. Quando scientes interrogant nescientes, non ignorant, sed negligentes arguunt, malos produnt, contumaces verberat, seruos domino non occurrisse causantur. Nam quid ab hominibus querunt, qui per Deum nouerant quod quærebāt? Quid illis lucerna temporali opus, quibus cœli sidus mirabile prælucebat? Vbi est qui natus est rex Iudæorum? hoc est dicere, Cur rex in præsepe iacet, & non decumbit in templo? Cur non fulget in purpura, sed squalet in pannis? Cur latet in spelunca, & manifestus in sanctuario non habetur? Receperunt inuenta in præsepe, quem in domo sua recipere vos spreuerunt.

GALFRIDVS.

Quod ad Christum fides, opus, & deuotio nos perducunt. **V**idimus stellam eius in oriente, & venimus ad orare eum. In hoc vno verbo tria commendata sunt, in quibus constat humane summa salutis. Fide enim videmus, actione venimus, adoramus deuotionis affectu. Quod si eadem tria tripliciter rursus diuidere placet, vt eorum notitia plenior habeatur: ad fidem pertinet firmiter credere quæ de inuisibilibus nobis annunciantur, reuerenter suscipere quæ sacramentis visibilibus celebrantur, ac diligenter cauere etiam & vehementer abhorrere sacrilegia omnia quæ eidem fidei aduersantur. Parum est enim credere euangeliiis, si minorem quam debeat sacramentis ecclesiasticis exhibeas reuerentiam. Sed nec hoc sufficit, si sortilegos consulas, si non carmina excreeris, si non fugias hæresim simoniacam, si contaminari excommunicatorum communione non timeas. Sanè via est vita præsens, sicut de Magis legitur, qui per aliam viam redierunt in regionem suam. Via quippe mutata est. Imus ergo sine intermissione, dum viuimus: sed non venimus ad Christum, si reuertimur ad id quod fuimus, si ad sinistram vel ad dextram declinamus. Declinat ad sinistram, si quis fuerit in sacra conuersatione remissior: ad dextram verò, si fuerit nimis indestia dirigit, regit obedientia, temperantia ducit ad Christum.

stum.
iucun
nes, q

vid
im
phetia
ducem
affecta
fermor
tis quã
mirabi
cere, q
quod si
domum
familia
tute ma
merito
nem inu
quæ nec
se myste
nera ips
rum, the
quod th
videbitu
ferat, tan
tæ cont
quem lat
coram ec
derare ef

Mag
diabolum
plantant.
sermone,
hoc stella
fide integ
quam
peniam
sum

sum. Adorat autem qui in domino delectatur, & mira quadam incunditate animi considerat quàm bonus in se erga homines, quàm benignus.

De adoratione & oblatione Magorum.

Videntes stellam Magi gauisi sunt gaudio magno valdè. Non immeritò ad aspectum stellæ quàm ad auditum etiam prophetiæ ampliori gaudio sunt gauisi, cœlestem magis itineris ducem & comitem amplectentes, quàm terrenum quodlibet affectantes. Acceptior enim solet esse doctrina operis quam sermonis, & minus gratanter accipitur verbum præcipientis quàm præcedentis exemplum. Nos qui sapimus, eosdem mirabimur Magos potius quàm Iudæos audire magis & facere, quàm docere & dissimulare parati. Sed quid dicimus, quòd sic inuentus est qui sic quæsitus est? Intrans, inquit, domum, inuenerunt puerum tum Maria matre eius. Hæc familia tota, hæc vniuersa familia nati regis, sed eadem virtute magis quàm paucitate mirabilis: & exigua numero, sed merito satis immensa. Vbi quominus etiam secundum hominem inuenisse videntur, quòd dignum esset veneratione aliqua, necdum adoratione: eo certius liquet diuinum agnouisse mysterium, qui procidentes odorauerunt eum. Sed & mœra ipsa mystica fuisse quiuis intelligat. Offerunt enim aurum, thus, & myrrham. Sed quid necesse erat vt scriberetur quòd thesauros aperiant? Fortè nobis eodem sermone hoc videbitur commendatum, ne quis thesaurum suum publicè ferat, tanquam velit (vt aiunt) deprædari: sed intra conscientie contegens claustra, illi soli aperiat, soli placare cõtendat, quem latere non valeat, nec si velit. Vnde etiam aperire ei vel coram eo, non innotescere quæ nesciuit, sed fideliter considerare est esse eius oculis omnia manifesta.

Quomodo antiquus serpens à fidelibus incantetur.

Magi dicuntur serpentium incantatores, quia illi benè diabolum incantant, qui eum per meliorationem vitæ supplantant. Qui fortassis tres ideo dicuntur: quia cogitatione, sermone, & opere, se ab eius potestate potuerunt eripere, sed hæc tria præeunte. Vel fortassis ideo tres esse dicuntur: quia fide integra, fide firma, fide deuota muniti, ipsius insidiis nequaquam diripiuntur. Quid enim tam efficax est contra serpentium venenum, quàm deuota fides sanctorum? Vel aliter.

SVPER MATTHAEVM.

Ideo tres Magi esse dicuntur: quia hi verè incantatores serpentium sunt, qui pro imitanda dominica humilitate in Bethleem ecclesiae trinam actionem verè & perfectè exercentes, omne serpentium virus effugiunt. i. si suos relinquunt, si suos contemnant, si se in tantum despiciant, vt nō solum minores ipsi maioribus, vel pares paribus, verum etiam ipsi maiores minoribus etiam humiliter sese subdant.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd Magorum oblatio copiosa sterilitatis arguat Christianos.

P *Aperitis thesauris suis obtulerunt Domino munera, aurum, thuris, & myrrham.* Iam nascente Christo venit tempus & miraculum cœleste, radiat paritura virginitas, atque ortum diuini regni non stella iam nunciat, sed ipse solis ascensus: vnde & adoratur. Occuramus omnes, & muneribus sacris Deū regemque virgineo fateamur processisse ex templo. Offeramus munera: quia nascenti regi semper publica paratur oblatio. Offerimus munera: quia indeuotus est satis vacuus adorator, hec probat Magus: quia onustus auro, succensus thure, sacratu n. yrrha, Christi cunabulis inclinatur. Quale est: Si ad gaudium Christi nascentis fleat pauper, captiuus gemat, hospes lamentetur, eiulet Christianus. Festa cœlestia ludæus semper detrimis honorauit. Christianus quid de se sentit, si vel centesimis non honorat? Doleo, doleo, quando lego Christi cunabula Magos rigasse auro, & video altare corporis Christi christianos vacuum reliquisse. In hoc tempore præsertim, quādo sic est pauperum famies vasta, quando se fundit turba lamentabilis miserorum.

VVERRICVS.

Quid offerre debeat Christo christianus.

R *Aperitis thesauris suis obtulerunt Magi Domino, &c.* Et tu frater, quia rex es, offer hæc munera cum regibus Christo, ne de paupertate causeris. Fortè si quærere non pigeat, vel minimum aliquid apud te paternæ recedit substantiæ, vnde aliquid initium valeas reparare, vellem foderes intra te. Solent nanque preciosi thesauri latere in abditis terræ. In agro absconditus erat thesaurus ille, qui desiderio sui compulit hominem omnia sua vendere. In agro se dicebant thesauros absconditos habere decem viri Israëlitarum, & per hoc

euserunt gladium homicidæ. O quanti thesauri bonorum operum in agro corporis humani, & quanto plures in abscondito cordis, si modò sit qui exercet & fodiat! Si igitur ad cor redeas, & corpus exerceas, non diffidas te inuenturum thesauros desiderabiles: & si non auri statim in initio, certè vel myrrhæ non inutilis. Inutilem aut vilem tu ne dixeris qua Christus acceptat in munere, qua sui corporis sepulturam non solùm præsignari cùm ei offerretur, sed etiam voluit consummari cùm ex ea perungeretur. Si ergo apertius vis audire, myrrha in corde tuo dolor est, myrrha in corpore labor, si tamen iste vel ille pœnitentialis est. Myrrha namque amarissimum gustum sui etiam nomine prodit. Effectu autem præter alias sui utilitates corruptioni resistit. Et quid gustu amarius, quid effectu salubrius, quàm dolor quo peccator ad pœnitentiam contristatur? Quid verò labor corporis? Non tam myrrha est quàm fasciculus myrrhæ, si credere velimus iis qui nuper exiere de seculo, quibus omnis observantia regularis dulcis est ac facilis ad ferendum. Dulce nimirum habent, amaritudinem cordis amaritudine mitigare exteriori, tanquam choleram stomachi potu absinthij. Sicut enim stomachus immoderato vsu dulcium corruptus potione purgatur amara, sic eorum qui suauiter vixerunt, & amaricata conscientia nunquam melius quam cōtrario, i. vi & consuetudine curatur austera. Maximè autem si sæpè detur eis vinum bibere myrrhatum dominicæ passionis, i. potentur vino compunctionis, quod quanto amarius est ex recordatione peccati, tanto salubrius est peccatori. Quam sit ergo utilis rudibus & imperfectis exercitatio corporalis, & ipsi vos testes estis: quomodo scilicet redimit de corruptione vitam nostram amaritudo parcimoniæ & laboris. Ipsi etenim scitis quomodo vermescerent corda & corpora, si non de manibus laborantium distillaret myrrha. An non vermibus, nescio si alter nocentior ingreditur blandiendo, mordet ridendo, transorat delectando, perimit consensu volentario? An non vermibus acidia, tristitia? Sicut tineæ, inquit, vestimento, & vermibus ligno: ita tristitia viri nocet cordi. Beatus igitur cui ad mortificandos huiusmodi vermes manus propriæ distillant myrrham per vniuersum sui, iamque præuenit yngere corpus suum in sepulturam. Sed suum dicam an Iesu? iminò & Iesu. Corpus enim illius, membrum est Iesu.

Quisquis ille est qui sic vinctus est, non est quòd metuat verum mem qui non moritur : quia iam ei mortuus est vermis vnde ille oritur. Si ergo non sufficit aurum sapientiæ vel thus deuotionis offerre, offer vel myrrham continentia. Est autem myrrha incipiètiũ, thus proficiètiũ, aurum perfectiorum. Sed digniora ab euangelista in ordine proferuntur.

ODO DE MORIM.

Quòd triplex aperientium genus.

R *Aperitis thesauris suis obtulerunt, &c.* Plures legimus aperientes, Currens vnus ex militibus lancea latus Iesu aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Et sponsa in Canticis Surrexi, inquit, ad aperiendum dilecto meo. Et propheta Os meum operui, & attraxi spiritum. Qui os suum aperit & attrahit spiritum, offert aurum. Spiritus est Deus, & caput eius aurum optimum. Thus offert, qui latus aperit. In aranim crucis instar thuris fragrantissimi caro Christi dedit odorem suum. Aperientis dilectio manus distillat myrrham, & myrrham offert.

GALFRIDVS.

Quòd ad reprimendam superbiam necessaria sit nostrorum memoria peccatorum.

S *Surge & accipe, &c.* Ad perdendum, inquit, non ad adorandum, sicut ipse fuerat pollicitus. Ite, inquit, & interrogate diligenter de puero. Sicut nonnunquam ad virtutum studia superbia stimulat, ad opera bona elatio cohortatur. Nam Herodes, vt aiunt, interpretatur gloriosus. Meritò illum Magi declinant, & Ioseph fugit. Tolle, inquit, puerum & matrem eius. Puer Iesus, opus significat salutare: mater eius fides est, vel sincera mentis intentio. Quamobrem si insidatur elatio & operi salutari, dum promittit obsequium, parat exitium. Tolle puerum, tolle matrem. Neutrum deseras, neutrum exponas Herodi, & fuge in Aegyptum, fuge in tenebras propria conscientia, & peccata tua coram te sint semper. Esto in Aegypto, nec recedas ab ea vsque dum angelus dicat tibi. Qui enim deducit ad inferos, etiam reducit. Bonum est redire in terra Israël, sed Herode defuncto. Bonum est habitare in Iudæa, sed si pro Herode Archelaus filius eius non regnauerit. Ex elatione ambitio generatur & plerunque conregnat, nonnunquam succedit extincta. Sed di-

ces,

ces, Quid Archelao & ambitioni? Multum per omnem mundum. Nam in sua. i. Græca lingua nomen eius principem populi manifestè designat. Si versaris in tenebris tuis, & vitia tua iugi meditatione consideras, moritur tibi Herodes, & elatio cordis extinguitur. Sed væ nobis si interim regnat in Iudæa etiam Archælaus. Iudæa confessio & cogitatio beneficiorum Dei. Et fieri solet vt qui sibi præstitam reputat gratiam, vnde aliis possit prodesse, ambiat & præesse. Noli obsecro, noli. Expedi magis vt timeas illo ire, secede in partes Galilææ. Galilæa transmigratio facta interpretatur. Sed nostram hanc transmigrationem nesciat qui transmigrat. Quis verò est ille? Quis est homo qui viuit, & non videbit mortem? Si via vita, finis viæ finis est vitæ. Nec natiaua nobis est hæc transmigratio, sed factiaua. Ex nostro corpore non ex prima origine prodiit nostra mortalitas: attamen vsus esse poterit in hoc malo. Non enim parum confert ad conseruandam & continendam animi puritatem meditatio mortis, quam Basilus ait esse philosophiæ definitionem. Maximè verò cōtra ambitionem nulla est efficacior medicina.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd fuga mysterij fuerit non timoris.

Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum. **P**er-
 frequente homine Deus fugit, sequente terra cælum trepidat, volitante puluere turbantur angeli, & patris pauor filio fugiente monstratur. Accipe puerum, & c. Si verum refugium fugit, si auxilium latefcit omnium, si formidat fortitudo cunctorum, si se vniuersorum defensio non defendat: quare humana notatur fuga, arguitur trepidatio, formido culpatur? Quare notatur in crimine Petrus qui timet, Ioannes qui fugit, discipuli omnes qui deseruerunt per pauorem? Quid sibi vult Euangelista, quòd hæc scribit ad memoriam sempiternam? Deuoti militis est regis sui tacere fugam, referre constantiam, virtutes loqui, timores silere, aperire fortia, reticere infirma, aduersa delere, prædicare victorias: quòd & hostium frangere ausus sit, & sociorum possit excitare virtutem. Tolle puerum & matrem, & c. Reuerentius igitur dixisset: Vade in Aegyptum, vt esset profectio non fuga, voluntas non necessitas, iudicium non metus, humanam saltem si non diuinum. At nunc mandatur

fuga, mandatur cœlitus & per angelum : vt videatur cœlum occupasse timor antequam terras. Fuge, inquit, in Aegy. In Aegyptum fuge à tuis ad extraneos: ad sacrilegos, à sanctis: à templo tuo, ad dæmonum phana: ad idolorum patriam, à regione sanctorum. O quàm durum, peregrinatio quàm dura! sic resurget, sic non vacat intueri veracundiam virginis, timorem matris, sexus pudorem, periculum Ioseph: & quod his durius est, Iudæos peregrinatuos in Gentibus. Helix contra infidias liberi regis vidua vna suffecit, Christo contra Herodis captiui minas. Iudæa tota non sufficit. Helias missos ad se cœlesti igne consumpsit, Christo sola fuga fit salus. Hucusq; fugæ Christi querimonias exaggerasse sufficiat. Fratres, quod fugerit Christus, fuit mysterij non timoris. Bellicosus quod in bello fugit, artis est non timoris. Potens quando se subdicit infirmo, insequentem non pauet, sed foris producit. Vult enim in aperto vincere, qui publicam cupit referre ab hoste victoriam. Latens enim virtus exemplū posteris non reliquit. Hinc est quod Christus fugit, vt cedat tempori nō Herodæ. Fugit verò ad Aegyptum, vt perfidiam Iudæorum per fidem Gentium castigaret. Fugit etiam, vt nostras fugas in persecutionibus temperaret. Martyr comprehensus debet tenere constantiam, non comprehensus debet fugere persequentem. Persecutorem enim qui prouocat facit, corrigit qui declinat.

RICARDVS.

Quod bina confessio bimum facit.

V *Abimath & infra.* Iussit Herodes omnes paruulos occidi. Paruulus Christus, paruulos amplectitur. Sed Herodes eos vsque ad mortem persequitur, vt in eis Christus moriatur. Vis nosse qui sunt hi paruuli, vel quomodo bimi? Humilis confessio bimum facit & paruulum. Sed alia est confessio criminis, alia laudis. Qui pro peccatis suis domino confitentur, peruenerunt ad annum primum: qui illi pro eius beneficiis confitentur, attigerunt ad annum secundum. Confessio itaque criminis facit anniculos, adiuncta autem confessio laudis efficit bimos. Hos superbia pari modo persequitur tanquam filios veritatis & trucidat.

HUGO DE S. VICTO.

Quod tria ad perfectam pœnitentiam requirantur.

Cap. 3. **X** *Pœnitentiam agite.* In pœnitentia tria sunt, dolor, custodia futuri, satisfactio delicti. Dolor culpam placat, satisfactio vitium

vitium
centie
is facti



propria
terra de
tum est:
tatem m

Dm

bona pu
festinat
possit. H
tienter i
de capere
sianis .
quadrage
ritas est
cudis qua
quadrata
dimos an
razempu
qui secul
peccatis,
nec arma
alibera p
construato
bus enim
er culpis.
morum spi
phum .
per gulam
dum, ebrie
firmiter in
incendio.

virtum sanat, custodia sanitatem seruat. In hac fructus pœnitentiae constat. Sit autem dolor plenus, custodia perfecta, satisfactio condigna.

BERNARDVS. De duplici deserto.



*D*uctus est Iesus in desertum utt. à d. A spiritu suo. i. à spiritu sancto ductus est vt Deus homo. Plerique viri religionis ducuntur tanquam in desertum à spiritu suo, videlicet à spiritu superbia. Ducuntur inquam in desertum, id est in propriam voluntatē, quæ nullum facit fructum bonum, sicut terra deserta deserens voluntatem Dei. Voluntas ista desertum est: non colit eam ille qui dixit. Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui me misit.

Quanta sit virtus & utilitas ieiunandi.

*D*uctus est Iesus in desertum. Diabolus semper primordia bona pulsar, tentat rudimenta virtutum, semina in ipso ortu festinat extinguere, sciens, quod ea fundata subuertere non possit. Hoc non ignorans Christus, diabolo se quærenti patienter indulgit, vt & suo laqueo teneretur & caperetur, vnde capere se putabat. Sicque à Christo victus cederet christianis. Et cum ieiunasset xl. diebus & c. Videtis quia quod quadragesimam ieiunamus, non est humana inuentio, auctoritas est diuina, & est mysticum. Quadragesima quatuordecim quadratis fidei continet disciplinam, quia semper est quadrata perfectio. Hanc igitur ieiunemus, qui corpori decimus annum, decimus animæ dies: impendimus nobis temporis tempus deputemus auctori. Viuamus domino paululum, qui seculo viximus totum. Sicque muniti bella indicamus peccatis, conflictus vitiis nunciemus securi de victoria: quia nec arma hostes poterunt superare terreni, nec diuino regi aduersa poterunt contraire mundana, nec in procinctu fidei constitutos præuenire poterit inimica subreptio. Ieiunantes enim nobis diabolus esurit, qui nostris semper saturatur ex culpis. Ieiunium fratres scimus Dei arcem, Christi castra, nostrum spiritus, vexillum fidei, castitatis signum, sanctitatis trophæum. Hoc Adam in paradiso seruare contempsit, à quo per gulam illico est eiectus. Hoc in greca custodiuit Noë mundum, ebrietas eum demersit. Per hoc Loth Sodomiticum refrenavit incendium, qui per ebrietatem incestus est, adustus incendio. Hoc Moyse diuino fecit frontem lumine perlucere.

Cap. 4.
Y

SVPER MATTHAEVM.

re, quando commestatio, & ebrietas, Israëliticum populum simulacrorum tenebrauit erroribus. Hoc Heliam peruenit ad caelum, quando Achab Gentilem ebrietas ad inferna deiecit. Ioannem in natis mulierum fecit esse maiorem, quando temulentia Herodem principem imperio mulierum reddidit homicidam. Quisquis ergo Christo expectante, caelesti iam resonante tuba ad hoc virtutis exercitium venire neglexerit, perdit iustitiam praemium, virtutis gloriam, palmam iustitiae, desertoris etiam crimine notabitur in futurum. & quanuis etiam solus de hoste posset obtinere victoriam, propter nos tamen & nostram formidinem adesse iussit tota praesidia de supernis.

ISAAC.

Homilia, super Ductus est Iesus in desertum.

A *Ductus est Iesus in de. à spiritu &c.* Dominus Iesus omnia agit aut missus, aut ductus, aut vocatus, aut spontaneus. Missus venit in mundum, doctus vadit in desertum, vocatus surrexit à mortuis. vnde habes: Exurge gloria &c. Ad passionem verò properat spontaneus, factus tamen etiam in hoc obediens patri vsque ad mortem. Doctor enim & exempla obediens patri extra eam quae sola via est ad vitam nec agere non pati quicquam voluit. Ducitur itaque à spiritu in desertum. Fratres, quotquot spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei. Sequitur: Et accedens tentator dixit: Si filius Dei es &c. Sapiens iam primus fraudulentus attētat, transfigurans se in angelum lucis, & spiritum consilij. Dic, inquit, &c. Ac si dicat, Ne fame tenebecas, qui virtute mentis superfluitatem & delicias calcasti, solo pane extremae saltem necessitati subuenias. Sed quia primo morsu ubi carnis teneritudinem crediderat, in ossis soliditatem dentē elisit: reuocato serpens aculeo à calcaneo pedis ad superiora se erigit, qui moliora credit, & duriora offendit. Vnde & assumens cum statuit in sublime, sed ut precipitaret in profundum, ac si diceret: Sublimis quidem & altus es, qui carnis concupiscentiam virtute abstinentiae exaltasti, Deo places, & ei iam prope est qui carnem excessisti, nec debes amodo ignotus esse ut vilis. Videant te volantem, qui attrito pondere carnis leuis es. Mitte ergo te deorsum, ut seruiant tibi angeli, qui virtutis acquisisti merito, quod dono gratiae habent. vnde & tibi seruire debent, & in manibus portabunt &c. Hic est ille basiliscus rex serpentium, qui

solo

solo vif
tentatio
concup
athleta
biem ca
pientia
brietatis
tionem
mundo;
sibi obla

Ecce
distin
culi amb
lem, pau
raper p
relis rece
vbi leo a
peratur.
diesed v
spectio

Ductus
tutor dixi
an de lap
periculo
in vtilia, q
pa. Prae
gnis eg
dinem spi
celitate
peruicac
concidan
cizi non
zuro can
si ieiuniu
Non eni
superstau
post esuri
veteris co

solo visu interficit, quem halitu non occidit. Ideoque post tentationem concupiscentiæ carnis. i. aspidis tentationem, & concupiscentiam oculorum erexit rex serpentium. Verum athleta & propugnator noster sicut postmodum leonis rabiem calcabit fortiter, ita nunc serpentis virus declinat sapienter, ambulans super aspidem & basiliscum, gressibus sobrietatis & humilitatis: draconem quoq; magnum, s. ambitionem seculi & superbiam vitæ, quæ non est ex parte, sed ex mundo, conculeat, dum omnia regna mundi & gloriam eius sibi oblatam amore paupertatis exuffat.

Qualiter Christus diabolum superavit.

Ecce qualis, qualiter, qualem vicit. Sapientia vicit astutiã, B
abstinencia gulam, humilitate inanem gloriam, paupertate seculi ambitionem. Veniens ad sapientem, abstinentem, humilem, pauperem, princeps mundi, nihil in eo reperit (ui: nihil rapere potuit non sui, à quo eiaculatis omnibus astutiæ suæ telis recessit ad tempus vsque ad horam dominicæ passionis, ubi leo agnum aggreditur, sed crudelitas mansuetudine superatur. Tenetur virtus à seuitia, sicut hîc sapientia ab astutia, sed virtute patienter vicit leonem, qui prouidente circumspectione vicit draconem.

Item vnde vt supra.

Ductus est Iesus in desertum &c. Cum accessisset ad eum tentator dixit: Dic vt lapides isti panes fiant. Quid delicti foret C
aut de lapide panem creare, aut esurientem comedere? sed periculosum est hosti credere etiam vera dicenti, aut suadenti vilia, qui eo consentientis induit habitum, vt occultius serpet. Præterea viri spirituales qui de cognatione carnis & sanguinis egressi, obliti populum suum & domum patris, solitudinem spiritus sunt ingressi, nequaquam statim ad omnem necessitatem acquiescunt carni & sanguini, quibus parũ est superfluitatẽ omnem abscindere, nisi & necessitatem etiam circumcidant. & quod funditus animali & infirmo corpori inficari non audent, sero tamẽ & parcius non sine typo & murmure tandẽ indulgẽt. Qui quotiẽs esurit, statim reficit, quid sit ieiunium omnino nescit, cuius meritũ cum esurire incipit. Non enim māducare ieiunare est: sicut post saturitatẽ edere superfluum, sic ante esuriam ociosum: cum esurie verò licitũ, post esuriam strenuum, & eo strenuius quo longius: sic de cæteris corporis infirmitatibus & necessitatibus.

Vt

Vt contra omnes tentationes ad sacram paginā recurramus.

D Licet enim malignus iste ob innumera quæ exierit tentamenta mille, artifex dicatur: fidenter tamen dico omni adinventioni eius de scriptura sancta facile posse conueniēterque concludi: absit enim vt vincat malitia sapientiam, & possit ipsa conficere venenum, cuius hæc non contineat antidotum. Et nos igitur dilectissimi exemplo domini agentis, dicamus tentatori: Vade Sathana. Sathanas enim nobis, id est aduersarius, est omnis motus qui ad casum inuitat. Stemus potius pedibus nostris in atriis Hierusalem, & sine dubio ibimus in domum domini eisdem ipsis.

De duplici concupiscentia.

E Concupiscentia verò duplex est. Altera qua concupiscit caro aduersus spiritum, altera qua concupiscit spiritus aduersus Deum: & vtraque mala. Item est concupiscentia qua concupiscit spiritus aduersus carnem, vt eam refrænet à vitis, & subiuguet rationi. Et alia qua concupiscit in Deum, vt eum apprehendat, eoque fruatur. Vnde: Concupiscit & deficit anima mea in atrio domi. & vtraque bona. Concupiscentia igitur nonnunquam sine diabolo oritur, sed orta vt crescat auxiliatur. Bona verò & à Dei gratia præuenitur ad ortum, & iuuatur ad perfectum, & consummatur ad perfectum. Quare bona concupiscentia etsi tota intus agi potest, tota tamen de nostro esse non potest.

F Quòd diuersis de causis in nobis tentationes nascantur. Tentatio itaque quæ tota de nostro intus est, aut ex necessitate oritur animalis corporis, aut ex prurientis infirmitatis corruptione, aut ex recursu præuæ consuetudinis, aut insolentia gratiæ & virtutis. Cùm ergo callidus tentator & malignus insidiator intus aliquem scintillulæ fomitem signo quolibet deprehendit, plurima festinatione, summa diligentia paleas vndique cogit concupiscentiæ quas comperit aptas, quatinus si præualeat de scintilla flammam excutiat, & domum pectoris nostri de nostro simul & suo comburat, sicut scriptum est: Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra. Dominus autem Iesus in deo est confirmatus contra peccatorum ex vtero. vnde legitur: In te confirmatus sum ex vtero. Carne tamen animali adhuc sicut homo ante peccatum, infirmus verò vt filius hominis propter patris peccatum, sola ea quantum voluit moueri potuit passione, quæ ex necessita-

re descendit, vel infirmitate corporis animalis.

De triplici statu naturæ humanæ.

Cùm enim tres sunt humanæ naturæ status mutabilitatis, Ante peccatum, propter peccatum, post peccatum. Primò de vno quoque verus doctor & medicus aliquid in se voluit exhibere, vt quid fuimus, quid sumus doctor admoneret, quid erimus medicus exhiberet. Itaque animalis de primo cibum desiderare potuit, & potum: infirmus de secundo, tristitiã, & tædium, & pauorem, mortem subire: confirmatus de tertio, nullam vel in cogitatione titillationem de proprio, vel suggestionem malam de alieno admittere. Vnde omnis illa tentatio de pinnaculo & mōte, exterior de alieno, fuit prima verò de proprio nonnihil habere videtur, vbi tanquam serpens insidiatus est calcaneo. Veruntamen quoniam naturalem & ob id inculpabilem esuriam illa suggestio sicut nec creauit, ita nec auxit, nec aliquo prorsus modo mouere potuit, Cùm ergo post longa & stupenda ieiunia esurire aliquo exteriori signo apprehendit diu suspensus & stupens, demum opportunitatem nactus aggredi ad eum tentator præsumpsit.

Quanta opus sit nobis industria contra insidias tentatoris.

Videte ergo quanta opus sit sobrietate & vigilantia contra diabolum, qui tanta diligetia circuit & scrutatur omnem conuersationem nostram & vite modum, necessitates & infirmitates corporum & morum. Subitos quoque ac varios euentuum casus, ipsaque naturæ nostræ complexiones, sicubi de nobis in nos adiutum poterit inuenire, & materiam occasionemque tentandi. Quare ergo minus solliciti sumus occasiones salutis querere, vel alterutrum, vt vbi magis necessarium viderimus, inuicem subueniamus, & alterutrum onera fraterna portemus. Supportantes inuicem in charitate, ait Apostolus. Ipsa nimirum lex Christi est. Quod in fratre meo aut ex necessitate, aut ex infirmitate corporis sue morum incorrigibile cerno, quare non porro patienter, non consolor libeter? sicut scriptum est: Pueri esset in humeris &c. An quia illa mihi deest quæ omnia sustinet? Hæc utique, lex est Christi qui verè languores nostros tulit, dolores portauit compassione, amans quos portauit, portans quos amauit. Qui autem fratrem in necessitate sua aggreditur, qui infirmitati eius cuiuscunque generis insidatur, legi se diaboli subdit, & eam implet.

A quibus fit homini ieiunandum.

I Est etiam ieiunandum non solum ab escis, sed à curiositate sensuum, & ambitione seculi, quæ sunt capita draconis à domino Iesu in deserto spirituali contracta. Date in escam huius qui cum Christo ieiunare nolunt, scilicet nigris, qui sicut A Ethiops pellem suam mutare non possunt.

K Sed notandum ad quos soleat tentator accedere. Cùm acidiosos & tepidos nos videt, quasi interioris hominis defectus signum colligens accedit. Et vnde reficiamur ostendit, qui ad fortem, constantem, feruentem appropinquare non audet, sed à longè obseruat. Ad acidiosum & talem qui dicere potest, Oblitus sum comedere panem meum, & vacantem fabulis intus, id est cogitationibus quæ sunt sine intellectu, à quibus spiritus sanctus recedit, malignus accedit. Non irruit, nec infringit: sed leniter & quasi modeste ne periret sub specie consulentis accedit. Dicit ergo: Si filius Dei es &c. Non autem quòd Dei filius talis erat, sed tales illa signabat esuries. O lapidanda malignitas quæ lapide refici filium Dei suades! Homines cùm sint mali, norunt bona data dare filiis suis: petenti panem filio pater cælestis lapidem daret, aut pro pisce scorpionem, aut pro ovo serpentem? Torpentem spiritum à desiderio & meditatione cælestium, tanquam à pane angelorum ad lapidem frigidum durum & siccum inuitat, id est amorem & delectationem terrenorum: vt si illam consolationem perdidit, ab ista recipiatur. Anima nostra rationalis sine delectatione omnino viuere non potest. Consolatio verò illi refectio & panis est. Si autem de mundo & carne, vtique de lapide. Ad hanc ergo tentator mentem inuitat, qua à Dei delectatione languere considerat. Vnde & in ordine vitiorum acidiam auaritia sequitur, quia cadenti de cælo mundus iste blanditur. At verò dominus Iesus in deserto nec ociosus, nec vanus, meditans in lege Dei die ac nocte, omni tentationi de scripturis sacris occurrit.

GALFRIDVS.

Item moraliter de eodem.

L *Si filius Dei es, dic vt &c.* Ille dicit vt lapides panes fiant, quia duritiam disciplinæ quam professus est, conuertit ad commoditatem vitæ, non recolens in verbo Dei sibi potius esse viuendum. Peius tamen dicit aliter, vt panes lapides fiant, cum

dum n
tionis
fidias,
pora n
confol
se quæ

Si filii
humani
bole fal
qui aqu
ca, non
tis iniur
ipse sent
non hon
sperecit
pertimet

Si filii
Conuen
cùm sit h
ad super
sios eleu

Quòd

Vt
virtutib
bat discip
cum fluct
stet, & qu
ante cont
paupertas
tenet: qu
Petrus &
hura, imò
guntur. Et
te viles, se
scatores h

Alm necessaria suppetant, occasiones querelæ & murmurationis exquirens. Ex magna parte mundi declinastis infidias, sed nolite esse securi. Vtinam sicut mundum, sic corpora nostra & corda fugere nobis liceret. Nulli animæ verâ consolatio contra se, nulla sub se, nulla in se. Vtinam supra se quarat, & inueniat eam.

PETRVS RAVEN.

Quòd diuinæ filiationis sit indicium, ventris ingluuiem euasisse.

Si filius Dei es &c. Lapidem esurienti offert. Talis est semper humanitas inimici, sic pascit mortis auctos inuidus vitæ. Diabole fallit te prouiso tua. Potest de lapidibus panem facere, qui aquam conuertit in vinum: sed signa fidei sunt præstanti, non dolis: & facienda ad petentis salutem, non ad facientis iniuriam. Si filius Dei es &c. Attendite quid de ieiuniis ipse sentiat, & iudicet inimicus. Si filius &c. Videtis quòd iam non homines, sed Dei filios credit, quos liberos à ventris cõspexit seruitute. Signum panis petit, qui signum ieiunij pertimescit.

Item.

Si filius Dei es &c. Erras diabole, cadere non potest Deus. Conuenientius dixisses: Si filius Dei es, ascende ad cœlum: cum sit hominis utique ad ima cadere, Dei, sit conscendere ad iuperna. Sed sicut suis suadet, sic suis prouidet semper: sic suos eleuat, vt de alto præcipitet citius in ruinam.

PETRVS RAVEN.

Quòd exercendis sit apta, virtutibus pauperies expedita

Venite post me, faciem vos fieri piscatores hominum. Quàm sit virtutibus cognata paupertas, & terrena & cœlestis comprobatur disciplina. Athleta ad luctam nudus accedit, conflagit & cum fluctibus nauta nudus. Miles in acie nõ nisi expeditus astat, & qui tendit ad philosophiam, totum quod in rebus est arte contemnit. Est ergo virtutibus cognata paupertas, & si paupertas virtutum parens & socia sic habetur, sapere conueniet: quare ad virtutis officium pauperes Deus sic elegit. Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes, germanitas combinatoria, imò paupertas geminata, in Apostolorum principes eliguntur. Erant censu pauperes, sed innocentia locupletes. Arteviles, sed vitæ merito præciosi. Captores piscium, sed piscatores hominum iam decreti. Venite, inquit, post me, fa-

SVPER MATTHAEVM.

ciam &c. Ut vitalis escæ iactu, vt hamo verbi cælestis de mortis gurgite animas ad lucem tollerent sempiternam, captores piscium fiunt hominum piscatores, de labore transeunt ad labore: quia labor nescit laceffere meditados. Omnia quæ de vsu veniunt nõ fatigant, virtus exercitio perseverat. Hinc est quòd Apostolos suos Christus humanis laboribus exercere voluit, vt eos indefessos redderet in diuinis.

BERNARDVS.

Quòd Christus in montem de virtutibus disputaturus ascendit.

Cap. 5.
P



*V*idens turbas Iesus ascendit in montem. Videns miserationis intuitu, quoniam erant sicut oves errantes, Quid est quòd priusquam dicere inciperet, Ascendit in montem, nisi quòd in hoc ipso docuit prædicatores verbi Dei necesse habere desiderijs animi, & conuersatione sancta, ad sublimia tendere, & virtutum conscendere montem? Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Sedit, vt ad eum ad quem ne ipsi quidem angeli stantem attingere poterant, etiam publicani & peccatores accedunt. Accesserunt ad eum discipuli eius, non tam incessu pedum, quam affectu cordis & imitatione virtutum. Benè autem non turbæ, non quilibet de populo, sed soli discipuli accessisse dicuntur, quatenus sicut testamentum verus datum legitur in monte Sina, solo Moyse ascendente & populo expectante deorsum, sic & modò susciperent montes pacem populo, & colles iustitiam.

ISAAC.

De stella. Homilia prima.

Quòd nemo turbam videat, nisi qui fugerit.

Q

*V*idens turbas Iesus. Vtinam & nobis quandoque contingat turbam videre, & illis dimissis ascensiones in corde disponere: difficile est enim in turba turbam videre: ideo dimittenda est turba vt videatur & iudicetur de ipsa, quia lucem nunquam vidit, nec tenebras nouit. Sic omnipotens dominus postquam dixit de tenebris lumen splendescere, tunc dimisit lucem & tenebras, tunc discreuit, tunc diiudicauit, tunc reuocauit lucem diem, & tenebras noctem. Et vidit, inquit, quæ antea non vidisset: sic turbam non vidit, qui supra turbam minimè se leuauit. Turbæ turbelam non sensit, qui silentium solitudinis non gustauit. Dominus Christus fortè potuit solus nõ turbatus à turba in turba turbam videre, quam tamen videt

viden
bas fu
bis inu
teriori
magis
adific
sine tur
turba e

Agli
eti & fo
uentior
licet tam
lego & a
dit doce
tertium
venicem
suis co
sunt in u
suis cu
ubi nem
suis, sol
mo solus
tur. In ter
suum ni

Tres it
natur spi
gelica. In
na. In sec
cælo cæ
vultu eiu

B
tam absc
veritas lo

videns dimisit & ascendit in montem. Heu quanti hodie turbas fugere proponunt! eò tamen fugiunt, quò amplius à turbis inveniuntur & cõprimuntur: licet tamen de quadam exteriori turba & modo historia sibi constet, ego tamen illud magis attendo quòd mores instruat, & super fundamentum ædificet. Et licet turba exterior non possit aut vix possit esse sine turbela, mihi tamen magis suspecta est interior quædam turba eò turbantior quò interior.

De tribus montibus.

Relictis turbis ascendit in montem. Sequuntur discipuli cuncti & soli, non quia & omnibus fortiores, sed quia spiritu feruentiores. Ligo tamen alium montem in quem non omnes, licet tamen omnes igniti & feruentes, sed pauci ascendunt: lego & alium in quem solus ascendit orare. In primum ascendit docere. In secundum ascendit gloriam suam ostendere. In tertium orare. Et hic est mons domus domini præparatus in verticem montium. Sic venit iste saliens in montibus, & transiliens colles. Primò turbas omnes transiliens cum discipulis salit in montem. Secundò autem ipsos tanquam minores transiliens cum tribus tantum salit in montem excelsum. Tertio ubi nemo eum sequi potest, vniuersitatem creaturæ transiliens, solus salit æqualis ad æqualem, filius ad patrem. In primo solus filius auditur. In secundo filius videtur, pater auditur. In tertio nemo vidit vel audiuit patrem nisi filius, neque filium nisi pater.

De tribus cœlis.

Tres isti montes, tres cœli accipi possunt. In primo formatur spiritualis hominum vita. In secundo monstratur angelica. In tertio later diuina. In primo signatur præsens iustitia. In secundo monstratur futura gloria. In tertio tanquam cœlo cœlorum ascendit ad patrem, ubi orat ipsum, & assistit vultui eius pro nobis interpellans.

BERNARDVS.

De prima beatitudine.

B *Eati pauperes spiritu.* Verè apertum est os eius, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt reconditi: & eius verè hæc doctrina, quæ per prophetam dicit: Aperiam os meum, eruclabo abscondita à constitutione mundi. Quid enim tam absconditum quàm paupertatem esse beatam? attamen veritas loquitur, quæ nec falli nec fallere potest. Sed vos in-

sensati filij Adam diuitias quæritis, diuitias desideratis vsque
 adhuc, cum beatitudo pauperum diuinitus sit commendata.
 Qua si onte vel qua mente Christianus diuitias quærit, post-
 quam Christus beatos esse pauperes prædicauit? Sed diligen-
 ter attende, quòd non simpliciter pauperes nominat, propter
 plebeios pauperes, necessitate miserabili, non voluntate: de
 huiusmodi hoc loco non dicit, sed de his qui possunt dicere:
 Voluntariè sacrificabo tibi. Sed nec voluntaria quidem pau-
 pertas omnis habet laudem apud Deum. Nam philosophi
 sua omnia reliquisse leguntur, vt expediti mundialibus curis
 studio vanitatis possent vacare liberiùs: & nolebant censu
 abundare terreno, vt abundarent magis in sensu suo. hos di-
 scernit quòd dictum est spiritu, id est spiritali voluntate.
 Beati verò pauperes, s. in spiritali intentione, desiderio spe-
 ciali, propter solum beneplacitum Dei & animarum salu-
 tem, quoniam ip. est r. c. Et meritò. Nam si miserimus ille
 hostis antiquus de cælo eiectus est, quoniam affectauit celsi-
 tudinem, & sublimitatem præsumpsit: nonne consequens est
 beatos esse, qui sponte in paupertatis humilitate sese depo-
 nunt? Et vide quàm sapienter sapientia ordinauit, contra pri-
 mum peccatum remedium primum opponens. Ac si dicat:
 Vis obtinere regnum cælorum quod perdidit superbiens
 angelus, qui confusus est in virtute sua, & in multitudine
 diuitiarum suarum? Paupertatis vilitatem amplectere, &
 tuum erit.

Quanta sit virtus voluntariæ paupertatis.

V *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum &c.* Si capis, non
 contemnis eorum amicitiam quos veritas beatos pronun-
 ciat, & reges cælorum. Quam beatitudinem non inuide-
 mus tibi. Nec enim communicata tibi, minuitur nobis. Nec
 nostri termini restringentur, si & tu regnaueris. Quam
 inuidiæ causa potest esse, vbi sortium magnitudine consort
 multitudo nil detrahit? Volo te amicum esse pauperum, ma-
 gis autem imitorem. Ille gradus proficientium est, hic per-
 fectorum. Amicitia pauperum regum amicos constituit. A-
 minor paupertatis reges, regnum cælorum pauperum est. Et
 est regis potestatis beare pro voluntate amicos. Magna di-
 gnitas, sancta paupertas est, quæ non modò patrimonium si-
 bi non quærit, sed & dat indigentibus.

De secunda beatitudine.

Beati mites, &c. Benè commendata paupertate etiam mansuetudo prædicatur: quoniam relinquentibus omnia, prima solet esse tentatio de molestiis corporis, & afflictione carnis insolita. Quid verò paupertas proderit, si quod absit, pauper in murmurationem deuiat factus impatiens disciplinæ? Possidebunt, inquit, terram: hanc ego terram corpus nostrum intelligo. Quod si possidere vult anima, si regnare desiderat supra membra sua, necesse est vt sit ipsa mitis, & superiori suo subiecta: quoniã tale inueniet inferius suum qualem se exhibuerit superiori. Armatur enim creatura ad vlciscendam sui iniuriam creatoris, & ideo nouerit anima quæ rebellem sibi inuenit carnem suam, se quoque minus quam oporteat superioribus potestatibus esse subiectum, mansuescat ipsa, & subiecta sit Deo, & his pariter quibus vice eius habet obedire prælatis, & continuò corpus suum inueniet obediens & subditum. Et vide si non aduersus secundi peccati vulnus secunda processerit medicina. Prima siquidem post angelicæ præuaricationis ruinam Eua peccauit inquietudine spiritus agitata. Quando expectare noluit vt de manu domini, vnde iam cætera acceperat, perfectionem quoque beatitudinis mereretur, sed præripere illam serpentis consilio attentauit. Propter hoc paradysum perdidit, terram deliciarum: propter hoc in ipso corpore suo contrariam legem inuenit. Sed iam ad hanc domini vocem desiderio mansuetudinis æstuans, & conquerens super asperitate cordis tui, & beluinis quibusdam motibus vel indomita feritate, attende quod sequitur.

De tertia beatitudine.

Beati qui lugent, quoniam ipsi conso. Equum indomitum flagella domant, animam immitem contritio spiritus & assiduitas lachrymarum. Ergo in omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, mortis horrorem, iudicij tremendum valdè discrimen, ardentis gehennæ metù ab oculis cordis tui elongari nullatenus patiaris. Cogita peregrinationis tuæ miseriam, & vitæ humanæ pericula, & propriam fragilitatem, & in huiusmodi cogitatione si perseueraueris, dico tibi parum senties quicquid foris videtur esse molestum. Sed nec patietur dominus sine consolatione te esse. Beata esses Eua si post culpam consolationem quæreres lachrymarum. Nunc autem

miserrimam quaesisti consolationem de simili casu viri tui, & veneno pessimo totam infecisti posteritatem tuam ut & vsque hodie perditionem alterius suam alter reputet consolationem. Miserrima prorsus Euxae consolatio, & eorum qui miseram hanc imitantur. Sed beati qui lugent, quoniam ipsi, &c. Verum quid aliud est haec consolatio, quam procedens de spe veniae gratia deuotionis, & gustus sapientiae, licet exiguus? quibus interim benignus dominus afflicta refrigerat animam. Sed gustus ille nihil aliud est quam irritamentum desiderij, & incentiuum amoris. ideo subinfertur.

De quarta beatitudine.

Z *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.* Qui esurit esuriat amplius, & qui desiderat abundantius adhuc desideret: quoniam quantuncunq; desiderare poterit, tantum est accepturus. Imò verò non secundum imperfectionem modumve desiderij: quoniam donec perfecte habeat, perfecte desiderare non potest: sed nec perfecte habere, donec perfecte desideret. Infirmiori palato cordis, & animae languenti, adhuc dura & insipida res videtur esse iustitia: sed qui gustauerunt, ipsi sitiunt: quoniam beati qui esuriunt illam, quoniam ipsi saturabuntur. O verè felix & gloriosa satietas! O sanctum conuiuium! O desiderabiles epulae, ubi anxietas nulla, nullum poterit esse fastidium! Iam verò hoc verbum aduersum Adam procedere credo, qui portionem videtur renuisse iustitiae, eò quòd mulieri compassus est. Sed si esuriisset iustitiam, curasset reddere quod debebat non modò vxori, sed multò magis creatori. Debebat enim vxori compassionem & disciplinam tantquam inferiori, Deo autem obedientiam & subiectionem. Sed quàm multi vsque hodie factum illud grauiter diiudicant, & tamen insipienter imitantur. Indignatur aduersus Adam quòd obedierit voci vxoris suae plusquam Deo, & ipse Euam, id est carnem suam audiuerit plusquam Deum. Si modò presentem videremus Adam in eò articulo positum coarctari, inter precem vxoris & praecipuum creatoris: nonne clamarem aduersus eum dicentes: Caue tibi miser! Seducta est nos tentatio similis, non persuademus similiter nobis ipsis?

Sequitur de quinta beatitudine.

A *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordes.* Breuiter Zachaeus ytrunq; vno verbo complectitur, dicens: Dimidium bonorum

rum meorum do pauperibus, & si quem defraudavi, reddo quadruplum. Vides quantum esuriuit iste iustitiam, cui non sufficit æqua mensura reddere, nisi restituat quadruplum. Magna quoque misericordia est, quòd dimidium bonorum suorum dat pauperibus. Iam verò Adæ crudelitatem tangit hæc sententia, qui videbatur vxoris amore prius peccasse. Videamus nunc quantū diligat eam. Venit dominus igneum tenens gladium in vltionem præuaricationis. Adam appone te discrimini propter illam, & dic: Domine, mulier infirmior me est, meâ est iniquitas, in me solum vindicta procedat. Sed non loquitur sic. Mulier, inquit, quam dedisti mihi, &c. O peruersitas! pœnam pro ea suscipere refugis, & culpam admittere non recusasti. Quomodo omnia confudisti perniciosè misericors, vbi seuerus esse debueras & perniciosus: crudelis, vbi misericordiam impendere oportebat? Nam delinquere propter illam nullo modo, satisfacere pro ea libenti animo debuisti. Sic enim oportet fieri, vt nunquam propter alium homo peccet, quod est iustitiæ: & libenter aliena peccata portet, quod est misericordiæ.

De sexta.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Vx mihi ab **B**
 immunditia cordis mei, qua impediende necdum mereor ad beatam illam visionem admitti. Quanta sollicitudine danda est opera, vt mundari possit oculus quo videndus est Deus? Erego triplici sorde inquinari me sentio, concupiscentia carnis, concupiscentia gloriæ temporalis, & præteritorum conscientia delictorum. Sunt enim in anima motus quidam desideriorum, quos nec ratione, nec viribus extinguere possum, quandiu in hoc seculo nequam, & in hoc corpore teneor alligatus. Et tamen cõtra sordes istas orationis oppono remedium. Sic & contra peccati conscientiam, confessionis remedium est institutum. Et omnia in confessione lauantur. Ecce hic sunt quæ mundant oculum cordis, oratio & confessio. Omnis enim in cuius conscientia clausum adhuc peccatum viuit, aut peccat in spe, & ita sentit de Deo, tanquam si minus ei peccata displiceant: aut peccat in desperatione, immisericordem sentiens Deum. horum neuter videt Deum.

De septima.

Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Meritò filij nomine **C**
 vocabuntur, qui filij opus impleuerint. Ipse enim est,

per quem reconciliati, pacem habemus ad Deum. Ipse enim est, qui pacificauit in sanguine suo, quæ in cælis sunt & super terram. Et attende quemadmodum in tribus prioribus sibi ipsi reconciliatur anima, in duobus quæ sequuntur proximo, in vj, Deo, in vij, alios etiã reconciliat tanquam receptus in gratia diuina, felici familiaritate donatus. Nam paupertate, mansuetudine, fletu renouatur in anima similitudo quædam & imago æternitatis omnia tempora complectentis. Dum paupertate futura meretur, mansuetudine sibi præsentia vendicat, luctu pœnitentiæ præterita quoque recuperat. Porro iustitia & misericordiã perfectè proximo cohæremus dum quicquid nolumus nobis fieri, aliis non facimus per iustitiã & quæcunque volumus vt faciant nobis homines, & nos facimus illis. Per misericordiã iam reconciliati nobis & proximo, per munditiã cordis reconciliamur Deo. Beati verò qui de sua reconciliatione non ingrati, & pro fratribus suis piè solliciti, eos quoq; quantum prævalent, & sibi & Deo reconciliare laborant. Quibus eum laudibus dignũ, quanto amplectendũ putas affectu fratrem illum, qui sine querela cõuersans inter fratres, tota sollicitudine cauet, ne quid in eo sit, quod ab aliis portari oporteat, & quicquid est in aliis onerosum, patientissimè portat, qui singulorum scandala, sua reputat?

De octaua.

- D** *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiã, &c.* Istud maximè martyribus conuenit. Nec est, Deo gratias, modò tempus persecutionis: quæ tamen si necesse fuerit, debet patientissimè tolerari. Veruntamen quid sibi vult, quod eadem promissio facta est pauperi: nisi quia verè, martyrij genus paupertas voluntaria est? Denique propterea pauperibus & martyribus regnum cœlorum promittitur, quia paupertate emittitur, & in passione pro Christo absque omni dilatione percipitur.

Aliter vnde supra.

- E** *Eati pauperes spiritu.* Videmus pauperes aliquos, qui si veram haberent paupertatem, non adeo pusillanimes inuenirentur & tristes, vt pote reges & reges cœli. Sed ij sunt qui sic diligunt paupertatem, vt nullam inopiam patiantur. Sunt alij mites, sed quandiu nihil dicitur, vel agitur, nisi pro eorum arbitrio. Patebit autem quàm longè sint à vera mansuetud-

fueru
imode
quoq;
chry
autem
quã
arbitr
vehem
sent e
pecca
quã
ter pa
pertin
abund
tur. C
fetic
tate b
tur inc
eorum
his om
nem i
rum n
sunt al
sideric
te dic
verè n
haber
Sunt a
valdè
sint: &
fortè
dius,
pacem
ipsis.

Bea
sunt &
& sum
Deum

ſuerudine, ſi leuis oriatur occaſio. Hæc manſuetudo quo-
modo hæreditabit, quando ante hæreditatem deſicit? Alios
quoque lugentes video, ſed ſi de corde procederent illæ la-
chrymæ, non tam facilè illicò ſoluerentur in riſum. Nunc
autem cum abundantius ocioſa & ſcurrilia verba profluant
quàm prius lachrymæ: lachrymas huiuſmodi de his eſſe non
arbitror, quibus conſolatio diuina promittitur. Alij tam
vehementer contra aliorum delicta zelantur, vt videri poſ-
ſent eſurire & ſitire iuſtitiam, ſi eſſet apud eos de ſuis quoque
peccatis idem iudiciũ. ſed contra alios tam impudenter
quàm inaniter æſtuant, ſeiſpoſ tam inſipienter quàm inutili-
ter palpant. Sunt alij miſericordes, de his quæ ad ipſos non
pertinent, qui ſcandalizantur quòd non datur hominibus
abundanter. Sic tamen vt ipſi ne in modico quidem grauen-
tur. Qui ſi miſericordes eſſent, de ſuo deberent facere mi-
ſericordiam: ſi non poſſent de terrena ſubſtantia, de volun-
tate bona darent his qui contra eos fortè peccare videren-
tur indulgentiam: darent dulce ſignum, verbum bonum, vt
eorum mentes ad pœnitentiam prouocarent. Denique &
his omnibus quos in peccato eſſe cognoſcerent, compaſſio-
nem impenderent & orationem. Alioquin miſericordia illo-
rum nulla eſt, & miſericordiam conſequentur nullam. Item
ſunt alij qui peccata ſic conſitentur, vt videri poſſint ex de-
ſiderio mandati cordis id agere, niſi quòd ea quæ ipſi ſpon-
te dicunt, ea ab aliis patienter audire non poſſunt. Qui ſi
verè mundari deſiderant, vt videtur, non irritarentur, ſed
haberent eis gratiam, qui illis ſuas maculaſ demonſtrarent.
Sunt alij qui ſi viderint quempiam vel leuiter ſcandalizatum,
valdè ſolliciti ſunt quomodo in pacem eum reducere poſ-
ſint: & viderentur pacifici, niſi quòd eorum commercio ſi
fortè quicquam contra eos factum diſtũmve videbitur tar-
dius, vniuerſis poterunt difficiliuſque ſedari. Qui ſi verè
pacem diligere, haud dubium quin eam quærent ſibi
ipſis.

HVGO DE S. VICTORE.

De duplici ſpiritus paupertate.

Beati pauperes ſpiritu. Paupertas ſpiritus duplex eſt. Nam **F**
ſunt & corporales diuitiæ in affluẽtia rerum temporalium
& ſunt ſpirituales in poſſeſſione virtutum. Vterque apud
Deum diues eſſe conuincitur, & à regno cœlorum exclu-
ditur.

SVPER MATTHAEVM.

tur, & iste s. qui temporalibus abundat superfluo, & ille qui quasi magnum aliquid de se existimans sua virtute stare gloriatur. Prima est ergo paupertas, vt abiiciamus quod grauat, in quo peccandi occasio. Et quia paupertas despicitur, sequitur humilitas, quia ipsa etiam diligitur propter Deum vilis. Et quia rursus qui vilis est reuerentia læditur, necessaria est patientia qua omnia aduersa fortiter tolerantur. Paupertas læuem facit & expeditum. Humilitas modicum. Patientia fortem & robustum. E contra diabolus suos primùm diuitiarum pondere onerat, vt deorsum ruant. Secundò superbia inflat, vt per latum incedant. Tertiò per impatiẽtiã frangit, vt citò deficient.

V V E R R I C V S.

Quibus gradibus ad perfectionis celsitudinem perueniatur.

G *Beati pauperes spiritu, quoniam, &c.* Lætum prorsus ac nouæ plenum gratiæ, noui principium testamenti, & quantumlibet infidelem ac pigrum prouocans ad audiendum, sed amplius ad faciendum, cùm scilicet beatitudo miseris exulibus & egenis promittitur regnum cœlorum. Gratum inquam & auspiciatum nouæ legis initium, quando in ipso statim initio tot beatitudinum benedictiones dat legislator, quibus delectati eant de virtute in virtutem, donec ad videndum Deum deorum in Sion ingrediantur templum, de quo Propheta dicit: Et in octo gradibus ascensus eius. Prima siquidem virtus inchoantium est renuntiatio seculi, qua pauperes efficiemur spiritu. Secunda mansuetudo, qua nos obedientiæ subdimus & assuescimus. Deinde luctus, quo plorantur peccata, vel implorantur virtutes. Ibi nimirum gustamus, vnde amplius esuriamus & sitiã iustitiã tam in nobis quàm in aliis, zelòque contra peccantes incipimus commoueri. Sed ne zelus immoderatio feratur in vitium, sequitur misericordia qua temperetur. Et h' studiis exercitatus, iam fortè erit idoneus vacare contemplationi, & pro munditiã cordis filius Dei appellari. Et sic pater & minister aliorum factus, tanquam mediator & sequester pacificat inter ipsos & Deum. Pacificat inter ipsos adinuicè, vel etiam ad ipsos qui foris sunt: sicut scriptum est in laude sanctorum patrum: Pacificantes in domibus suis. In hoc officio qui fidelis & constans extiterit, sæpè virtutem & meri-

tum
pter i
vt sit
Quan
inde v
culo
per s

Pla
huius
di, pra
tes. A
& dif
ditas,
noit
Prof
sit mu
inuen
& mis
beatu
vniue
humil
sistit
tie. R
virtut
forita
partes
que sa
pugna
drest
afliga

Bea
corpo
rit. N
aliter
nisi m
poteri

tum sibi martyrij comparabit persecutionem, patiens propter iustitiam: aliquando etiam ab his pro quibus pugnabit, vt sit ei dicere: Filij matris meae pugnauerunt contra me. Quantæ autem gloriæ in cælo sit culmen huius perfectionis, inde vtcunque licet æstimari, quod ipsa abrenunciantium seculo primordia tæta dominus felicitatis prædicat: Beati pauperes spiritu, &c.

De laude paupertatis.

Planè beati, qui proiectis vilibus sed grauibus sarcinulis **H** huius mundi volunt diuites fieri, nisi de solo creatore mundi, præter ipsum nil habentes, & per ipsum omnia possidentes. An non possident omnia, qui possident continentem & disponentem omnia? quorum Deus portio est & hæreditas, qui vt nil desit timentibus eum, cætera prout expedire nouit dispensat ad vtendum, seipsum seruat ad fruendum? Profsus ergo beati pauperes Christi, quorum fides sic elusit mundi sapientiam, vt sola quis sit optimus vsus diuitiarum inuenerit, quod videlicet & diuitiæ quæ pauperem faciunt & miserum si diligantur, tamen deinde diuitem faciunt & beatorum, si pro Christo contemnuntur. Hoc tamen noueritis vnuerſi, quod vera ac beata paupertas semper prius est in humilitate cordis, quàm in angustia rei familiaris, plus consistit in abdicatione superbiæ, quàm in contemptu substantiæ. Ridiculosum est certè pauperem fieri rebus, non ditari virtutibus, relinquere omnia, nec sequi Christum: sed magis forsitan in castris Christi, partes iuuare Antichristi. Planè partes Antichristi adiuuat, quisquis superbiæ militat, noménque sanctum quod verbis vel habitu profitetur, moribus impugnat. Sed re vera væ tali. Paupere enim superbo sicut nil detestabilius, ita nil miserabilius, cum eum & paupertas nunc alligat & superbia in perpetuum pœnis addicat.

C A S S I A N V S.

Quod armis mansuetudinis bella libidinis comprimantur.

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Nullus æstus **I** corporis declinabit, nisi qui animi motus ante compresserit. Non ergo aliter terram nostram possidebimus. i. non aliter ditioni nostræ rebellis huius corporis terra subdetur, nisi mens nostra prius fuerit patientiæ lenitate fundata. Nec poterit quis aduersus carnem suam insurgentia bella libidi-

nis comprimere, nisi prius armis mansuetudinis instruat. Mansueti enim hereditabunt terram.

ISAAC.

Quod octo istę beatitudines quasi octo sunt alabastra vnguenti.

K *Beati pauperes spiritu.* Relicta est turba, nil de firmitate, nil de vitio, nil de dei malitia. Sapientia semper sapienter agit & loquitur. Volens post se adolescentulas trahere, septem eis aperit thecas: vt delectatę odore, currant post eum. Cęlestis medicus alabastra pigmentaria referat, quę secum veniens de sinu patris attulit, vt illius vulnera curet, qui descendit ad Hierusalem in Hiericho, & in. in. l. Et cum sedisset aperuit os suum. Igitur contingat sedere cum Iesu, & in monte sedere ad pedes eius, & accipere de doctrina illius. In turba stat. & ambulat, agit & fatigatur, premitur vt quasi non liceat sibi & discipulis suis manducare panem vitę & intellectus, & aquam sapientię bibere, quę in ocio bibitur, & qui minorantur actu, hauriunt eam. Puteus enim altus est, aperuit os suum. Os vnde osculum petit sponsa. Os speciosę supellectilis, in quo erant omnes thesauri sapientię & scientię absconditi.

De prima beatitudine.

L *Beati pauperes spiritu.* Beatitudinem loquitur ipsa beatitudo. Paupertatem factus pauper rex regum. Mansuetudinem mitis. Consolationem paracletus. Saturitatem panis. Misericordiam ipsa misericordia. Munditiam munditia. Patientiam & filiationem, verus pacificus & verus filius. Beati pauperes spiritu. Sapienter omnino id primo loco ponit, quod omnes desiderant: a quo tamen ferę omnes exorbitant. Cur litigat, pugnat, negotiatur, obsequitur, vexat, vexatur, denique infelix est, nisi vt sit beatus homo? Eđ enim quisque beatum se credit, quod mauult, efficit. Vnanimiter ergo omnis homo beatitudine appetens, sed de ipsa differenter sentiens. Alius in voluptate corporis & suauitate temporali. Alius in virtutis. Alius in agnitione veritatis eam autumauerunt. Vnde omnium doctor sola charitate sapientibus & insipientibus debitor primđ corrigit errantes, secundđ dirigit itinerantes, tertid admittit ad ianuam pulsantes: clamat pro deuus

Pro.

Propheta: Deduc me domine in via tua. Pro viatoribus: Ingrediar in veritate tua. Pro pulsantibus: Lætetur cor meum, vti. nomen tuum. Itaque via, veritas, & vita: corrigens, dirigens, admittens, sic inchoat.

Quantum discordet sapientia Dei à
sapientia mundi.

Beati pauperes spiritu. Seculi huius falsa sapientia & vera M
stultitia non intelligens de quibus loquitur, neque de quibus affirmat, sententiam ponit. Beatos dicit filios, quorum dextera, dextera iniquitatis, & os loquens vanitatem, propter promptuaria plena & cætera quæ sequuntur, quæ ad incertum pertinent pacis, & non pacis, & ineptæ lætitiæ: contra quam sapientia patris Dei filius proprius dextera patris, os loquens veritatem pronunciat, beatos fore pauperes spiritu reges regni æterni. Ac si dicat: Erratis, corrigendi estis: beatitudinem queritis, sed non est vbi queritis, & est vbi non queritis. Curritis sed extra viam. Paupertas voluntaria propter me, ipsa est via. Paupertas via est non beatitudo. Audiamus pauperes pauperem. Experto credendum est. Pauper natus est, pauper vixit, pauper obiit. Mori voluit, diues fieri noluit. Sed ardua est via. Quippe fursum itur. Ideo expeditos fore necesse est. Quid volumus? Querimus beatitudinem? Ostendit veritas veram. Querimus diuitias? Rex regna donat. Reges facit. Irriteuit homines pessima peccatis curiositas. Excusant eos iuga bouum quinque à cælestibus nuptiis, in quibus de paupertate sumitur plenitudo, de inopia saties, de extremitate primatus, de vilitate dignitas, requies de labore, hos boues mactauit Heliseus vt expeditus sequeretur Heliam. Et nos ergo simili forma sequamur Christum.

De secunda beatitudine.

Beati mites, quoniam, &c. Non ait illam & illam: nec aliam N
quam terra: quanlibet magnam portionem, sed terram. Quis vnquam suo sudore, suis bellis hoc potuit? quid opus est diu laborando querere, quod necesse sit citò perdere? Cælum pauperibus, terra mitibus. Quid relictum contentiosis? quid amplius volunt qui diuites fieri volunt? quibus non sufficit cælum & terra, quid eis fieri? Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis, &c. Mentitur dignitatem, mentitur potestatem, mentitur beatitudinem vanitas dominatio-

nis terrenæ . Cur parum cupitis ? totum promittitur , via ostenditur , pauperi beatitudo cœli , mihi beatitudo terræ debetur . Quid ergo miseris contentiosis restat , nisi miseria infernalis ?

De tertia beatitudine.

○ *Beati qui lugent.* Poterant ista sufficere ad corrigendos erroneos, nisi diabolicâ malignitas latius pateret, & cancerinum malum alius propiusque medullis inhæssisset. Latrat adhuc Cerberus & tertium caput concutit, scilicet prudentiam carnis: cuius domicilium venter, quem qui inhabitat, Deo placere non potest. Quò mihi, inquit, cœlum & terra? quò diuitiæ in malum dominorum suorum congregatæ, quò potentæ tumidæ & semper timidæ? Foris sunt omnia hæc. Ego de me sollicita sum. Anima habes multa bona, epul. & bib. Diues habet nummos, sed se non habet. Viue dum viuis: cur te ipsum ante tempus perdis? Incipe te ipsum agnoscere, & beatus eris. Hic est error nouissimus peior prioribus. Ille lacus miseriæ, illud lutum fœcis. Sic ergo miserabiliter errantes misericorditer reuocat sapientia dicens: Beati qui lugent, &cæ. Hoc est ad gaudium via est luctus, ad consolationem desolatio, ad inueniendam animam perditio, ad possidendum abiectio, ad amandum odiuin, ad seruandum contemptus. Si vis te ipsum cognoscere, te possidere, intra te ipsum, & non te quaeris extra. Redi intus præuaricator ad animam tuam, & vide, & plange eam subiectam vanitati & iniquitati, & ne possit emergere captiuatam. Exi foras ad carnem, & vide, & luge eam subiectam corruptioni, mortalitati, & ne possit exurgere infirmitati. Et ne longum faciam, nemo abyssum suæ miseriæ, suæ ignorantæ, suæ difficultatis, suarum penetrans passionum, suam monens conscientiam, qui non magis (vbi facile lugent homines) in alicuius propinqui sui cuiuscunque necessitudinis funere, afficitur ad lachrymas, compungitur ad fletum, mouetur ad planctum, quam in sui ipsius eo magis propinquo quàm intimo. Cur alterius miseretur, qui sui non miseretur? Constat ergo nos foris esse à nobis, retro & non ante, nostri demum vel oblitos vel ingratos, quotiens videmus, iocamur, ociosis delectamur, pascimur fabulis, & verbis risum mouentibus indulgemus, cæterisque corporum mollioribus effluimus. Vnde sobriæ semper fuit sapientiæ, ad domum

luctus

luctus magis quam ad domum conuiuij inuitare. Hoc est in se qui erat extra se hominem vocare, dicens: Beati qui lugēt. Et alibi: Væ vobis qui ridetis. Fleuit qui flere nos monet, risisse non legitur. Sororum lachrymæ fratris resurrectionem meruerunt. Sororum lachrymæ resuscitatore[m] flere fecerūt, vt & in flendo te resuscites. Corpus, ait Apostolus, mortuum est propter peccatū, sed spiritus viuit propter iustitiam. Itaq; quod viuit in nobis, ploret & oret, vt quandoque resurgat quod iacet & fœtet.

Quid significant septem dies in fletu mortuorum antiquitus obseruati.

Quanta fuit olim cura sanctis patribus & prophetis mortuos tuos flere, solennes dies planctus habere, per septem dies, propter temporis septimam, protrahere? Et nos quibus illi flebant, petulantes plenè cachinnamur, aut etiam olim mortui iam fœtemus: nemo est qui moueat benignum Iesum ad lachrymas. O sorores quid facitis? Quid facis actiua? cur non laboras & ploras? Quid tu contemplatiua? cur non oras & ploras? Cur non vbique luctus, vbique desolatio, & domi intus, & in platea foris, donec fremat Iesus, seque ipsum turbans dicat, non tam mortuo quam mori: Exi foras, vt mortale hoc absorbeat[ur] à vita? Beati enim qui lugent, nõ quia lugent, sed quia consolabuntur. Ecce quomodo corrigi orbem, qui iudicat populos in æquitate. Aequum enim est benigno & sapienti Deo & peruersos corrigere, & correptos dirigere, & directos suscipere. Tria & tria, vnum contra vnum.

De auocantibus à Deo, & reuocantibus ad Deum.

Tria auocant à Deo ad mundum, tria reuocant à mundo ad Deum. Omne quod est in mundo, est concu. carnis aut concu. oculorum, aut superbia vitæ. Prima vxorem duxit. Secunda probat iuga. Tertia villam emit. Luxuria, auaritia, superbia. Sed nos in montem Deum sequentes audiamus, quia beati pauperes, mites, compuncti, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

De quarta beatitudine.

Beati qui esur. *Et siti. &c.* Li. Sap. scriptus est intus & foris, quasi foris loquitur, qui peruersos corrigit: quasi intus, qui conuersos dirigit. Iustitia est virtus quæ omnia æquat, reddens cuique quod suum est, hanc lex naturæ continet.

Scriptura præcipit, euangelium complet. Hac itaque dirigendus est qui beatitudinem quærit, ne cum naturali lege maneat, vt philosophus: vel iustitiam instituat, vt Iudæus. Hinc præsumptor, hinc simulator, sed iustitiæ fidei se subijciat, vt Christianus & humilis accusator sui. Vide ne vnquam te aufugiat iustitia à manu, ab ore, à corde. Nam qui continens est iustitiæ, apprehendet illam, nō aliam, sed plenam, sed perfectam, sed quietam. Ideo beati qui esu. &c. Ipsa viaticum in itinere iuxta quod ex parte est. Ipsa cœna in patria, iuxta quod perfecta est: nunc ad medicinam, tunc ad delectationē. Cuius inchoatio, obtinet nemini iniuriam facere: profectur, illatam patienter ferre: perfectio, omnibus benefacere, si potest: si minus, velle.

Vnde sequitur: De quinta beatitudine.

S *Beati misericordes.* Sed fortè dicitis: Væ nobis. Sola misericordia misericordiā consequitur. Quid facere possumus esu. sit. nudo, vago, & infirmo, incluso, qui omnia reliquimus, qui nil habemus, quibus omne peculiare terribiliter interdicitur. Sed audite consolationem.

De duabus misericordiæ speciebus.

T Misericordiæ duæ sunt species: Dare & dimittere. Vnde dicitur: Date, & dabitur vobis. Dimittite, & dimittetur, &c. Vtriusque speciei tripartita est diuisio. Est enim iustitia in vtraque magna, maior, maxima. Inchoans, adulta, robusta. Primus itaque gradus dat de suis, vnde: Date eleemosynam. Secundus omnia sua, vt dicat: Ecce nos reliquimus omnia, &c. Tertius se, vt dicat: Libenter impendar & superimpédar. Hac maiorem dilectionem nemo habet, vt a. f. po. q. pro a. f. Hac retribuit domino quantum potest. Qui in nullo repertus fuerit misericordiæ gradu, in nullo erit indulgentiæ loco. Sic & de alia specie. Nam & de debitis remittitur, & debita remittuntur: & qui se totum debet, quandoque manu mittitur. Sūt & alia opera misericordiæ. Nam & iniuria donatur, & consilium datur, & oratio impéditur, & exemplum bonum præbetur & disciplina erogatur, & alia multa in hunc modum. Qui ergo omnia reliquit, ipsos etiam qui consequentur misericordiam iudicabit. Igitur beati misericordes. Hæc est totius actiæ disciplinæ summa. Non est quò pedes vltra gradiaris. Si vltra vis procedere, volandum est. Quid enim amplius homo in hac vita mortali, inter homines, vel ad se, vel

ad alterum potest, quam vt per voluntarium mammonæ iniquitatis contemptum in se modicus sit & solidus? per mansuetudinem aliis placidus & seuerus? per iustitiam fortis, & in se ipso totus teres & rotundus? per misericordiam multis beneficus, cunctis beneuolus? per amorem paupertatis mundum ridentem respuat? per virtutem mansuetudinis iratum contemnat? per compunctionis munus se recipiat sectando iustitiam, Deo se subdat? per misericordiam proximum colligat, paupertatis amore modico contentus misericordiæ dulcore omnia cibus factus?

Sequitur de sexta.

Quòd duobus modis mundandum sit cor.

Beati mundo corde. Appetituum est omnibus velle videre quod amant. Vnde post cetera congruè sequitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Duobus itaq; modis mundandum est cor, ad virtutem scilicet & veritatem, ad diligendum & ad videndum. Sumus enim claudi & cæci per ignorantiam & difficultatem: quarum altera oculos rationis claudit, altera pedes animæ ligat, id est affectum. Mundandum est cor non solum à vitiiis, sed etiam à phantasiis quæ per sensus corporeos imbibuntur. Deus itaq; superiore sermone cor nostrum à prima mundauit macula, nunc verò mundare nititur à secunda: vt videlicet intueri possimus quòd est sine omni corpore subsistens, sine qualitate decorum, sine timore magnum, sine loco vbiq; sine tempore semper. Primum itaq; discretè, sobriè, fortiter, iuste instituenda est affectio, & in ea habitus animi bene instituti, qui virtus dicitur, & in charitatem formetur & ordinetur. Sicque prius qui esse desiderat spiritualis affectione quàm ratione, conuersatione quàm meditatione, pedibus nitatur vt surgat in volatum. Et quia semper volare non poterit, pedibus iterum se recipiat, ne præceps ruat.

De septima.

Beati pacifici. Quid querit amplius seruus, nisi vt filius fiat? **X** Idè. Quis hoc auderet vel renuerit opinari, nisi id ipsa Dei benignitas & præmitteret & promitteret? Et notate gradus. Inimici eramus, peccati serui, liberi iustitiæ: liberauit nos filius. Et verè liberi facti sumus à peccato & diabolo, liberi facti iustitiæ: & hic primus gradus, quem desideras quidam clamar: O domine libera animam meam à labiis iniquis. Idèque consecutus exultat: O domine, quia liberaasti me, ego seruus tuus. Ego seruus tuus: non dico filius tuus, sed filius ancillæ

Cc ij

lux. Dirupisti vincula mea, quibus quadrupedem strinxerat diabolus, vt nec exire, nec liberari liberum esset. Nunc pedē moueo, nunc manū aridam extendo. De peruerso conuersus, de inimico seruus. Ecce qui mala fecit, vel bona malè, inimicus deputatur. Qui omnia benè, nondum amicus, sed seruus. Itaque benefacere, opera exequi virtutis, iustitiæ, & misericordiæ, ad seruum pertinent. Amicus interest secretis, nouit consilia. Quid adhuc expectamus? An vt de amicis tertio gradu fratres Christi, filij Dei, ac per hæc hæredes ipsius efficiamur? Nam qui filij & hæredes.

GALFRIDVS.

De mysterio candelarum.

Luceat lux vestra coram ho. &c. Deus lux est, & tenebre in eo non sunt vllę. Inde est quòd in diuinis solennitatibus obscurum nihil, nihil inuenitur indignum, sed in luce cuncta clarescunt. Hoc etiam innuunt luminaria quæ in die purificationis deferimus. In quibus videlicet & apis cæram, terra stuppam, flamma flammâ sine sui diminutione ministrat. Cæra, est docibilitas, tractabilitas, mansuetudo. Vnde poëta de adolescente ait: Cæreus in vitium flecti. Apes sunt artificiosæ, laboriosæ, subtiles: prælati solliciti, vtilis, & fideles. Apibus autem hoc nomen natura indidit, quòd nascantur (vt aiunt) sine pedibus: siue quòd pedibus sibi cohæreant, & se inuicem complectantur. Pedes affectiones sunt, in quibus puluis adhæret gradientibus super terram. Nec sine pedibus nascitur, quisquis ad prælationis officium proprio fertur affectu, & suo potius appetitu quàm fraternæ charitatis intuitu, vel superioris arbitrio potestatis. Quanti pedati antequam nati in cathedram hodie pedibus suis insiliunt? Quanti irruunt potius quàm trahantur? Nec mirū si industria & fructus apum non sequitur, vbi pedes ortum præcesserint. Et sine pedibus nascendi defuerit natalis origo. Sed nec pedibus sese inuicem complectuntur, qui sibi mutuis affectionibus non cohærent, homines amantes singuli semetipsos. Apis vera habet volatum, habet aculeum, habet mel, habet cæram. In sublimi contemplatione cœlestium secretorum, in dura reprehensione inobedientium & inquietorum, in dulcedine spiritualium consolationum, & probabilium morum ædificatione. Et sibi quidam mellificant, sed non solis, dum fruuntur dulcedine, quam ex floribus suserint scripturarum, & eisdem suos rehi-

ciunt

ciunt auditores. Cellulas quoque terreas intra, artificiositate componunt, in quibus eiusdem liquoris gratia componatur. Sine aculeo apis inutilis, quod sapientium verba ut stimuli in altum defixi, visum sibi volando conquirunt, & reuocant ad alvearium suum onusta regrediens. In tabulis cereis vel careatis ad arbitrium suum stylus hominis notat, & delet, scribit, & corrigit, mutat, & auget, & minuit, quod ad praepositi spectat officium, sicut tradunt de prepositione Grammatici. Nolite ergo obdurare corda vestra charissimi, nemo contumax, nemo rebellis appareat, improbus, inobediens, obstinatus. In lapideis tabulis solus Dei digitus scribit, qui potens est de lapidibus filios Abraham suscitare. Atque utinam cor lapideum semper tollat a nobis, & donet cor carneum, careum suadibile, disciplinae capax, monitis acquiescens, hac de causa stupra vilis materies, nec cuiquam operi precioso, sed iniuriis deputatur, ut puta sordibus detergendis, curandis vulneribus, oppilandis foraminibus, & suum ei participium reddens vulgarior dixerim obstupandis. Et in his omnibus humilitas commendatur. Cera sine stупpa liquet forsitan, sed non luceat: stупpa sine cera vritur & consumitur in momento. Utilis est candela charissimi, si humilitas cordis intrinsecus luceat, foris gratia mansuetudinis praefertur. Et magister bonas suis utranque discipulis suo commendat exemplo: Discite, inquit, a me, quia mitis sum, &c. Sed candela quoque sine lucis candore quid prodest? nisi arserit, non lucebit. Semel accensa si fuerit, extincta ferebit. Placet humilitas Deo nostro. Placet mansuetudo, & spiritus eius super humilem & quietum requiescit. Ignem, inquit, veni mittere in terram, &c. Flamma est charitas. Feruor gratiae spiritualis. Charissimi, Deus noster ignis consumens est. Accedite ad eum. Accendite candles vestras, ut luceant opera vestra bona etiam coram hominibus, & multitudo fidelium aedificetur ex eis.

C A S S I A N V S .

Quod vacuus virtutibus non debeat predicare.

Qui soluerit unum de mandatis h. mi. & do. & c. Qui multa & Z
maiora negligens dicere praesumpserit, consequens profectus est ut iam minimus in regno caelorum, sed in gehennae supplicio maximus habeatur. Et ideo cauendum est tibi ne illorum ad docendum inciteris exemplis, qui peritiam disputandi ac sermonis affluentiam consecuti: quia possunt ea que

voluerint ornatè copiosèque differere: scientiam spiritalem habere creduntur ab his qui vim eius & qualitatem discutere non nouerunt. Aliud nanque est facultatem oris & nitore habere sermonis, & aliud venas & medullas cœlestiū intrare dictorum, ac profunda & abscondita sacramenta purissimo cordis oculo contemplari. quod nulla tenus humana doctrina nec eruditio secularis, sed sola puritas per illuminationem sancti spiritus obtinebit. Nullum ergo verbis docere præsumas, quod opere ante non feceris.

GALFRIDVS.

Quæ sit iustitia modica, quæ sufficiens, quæ abundans.

A *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam s. & Pb.* Exilis iustitia in perceptione sacramentorum, & solos paruulos saluat. Sufficiens in obseruatione mādatorum, & in ea salus est omnium populorum. Abundans in ædificatione multorum, discipulis Christi necessaria & successoribus eorum. Alter, iustitia est, quod suum est cuique reddere. Tibi, proximo, Deo. Peccata, subsidia, gloriam. Si tua tibi peccata: nam aliud tuum nihil cognoscendo tantum & confitendo reddideris: si proximo de abundantia terrenæ substantiæ quasi micæ tantum impenderis: si contra Deum in crimine tatum extolli simularis: modica est iustitia, & moriens ad purgatoria loca transibis. Si dignos pœnitentiæ fructus: si necessitate contentus ex duabus tunicis alteram dederis non habenti, & de eis similiter feceris: si gloriam Dei in omnibus tux prætuleris, sufficiens est iustitia: mox ouans transibis ad locum refrigerij & quietis. Si verearis omnia opera tua, & iustitias tuas, vt pannum reputes menstruatæ, & inutilem te seruum reputaris, arguis, & castigas: si de tua tibi etiam subtrahas necessitate, & quasi vnā tunicam partiaris: si nullam reputes gloriam tuā vel iniuriam, nisi Dei gloriam vel iniuriam eius, patet tibi regnum cœlorum.

Quæ per Scribas & Phariseos designentur.

B *Nisi abun. iust. etc.* Scribæ æmulabantur literā occidentem, fursure & non adipe satiati Pharisei à cæteris separātur, animales, spiritum non habentes. Notatur in Scribis simulatio, præsumptio in Pha. Et videbantur abun. iust. illi forsan alius, illi sibi, neutri Deo. Nō intrabitis, inquit, in reg. c. Vbi idem reges & cœli: reges sub rege regū, cœli in quibus sedeat sapiētia. Reges vt vilia quæq; & indigna vel agere vel appetere regis

regius animus dedignetur. Cœli puri, contra luxuriam, contra avaritiam alti, firmi, contra omnem leuitatem & inconstantiam: lucidi contra omnem insipientiam & seductionem.

CASSIANVS.

Quòd fraterna pax omni sit muneri præferenda.

Si offeris munus t. a. al. & rec. f. & c. Intantum non vult nos dominus noster alterius despectui habere tristitiam, vt si aliquid aduersum nos frater habuit, nec munera nostra suscipiat id est nec orationes à nobis permittat offerri, donec de animo eius iustè iniustève contemptam tristitiam celeri satisfactione tollamus. Neque enim ait: Si habet veram querelam aduersum te: sed, Si habet, inquit, aliquid aduersum te. i. si leue etiam aliquid ac vile sit quo fratris in te excitata fuerit commotio, & hoc memoriam tuam subita recordatione pulsauerit, scias offerre te precum tuarum spiritualia munera non debere, nisi prius qualibet ex causa ortam tristitiam de corde fratris tui benigna satisfactione depuleris.

GALFRIDVS.

Quòd qui peccat in spe, veniam demeretur.

Non exhibis inde donec reddas nouissimum quadrantem. Hoc autem poterit nunquam, propterea nunquam exhibit. Quod si dominus ab ingrato quod indulserat repetit, quando ei amplius aliquid quod petierit indulgebit? Quis nostrum si studiosè querit, in hac parte sibi timendum esse non inuenit? Cæterum super omnia, nisi fallor, causam se impietatis Pietas esse dolet. Quid enim tam impium, tam sacrilegum, quàm quod multis est hodie tam commune, videlicet in spe peccare? Et quàm iustè ei misericordiæ ianua clauditur, qui vt peccaret, ad ipsam confugere non veretur? Quòd si vultis scribere quàm pauci sint, qui sibi satis ab hoc discrimine caueant, vel ex iis de quibus videtur quòd sine crimine viuat: inde etiam magni homines inueniuntur aliquando spernere minima, quòd remittenda faciliùs arbitrentur. Nimirum à grauioribus abstinent etiam cum molestia grauiori, ne difficiliùs remittantur.

BALDVINVS.

Quòd oculus fidei lumen eripiat rationi.

Si oculus tuus dexter scandalizaret te, erue eum & proiice ab te. E In sacramento altaris fides & humana ratio compugnant. Et hoc agitur inter eas, vt altera alteri oculum eruat. Nec est

finis huius pugnae citra alterius excacationem. Habet enim humana ratio oculum suum. Habet fides & suum. Oculus rationis quasi lippus est, & saepe visibilia & prope posita videre non potest. Oculus autem fidei acutus est, quo inuisibilia Dei intellecta conspiciuntur. Circa virtutem sacramenti mens hebet, oculus rationis caligat. Omnis sensus corporis obtunditur. Manus in contrectatione sedula, experientia gestus, oculorum intenta contemplatio, nulla sua diligentia explorare non possunt, nisi ea quae huiusmodi panis esse solent. Ratio consultata hoc respondet, quod carnalibus cogitationibus persuasum habet, & corporeis sensibus exploratum. Oculus enim humanae rationis inuisibilia Dei comprehendere non potest, nisi collyrio gratiae inungatur: vero quoque lumine illustretur, de quo scriptum est: Praeceptum domini lucidum, illuminans oculos.

Si oculus tuus scandalizet &c. Hoc de oculo humanae rationis non inconuenienter accipitur, qui pietate fidei scandalum est. Vnde & merito erudendus est. Melius est enim vnum oculum sane fidei habentem ingredi ad vitam, quam duos oculos habentem, alterum humanae rationis, alterum fidei, mittit in gehennam. Quasi nempe duos oculos habet, qui humana sapientia ducitur, & fidem tantum ex ea parte recipit, vbi humanis rationibus consentanea ecclesiae videtur. Fides autem nostra maius testimonium habet, quam ab humana ratione. Subnixa est enim diuina auctoritate, quae quidem summa ratio est, omnem humanam rationem incomparabiliter superans, vt pote veritas, & in veritate statuens vniuersa.

GALFRIDVS.

Quomodo intelligendum sit, Nolite iurare per caelum. **F** *Nolite iurare neque per caelum, neque per terram.* Iurare, est indubitanter asserere, certam sibi securitatem promittere. Cum adhuc nesciat homo si sit dignus amore an odio. Sic iurare per caelum, est sine haesitatione sperare salutem ob pudicitiae caelibatum. Terra est satisfactio poenitentiae: secunda quodammodo tabula post naufragium: nec per illam iurare expedit, sed timere pariter & sperare, quia scabellum est pedum domini. Pedum sane duorum, misericordiae & veritatis. Iurat per Hierusalē quae est ciuitas regis summi, qui temere praesumit de consortio & communionem congregationis. Iurat

per caput suum, qui propriis innittitur meritis, cum non possit vnum de capillis minimæ cogitationis suæ vel album facere gaudio spirituali, vel nigrum tristitia saluari. Sit autem sermo vester, est, est, non non. Sit in gratulatione, sit in formidine. Nimirum, est, est: non, non, verba sunt defendentium & accusantium cogitationem. Vtriusque etiam repetitio non modo est confirmatio, sed affectionis expressio. Hinc desiderij & letitiæ, inde timoris & tristitiæ.

PETRVS RAVENNAS.

Quod à Christianis iracundiæ caminus debeat
extingui in scintillis.

Dico vobis non resistere malo. Dico vobis utique Christianis, Cum hoc dicit, vult nos vitia non recompensare vitiis, sed superare virtutibus, & in ipsis adhuc scintillis iram extinguere: quæ si peruenerit ad totum furoris incendium, sine sanguine non sedatur. Ira vincitur lenitate, malitiæ bonitate calcatur.

Quod qui ictum palmæ non sustinet, palmam
victoriæ vulneribus non acquirat.

Si quis percusserit te in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. Hoc putat arduum, qui quanta patientiæ præmia sunt non attendit. Nec potest vulneribus inuenire victoriam, qui nec ictu palmæ acquirere vult coronam.

CASSIANVS.

Quod iniurias irroganti debemus ex animo consentire.

Si quis percusserit te in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Subauditur sine dubio dexteram. Quod alia dextera, nisi interioris hominis (ut ita dixerim) facies non potest accipi. Per hoc penitus omnem iracundiæ fomitem de profundis cupiens animæ penetralibus extirpare, id est si exterior dextera tua impetum ferientis exceperit, interior quoque homo per humilitatis assensum dexteram suam præbeat verberandam, compatiens exterioris hominis passioni, & quodammodo succumbens atque subiiciens corpus suum ferientis iniuriæ, ne exterioris hominis cæde vel tacitus intra se moueatur interior.

PETRVS RAVENNAS.

Quod eleemosyna facta per instantiam pauperi,
non tam consulat quàm insultet.

Cap. 6.

K



Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Et vbi est illud: Luceat lux vestra coram hominibus? Qui enim potest celare radium solis, iustitiæ poterit occultare fulgorem. Hæc ergo cœlestis præceptio vult iactantiam tollere, & terre pompam, inanem gloriam submouere. Iustitia enim per se sibi abundat ad gloriam, spectaculum populi, favorem hominum non requirit: à Deo genita cœlum expectat, in oculis agit diuina diuinis supernis virtutibus immixta. Semper à Deo solo vt glorificetur, expectat. Sed hæc iustitia, ex Deo est: illa verò iustitia quæ est hypocritis, præsentem rapit mercedem, non cogitans in futurum, cæcat oculos cæca ipsa, non videns vult videri, propter quam cæcitate Christus præsentem sic inchoat in præcepto: Attendite hoc est attendite, ne gestatis attendi, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Quare? Ne videamini ab eis. Et si visi fueritis, quid? mercedem non habebitis apud patrem. Et causam quare dixerit hoc, subdit: Cùm facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt. Benè tuba, quia talis eleemosyna hostilis est non ciuilibus, non misericordie dedita sed clamori. Ostentationis nundinatio, non commercium castitatis. Eleemosynam quisquis ostendat, insultat. Fugienda est hypocrisis, quæ captu gloriæ verecundiam pauperum non releuat, sed fatigat: quæ de gemitu pauperis pompam suæ gloriationis inquirat, & suam laudem dilatat pauperis ex dolore.

GALFRIDVS.

L *Quòd eleemosynarū impensæ afflictio corporis sit iungenda. Cùm facis eleemosynam, nesciat sinistra tua &c. Quid est, nesciat sinistra tua, quid facit dextera, nisi, propterea non vacet ipsa? Multi enim sunt qui peccata sua eleemosynis redimunt, & propter beneficia quæ impendunt, aspera sustinere refugiunt. Si ergo quia eleemosynam dextera facit, sinistra vacet ab abstinentia: nouit & benè attendit sinistra, quid facit dextera.*

PETRVS RAVENNAS.

M *Te autem faciente eleemosynam &c. Deus sic monendo culpam non loca, sed vota: non opera, sed sensum: studium, non datorem: sibi dari vult quod pauperi datur. Vnde homo si deo scæneras, testes homines non requiras, fideles arbitros*

pen

non requirit, qui credita diffamat. Vrit verecundia debito-
rem. Da ergo secretò, vt quod dederis non sit oneris, sed ho-
noris. Nesciat (inquit) sinistra t. &c. Putas quàm vult nescire
alterum, qui hoc tui partem aliquam vult nescire? sicut nobis
in dextera parte virtutes, ita nobis pars vitiorum in leua si-
gnatur. In hoc ergo seculo fugiamus quæ à sinistris sunt, si in
futurum à dextris desideramus asistere & audire: Venite be-
nediti patris mei percip. re. &c.

BERNARDVS.

Corde clamet ad dominum, qui voluerit exaudiri.

Pater noster qui es in caelis. Vt clamandum in ora-
tione sibi nouerit homo, inter primordia suæ M
orationis, ipsum quem oraturus est patrem in
caelis esse protinus admonetur: quòd videlicet
& impetu quodam spiritus illo sibi iaculandam
meminerit esse orationem. Spiritus est Deus: & in spiritu cla-
met necesse est, quisquis clamorem suum ad eum desiderat
peruenire. Sicut enim in faciem hominis respicit tanquam
homo, sed magis intuetur cor: sic ad cordis potius vocem,
quàm ad corporis aures eius. Hinc est quòd Moyses foris ta-
cens, intus auditur.

De oratione dominica.

Pater noster qui es in caelis. Fidelis oratio, cuius ipsa primor- N
dia diuinæ adoptionis & terrenæ peregrinationis admone-
ant. Vt hoc scientes, quòd quandiu non sumus in cælo, pe-
reginamur à domino: gemamus intra nos, patris præsentiam
expectantes.

Sanctificetur nomen. Per quod inter im in nobis es domine,
per fidem in cordibus nostris habitans: quoniam nomen tuum
inuocatum est super nos.

Adueniat regnum tuum. Veniat itaque quod perfectum est,
& euacuetur quod ex parte est.

Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Vt laus Hierusa-
lem, stabiliatur in terra. Quid enim modò est? Non quærit
angelus ab angelo gloriam in cælo, & homo ab homine lau-
dari cupit in terra.

GALFRIDVS.

De oratione dominica.

Pater noster qui es in caelis &c. Præfatio breuis, sed efficax
tangit quatuor fibras mentis, id est affectiones, latitiæ & ti-

moris, tristitiæ & desiderij. Siquidem dum recolimus patrem nos habere Deum, lætitiæ conceptione gaudemus. Sed nihilominus ad reuerentiam timor sollicitat, ne nos inueniat tantus pater indignos, degeneres, vel ingratos. Cum dicimus, Qui es in cœlis: si non desipimus, animum mordet tristitia: quod nobis nedum inhabitet, sed longè peregrinemur à Deo donec simus in cœlo. Nihilominus & merito concupiscimus fieri ciues cœli, imò etiam cœli, vt sit in nobis. Pater noster qui es in cœlis.

Item. De oratione dominica.

Pater noster, &c. Non dubium quin cæteris ea præstet oratio, quam Dei virtus & Dei sapientia Christus discipulis tradidit oraturis. Ne vereamur argui præsumptionis, si Deum patrem nostrum vocamus: quoniam ipse nobis hunc patrem dedit, cuius ab æterno proprius pater extiterat. Ipse inquam fideles suos in communionem huius filiationis ascivit, qui ex vnigenito primogenitus fieri non desepxit. Inde ergo audacia postulandi, & impetrandi fiducia est: quia & si nos vocati filij Dei non sumus, ille tamen seipsum negare non potest, omnino pater est qui rogatur: Pater noster qui es in cœlis. Verè patronus efficax, & misericors aduocatus, qui interpellans ipse pro nobis, etiam ipsa nobis quibus ipsi pariter supplicemus orationis verba dictauit. Quidni leuemus corda ad Deum in cœlum, cum dicimus, Pater noster qui es in cœlis? Sic prouocat aquila pullos ad volandum, super eos volitans: quando Mariam mittens magdal. Vade, inquit, dic fratribus meis, ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum. Sursum igitur corda nostra, sursum vota, sursum tendat affectio, sursum dirigatur oratio: quia sursum habemus patrem, sursum habemus patriam & patronum.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd orationem longam non sustinet, cui tardum est præbuisse.

Quod Pater noster qui es in cœlis. Christus breuiter orare docet, quia citò vult postulata præstare, aut quicquid petentibus dedit, aut in respondendo quam facit moram, qui in distandis precibus vota. Totum siquidem præstare voluit, qui se sua præce voluit supplicari. Et ideo totam petendi formam paucis aptauit verbis: quia cum patrem postulat, multa prece

prece filius non laborat. Sicut enim necessitas petere cogit genitum, ita vrget charitas tribuere genitorem. Denique quid est magis tremendum, quod se dedit terris Deus, aut quod nos dat cœlo? quod societatem carnis intrat ipse, aut quod nos consortium facit diuinitatis intrare? quod suscepit pauperiam nostram, aut quod nos facit hæredes suos, sui vnici cohæredes?

Quod maculam cœlo inferat, qui cœlesti origini non responderet.

Qui es in calis. Terram ergo nesciat, amorem carnis ignoret, patrem pulueris non requirat, nil in se vitii licere permittat, qui Deum patrem cœlestem repetit ad naturam: vt qui se Dei filium credit, actu, vita, moribus, honestate tanto generi respondeat, ne iterum ad terrena descendens ad ipsam tanti genitoris tendat iniuriam. Viue ergo vt filius Dei & ne cœlo maculam inferas, & cœlesti generi degener appareas, si aliquid gesseris inhonestè.

CASSIANVS.

De oratione dominica.

Pater noster qui es in calis, &c. Videtis qualis forma orationis sit nobis proposita, in qua nulla diuitiarum petitio, nulla memoria dignitatum, nulla corporeæ sanitatis seu temporalis vite mentio continetur? nihil enim caducum vult à se, nihil vile, nihil temporale æternitatum conditor implorari. Itaque magnificentiæ eius atque munificentiæ maximam irrogabit iniuriam, quisquis sempiternis petitionibus prætermisissis, transitorium aliquid & caducum ab eo maluerit postulare, & offensam potius quàm propitiationem iudicis sui vilitate orationis incurrit. Pater noster. O felix oratio in qua mens familiarissimè velut patri proprio peculiari pietate colloquitur! Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Cum dicit quotidianum, ostendit quod sine ipso nequam vilo die spirituales vitam capere valeamus. Cum dicit hodie, ostendit eum quotidie esse sumendum, & hesternam præbitionem eius non sufficere, nisi nobis hodie similiter quoque fuerit attributus. Et dimit. no. d. n. f. & n. d. d. n. Securus huius orationis fiducia de suis admissis veniam postulabit, quisquis remissus erga suos duntaxat non erga domini sui exciterit debitores.

T *Adueniat regnum tuum.* Regnum hoc necdum ex toto peruenit in nos, quotidie tamen paulatim adueniat, sensimque in dies magis ac magis dilatat termines suos, in his duntaxat quorum per Dei adiutorium interior homo renouatur de die in diem. in quantum enim regnum gratiæ dilatatur, in tantum peccati potestas minuetur.

RICARDVS.

Quòd aliter à perfectis, aliter ab imperfectis iniuria dimittantur.

V *Dimitte nobis debi. nostra, &c.* O infelix præsumptio iram Dei aduersum se precibus prouocare! Homo homini referuat iram, & à Deo quærit misericordiam. Sunt autem quidam imperfecti, quorum imperfectioni, sicut dicit Augustinus, diuina miseratio condescendens, concedit vt saltem tunc debitoribus suis dimittant, cum ipsi debitores indulgentiam ab eis sibi dari postulant. Perfectorum autem est, omnia omnibus, corde puro, vultu iucundo, sine restauratione rerum, sine satisfactione iniuriarum, & sine cunctis precibus suis debitoribus indulgere: insuper & sua tribuere, & obsequia charitatis exhibere.

HVGVS DE S. VICTORE.

X Quòd gulæ vitium specialiter tentatio nominetur. *Et ne nos inducas in temptationem.* Hæc petitio contra vitium gulæ opponitur. Idcirco autem specialiter hæc pestis tentatio appellatur: quia cætera vitia longè sunt à natura humana, & ob hoc quantò minus rationis præferunt, tantò minus temptationis adducunt. Tentare etenim, est callidè experiri, & quasi blandis quibusdam conatibus præmissis ante violentam impulsione probare quid æstimari possit de illo quod dubium est. Appetitus itaque edendi, quia per insitam necessitatem dominatur, tantò efficacius quicquid adducit iugiter, quantominus potest repellit. Itaque tentat vitium blandè per necessitatem tangens, si fortè per illam emollire possit animam ad superfluitatem: vnde non petimus, vt ad illam, quod est impossibile, non veniamus, sed tantummodo vt in illam non inducamur.

Y Quòd qui seruire Deo renuit, seruus efficitur vitiorum. *Libera nos à malo.* Hæc petitio contra luxuriam dirigitur. Ecce ad quem finem venit superbia nostra. Diu eramus soli omnium

omnium domino seruentes, sed superbia suadente, contra ipsum ceruicem ereximus, & statim serui facti sumus etiam vitorum. Ecce ad te Deus clamamus captiui, qui te contempsimus liberi. Ecce qualem dominum contempsimus, ecce quali tyranno seruimus. Turpitudine tenet nos captiuos, vt nostra praesumptio confundatur. Libera ergo à malo, gloria tua, nostra miseria. Verè malum est hoc domine, & non sicut caetera mala: crudelius persequitur, profundius nocet, efficacius laedit, blanditur vt fallat, lenocinatur vt perimat. Mentitur dulcedinem vt amaritudinem infundat. Ideo difficilius vincitur, tardius extirpatur nostris desideriis: aduersum nos pugnat ad mortem, blandiente dulcedine, ipsam etiam penetrat voluntatem: & vt postmodum toti dominetur naturae, ipsam rationem violenta quadam pestiferæ delectationis persuasionem inclinatur.

PETRVS RAVENNAS.

Quod hypocrisis vitium de remediis morbos creat.



¶ In ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrite tristes. Hypocrisis subtile malum, secretum virus, virtutum fucus, tinea sanctitatis, aduersa omnia palam impugnant & cauentur tam facile quàm videntur. Hypocrisis sua stimulatione, arte crudeli virtutes detruncat mucrone vitorum, ieiunium ieiunio perimit, oratione orationem vacuat, misericordia miserationem prostermit. Hypocrisis cognata febris, frigido poculo propinat ardorem. Exterminant facies suas, &c. Hypocrisis dum cupit captiuare oculos, oculis fit ipsa captiua: denique si facies ipsa exterminatur, ornamentum corporis quod manebit? Si lumen quod in te est tenebrae sunt, ipsae quantae erunt? Proinde cauenda est pestilentia quae de remediis creat morbos, conficit de medicina languorem. Sit ergo nostrum de simplicitate ieiunium ignotum (quantum in nobis est) hominibus, Deo notum. Thesaurum nanque qui non absconderit perdit, virtutes proditae non manebunt. Virtutes sicut proditores suos deserunt, sic suos instant custodire custodes.

BERNARDVS.

Quod corporali ieiunio mentis hilaritas sit iungenda.

Cum ieiunas, unge caput tuum. Mira dignatio. Caput nostrum Christus est, quem vnxit pater praeparat participibus suis, accumulatis super eum vniversa charismata benignitatis, mansuetudinis, suauitatis: abundantius replens eum visceribus

Cap. 3.
Z

A

miseri cordiæ, & munerationis. Vnctum denique misit ad nos quem nobis exhibuit plenum gratiæ & pieratis. Sic à patre vnctum est caput nostrum, & nihilominus vngi postulat à nobis. Cùm ieiunas, vnge caput tuum. Itane aquam petit à riuulo fons indeficiens? Petit sine dubio, aut certè repetit magis. Ad fontem enim vnde exeunt flumina, redeunt iterum fluant. Non verò vt minus habeas quod dederat, repetit Christus, sed ne tibi pereat quicquid ad eum referre volueris. Siquidem & fluminis aqua si stare cœperit computrescer, & inundatione facta superueniens repellitur. Sic planè, sic gratiarum cessat decursus, vbi recursus non fuerit, nec modò nihil augetur ingrato, sed quod acceperat, ei vertitur in perniciem. Fidelis autem in modico censetur dignus munere ampliori. Vnge igitur caput tuum, refundés in eum qui supra te est, quicquid in te est deuotionis, quicquid delectationis, quicquid affectionis. Vnge caput tuum: vt si quæ in te est gratia, referatur ad ipsum: nec tuam quæras gloriam, sed ipsius. Vngit enim Christum, qui bonus eius odor est in omni loco. Memento sanè aduersus hypocritas hunc processisse sermonem: Nolite fieri sicut hypocritæ tristes, non omnimodam nobis tristitiam interdicit, sed quæ in facie est coram hominibus: alioquin cor sapientis vbi tristitia. Tristitia hypocritarum non in corde, sed in facie est: exterminant enim facies suas. Nota quòd non dicit, Nolite esse sicut hypocritæ: sed, Nolite fieri, hoc est fingi. Sic quippe vulgò dicitur: Tristem se facit, aut magnificat se, & similia, quæ simulationis sunt, non veritatis. Tu autem cum ieiunas, &c. Exterminant enim faciem, tu lauare iuberis. Est autem facies, quæ in facie est conuersatio: hanc fidelis Christianus lauat, ne quod offendiculum præbeat intuenti: hypocrita magis exterminat, dum singularia magis & inusitata sectatur. Sed nec caput vngit, cuius affectio elongatur à Christo & vanis fauoribus delectatur. Vngit potius semetipsum, vt propriæ fragrantiam opinionis respergat, aut certè quia manifestum est non esse caput hypocritæ Christum: nec suum qualecunque caput vngere potest, cuius mens non propriæ testimonio conscientiæ, sed adulationibus demulcetur. Exterminant enim facies suas. Vides quàm breui sermone hypocritas & singularitatis notat & arguit vanitatis? Vide etiam quàm paucis, & coram Deo suadeat bona, & coram hominibus prouidere.

dere. Vnge c. r. & f. r. l. hoc est, sic te irreprehensibiliter foris exhibe, vt diuinam tibi conciliari studeas gratiam, & ante oculos humanos non propriam quæras gloriam, sed auctoris. Potest tamen & alio modo lota facies, conscientia pura, & vnctum caput, intelligi mens deuota. Quòd si id probas, aduersus duplex vitium quòd maximè solent appetere ieiunantes, hæc duo verba ablutionis & vnctionis dicta videntur. Alius enim ieiunat studio vanitatis, & huic dicitur, faciem tuam laua. Alius cum impatientia & rancore, & huic opus est vt caput vngat. Est autem caput istud mens interior, quæ tunc vngitur ieiunio, cum spiritualiter delectatur in eo. An tibi nouum videtur vt dicamus caput vngi ieiunio? Ego plus dico, etiam & impinguatur. Nunquàmne legisti vt alar eos in fame? Est ergo ieiunium corporis, capitis vnctio, & carnis inedia, resectio cordis. Quidni dixerim vnctionem quæ & medetur vulneribus, & exasperatas conscientias lenit? Emat hypocrita ieiunio suo oleum peccatoris: ego meum non vendo ieiunium, ipsum mihi est oleum quo vngat. Vnge caput tuum, inquit, ne fortè quid murmuris, aut impatientiæ subeat: non solùm autem, sed & gloriare in tribulationibus tam absque omni studio vanitatis, vt sit etiam facies munda ab oleo peccatoris.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd homo securus dormiat, qui sua domino commendauit.

Nolite thesaurizare vobis in terris, &c. Quid tam paternum, **B** quid sic veniens de amore, quod tam prouidum consilium? Nihil tibi perire vult, qui tua in thesauris cœlestibus vult reponi. Quàm securus dormit qui Deum suorum meruit habere custodem! Quàm nescit curas, quàm non est anxius, quàm caret fastu seruorum, qui sua patri seruanda commendat! Pater qui dat sua filiis, commendata non minuit filiorum, Tineæ non excludunt claustra, sed claudunt, & generant; non repellunt, rubiginem nutriunt, seruata non vitant: quia quod de re nascitur, non vitatur. Vbi est necessitas, fures deesse non possunt. Qui ergo inter tineas, rubiginem, fures, sua ponit: exponit quæ sua sunt, non reponit. Qui ergo vult avaritiam vincere, diuitias subroget, non expectet. Fideliter nanque per manum pauperis ad dominum, Deo fideiussore, portantur. Manus siquidem pauperis, Abrahæ sinus: vbi

quicquid acceperit, mox reponit manus pauperis in gazo-
phylacium Christi: quia quicquid pauper accipit, Christus
acceptat. Da ergo pauperi terram, vt accipias cœlum: da
nummum, vt accipias regnum: da micam, vt accipias totum,

BERNARDVS.

Vnde dicatur simplex oculus, vnde nequam.

C *Si oculus tuus, &c.* Non est oculus verè simplex qui fallitur.
Fallitur autè tam qui dicit bonum malum, quam qui malum
bonum putauerit. Ego verò vt interior oculus verè simplex
fit, duo illi arbitror esse necessaria, charitatem in intentione
in electione veritatem. Nam si bonum diligit, sed verum non
eligit, habet quidem zelum Dei, sed non secundum scien-
tiam & nescio quemadmodum iudicio veritatis, vera possit
esse cum falsitate simplicitas. Estote, inquit, prud. sicut ser. &
s. Præmisit ergo prudentiam, sine qua neminem satis esse pos-
se simplicem sciret. Quomodo deniq; verè simplex erit ocu-
lus cum ignorantia veritatis? aut vera potest dici simplicitas,
quam simplex ignorat veritas? Patet ergo laudabilem illam
& à domino laudatam simplicitatem absque his duobus non
esse bonis, benevolentia atque prudentia: vt oculus cordis
non solum pius qui fallere nolit, sed & cautus fit qui falli non
possit. Cæterum sicut oculum simplicem duo ista faciunt bo-
na, scilicet amor boni, & cognitio veri: sic nequam oculum duo
è regione mala constituunt: cæcitas, qua fit, vt veritatem
non agnoscat: & perversitas, qua fit, vt diligit iniquitatem.
Porro inter hæc duo bona, & illa duo mala, duo sunt media.
Vnum bonum, per quod oculus interior, & si falli queat igno-
rantia veri, zelo tamen boni fallere penitus non consentit.
Alterum verò malum, quod licet veri notitiam non impediat,
amorem tamen boni præ malitia minimè sentit. Et quoniam
omnis res melius diuisione innotescit, secundum hoc duplex
malum, & illud geminum bonum, quadrifariam diuidamus
oculum cordis: in bonum, & meliorem, in malum, & peio-
rem. Est qui bonum diligit, & malum nescius agit: huius bo-
nus est oculus, quia pius: non tamen simplex, quia cæcus. Est
qui bonum & libenter agit, & prudenter intelligit. Huius
oculum meritò simplicem dixerim, cui nec zelus bonus deficit,
nec scientia hunc oculum requirit, cum respicit super filios
hominum, vt videat si est intelligens aut requirens Deum.
Est e contrario qui bonum minimè diligens ex malitia quidem
per-

peruersus est, sed sapiens, vt faciat malum, per ignorantiam cæcus non est. Quem ideo necdum appellauerim nequam, quòd vnum ei, licet ad suum malum, non desit bonum, id est scientia. Sed est qui bonum fortè quod non diligit, agit: cui non incongruè id quod dicitur nequam assignauerim: eo quòd neutro careat malo, nec cæcitate s. nec peruersitate. Dicitur siquidem nequam quasi nequaquam: vt hunc solummodo appellauerim nequam qui nequaquã, hoc est in nullo penitus appareat bonus, sed sit vtroque bono vacuus, id est tam veri notitia quàm beneuolentia.

GALFRIDVS.

Quòd non sit magnopere pro temporalibus supplicandū.

Nolite solliciti esse, dicentes, Qui manducabimus, &c. Parua sunt quæ ad vsum pertinent huius vitæ, vt est sanitas corporum, tranquillitas temporum, rerum facultas: & hæc tam postulanda tenuiter, vel de superfluo penitus expectanda, quam erpetenda sint. Affectuosius autem in eis petitionibus supplicandum, in quibus causa agitur animarum. Cum videlicet & quis auferri sibi postulat periculosam quamlibet tétationem, vel conferri boni alicuius operis facultatem. seu cum differri exitum suum aut querit ob studiū pœnitentiæ, aut fortè queritur ob desiderium vitæ. Siquidem scire debemus etiam in his omnibus, quoniam quid orandum sit sicut oportet nescimus, ad obtinenda quæ huiusmodi sunt flagret animus: eo tamen moderamine coërcenda nobis affectio, & oratio dirigenda, vt ipsius committatur arbitrio, qui solus nouit quid nobis expediat ad salutem. Est aliud petitionis genus, in quo iam conditio nulla admittitur. Neque enim cum hæsitacione aut ambiguitate petendum, quod petendum necessariò ad salutem. Hoc affectu charissimi & eiusmodi plena animi intentione postulemus in saluatoris nomine à patre misericordiam indultricem, gratiam adiutricem, gloriam consummatricem. Nimiram in his tribus affectuosissima illa sacerdotis versatur oratio, cum percepturus dominica sacramenta & quidem opportunè, supplicat illi vt liberum sese à peccatis, & ipsius obedientiæ mandatis, & in perpetuum sibi faciat adhærere.

PETRVS RAVENNAS.

Quàm sit miserum suspirare terrena, cui cælestia promittuntur.

Nolite solliciti esse dicentes, &c. Quis rex deuotis militibus

debitam non procurat annonam? Quis dominus fidelibus suis iusta cibaria non ministrat? Quis pater non dat filiis? Si ergo nobis Deus, & rex, & dominus, & pater est, quid negabit? Stipendiis suis militans derogat miles regi, suis viuens sumptibus. dominus seruum accusat, pro se sollicitus filius culpat superstitem patrem. Noli ergo homo exacerbare patrem. Noli ergo homo exacerbare Deum pro te, taliter cogitando. Quia & iustitia regnanis, & dominantis studio, & generantis affectu, in se totam tui recepit sollicitudinem: refudit & causam, dicendo: Nolite solliciti es. &c. Et verè. O nefas quantum! ô quàm miserum! ô tota infelicitate dignissimum, qui cum donetur regno, suspirat panem: cum induatur immortalitatis gloria, plangit corporis vestimentum, geminæ infelicitatis conscius: nec credit fieri se felicem, & terreno nutritus in puluere, cæli incolam dubitat se futurum!

HVGO DE S. VICTORE.

Quòd iudicij nostri qualitas de nostra pendeat voluntate.

Cap. 7.
F

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nunquid si iniquo iudicio iudicabunt, iniquo iudicabuntur? Absit. nulla quippe iniquitas apud Deum. Sed in dictum est, In quò iu. &c. Tanquam diceretur, in qua voluntate bene feceritis, in ipsa liberamini: vel in qua malè, in ipsa puniemini.

Quomodo intelligendum sit, In qua mensura, &c.

In qua mensura mensi fueritis, &c. Quod feceritis patienti: non vt si quis stuprum fecerit, hoc etiam patiatur: sed quod peccato isto fecit legi, hoc ei lex faciat, id est quia legem talia prohibentem de sua vita abstulit, auferat eum etiam ipsa lex de hominum vita quam regit. vel, In qua mēsurā, &c. vt qui æternam voluit habere peccati perfectionem, æternam inueniat vindictæ seueritatem.

BERNARDVS.

Quòd superbia trabis nomine censeatur.

G *Hypocrita enee primum trabem, &c.* Trabes in oculo grandis & grossa, superbia in mente est, quæ quadam corpulentia sui, vana non sana, tumida non solida, oculum mentis obscurat, veritatem obumbrat: ita vt si tuam occupauerit mentem, iam te videre, iam te talem qualis es vel qualis esse potes non possis sentire, sed qualem te amas, talem te vel putes esse
vel

vel speres fore. Quid enim aliud est superbia, quàm vt quidam spiritus definit, amor propriae excellentiae? Vnde & nos possumus dicere per contrarium, humilitatem propriae excellentiae esse contemptum. Amor verò sicut nec odium, iudicium veritatis nescit.

Quòd via vitæ tripliciter dirigatur.

Arta est via que ducit ad vitam. Hæc via tripliciter distinguitur, alia est enim sanguinea, alia purpurea, alia lactea. Sanguinea in martyribus, qui in sanguine agni suorum corporum indumenta lauerunt. Purpurea in confessoribus, qui in sua carne vestigia dominicæ passionis expresserunt per abstinenciam. Lactea in virginibus, quæ in seipsis puritatis angelicæ candidatum & virtutes sanctimonix consecrarunt, & per viam munditiæ ad amplexus, & thalamos veri sponsi virtutum pennis feliciter euolarunt. H

CASSIANVS.

Quòd perfectio sit paucorum.

Arta est via que ducit ad vitam. Considera te de paucis & electis effectum. Et ne exemplo ac tepore multitudinis refrigeras. Viue vt pauci, vt cum paucis merearis inueniri in regno Dei. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Et pusillus est grex cui complacuit patri hereditatem dare. Itaque non leue noueris esse peccatum, perfectionem professum quempiam, ea quæ sunt imperfecta sectari. I

ISAAC.

Quòd impossibilitati nostræ diuina pietas se conformet.



Vm descendisset Iesus de monte. In montem sequuntur discipuli alacres & prompti, spiritu feruentes. Descendentem mors & carne grauis turba prestolatur. Dominus Iesus omnium saluator omnibus omnia efficitur, vt humilibus humilior, excel- Cap. 8.
K
sis superior vbique inueniatur. Sic se inclinans, vt adulterio deprehensam animam à dæmonibus ac- culatam liberet, quatenus digito scribat in terram, ipse digito Dei formans terram de terra, propter terram. Sic se erigens vt ascendat etiam super Cherubim, ibi volet etiam super pennas ventorum, vniuersorum s. supergrediens iustorum virtutes, & contemplationes angelorum. Ipsum itaque & vallem in quam descendit, & planum per quod cum turba

Dd iij

graditur, & montem in quem ascendit, modò cum omnibus discipulis, modò cum paucis, modò solus, orare patrem intelligo. Ipse enim totum quod Deus est existens, totum quod homo est permanès, nec supra se potest ascendere, ne Deum excedat, nec infra se descendere, ne iumentum fiat. Ipse sancta & sublimis scala quam dormiens peregrinus vidit. Nam incolà fortè, & vigilans non videret ad Deum à terra erecta, vel ad terram à Deo porrecta, quando vult per se in se, quò cum, nunc pauci, nunc plures, nunc hominum nemo sequi potest, ascendere. Beata anima quæ dominum Iesum per omnia sequi potest, currens post odorem vnguentorum suorum, quocunque ierit, sursum ascendens ocio contemplationis, deorsum descendens officio charitatis, ipsum sequens ad subiectionem seruitutis, ad amorem paupertatis, ad patientiam famis & sitis, & fatigationis, operationis, plorationis, orationis, compassionis, & denique passionis: qui venit obedire vsque ad mortem, & ministrare non ministrari, & dare non aurum, non argentum, sed consilium & auxilium multis, & animam suam pro multis.

Quæ sit forma perfectæ vitæ.

M Hæc ergo forma sit viuendi, cogitatione & auiditate in illa patria conuersari cum Christo, in ærumnosa peregrinatione nullum charitatis officium recusare Christo: videt anima contemplatione veritatis speciem suam supra se, visitet caro officio charitatis speciem suam iuxta se, & neutra peccabit in se. Visitans, inquit, speciem tuam non peccabis. Si ergo viderit caro speciem s. etiam infra se, non abhorreat, non refugiat, nec ab obsequela & tactu refugiat pietatis. Nunquam enim melius videre merebitur anima per veritatem speciem suam supra se, quàm si se inclinaret caro per charitatem ad suam speciem infra se.

Quanto affectu agenda sint opera pietatis.

N Ideo diuina sapientia, medicina pariter & doctrina, quæ solo verbo potuit, leprosum tactu curare maluit, vt tu non quàm facilius, sed quàm affectuosius potes, beneficium impendas, opus pietatis impleas, nihil abhorreas, illum semper attendens propter quem facis. ille enim semper pulcher est, semper mundus, semper honestus, semper dignus in omni persona, loco, & opere.

Item Homilia vnde supra.

Cum descendisset Iesus de monte, &cæ. Deus mons est, & homo vallis: forma Dei mōs est, & forma serui vallis. Cū ergo descendisset de cælo ad terram, sequi eum iam poterant turbæ quæ eum expectabant, quæ sine ipso, quò vadit, ire nõ poterunt. Quò tamen eos ducit, primum quidem ad sanandū leprosum, quò fortasse ipsi erant & nesciebant.

De triplici infirmitate.

Prima ægroti incommoditas est sanitatem non habere. P
Secunda infirmitatem nescire. Tertia medicinam non quærere. Quarta oblatam negligere. Coram malè sanis benè infirmus sanatur, & agnoscens peccatum suum prius dicit vt iustificetur. Iustus enim in primis accusator est sui. i. in principio iustificationis suæ accusat se. i. accusando incipit esse iustus.

De tribus partibus iustitiæ.

Prima enim pars iustitiæ peccatoris est delicti accusatio. Q
Secunda correctio. Tertia obseruatio. Obseruabo in m. Ideo veniens leprosus prius loquitur: Domine si vis potes me mundare. Duo confiteatur, sui immunditiam, Dei potentiam. Tertium implorat, scilicet benevolentiam: laudans inuocat dominum, & ideo à lepra dimittitur: laudans potentiam inuocat gratiam. Omnis qui sic inuocauerit nomen domini, saluus erit. Et audiet, Volo, mundare. Sequitur: Vide, nemini: dixeris sed, vade ostende te sacerdotibus, &cæ. Quid est hoc? à Christo mundatus poterit Christi laudes tacere? Laudauit potentiam inexpertus, expertus gratiam. Denique cur à Christo sanatus, mittitur ad sacerdotem? Sed audi.

Quanta sit dignitas sacerdotum.

Cum desponsasset sibi Christus ecclesiam infirmam, omn- R
nipotens humilem, excelsus ancillam facit reginam. Quæ rero erat sub pedibus, assumpsit ad larus. De latere enim eius exiit, vnde eam subarrauit. Et patris omnia filij sunt, & quæ filij patris, cū sint naturaliter vnum, sic omnia sua dedit sponsus sponsæ, & omnia sponsæ cōmunicauit sibi, qua cum seipso & patre facit vnum. Sponsus itaque cum patre vnum, & cum sponsa vnus: quod in sponsa reperit alienum, abstulit, affigens illud cruci, quod naturale & proprium assumpsit & induit, quod sui ipsius proprium & diuinum contulit, abstulit diabolicum, assumpsit humanum, contulit diui-

num. Sunt itaque omnia sponsi sponsæ, & honor confessionis, & potestas remissionis. Vade, ostēde te sacerdotibus, &c. Neque enim minus sunt solius Christi, si ecclesiæ: sed non sunt totius Christi, si non ecclesiæ. Nemini igitur dicat sanatum se peccator esse, cū intus gemuerit, vbi solus, sed non totus Christus dimittit, si ostendere se sacerdoti contempsit, cui dispensatio credita est remissionis, & ob hoc honor debetur confessionis. Nam si dixerit, lepra iam redit, & immundior iam meritò dicitur, à quo mundator contempitur, qui sub hac conditione mundauit, vt mundum se leprosus non diceret, nisi se sacerdoti ostenderet, & munus offerret. Sicut enim dimissa dimittenti non redeunt: sic condonata intus, foris contemnti confiteri, nil profunt. Sicut qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum: qui non honorificat sponsam, non honorificat filium qui suscepit eam, cuius vtiq; contemptus in totius redundat iniuriam trinitatis. Nihil ergo ecclesia potest dimittere sine Christo, nihil vult Christus sine ecclesia: nihil potest ecclesia nisi pœnitenti. i. quem Christus prius tetigerit, nihil vult Christus dimissum seruare ecclesiam contemnti. Omnia per se potest omnipotens Christus scilicet baptizare, eucharistiam consecrare, ordinare, peccata dimittere, & similia. Sed nihil vult sine sponsa, humilis & fidelis sponsus. Quod igitur Deus coniunxit, homo non separet. Noli caput turris prorsus abrumpere. Noli caput corpori detruncare. Non enim decollari voluit Christus, sed cruce extendi, distendi, suspendi, vt ima, summa, media copularet. Noli ergo corpori caput subtrahere, vt nusquam totus sit Christus. Neque enim totus Christus sine ecclesia vsquam, sicut tota ecclesia sine Christo nusquam. Propter quod dicit: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Iste est solus homo qui peccata dimittit.

PETRVS RAVENNAS.

Quod seruus Christi stare debeat non iacere.

S Domine puer meus iacet in domo paralyticus. Videtis Centurionem, antequam discipulatus subiret officium, locum magisterij fuisse sortitum. Præbet enim petendi formam, dat normam credendi, qui nondum Christianæ scholæ ingressus est disciplinam. Domine, inquit, puer meus &c. Qui vocat dominum, suam fatetur fideliter seruitem.

tem. Et quomodo hic Centurio qui sic agnoscit dominum, puerum suum ausus est profiteri, quasi nesciens serui peculium ad dominum pertinere, aut ignorat communia, qui docet tam profunda, tam secreta? Puer meus. Meum dico, quia iacet. Si tuus esset domine, non iaceret. Ecce nunc, inquit, benedicite do. omnes ser. do. qui sta. &c. Non qui iaceris, vt tuus sit surgat, vt tibi seruiat iam sanetur: nam si quando seruis tuis aduersa proueniunt, non sunt illis necessitatum causa, sed sunt certè victoriæ.

BERNARDVS.

Quòd qui subiici non confunditur, iure aliis preponatur. **T**
Et ego homo sum sub potestate, &c. Non iactabat Centurio potestatem, quam nec solam protulit nec priorem. Diciturus quippe, habes sub me mi. pramissit, homo sine potestate, prius se agnouit hominem quàm potestatem. Agnouit inquam se hominè homo gentilis. Homo, inquit, sum, & homo sub potestate. Iam quicquid inferas, suspectam non habebit iactantiam. Præmissa si quidem est humilitas, ne altitudo præcipitet: nec inuenit arrogantia locum, vbi tam clarum insigne humilitatis præcesserit. Reuera quia non cõfusus est de subiectione iure ex prælatione meruit honorari.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd nauet peritiam non probat serenitas sed tempestas. **V**
Ascendente Iesu in nauim, &c. Vbi Christus ecclesiæ suæ nauem mare seculi transfretaturus ascendit, Gentium flabra, Iudæorum turbines, dæmonum nebula sic ruerunt, vt totius mundi fieret vnà tempestas regum; spumabant vnde, sciebant tempestatum fluctus, sonabat rabies traditorum, populorum gurgites rotabantur, perfidiæ notabantur, scopuli magiebant, littora Christiana, lapsorum naufragia vexabantur. Et erat totius mundi vnum discrimen, vnumque naufragium. Tunc discipuli accedunt ad dominum. Suscitatus à discipulis Christus, mare, hoc est mundum corripit, tranquillat orbem, reges mitigat, potestates placat, sedat fluctus, componit populos Romanos, efficit Christianos: & ipsos quoque executores Christianæ fidei reddidit, qui fuerant persecutores nominis Christiani. Gubernatoris nanque peritiam non probat serena temperies, sed procellosa tempestas: blandiente aura nauem regit vltimus nauta, in confusione ventorum primi quæritur ars magistri.

SVPER MATTHAEV. M.


Quòd Christi odor paradisi nostro nos
quæsierit in scetore.

X *Occurrerunt ei duo habentes damonia, de monumentis exeuntes.*
In monumentis sedem fecerant mortis auctores. Attende quæ sæuitia, quis furor, quæ rabies dæmonum erga genus humanum, quanuis breue tempus hominum ferre non possunt, contenti non sunt homines mori, sed viuos gestiunt sepelire: sed sepulchris mandant, vt homines redigant in sepulchra: tunc homines ad præsentiam Christi exeunt de monumentis, & versa vice captiuos ferunt, à quibus fuerant captiuati. Quid nobis & tibi fili Dei? hoc est dicere: Vitæ auctor, quid tibi cum mortuis? habitator cœli, quid tibi cum sepulchris? odor paradisi, quid tibi cum scetore. Quos de cœlo eiecisti, quos de paradiso exclusisti, quibus nunc habitare in sepulchris. Et si nos persecutione tanta digni sumus, tu tanta dignus non es iniuria. Quid nobis & tibi? Quid? quid iudici & reo? quid regi & desertori? quid nobis & tibi fili Dei? Hoc dicunt possessori fures, hoc domino prædones, tenent spolia, prædã gestant. Et quid sibi cum eo sit, qui sua reposcit, interrogant. Quid nobis & tibi fili Dei? Vt reddatis homines, mundum restituantis auctori, & veniente creatore sciatis vobis in creaturas amplius nil licere. Quid nobis & tibi fili Dei? Et vobis cum hominibus quid? Venisti ante tempus corri. nos? Agnoscunt Deum, iudicem consententur, clamant iudicium sibi deberi, & præscribunt de tempore. Malis patientia breuis, bonis vltio tarda. Quòd læderis lógum est, angustum est ad lædentes.

Y *Quòd maligni spiritus desiderant mortem hominum, qui sic desiderant & porcorum.*

Si eicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Digna petit indigna seruitus de monumentis, si precatur mitti in porcos nequitia, vt scetores admittre nesciat, sed mutare. Cœnum petunt ruentes è cœlo. Sordibus vti que delectantur & cœno, qui semper scetore criminum & squallore vitiorum pascuntur. Mitte nos in gregem porcorum. Grex in gregem mittitur, vt perdatur dæmonum multitudo: vt appareat hoc duos portasse homines, quod numerositas non valuit sustinere porcorum. Ait illis: Ite. Traditur vile pe-

cus
do
qua



Daui
Fuer
acqui
Matth
bant,
gabar
mebar
ad vir
erat s
Christ
simam
tempo
infirm
Christ
vænali
blican
ra quæ
testant
cebant
terat

Quo
inferna
G
nius oc
cata ho
opera p
dit illu
deret.
tatis po

cus

cus non pro voluntate dæmonum, sed vt appareat quomodo mortis quæzunt hominum, qui sic porcos vt perderent quæsierunt.

De conuersione Matthæi.



Et cum transisset inde, vidit hominem sedentem in t. Ma. n. &c. Matthæus publicanus generat nobis non paruum suis quæstibus quæstionem, & magnum nobis negociū sua negociatione proponit. Sed dicis, quomodo? Deus pauperes suscipit, sed diuites non repellit. Abraham, Iob, &

Dauid, diuites fuerunt & sancti. Sed ad hæc respondemus. Fuerunt & sanctis diuitiæ vtpote à Deo datæ, non turpiter acquisitæ, concessæ ad vsum vitæ, non ad mortis vsuram. Matthæum vel publicanum, diuitiæ sic cupiditatis publicabant, magistrum in fornace auaritiæ sic coquebant, sic alligabant vinculis cautionum, sacculorum ponderibus sic premebant, vt leuare se ad innocentiam, surgere ad iustitiam, ad virtutem progredi non valeret. Vnde & sedere eius, iam erat subsedere, non sedere. Hunc ergo talem cur vocauerit Christus, cur elegerit ad diuina, nisi quæratur altius, altissimam facit quæstionem, facit & scandalum quantum illo tempore circumstantium patefecit intentio. Quomodo enim infirmitas non labore humana? quoniam videbat apud Christum pecuniam sic valere, vt daret fraudulentæ fidem, vana gratiam, cupiditatis magistro officium largitatis, publicano seculi cæleste secretum. Vrebat videntes, quod vsura quæ vastat terram tollebatur ad cælum, & hanc quam detestantur homines diuinitas aduocabat: hæc omnia fratres dicebant Pharisæi, quasi magnum malum esse quod & malis poterat displicere.

Quod aurum naturam suam repetens, cælestes animos ad inferna deponat.

Cum transisset Iesus inde, vidit hominem, &c. Vidit plenus oculis diuinis quàm humanis. Vidit hominem, vt peccata hominis non videret. Vidit opus suum, vt despiceret opera peccatorum. Vidit illum Deus, vt videret Deum. Vidit illum Christus, vt ille pecuniæ latebras amplius non videret. Vidit illum sedentem: quia stare non poterat cupiditatis pondere depressus, & ipsa totus conscientia fraudis in-

Cap. 9.

Z

A

curus. Aurū natura graue, sed grauior auaritia nimis. Hinc est quòd plus habentem deprimit, quàm ferentem: & vehementius aggrauat corda, quàm corpora. nascitur in terra profunda, scrutatur ipsa montium fundamenta, per squamea maxima cæcis venarum discurrit anfractibus: idem semper suam reperit naturam, cœlestes animos ad inferna deponit. Auri furor ardentius humano feruet in pectore, quàm caminus totis ignescit incendiis. Et acrius homines dissoluit in terra, quàm soluat a calore flammaram. Est commutatio sanè vna, si homo sapiens illud per manus pauperis mittat in cœlum, priusquam mittatur ab illo vt stultus in tartarum.

Quid sit in conuersione diuitis attendendum.

- B** Sequitur: *Veni sequere me.* Non dixit, Affer ad me: quia Matthæum, non Matthæi sacculos requirebat. Veni sequere me. hoc est: Depone pondera, dirumpe vincula, me sequere. quere te, perde vsuram, vt valeas te inuenire. Sed iam quid Pharisæis responderit audiamus. Non est, inquit, opus sanis medico, sed malè habentibus. Ecce quare ad Matthæum venerat Christus: vt auaritiæ curaret vœnura, vt sanies sanaretur vsuræ. Euntes, inquit, discite quid est, Misericordiam volo, & nō sacrificium. Misericordiam voluit, vt Mattheus quod tulerat per miseriam in misericordias prorogaret, & inde redimeret pernam, vnde comparauerat culpam.

Quòd resurrectio iacere voluerit, vt resurgere qui iacebant:

- C** *Quare cum pu. & p. m. ma. v.* Arguitur Deus quare inclinatur homini, quare coniacet peccatori, quare sitit reditum peccatorum, quare acceptat misericordiæ fercula, quare sumit poculum pietatis, Fratres, venit ad prandium Christus, venit ad conuiuium vita, vt secum conuiuari faceret mortuos: iacuit resurrectio, vt de sepulchris surgerent qui iacebant: decubuit innocentia, vt peccatores leuaret ad veniam.

- D** *Non est opus sanis medicus.* Quo medicus, nisi ad ægrum? Vbi bonus pastor, nisi ad ouem perditam? Quando se rex hostibus immiscet, nisi quando vult liberare captiuum? qui preciosum fudit margaritam, loca squalida non dedignatur intrare, & illud inter stercorea ipsa perquirere non abhorret. In quo præceptus post filium non se dat mater? Iudex cum vult ignoscere, hominem respicit non culpam. Pater cum misereri vult filio,

filio
crea
homi
mura
prop
Et s
magn

Q
tui non
risis,
hic ia
tus. Iu
li Ioan
in Ch

Nen
legis s
scatis
rodem
non ef
nim pr
batur,
ta mun
parpur
Christe
immit
seiden

Qu
E
dus lan
ratis car
bi medi
subuen
re publi
lestem p
sto carn

filio, affectum cogitat non delictum: & arguitur Deus qui creauit hominem ad imaginem & similitudinem suam, quare hominem igitur peccata charitate cōditoris inquirat. Et hinc murmurant. Quid dicent? quid facient? cūm viderint eum propter hominem ipsas tenebras tartari penetrare? Sequitur: Et surgens secutus est eum. Generosus animus, qui sic ea que magna putauerat, facile & quasi nulla contempsit.

Quòd ad malum malos liuor vniat, qui bonos diuidere consueuit.

Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Cūm discipulis Ioannis que est societas Pharisæis, nisi quia iunxerat inuidia, quos disiunxerat disciplina? hic iam sua iura prodit zeus, dum iungit disiungere consue- tus. Iudæi postponi Moysen domino non ferebant, discipuli Ioannis Christum nolebant vllatenus Ioanni anteferri, sic in Christum fremebant vtrinque liuore communi.

Quòd euangelistæ de agni vellere texuerunt regalis purpuram vestimenti.

Nemo in commissuram panni rui in vestimentum vetus. Antiquæ legis supellectilem dicit Iudaicis studiis attritam, corruptam scilicet sectis scissam, in puris actibus obuolutam, pannum rudem euangelij nuncupat indumentum. Sed intellige pannū non esse scissuræ partem, sed texturæ principium. Tunc enim primam regalis indumenti tela de Christi vellere texebatur, de vellere quod dabat agnus, & agnus qui tulit peccata mundi. Texebatur autem regium indumentum, quod in purpureum fulgorem cruor tingeret passionis. Merito ergo Christus hunc pannum rudem Iudaicæ vetustati prohibebat immitti, ne peior scissura fieret, si Iudaica vetustas nouitatem scinderet Christianam.

Quòd in desperatis causis sæpè sit magistra necessitas.

Ecce mulier que fluxum sanguinis passa annis xij. &c. In arduis languoribus dat crebrò consilium vis doloris. In desperatis causis est sæpè magistra necessitas. Inuenit ipsa passio si bi medicinā. Hinc est quòd mulier verecūdo vulnere qualiter subueniret inuenit vt fidei insinaret silentio, quod insinua- re publico clamore non poterat: & secreta spiritus via cœlestem perueniret ad medicum, ad quem peruenire manifesta carnis itinere non valebat: dabat audaciam pietas multa

curantis, sed fiduciam pendendi languoris necessitas auferebat. Quærebat quomodo faceret occultum de publico, de turba secretum. Curabat ne causa sua ad curantis redunderet ruinam. Prouidebat vt sibi salus redderetur, salua reuerentia saluatoris. Accessit ergo retrò, quia ad videndum se iudicabat indignam: statimque curauit fides intra istum temporis, quod annis xij. ars humana curare non potuit.

Quàm potenter subueniat Christi corpus, cuius vestis fimbria sic medetur.

H O quid ista vidit habitare in interioribus Christi, quæ in Christi fimbria diuinitatis totam vidit inhabitare virtutem! O quàm docuit mulier quantum sit corpus Christi, quæ in fimbria tantum ecclesiæ monstrauit! Miseri qui quotidie corpus Christi tractamus, & sumimus, & nostris vulneribus non curamur, imò quod magis flendum est, mulier tulit medicinam de vulnere, nobis medicina ipsa retorquetur in vulnus. Non enim deest Christus infirmantibus sed fides.

BERNARDVS.

Quòd perseverantia sola de virtutibus coronetur.

Cap. 10.

I



Vi perseverauerit vsque in finem. hic saluus erit. Perseuerantia sola meretur viris gloriam, coronam virtutibus. Proflus absque perseverantia, nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur. Vigor, virium virtutis consummatio est: nutrix ad meritum, mediatrix ad premium, soror est patientiæ, constantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, propugnaculum sanctitatis. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Denique non qui cæperit sed qui perse. vsque in fin. saluus erit. Saul cum esset paruulus in oculis suis, rex est super Israël constitutus: non perseverans in humilitate, & regnum amisit & vitam. Si cautela Sampson, si Salomonis deuotio, perseverantiam retinissent: nec is sapientia priuaretur, nec ille viribus.

Quòd auris oculisque testimonium ratum fiat.

I Te, renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis. Nec breuius nec planius intimari valuit fidei certitudo, audita visa confirmant, vt duorum testimonium (auris loquor & oculi) ratum sit: haud dubius assero quod auribus oculisque percepi: intonat tuba salutaris, coruscant miracula, & mundus credit. Citò enim persuadetur quod dicitur, dum quod stupetur ostenditur.

GALFRIDVS.

Quid per arundinem, quid per vestis molli-
tiem designetur.

Quid existis videre in deserto? Arundinem vento agitata? **L**

Arundo vento agitata, & homines mollibus vestiti, sunt homines medula virtutum vacui, & secularium deliciarum molli-
tie resoluti. Arundo vento agitata, est religio simulata. For-
tis pulchra per ostentationem operis, intus vacua exinanitione
virtutis. Sed quomodo non cederent gladio, qui non
possunt resistere verbo? Quomodo persecutionum flumina
sustinebunt, quos comminationum flamina prima deiiciunt?
Fieri solet vt arundines impulsæ vento nos solùm agitentur,
sed etiam strideant: sic pusillanimes quique & infirmi primo
comminationis vento concussi, dum nutant in se, murmu-
rant inter se: & mira perversitas, quòd aduersus homines fra-
giles, aduersus Deum sese exhibent còtumaces. Mollities ve-
stitium, est corporearum illecebra voluptatum. Per diminutos
dies Ioannis, presentis temporis consolationes intellige, quæ
nisi minuantur & deficiant, dies consolationis æternæ impe-
dunt & retardant. Et quia dies presentis consolationis non
sine violentia quadam vincimus, rectè dicitur quòd ab eis-
dem diebus regnum cælorum vim patitur.

Quòd Baptistæ sanctitas tam Christi quàm euange-
listarum præconiis commendatur.

Inter natos mulierum non surrexit maior &c. Salomon ait: **M**
Laudent te labia proximi tui. Sed quàm feliciter & glorio-
sius cum laudant quempiam labia Dei sui! Deus quippe nec
falli potest nec adulari. Quàm sit ergo sublimis meriti & gra-
tiae excellentis beatus Ioannes Baptista, hinc aduertere li-
quet, quòd hunc dominus ita sanctis præferendum omnibus
iudicauit. Vnde nec semel quidem aut perfunctoriè aut bre-
uiter laudem eius attingit, sed quotienscumq; se offerebat oc-



caso sermonis, laudibus eius delectabatur immorari: quod satis probat historia euangelij. Propterea Marcus, Lucas, & Ioannes, initia librorum eius præconiis dedicarunt, ut videlicet auctoritas tanti nominis prima fronte prælati totum deinceps commendabilius redderet euangelium, & lucerna in ipso ingressu ac vestibulo ardens & lucens perduceret ad lucem quæ lucebat in tenebris, sed nequibat à tenebris comprehendi. Matthæus enim cum eum natiuitas domini tenuit initiis occupatum, mox ut puerum nutritum Nazareth commendauit, ad præcursores, & Baptistam eius sty-lum conuertit, arbitratus imperfectum fore quicquid de spò-fo diceret, si de dimidio amico sponsi reticeret.

BERNARDVS.

Quòd regnum Dei sola quatuor hominum genera possidebunt.

N *Regnum cælorum vim patitur.* Quatuor sunt genera hominum regnum cælorum possidentium: alij violenter rapiunt, alij mercantur, alij furantur, alij compelluntur ad illud. Rapiunt, qui reliquerunt omnia & sequuntur ipsum. Sunt alij inferioris gradus à quibus merentur carnalia, dum spiritualia seminantur. Tales dicuntur mercatores, quia dant in præ-senti pauperibus temporalia, ut in futuro ab eis recipiant æterna, quæ non nisi per eos habere merentur. Necessè est enim omnes qui in futuro iudicio examinandi sunt, vel esse iudicis amicos, vel apud iudicem amicos habere intercessores. Habent ergo primum beatitudinis locum qui intercedunt, habent hi pro quibus intercedunt secundum. Et iam alij qui nonnulla bona occultè faciunt, pro quibus merentur regnum cælorum: sed tamen furari illud dicuntur, quia laudem humanam vitantes, solo diuino testimonio sunt contenti. Alij sunt qui compelluntur, ut pauperes necessarii, quos hic ignis paupertatis Deo dispensante probat, ne in futuro ignis iudicij damnabiliter puniat: de quibus dicitur: Compelle intrare &c. Compelluntur enim variis necessitatibus & oppressionibus afflicti.

GALFRIDVS.

Quòd Ioannes victu & habitu vitam monasticam designauit.

O *A diebus Ioannis Baptistæ r. c. v. pa.* In beato Ioanne fuerunt sobrietas victus, asperitas habitus, fuga seculi, & contemptus. Daturus

Daturus autem generalem pœnitentiæ formam, ordinem specialiter instituit monachorum. Ita vt cùm habeant multi in natiuitate eius gaudere, monachos oporteat specialiter gaudere, cùm in eius natiuitate suam celebrat vnusquisque natale. Induebatur pilis cameli, vt in vestimento pœnitentiæ circumferret exemplum. De gibbo autem cameli nil habuit, quia nullius dignitatis terrenæ fastigia concupiuit. Est alius periculosior gibbus, quem supra dorsum fabricant peccatores, dum peccata peccatis accumulunt, & crimina criminibus coaceruant. Vescabatur autem locustis & melle syluestri. Eis nimirum cibariis quæ ad manum erant, in quibus conuenienter instruimur, vt his quæ facilius & propinquius ad vsus nostros occurrunt contenti simus. Noluit etiam egredi locum solitudinis, vt mutaret panis dulcedinem mellis: quia malè vnus dulcedinis dilectio fugitur, dum asperitatis intuitu in grauioris casus periculum festinatur. Locusta quæ crebris saltibus à terra se subleuat, spem æternæ consolationis designat: qua totiens reficimur, quotiens eiusdem spei beneficio aliquid de superna dulcedine prælibamus. In melle syluestri altera potest quidem consolatio designari. Illa videlicet & in qua Apostolus gloriabatur dicens: Non solùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus. Hæc consolatio per mel syluestre meritò designatur, quia nil magis syluestre & à ciuibus huius seculi extraneum, quàm æstimare gaudium, quod ingeritur ad tormentum, & forsitan hæc est pax quam non mundus potest accipere: quia non pacificè potest ingratis tribulationis angustias sustinere.

Quòd tam regnum Dei quàm infernum quidam fuerant, quidam rapiunt & mercantur.

A diebus Ioannis Baptistæ. c. v. pa. Non est regnum esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Si non potes illud rapere vel emere, saltem furare. Si non potes illud vim facere, saltem vim patere & ingrediere vel compulsus. Ab Oriente portæ tres comparantibus regnum Dei, per opera misericordiæ, per exercitia iustitiæ, per studia sapientiæ salutaris. Ab Occidente portæ tres furantibus, per occultas afflictiones, per humiles cõfessiones, per secretas orationes. Ab Aquilone portæ tres patientibus, dum subtrahitur quod delectat, imponitur quod affligit, quod terreat intentatur. Ab Austro portæ tres facientibus, dum prauitas voluntatis

tis, longinquitas consuetudinis, naturæ fragilitas superatur. Patet itaque regnum cælorum, & sibi homines mercantur infernum, furantur, rapiunt, & compelluntur intrare. Pufflanimitas cogitur, intemperans animositas rapit, iniquitas comparat, furatur fatuitas oleo carens.

BERNARDVS.

Quòd Ioannes nobis victu & vestitu pœnitentiam præsignauit.

P Venit Ioannes Baptista non manducans, non bibens planè nec resiciens. Sicut enim non est locusta cibus, nisi aliquorum fortè irrationabilium animalium, sic nec pilus camelæ humanū est indumentum. Quid tu camelæ pilos tuos deposuisti? Vtinam gibbum magis deposuisses. Quid vos irrationabiles feræ & reptilia deserti, cibos exquiritis delicatos? Ioannes sanctus homo, missus à Deo, imò angelus Dei quo nullus maior in natis mulierum, innocentissimum illud corpus sic castigat, sic extenuat, sic affligit: vos indui festinatis bysso, & purpura, & splendore epulari. Heu hîc est præsentis totus honor Dei, hîc Baptistæ reuerentia tota! Tota versatur hîc vestra celebritas, in popularis fauoris aura sectanda, in gloria vestitium, & voluptate ciborum. Sed quid hoc ad Ioannem? Neque enim fecit sic, aut talibus vnquam potuit delectari. Apostolica perfectio est, vt victum & vestitum habentes, his contenti simus. Sed Ioannes etiam hæc contempsit.

R Quòd dominus ad refectioem conuocans viâ monstrat. Venite ad me omnes qui laboratis &c. Laborantes ad refectioem inuitat, ad requiem prouocat oneratos. Non tamen onus subtrahit aut laborem, sed onere alio & alio labore commutat. Sed onere leui, suauis iugo, in quibus requies & refectio, & si minus appareat, tamen inueniatur. Graue onus iniquitas sedens super ta. p. Sub hac gemebat sarcina, qui dicebat: Iniquitates m. f. s. c. m. Quid igitur onus Christi, onus leue, onus beneficiorum? dulce onus, sed ei qui sentit, ei qui experitur, alioquin si non auertas, graue omnino & periculosum, omniferum animal homo tempore suæ mortalitatis. Si adhuc portat peccata sua, onus est graue. sed iam fortè exoneratus est à peccatis, minus quidem graue: sed si sanè sapit, non minus grande inueniet, ipsam s. exonerationem. Onerat nos cum exonerat Deus. Onerat beneficio, cum exonerat à peccato. Vox onerati; Quid retribuam domino pro omni-

bus

bus quæ retribuit mihi? Vox onerati: Semper enim quasi tumentes super me fluctus timebam Deum. Semper, inquit, hic est. Sicut ante, sic post indulgentiam peccatorum. Beatus homo qui ita semper est pa. nec minori angitur sollicitudine, ne fortè obruatur beneficiis quàm peccatis.

Quòd dominus ad refectiorem conuocans
viam monstrat.

Venite ad me omnes &c. Venite inquam. Quò? Ad me **S** veritatem. Quò? Per humilitatem. Quo fructu? Ego reficiam vos. Sed quæ est refectio quam veritas promittit? Fortè ipsa est charitas verè dulcis & suavis cibus, charitas quæ confessos alleuat, debiles roborat, mæstos lætificat, iugum denique veritatis facit suauè & onus leuè. Bonus cibus charitas, quæ media in ferculo Salomonis consistens diuersarum odore virtutum, velut diuersi generis fragrantia pigmentorum, esurientes reficit, iucundat reficientes. Ibi siquidem apponitur pax, patientia, benignitas, longanimitas, gaudium in spiritu sancto, & si quæ sunt aliæ veritatis seu sapientiæ generationes. Habet & humilitas in eodem ferculo suas epulas, patientiæ scilicet & doloris, & vinum compunctionis, quas primò veritas incipientibus offert. Habet ibidem contemplatio ex adipe frumenti solidum cibum sapientiæ, cum vino quod lætificat cor hominis, ad quod veritas profectò inuitat, dicès: Comedite amici mei &c. Media inquam charitate constrauit, propter filias Hierusalem imperfectas videlicet animas: quæ dum adhuc solidi cibi minus capere possunt, lacte interim charitatis pro pane, oleo pro vino nutriendæ sunt. Quæ rectè media describitur, quia eius suauitas nec incipientibus præsto est, prohibente timore, nec perfectis satis est, pro abundantiori contemplationis dulcedine. Hi adhuc à noxiis carnalium delectationum humoribus timoris, amarissima potione purgandi, nondum lactis dulcedinem experiuntur. Illi iam auulsi à lacte epulari, ab introitu gloriæ gloriosius delectantur solis mediis, id est perficientibus: ita iam melleas quasdam sorbitiunculas charitatis expertis, vt illis interim pro sui teneritudine contenti sint. Primus ergo cibus est humilitatis purgatorius cum amaritudine. Secundus charitatis consolatorius cum dulcedine. Tertius contemplationis solidus cum fortitudine.

Ee ij

Quantæ dementiæ sit contempta cœlesti refectio-
ne labori simul & oneri inharere.

T *Venite ad me omnes qui laboratis &c.* Animaduertite & ad-
miramini misericordiam Dei. Ad pœnitentiam prius nos
vocabat, inuitabat ad crucem, vt obedientiæ præmium de-
beretur, vt haberet meritum fides nostra. Cunctantibus &
trepidantibus nobis ad nuptias nos inuitat. Vocat ad refectio-
nem: etiam si rem grandem diceret, certè facere deberemus.
Quantò magis quia dicit. Ego vos reficiam? Heu homines
mente captos! vocantur ad refectioem, & adhuc amplectun-
tur: ille suum onus, ille suum laborem, nec ab eis refectio
quæcunque negligitur, sed tanta vtique, quantus ipse est qui
promittit. Væ prægnantibus & nutrientibus, laborantibus
& oneratis, declinantibus in obligationes. Ille enim conatur
nescio quid adipisci terrenum, ille fruitur iam adepto. Vi-
deas etiam, quod magis dolendum est, hominem qui diuina
iam promissionem refectioem gratanter suscepisse, & con-
uiuæ cœlestis speciem præferre videtur, mira quadam nec
minus misera auaritate siliquas porcorum manducare. Quid
istum nisi multa simulando & dissimulando negociantem di-
cas, nisi conceptis prægnantem votis, nisi studiis infelicibus
laborantem? Videas alium post multa fortè conamina quod
optauerat assecutum, impudenter quibusdam cogitationum
brachiis amplectentem, & in manibus sed inanibus secum
gaudiis exultentem. Iam oneratus est, & si onus aut dissimu-
lat aut non sentit, iam filium lactat, & velut in fundum pos-
sessionis suæ se recepit. Veruntamen si labor omnis & onus
omne culpatur, quid est quod idem ipse qui refectioem pol-
licetur adiungit, Tollite iugum meum super vos? Sed la-
bor eius reficit laborantem, & onus eius portat potius quam
portatur.

HVGO DE S. VICTO.

Quòd ad Iesum veniens de quouis incommodo
remedium sortiatur.

V *Venite ad me omnes qui laboratis &c.* Labore fatigati, onere
grauati, inedia macerati. Venite ad me. Quales ad qualem,
clausi ad ostium, ægròti ad medicum, naufragi ad portum,
ad ostium luminis, ad medicum salutis, ad portum quietis.
Vacui, vt lumine veritatis impleamini. Onerati, vt peccato-
rum

rum pondere alleuiemini: laborantes, vt quiete adepta con-
solemini.

A I L R E D V S.

De triplici labore rubrica.

Venite ad me omnes qui laboratis &c. Est labor in vitiis, re- **X**
quies in virtute, confusio in libidine, securitas in castitate,
seruitas in cupiditate, libertas in charitate. Est quippe labor
in vitiis, labor pro vitiis, labor contra vitia. Labor in vitiis,
quando vt pessima desideria expleantur, laborem multis an-
tiquis hostis importat. Labor pro vitiis, quando quis pro
malis quæ fecit vel inuitus affligitur, vel volens labore pœ-
nitentiæ maceratur. Labor contra vitia, quando conuersus
ad Deum diuersis tentationibus fatigatur.

De triplici confusione.

Est etiam confusio in vitiis, confusio pro vitiis, confusio **Y**
contra vitia. Confusio in vitiis, quando homo pessimis pas-
sionibus dissipatur, non ratione regitur, sed vitiorum tumultu
confusè agitur. Confusio pro vitiis, quando deprehensus & conuictus
criminis alicuius confunditur, vel pœnitens vel confitens, quæ
commisit, salubri confusione purgatur. Porò confusio contra vitia,
quando homo conuersus ad Deum tentationi quam patitur ex parte
confusionis recollectione resistit. clamat nempe Deus: Venite ad me
&c. Aliàs scriptum est. Vt iniquè ageret laborauit.

B E R N A R D V S.

Quòd sola charitas onus Christi læuiget, & augeat iugum.

Tollite iugum meum super vos. Ac si diceret: Non impono **Z**
inuitis, sed vos tollite si vultis: alioquin non requiem sed la-
borem inuenietis animabus vestris. Bona lex charitas & sua-
uis, quæ non solum leuiter suauiterque portatur, sed etiam
seruorum ac mercenariorum leges portabiles ac leues red-
det, quas vtique non destruit, sed facit vt impleantur: illam
temperat, istam ordinat, vtranque læuigat: nunquam erit cha-
ritas sine timore sed casto, nunquam sine cupiditate sed ordi-
nata. Implet ergo charitas legem serui, cum infundit deu-
tionem: & mercenarij, cum ordinat cupiditatem. Porò ti-
mori permixta deuotio ipsum non annullat sed castificat.

Quid veram mansuetudinem humili gignat.

Dicite a me quia mitis sum & humilis corde. Collactancæ sunt **A**

E e iij

humilitas & mansuetudo. Sicut enim mater præsumptionis electio, sic mansuetudo vera non nisi ex vera humilitate procedit.

Item de gemina humilitate.

Discite à me, quia mitis sum. Est humilitas quam veritas parit, & non habet calorem. Et est humilitas quam charitas format & inflammat: atque hæc in affectu, illa in cognitione consistit. Et enim tu si temetipsum intus ad lumen veritatis & sine dissimulatione inspicias, & sine palparione diiudices; non dubito quin humilietis in oculis tuis, factus vilior tibi ex hac vera cognitione tui, quamvis necdum fortassis id esse patiaris in oculis aliorum. Eris igitur humilis, sed de opere veritatis, non adhuc de amoris infusione. Nam si veritatis ipsius qui te tibi veraciter atque salubriter demonstravit, sicut splendore illuminatus, ita affectus amore fuisses; voluisses quod in te est eandem de te omnes tenere sententiam, quam ipsam apud veritatem habere cognoscis. Sane quod in te est dixerim, quoniam plerumque non expedit innotescere omnibus omnia quæ nos scimus de nobis, atque ipsa charitatis veritate veramur palam fieri velle quod nocere agnoscenti: alioquin si privato amore tui tentus detineri intra te iudicium veritatis inclusum, cui dubium non est minus te veritatem diligere, cui proprium præfers vel commodum vel honorem? Christus semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, formam humilitatis tradens, ipse se humiliavit, non necessitate iudicij, sed nostri charitate. Poterat nimirum vilem se & contemptibilem demonstrare, sed plane non reputare, quoniam sciebat seipsum. Voluntate proinde humilis fuit in iudicio, sed cui placuit minimum reparari, cum se summum non ignoraret. Discite, inquam à me, quia mitis sum & humilis corde. Corde dixit, cordis affectu, id est voluntate. Itaque necessitatem exclusit, qui voluntatem confessus est. Non ergo sicut ego & tu. Inuenimus nos in veritate dignos dedecore & contemptu, & omni extremitate etiam supplicij & plagis, non inquam ita ille. Qui tamen omnia expertus, quia voluit, tanquam humilis corde. Propterea dixi hanc voluntariæ humilitatis speciem, non redargutione veritatis sed charitatis intra nos infusione creari: quia cordis est, quia affectionis, quia voluntatis.

De duplici genere humilitatis,

Confide.

Considerare est in his verbis quoniam humilitas duplex **C**
 est, altera cognitionis, altera affectionis quæ hîc dicitur cor-
 dis. Priore cognoscimus quàm nihil sumus, & hanc discimus
 à nobis ipsis, & ab infirmitate propria. Posteriore calcamus
 gloriam mundi, & hanc ab illo discimus qui exinaniuit se-
 metipsum, &c. Qui etiam quæsitus in regnum fugit, quæsi-
 tus ad tanta probra, & ignominiosum supplicium crucis,
 sponte obtulit semetipsum.

CASSIANVS.

Quòd melior sit infirmitatis conscientia va-
 nitate virtutum.

Discite à me, quia mitis sum, &c. Discite inquam à me. Non **D**
 utique vt dæmones cœlesti potestate pellatis, non vt mor-
 tuos suscitatis. Hæc enim si per quosdam seruos meos ope-
 ror, non potest se inferere laudibus Dei humana conditio:
 nec illam sibi in his minister & famulus decerpere portio-
 nem, vbi solius diuinitatis est gloria. Vos autem, inquit, hoc
 discite à me, quia mitis sum, &c. Hoc enim est quod cunctis
 discere & exercere possibile est: opera autem signorum nec
 semper necessaria, nec omnibus commoda sunt, nec omni-
 bus conceduntur. Humilitas ergo est omnium magistra vir-
 tutum, ipsa est cœlestis ædificij fundamentum firmissimum,
 ipsa est donum proprium atque magnificum saluatoris. Is
 enim vniuersa miracula, quæ Christus operatus est, sine pe-
 riculo elationis exercet, qui mitem dominum non sublimi-
 tate signorum, sed patientiæ atque humilitatis virtute secta-
 tur. Veruntamen maius miraculum est, de propria carne fo-
 mitem eradicare luxuriæ, quàm immundos expellere spiri-
 tus de corporibus alienis. Item magnificentius signum est,
 virtute patientiæ truculentos motus iracundiæ coërcere,
 quàm aëreis principibus imperare.

AILREDVS.

Quòd charitatis iugum non premat sed vniat.

Iugum meum suauis est, &c. Iugum istud non premit sed **E**
 vniat. Onus istud pennas habet non pondus. Iugum istud cha-
 ritas est: onus istud fraterna dilectio est. hîc requiescitur hîc
 sabbatizatur, hîc à seruilibus operibus vacatur.

PETRVS DAMIANVS.

Quòd multa mala licet modica, grandi aceruo
 valeant exquirari.

Ee iij

Cap. 12.
F



E omni verbo ocioso quod loquuti fuerint homines, &c. Audiatur vaniloqua lingua, audiatur ociosa, audiatur scabiosa Scabiosa inquam, quæ velut scabiem quandam atque pruritus patitur, nisi semper quodammodo acuto superuacua loquutionis vngue scalpatur. Audiatur & pauescat. Audiatur terrorem iudicij de ore ipsius iudicaturi. Omne, inquit verbum ociosum, &c. Ponamus itaque vt ociosum verbum si contra sacra scripturae sententias fas est dicere, leue sit & exiguum omnino peccatum. sed quid milio breuius? quid pluma leuius inuenitur? Veruntamen si plumarum vel niliorum innumerabilis multitudo congeritur, necesse est vt ceruis portantis velut sub graui lapide immoderanter pressa frangatur. Ex humentibus quoque saxis tenuis quidem & rara gutta distillat. Sed si vas subesse spacio longiore permittitur, ita plenum ac si profluens vnda discurreret inuenitur. Parua equidem ciniphes sed innumerabiles, superbi Pharaonis, & totius Aegypti superauere virtutem. Breue tempus est hora, sed dum hora horæ continua successione coniungitur, tetius vitæ nostræ cursus impletur.

GALFRIDVS.

Quanto affectu à domino diligamur.

G *Quicumque fecerit voluntatem patris mei, &c.* Diligamus ergo dominum Iesum Christum tanquam filium: quoniam ipse, vt audio, à nobis maternum non dedignatur affectum. Neminem enim respuit matrem suam fieri, qui ab omnibus vult patris voluntatem impleri. Et quia certius atque affectuosi ab homine diligere voluit, filium sese hominis non modò fecit, sed etiam nominauit totiens. Vtrum verò & ipse nos tanquam mater diligit, imò & matris amorem propria caritate transcendat, idem ipse in Propheta declarat. ait enim: Et si mater oblita fuerit vt non reminiscatur filij uteri sui, ego non obliuiscar tui.

BERNARDVS.

Qui in nobis & quæ semina seminauerunt.

Cap. 13.
H



Ecce qui seminat. O genus Adam quàm multi seminauerunt in te, & quàm preciosum seminat. Quam malè peribis, & quam meritò si in te perierint hæc omnia! Seminavit in terra nostra tota trinitas. Seminauerunt angeli, apostoli, ma-

martyres, confessores, & virgines. Seminavit Deus pater de corde suo eructans verbum bonum. Seminavit & filius, ipse enim est qui exiit seminare semen suum. Pater enim non exiit, sed filius à patre processit. Venit in mundum, vt qui prius erat cogitatio pacis in corde patris, fieret pax nostra in vtero matris. Seminavit & spiritus sanctus, quia & ipse venit. Et apparuerunt discipulis dispersitæ linguæ tanquam ignis. ita tota Trinitas seminavit. Pater panem de cælo, Filius veritatem, Spiritus charitatem. Seminaverunt angeli sancti prudentiam, qui prius eam aliis errantibus tenuerunt. Sed & apostoli hanc ipsam seminaverunt nobis, quando recedentibus his qui mundi huius sapientiam sequebantur, ipsi domino adhæserunt. Scandalizati enim sunt audientes de sacramento carnis & sanguinis, & ultra non erant cum eo. Discipuli verò interrogati an & ipsi vellent abire, responderunt. Ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Necessè habemus fratres hanc prudentiam imitari: quia multi adhuc cum Iesu ambulant: donec veniatur ad edendum carnem eius & sanguinem bibendum, id est ad communicandum passionibus eius. Hoc enim & verbum illud & ipsum sacramentum significat. Hanc itaque prudentiam nobis apostoli seminaverunt, martyres verò manifestum est fortitudinem seminasse. Porrò confessores seminaverunt iustitiam, quam in omni vita sua sequuti sunt. Hoc enim interest inter martyres & confessores, quod inter Petrum simul omnia relinquentem, & Abraham, substantiam mundi in bonos usus expendentem. Sic enim in breui consummati expleverunt tempora multa. Isti verò & longa & multimoda traxere martyria. Virgines sanctæ temperantiam seminaverunt, quæ perfectè libidinem calcaverunt.

P E T R V S R A V E N N A S .

Quòd licet instet diabolus, dormiant serui, servat dominus quæ sunt eius.

Cum autem dormirent homines, &c. Inimice lucis refuga vigilasti, laborasti sed non latuisti: nam dormientibus seruis dominus ipse te videt. Desertor cæli peruenisti, fecisti, sed minimè perfecisti: Deo perire non possunt quæ ipse custodit. Fraudis auctor in dominum non committis sed in seruos, dum facis vt eorum negligentia, quod tuæ fraudis est, scribatur. ille, ille te videt, qui totius fraudis testis est &

liuoris. Manet ergo seruos laboris sui fructus, manet & re-
 turæ nequitiae pœna: illi triticum ad horreum cœleste por-
 tabunt, tu tibi zizaniorum tuos portabis fasciculos ad gehem-
 nam. Superfeminauit inquit, zizania in medio tritici & abiit,
 quia diabolus hæreses inter catholicos, inter sanctos pecca-
 tum, inter simplices dolos, inter innocentes nequitiam se-
 re consuevit: non vt acquirat zizania, sed vt triticum per-
 dat, sed vt adimat innocentes. Hostis plus ducem quàm mi-
 litem petit, nec mortuos obsidet sed viuentes. Et abiit. Quia
 diabolus quidem impellit viribus, sed posteaquam prostra-
 uit, derelinquit..

BERNARDVS.

De thesauro qui in agro corporis inuenitur.

K *Simile est regnum celorum thesauro abscondito.* Triplicem no-
 bis commendat gradum, parabola triplex lectionis vniet.
 Ager est corpus: hic, dum adhuc dominantur passiones desi-
 deriorum, iacet incultus & obnoxius maledicto, spinas &
 tribulos germinat, quid intus lateat ignoratur. Quis enim eo
 tempore idoneum reputet ferre dignos pœnitentiæ fructus?
 Quid tam insipienter exponis homo corpus tuum? Nescis
 quid absconditum sit in eo? Quid enim r.c. inuenire est in
 eo opera salutis, quibus regnum cœlorum poteris adipisci?
 Eme ergo agrum, & à concupiscentiis tuis tibi vendica cor-
 pus tuum. Vbi verò thesaurum effoderis, esto iam negocia-
 tor, & preciosas margaritas quære. Si preciosissimam vnã
 inueneris, etiam nunc vende quæcunque habes & eme eam.
 Quæ est tam vnã, tam preciosa? Ego vnã hanc nihil aliud
 quàm vnitatem arbitror esse. Quarit ergo bonas margari-
 tas, qui in opere salutis suæ non est contentus inferioribus,
 sed summa & excelsiora perquirat. nihil ergo preciosius inu-
 nienti vnitatē, quàm si parcat cæteris omnibus propter eam,
 ieiuniis, vigiliis, orationibus audacter præferat fratrum vni-
 tatem. Volo autem vt in ea quoq; sic maneat non quasi vnus
 ex omnibus, sed quasi eum omnibus vnus, latum expandat
 sinum ex omni genere cogitationum, claudat intra viscera
 sua, & omnibus omnia fiat, & cõgaudere paratus & compati.
 Erit enim, cùm ad littus peruenerit, malos pisces à sagenâ
 charitatis excludet, & quicquid molestum est, foras mittetur.

GALFRIDVS.

Quid thesauri, margaritæ, sagenæ parabolis designetur.

Simile

*Simile est regnum caelorum the. abs. in. a. Item simile est r. ca. homi-
ni negocii. quarenti bo. margaritas. Item s. e. r. e. f. m. in. m. &c. Ma-
gnus ex istarum doctrina similitudinū vester debet esse pro-
fectus, sicut ex multiplici similitudine multus erga nos do-
centis insinuat affectus. Ager iste qui emitur pro eo quod
in ipso thesaurus occultatur, homo est qui diuinæ gratiæ
donum, tanquam occultum continet superna dispensatione
thesaurum. Hunc agrum volens emere Deus pater, omnia
quæ habuit dedit, quando filium suum vnigenitum carnem
sumere, mortem subire pro humana redemptione constituit.
Denique ipse Christus vsque adeo huius agri avidus nego-
ciator fuit, vt cum sibi pro nobis nec à morte voluit par-
cere, velit insuper nobis beatitudinem vitæ suæ indulgere.
Et verè nullus magis pro eo quod emit omnia dat, quam qui
nihil sibi vt illud obtineat vel in vita vel in morte reseruat.
Magnum sanè quod emitur, sed longè maius quod pro eo
donatur. Veruntamen id ipsum pro quo hic ager emitur in
nobis quidem est, sed nec nostrum est, nec ex nobis. Quid
enim habes quod non accepisti? Ipse denique in agro the-
saurum illum deposuit, qui solus depositum & reperit & re-
demit. Ita enim non est nostrum siquid in nobis gerimus, vt
etiam quid in nobis sit nesciamus. Vnde Apostolus, Scio,
inquit, quod non habitat in me (hoc est in carne mea) bo-
num. Erat tamè in eo thesaurus admodum preciosus, vt pote
vas electionis existens. Nondum in agro illo thesaurum ab-
scoditum cognouerat Ananias, cum solas in eo spinas con-
siderans & vrticas, quodammodo super illo, dominicę nego-
tiationis cōmercium improbat. ait enim: Domine audiui à
multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Hieru-
salem. Ac si diceret: In hoc tuæ emptionis agro vepres tantū
& tribulos video, fructum pro quo hunc emeris non agno-
sco. Sed dominus ad eum: Vade, inquit, quoniā vas electionis
mihi est iste, vt portet nomen meum coram Gentibus & re-
gibus & populis Israel. Bonus ergo hic ager, cuius fructus in
multitudine populorum exuberat. Bonus thesaurus, cuius
in regum prætoriis educta in publicum margarita coruscet.
Indicatur ergo Ananias thesaurus electionis, ne contrarium
improbet vtilis emptionis. Possumus item per thesaurum
absconditum in agro, eos spiritualiter intelligere, qui in huius
seculi campo vitā quodammodo ducentes agrestē, thesaurū*

supernæ gratiæ, quem & ipsi in se absconditum ignorat, aliis etiam sub communi habitu vitæ secularis occultant: vt consequenter illa preciosa margarita quam sapiens negotiator omnibus suis traditis comparauit, eorū nobis designet quorum pietas & religio manifesta iam professione detecta, quasi exposita in publico margarita resplendet. Attendendum verò est, quòd nec illi viuentes in seculo thesaurum absconditum tegunt, neque hi tanquam non erubescerent euangelium, manifestam religionem publicè profitentur, inani debent securitate torpescere: sed vtriusque considerandum est, quòd discretio piscium quos sagena missa in mare congregat, futuri iudicij discretionem designat. Et vtiq; valde timendum est omnibus, ne in illa separatione multi inueniantur reprobi qui nunc existimantur electi. Sicut enim nos supernus negotiator traditis omnibus comparauit, sic etiam discernendos in multitudine piscium demonstrauit, vt scilicet empti discamus emere, & nondum discreti futuræ discretionis examina præuenire. Erimus autem & nos thesaurum absconditum, seu etiam margaritam, quando relictis omnibus Christum sequimur, & cælestis regni gloriam nostrorum omnium commutatione mercamur. Hæc autem gloria secundum iudicia diuersorum, & margarita dici potest, & thesaurus absconditus. His enim qui eius felicitatem ignorant, thesaurus absconditus est: his autem qui eiusdem gloriæ claritatem quantulancunque mente conspiciunt, margarita. Iam verò in tertia similitudine sagenæ nobis imitanda discretio, vt sicut empti docemur emere, ita discernendi discamus futuræ discretionis iudicium præuenire. Littus igitur in quo pisces ab inipicem separantur, est vitæ præsentis occasus: quia ibi omnis fluctus humanæ superbiæ frangitur, ibi detumescit & deficit quicquid aura transitoria prosperitatis inflatur. Sciendum præterea quòd ex tribus propositis similitudinibus, triplex nobis gradus spiritualium profectuum commendatur, vt sicut in agro exercitium iustitiæ, in margarita studium sapientiæ, in discretionem piscium sollicitudo pœnitentiæ designatur. Ager enim ab agendo dicitur, vt meritò per agrum ætæ vitæ exercitium figuretur. Thesaurus qui in agro isto tegitur, bona conscientia est, quam ille assequitur, qui omnibus suis ventis, i. voluntatis propriæ abdicatis desideriis, non

iam
tæ
tio
trib
per
lu
ne
quia
inter
post
ta
quia
los p
dant
mule
morte
medi
vafis
præc
braui
uerfi
fictio
tentia
operi
infidi
conu
nesta

gnum
stus fa
ditus i
similit
est co
vina sa
sua im
portar

iam quærens quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, in agro iustitiæ fideliter operatur. Sunt tamen in hoc agro vrgentis affectionis spinæ, vrentis tentationis vrticæ, & diuersarum tribulationum multiplices punctiones. Ita vt interdum super ipsius agri emptione emptor murmuret: iuxta illud: Malum est, malum est dicit o. c. Murmurat siquidem in emptione agri, sed gaudebit in reperti felicitate thesauri. Cæterùm quia non semper expedit pluribus occupari, cum debeamus interdum tranquilla quiete sanctæ contemplationis refici, post operum exercitia, cælestis nobis promittitur margarita, factæ scilicet doctrinæ incomparabilis sapientia. Verùm quia his omnibus sagena missa in mare bonos interim & malos pisces congregat. i. conscientia nostra contracta quodammodo per huius seculi fluctus inter bona quæ agimus multa mala concludit: sedendum nobis est iuxta littus, vt mortis memoriam ante oculos statuantes, confessionis remedio mala omnia foras mittamus, bonis si qua facimus, in vasis nostris secretius consignemus. Et quanuis pœnitentiæ præcedere debeat, nihilominus debet & subsequi: vt qui ad brauium regni cælestis thesauri anhelant, sicut in suæ conuersionis initio antea vitæ crimina, pœnitentiæ satisfactione purgarunt, sic ea etiam mala per austeram pœnitentiæ deleant, quæ alicuius subreptionis casu ipsis bonis operibus miscuerunt. Sunt enim & in florentibus iam vineis insidiatæ vulpeculæ, quarum insidias tunc magis cauere nos conuenit, cum vitis nostra florida in fructus honoris & honestatis erumpit.

HVGO DE S. VICTORE.

Qualiter in agro cordis, thesaurus sapientiæ sit quærendus.

Simile est regnum cælorum ihsauri abscondito, &c. Re- M
 gnum cælorum vita æterna est. Vita æterna Christus. Christus sapientia. Sapientia verò thesaurus est: & est absconditus in agro cordis humani, vbi factus est ad imaginem & similitudinem sui creatoris homo. Quoniam ita conditum est cor hominis, vt in eo tanquam in quodam speculo diuina sapientia reluceret, & qui in se videri non poterat, in sua imagine appareret. Magna prorsus dignitas hominis portare imaginem Dei, & illius in se iugiter aspicere vul-

tum. Sed postquam primus ille parens vetitum assequutus & interdictum tangens, delectationem suam in terram sperfit peccatis, pulvis superiectus cordi humano, preciosum istū thesaurum ab oculis cordis abscondit, & caligo ignorantiae oppansa lumen sapientiae interceptit. Absconditus est ergo thesaurus, sed tunc inuenitur quando sapientia oritur. Oritur autem quando veritas manifestatur. Thesaurum autem inuentum manifestat, qui acceptum donum sapientiae in ostentatione portat. Abscondit verò, qui accepto dono sapientiae non foris in oculis hominum, sed intus coram Deo inde appetit gloriari. Oportet etiam nos ire & vendere omnia quae habemus, & emere agrum istum: quia cui interna gaudia reuclantur, pro eorum contuitu libenter debet contemnere, quibus in hoc mundo potuerit delectari. Propter se ipsam autem, non ob aliud requirenda est sapientia. Nihil enim melius ista, & ideo ea indignus est, qui aliud quam ipsam per ipsam obtinere intendit, qui non ut possideat, sed ut vanalem constituat sapientiam quaerit. Propterea si Christus est sapientia, qui sapientiam pro humana laude quaerit, similis est Iudae qui Christum vendidit.

Quòd alio ordine duris, alio mitibus sit loquendum.

N *Scriba doctus in regno caelorum, & c.* Noua, sunt consolationes. Vetera, increpationes. Vetus enim lex penam proposuit, quòd terreret: Noua misericordiam, quòd foueret. Quare ergo prius noua post vetera? Quia pietas loquitur, ideo prius palpat, postea percutit. Pusillanimes enim prius consolatione refouendi sunt vt surgant, postea terrore confirmandi ne cadant. Contumaces & duri prius increpandi sunt vt timeant, postea consolatione fouendi sunt ne desperent.

P E T R V S R A V E N N A S .

O Quomodo liuor oculum mentis claudat.
Venit Iesus in patriam suam, & c. Nōne hic est fabri filius? Nōne mater eius dicitur Maria? Et fratres eius & sorores, nōne omnes apud nos sunt? Non sic nubes caecat & tenebrat inuidiae liuor. Hoc Iudaeus probat, qui Christi sapientiam miratur, virtutes stupet, at: ollit opera. Et tamen ne in ipso videatur diuinitas, carnalium parentum quaeque commouet & diuulgat.
 Venit,

Venit, inquit, Iesus in patriam suam. Miretur quis si conditor rerum, cœlorum dominus. Deus omnium, patriam locumque sortitur, quando clauditur vtero, metitur cunis, vberibus occupatur, amplexatur vlnis, & vt angustias tollat humanas, humanis se dedit atque iactauit angustiis. Homo ad te Deus per ista se deponit, te per ista sequitur. Per istas te requirit angustias, vt quæ formauit opere, reformet exemplo: quæ iudicio repulit, reducat affectu: & in se seruet, quem præter se conspicit deperisse.

Quod pater Iesu mundi faber, mundi fabricam nõ malleo cuderit, sed præcepto.

Docebat in sy. e. i. Mirabantur non gratia sed indignatione. Stupebant liuore non laude. Furebant: quia quod sapere non poterant superba subsellia, stans humilitas perdocebat. Dicebant: Hic est fabri filius: sed cuius fabri filius, non dicebant. Dicebant fabri filius: vt arte vili ars lateret auctoris, & diuinitatis nomen, fabrilè nomen absconderet. Caiphas prophano prophetat ore, & cum sacerdos esset, falsitatis suæ sensum officio vincit veritatis, sententiãque non suo sed additi probat imperio. Balaam maledico benedicat ore, & conductus ad nequitiam totam, tora loquitur mysteria veritatis. Et sicut in spinis rosa, hoc est in frutice horrenti miri odoris flosculi germinant: ita sensus aliquotiens pessimorum ad bona diuinitatis impulsu aguntur inuiti, vt non sit meriti sed mysterij quod loquuntur. Quod nunc Iudaicæ malitiæ euenisse contingit, dum in contumeliam dominicæ generationis per artem Ioseph, veri conditoris confitetur & loquitur qualitatem. Reuera Christus erat fabri filius, sed illius qui mundi fabricam fecit non malleo, sed præcepto. Et elementorum membra, non ingenio sed iussu compegit: qui massam seculi auctoritate non carbone conflauit. Qui solem non terreno igne sed superno calore succendit. Qui denique cuncta fecit de nihilo. Et fecit homo te vt operis æstimatione pensares opificem, & pro tantis beneficiis ei vicem in filio repensares. Nonne fratres eius & sorores apud nos sunt? Iudæi sororis Mariæ filij sunt non Mariæ. Nam & fratrum & sororum filios fratres nuncupat & diuina lex, & humana cognatio. Beata siquidem Maria si alios filios habuisset à Christo: mater in ipso crucis tempore, in ipso mortis articulo non discipulo

traderetur, non commendaretur cognato: illi tamen merito commendatur, vt prædicaturus virginitatis partum domi, haberet vnde hoc dubitantibus approbaret. Sequitur: Non est propheta sine honore nisi in patria sua: quia inter suos posse mortuus est, ad odium est inter ciues eminere, proximos proximorum vrit gloria, propinquis si propinquo honorem debeant, computant seruitutem.

HVGGO DE FOILL.

Quàm turpe sit monacho seculi potentibus
in illicitis adulari.

Cap. 14.



Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Hoc contra quosdam nostri temporis monachos rectè proponitur, qui coniugia copulant illicita, licita quandoque dissoluunt: qui quorum noverunt patres, atavos nominant consanguinitatis, ordinem narrant, de incertis iudicant, detestantur sæpissime quod ignorant. Sed audiant qui huiusmodi sunt, iudicium Ioannis Baptistæ in causa consimili, & erubescant. Non licet, ait, tibi habere uxorem fratris tui. Sed quid dicam? Nonne amat monachus caudicus de simul discumbentibus esse cum Herode, quàm in vinculis & carcere teneri cum Ioanne? In quo conuiuio licet non videat caput Ioannis in disco, videret tamen quæ effuso sanguine acquiruntur: vaccam viduæ, porcum pauperis. In carcere principis pauper moritur, & tamen de substantia pauperis comedens monachus, principi blanditur.

Quòd duo sunt quæ gratiam soleant impugnare.

R

Saltant Herodias & p. H. Quandoque cum Herode in conuiuio moraliter discumbimus, saltantem puellam conspiciamus, caput Ioannis in disco videmus. Herodes siquidem pellis gloria interpretatur. Omnis enim gloria filiorum Sion ab intus, filiorum uerò seculi deforis est. In conuiuio igitur cum Herode sedemus, dum in delectatione vitiorum vanæ gloriæ fauorem quaerimus. Saltantem conspiciamus filiam Herodiadis, dum nobis placet vanitas curiositatis. Hæc sunt illa duo quæ auferunt caput Ioannis, vanitas, scilicet & curiositas. Ioannes gratia domini interpretatur: huius gratiæ caput Deus est. Caput igitur à corpore separatur, quando aliquis non Deo, sed sibi ascribit quod operatur.

*U post fol. 8. p. e.
sequitur in traces.
de quædam*

que m
captio
& tabe
colum
ries au
bar: Ci
lerabili
cedit al
in ipfis
& capti

Egress
sas Chr
verbum
à patre &
quasi pa
mam ser
partibus
egressi in
quod pie
non por
ad cupide
luxuriam
tia miser

Exe
nem car

Quanti ad vnus animæ prædam hostium cunei glome-
ratur.



*E corde exeunt e. m. adul. Omnia hec abin-
tus procedunt et contaminant hominem. Quæ* S
spatia terrarum, quæ magnitudo vrbium,
quæ latitudo regionum tãtos hostes fer-
re, tot capere inimicos, quot vitia, quot
crimina, humanos capiunt sensus, corda
hominũ patiuntur? Ad vnam ouem, Heu
cur genera tota, tota feritas bestiarum,
quæ magis eò sæuiunt quò se satiare non possunt, pro vnus
captione hædi: quare tot prædones qui plus hinc coæstant
& tabescunt, quò capere nequeunt cuitati? Quid ad vnam
columbam tot aquilæ, vultures tot voraces, & tanta conge-
ries auium sordidarum? Hæc Propheta senserat, cùm dice-
bat: Circunderunt me mala quorum non est numerus. To-
lerabilis est hostis cum muro extrinsecus: quia foris positus
cedit aliquando conflictui. Cùm verò intus est inimicus, &
in ipsis penetralibus iam desæuit, iste se oppressum intelligit,
& captiuum peruidet ac deplorat.

ISAAC.

De duobus egressibus saluatoris.

Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidon. Duo sunt egres-
sus Christi. Vnus à patre æternus, alter temporalis: quando
verbum caro factum est, & habitauit in nobis: quando exiuit
à patre & venit in mundum quando cùm in forma Dei esset,
quasi patriæ suæ fines egressus, exinaniuit semetipsum, for-
mam serui accipiens, & similitudi. car. pecca. tanquam in
partibus Tyri & Sidonis inuentus: sed ab his qui fines suos
egressi in eisdem partibus ipsi occurrunt. Fecit itaque pius
quod peccatores decuit. Venit ad peccatores, sed ad peccata
non potuit nec debuit. Venit ad auaros, sed non ad auaritiã:
ad cupidos, sed non ad cupiditatem: ad luxuriosos, sed nõ ad
luxuriam: denique ad vitiosos misericorditer venit, sed ad vi-
tia miserè non peruenit.

Vbi Christo debeamus occurrere.

Exeamus ergo & nos de fouea peccati in similitudi-
nem carnis peccati, exeamus de voluntate peccati in pe-
ccato.

Ff

nitentiam peccati. Ibi enim Christum inueniemus. Ipse enim peccati pœnitentiam egit, quod omnino non egit. Sed dicitis: Si exiremus de peccato, quid opus esset medico? Vel quis per se potest exire de peccato? Verè maximum peccatum amor peccati: noli peccare, etsi nondum potes nec peccare, peccatum odi, & de peccato existi. Sed & hoc dicitis, multum ad vos esse, & absque gratia Dei homini impossibile odire peccatum, diligere iustitiam. Confiteantur domino misericordiæ eius: quoniam qui gratis in partes Tyri & Sidonis manifestè secersit, vbi mulier concurrere poterat illi, gratia de intimis suis mulierem vt occurreret, occultè extraxit.

Quæ sit mulier Chananzæ.

- X** Mulier ista, quælibet anima intelligitur à Deo prauentata, vt odio habeat peccatum, & diligat iustitiam. Cui tamen deest facultas, vt non ea felicitate bonum possit, quæ facilitate cupit. Ideoque pro filia sua rogat. i. libertate naturali, quæ difficultate opprimitur. Cùmque libera qua bonum diligit & iustum sit voluntas, captiua tamen sub peccato ne id possit tenetur facultas. Vnde quasi ab Apostolo edocta exclamat: Infelix ego mulier, quis liberabit hanc filiam meam de corpore mortis huius? i. de oppositione dæmonis huius. Istud est dæmonium, de quo Apostolus ait: Scio quòd non habitat in me, &cæ. Sed quia nihil est quod eam sanare possit, nisi gratia Dei per Iesum Christum, ideo instantè clamat: Iesu fili Dauid miserere mei. Dauid fortis manu dicitur: & forti opus est auxilio, vt tam forte dæmonium expellatur.

Sequitur:

- Y** *Non sum missus nisi ad oues, &cæ.* Missus est quibus promissus est. Israël quia vir videns Deum interpretatur, mens rationalis rectè intelligitur. Domus itaque Israël continere illas mentes dicatur, quarum numerus diuina prædestinatione ad ipsum videndum ab æterno præscitus est. Igitur xcix. ouibus huius domus in montibus visionis & delectationis propriij pastoris. i. verbi Dei, latè spatiantibus & absque terrore cubantibus in pascuis pinguibus herbarum semper virentium, descendit pius pastor vnã quærere quæ perierat. Missus est ad oues solas quæ perierant domus Israël. Missus est ergo tanquam illulis veritas, errantibus via, mortuis vita,

factus

factus
fame
perier
ma in
rent n
in m
vita c
dici p
pite,
Missus
quod
liberur
infra se
fit & c
tum in
tum au
fi, ac
lidum,
guibus
fortas i

Non
Castell
Arata pe
tur, ad C
fidei fere
ante rem
dunt, &c
mentata
claustra
constan
Fiat tibi
Qui eni
Omnia e
impetrar
magnæ n
pis etiam
Q
Fides
nat scien

fatuis sapientia, & infirmis medicina, captiuis redemptio, famelicis refectio, & in his omnibus missus est ad oues quæ perierant do. Il. ne s. perirent. Missus denique tanquam anima in corpus mortuum, vt eius aduentu calefacta reuiuiscerent membra, fieretque in membris ueteribus vita noua, & in membris carnalibus vita spiritalis, in torrentis membris vita cœlestis, & resurrectio prima. Aut forte magis proprie dici poterit missus, tanquam in corpus truncum absque capite, caput desuper immissum. vnde sensum acciperet: Missus est pius pastor, qui quod confractum erat solidaret, quod debile confortaret. Confractum autem & debile, liberum erat hominis arbitrium, quod olim supra se nitens infra seruauit, & se ferre non valens, se in se à se oppressit & confregit. Confractum autem, ac per hoc debilitatum in se, surgere omnino non potuit per se. Consolidatum autem est & confortatum per fidem & charitatem Christi, ac per hoc fœtatum: quoniam nondum pingue est & validum, donec simul cum nonaginta nouem in pascuis planguibz collocetur, in vlnis portetur. In sinu meo, inquit, fœtas ipse portabit.

Sequitur:

Non est bonum sumere panem filiorum, &c. Etiam domine: nam & carelli edunt de micis quæ, &c. Fortè hæc mulier intus illustrata per spiritum nouerat quod per Christum cui loquebatur, ad Gentes esset transferenda filiatio Iudæorum. Vnde & fidei seruore & desiderio rei impatiens, instat, & sacramentū ante tempus reuelat dicens: Etiam domine. nam & carelli edunt, &c. O mulier, magna est fides tua, quæ desiderio fermentata angustum pectus superexerescens, intra secreti tui claustra se non cohibet! Hinc Esaias fœmineum pectus virili constantia superans ait: Secretum me. m. se. m. m. Sequitur: *Fixe tibi sicut petiisti: quia s. magna est fides tua qua petiisti.* Qui enim potest omnia credere, potest omnia impetrare. Omnia enim possibilia credenti. Ideo ergo fratres sæpius nõ impetramus, quia in postulatione hæsitamus. Fidei enim satis magna nihil est satis magnum. Comparata enim grano sinapis etiam montes transfert.

Quod quatuor modis dicitur fides magna.

Fides autem quatuor modis dicitur magna. s. aut fiducia, aut scientia, aut deuotione, aut constantia. Prima est quæ il-

luminata facie mentis potens est reddere rationem omni
 poscenti de ea quæ in nobis est spe, & ad destruendum m.
 al. exto. se aduersus scientiam Christi. Hæc autem in Apo-
 stolo Paulo euidentissimè claruit. Secunda verò potens est
 & magna non tantum in sermone & scientia, sed etiam in
 virtute, secundum quam signa & prodigia facillè fiunt. Ter-
 tia quidem magna est & potens, ad compunctionem & la-
 chrymas, & totius huius mundi fastidium, & desiderium
 faciei Dei. Ista est quæ in silentio monachorum sulatro
 suauis ore ad os loquitur ad Deum, tanquam vir ad proxi-
 mum. Vnde & os eorum sanctum est, & labia munda, pro-
 pter sermonem domini quem frequentant. Quarta potens
 est & magna, tam seruientem quàm blan. fortiter & constan-
 ter vincere mundum. De hac Io. Hæc est victoria quæ vin-
 cit mundum Prima ratiocinando, secunda vim faciendo, ter-
 tia fugiendo, quarta etiam debellando.

GALFRIDVS.

Quod Deus institutione sacramentorum non perditionis
 causas, sed salutis quesierit.

Cap. 16.

B

Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum et
 in caelis, &c. Licet ligandi atque soluenti
 potestas à Deo tradita sit hominibus, tamen
 sine contritione & compunctione cordis &
 vera pœnitentia confitenti absolutio huma-
 na non sufficit, & fidè accedenti visibile ba-
 ptisma non sufficit. Sola autem cordis contritio saluat non
 habentem cui confiteatur, & fides sola non inuenientem à
 quo baptizetur. Occasionem enim salutis non perditionis
 exquirens sacramenta Christus instituit: nec in eis consti-
 tuit sic salutem, vt tibi etiam sine eis saluandi ademerit facul-
 tatem.

BERNARDVS.

C Quod humanus affectus contra diuinum consilium mini-
 mè sit sequendus.

Vade post me sathana, non sapis quæ Dei sunt. Quid est, non
 sapis, quæ Dei sunt? nisi non sapienter diligis humanum se-
 quens affectum, contra diuinum consilium? Et vocauit sa-
 thanam, eò quod saluti licet nesciens aduersaretur, qui sal-
 uatorem mori prohiberet. Vnde & correptus repentem
 postmodum triste verbum, non iam mori metuit, sed se
 com-

commoriturum esse promisit. Non tamen impleuit, quia necdum ad illum peruenerat gradum in quo Deus tota virtute diligitur. Erat doctus tota anima diligere, sed adhuc infirmus, non ignarus mysterij, sed martyrij pauidus. Non plañe illa fortis vt mors dilectio fuit, quæ morti succubuit. Fuit autem postea, cum indutus virtute ex alto tanta tandem cœperat virtute diligere, vt in cœcilio prædicare prohibitus nomen, constanter sanctum prohibentibus, responderet: Obedi-
re Deo o. m. quàm hominibus.

Quòd saluteræ crucis clypeo vniuersa maligni iacula propulsentur.

Qui vult venire post me, &c. Ac si dicat: Qui vult fa-
cere voluntatem meam, discat frangere suam. Sed conti-
nuò bella insurgunt, armantur contra nos protinus inimi-
ci, & nos armemur contra, & imitemur arma regis nostri,
vt tollamus & nos crucem nostram, in qua de inimicis no-
stris omnibus triumphemus. Audi quid Psal. promiserit di-
cens, immò sanctus spiritus per Psalmistam: Scuto circun-
dabit te veritas eius. Vt quid hoc? nisi quia vndique nos
bella circundant? Ab inferiori parte timor nocturnus in-
surgit. A sinistris sagitta volat in die. A dextris perambu-
lat negotium tenebrosum. Et vt nihil sit vacuum, à supe-
riori parte dæmonium meridianum occurrit. Sed ecce in
cruce salus nostra, tantum vt ei viriliter inhæreamus. Ver-
bum crucis, vt ait Apostolus, per eum stul. est. Ipsa est scu-
tum quo circundamur, vt eius cornua quatuor quadrifaria
hostium tela repellant. Sit ergo inferius cornu contra timo-
rem nocturnum, i. contra pusillanimitatem, quæ de carnis
afflictione procedit: id quod sub nobis est corpus castigare
studeamus, & subiicere seruituti. Si quis verò nobis in fa-
ciem maledicit, si quis apertè mala suadere conatur, in die
vult sagitta, & à sinistris est sinistro cornu excipièda. Quòd
sadalatur, si quasi consulendo venenum propinat fraternæ
decepcionis, odium seminare conatur: si denique iniquum
aliquid tanquam iustum persuadere tentat, à dextris est mihi
iste. Sed Iudas est, osculo me tradit, & dextro cornu crucis
negotium perambulans in tenebris necesse est propulsari. Sed
ecce dæmonium meridianum, superbiæ s. spiritus, qui nimirum
in maiori virtutum splendore acrius insurgere solet. Hæc
quàm perniciofa sit, sapius nobis intimare curamus. Pro-
Ff iij

ptorea quisquis es qui salutem tuam operari studes, contra hanc super caput cornu crucis habere memento, vt non eleueris in superbiam, non exalteretur cor tuum: sed tela illa quæ desublimi veniunt, supereminens capiti tuo cornu crucis excipiat. Sanè hoc solum est cui salutis & regni titulus inscribitur. Quia solus qui se humiliat, saluari & exaltari meretur. Iam vt breuiter repetam, hæc sunt quatuor cornua crucis nostræ, continentia, patientia, prudentia, & humilitas. Felix anima quæ in hac cruce gloriatur.

De triplici genere ferentium crucem Christi.

E Sed triplicem licet considerare gradum, incipiētium, proficientium, perfectorum. Initium enim sapientiæ timor domini, medium spes, charitas plenitudo. Qui initiatur à timore, crucem Christi sustinet patienter, qui proficit in spe, portat libenter. Qui consummatur in charitate, amplectitur iam ardentem. Qui timet Deum, ait sapiens, faciet bona. Sed parum est, scriptum est enim: Declina à malo, & fac bonum. Inqui. pa. & per. e. Noli esse salute contentus, pacem quære, ne sit tibi periculo etiam salus ipsa. Audi ergo angelum nato domino sic canentem: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quæ autem bona voluntas, nisi ordinata? Et quænam est illa? Profectò, quæ rationi consentit dicenti, Non sunt condignæ passiones, &cæ. nec si vnus omnes sustineat. Hæc si iam sentire cœpisti, haud dubium quin libenter feras crucem domini, & dicas: Paratus sum, & non sum turbatus, &c. Attamen si vis esse perfectus, vnum tibi adhuc necessarium est, gaudiū in spiritu sancto. Siquidem & is qui timore coercetur, & patiens est, & qui ratione spei ducitur, & beneuolens est, nisi etiam fuerit feruens spiritu, facilè labi potest. At que per spiritum sanctum diffunditur charitas, & patiens est & benigna, & quod est amplius, nunquam excidit. Fortis enim est vt mors dilectio, non patientia, aut spes. Dicit patientia: Sic oportet fieri, quia timore vrgetur. Dicit bona voluntas. Sic expedit, & sic agendum est, quia spei attrahitur ratione. Charitas verò quæ inflammatur à spiritu, neque sic oportet. Sic expedit dicit: sed, Sic volo, inquit, Sic cupio, Sic desidero vehementer. Videtis quanta sublimitas, quanta securitas, quanta suauitas charitatis. Felix anima quæ ad hunc peruenit gradū! Sed nemo repente fit summus, ascendendo

non
go v
tion
net
iam

meri
pœni
ma C
tis, lo
dicio
cunda
post l
bus c
facis f
strum
ter, no
fuit sin
nis, a



si vis in
multis
ius mo
cum H
ipso vo
leiquid
figuratu
sum. Vis
iam & v
gem &
cece rei
volce te

non volando apprehenditur summitas scalæ. Ascendamus ergo velur quibuidam duobus pedibus, meditatione s. & oratione Meditatio enim docet quid desir: oratio, ne desit obtrinet. Illa viam ostendit, ista ducit. Meditatione agnoscimus imminencia nobis pericula, oratione euadimus.

PETRVS LOMBARDVS.

De quatuor crucibus.

Qui vult venire post me &c. Quatuor sunt cruces diuersa **F** meritorum stipendia præstolantes. Prima charitatis, secunda pœnitentis, tertia exercitationis, quarta angariationis. Prima Christi quatuor habens diuisiones, latitudinem charitatis, longitudinem perseuerentiæ, sublimem spei, profundum iudiciorum Dei. Hæc crux est etiam imperfectorum, sicut secunda incipientium. Imò crux prima est stantium. Secunda post lapsum resurgentium. Et est latronis dextri, quæ in tribus consistit, in contritione cordis, in confessione oris, in satisfactione operis. Tertia crux est eorum qui sub spe cœlestium præmiorum multa & indigna patiuntur, non humiliter, non deuotè, sed cum murmure & rancore. Et hæc crux fuit sinistri latronis. Quæ est crux angariationis? crux Simonis, crux hypocritarum.

GALFRIDVS.

Quantum conferat homini vera sui cognitio.



Assumpsit Iesus discipulos suos Petrum, & Ia. & Io. Cap. 17.
& d. i. in mon. se. Mons iste est vera sui cognitio. **G**

In hunc montem ascendere non potest, qui viæ ducem Iesum non habet: ipse est enim via, veritas, & vita. Sequere ergo veritatem, vis in hunc ascendere montem. Via ardua, via secreta, & multis incognita, quæ ducit ad montis huius fastigia. In huius montis cacumine Iesus transfiguratur, in ipso Moyses cum Helia videtur, & sine indice vterque cognoscitur, in ipso vox patris ad filium auditur. Quid horum non mirabile quid horum non desiderabile? Vis videre Christum transfiguratum? ascende in montem istum, discere cognoscere te ipsum. Vis videre & absque indice cognoscere Moysen & Heliam? vis absque vilo doctore siue expositore intelligere legem & Prophetas? Ascende in montem istum, discere cognoscere te ipsum. De cœlo enim descendit *πῶθι σταυρὸν*, id est nosce te ipsum.

Quòd ad nostri cognitionem gradu triplici veniamus.

H Sed quare cum tribus tantummodo discipulis in hunc montem Christus ascendit? Sed fortè in hoc opere docemur, quòd sine triplici studio ad huius cognitionis celsitudinem non perducimur, per studium operis, meditationis, & orationis. Paulatim promouemur, & quandoque perducimur ad perfectum. Sit tibi igitur certum signum, quòd huius mundi verticem apprehendisti, si Christum clarificatum cernere meruisti. Mox enim vt te dux tuus Christus collocauerit in summo, apparet tibi in habitu alio, & te coram induitur lumine sicut vestimento. Et facta sunt, inquit, vestimenta eius sicut nix, & qualia non potest fullo facere super terram: quia ille diuinæ sapientiæ splendor, quem ab alto speculationis vertice intuemur, omnino per humani sensus prudentiam de finiri non potest. Vide tamen ne Christo clarificato facile credas, nisi occurrant ei Moyses & Helias. Suspecta est mihi omnis veritas, quam non confirmat scripturarum auctoritas. Adhibeat sibi Christus duo testimonia in transfiguratione sua, si vult, vt non sit mihi suspecta claritas illa tam magna & tam insolita. Hinc igitur procedat manifestatio, illinc occurat tam aperta quàm figurata locutio. Alioquin ab altitudine diei timebo, verens ne fortè seducar à dæmonio meridiano. Sequitur: Et vox de cælo facta est: Hic est filius meus dilectus. Omnia superius dicta discipuli stantes aspiciunt, sed ad tonitruum diuinæ vocis in faciem cadunt: quia ad id quod diuinitus inspiratur, humani sensus succumbit capacitas: & nisi humanæ rationis angustias deseras, ad capiendum diuinæ inspirationis arcanum finem intelligentiæ non dilatat. Hic est, inquit, filius meus dilectus, in quo mihi complacuit. Certè si filius alius quàm pater esset, potest patri in filio complacere, sed ipse pater sibi in filio complacere non posset. Quid est dicere complacui, nisi quia sicut complacui mihi in meipso, ita complacui in filio?

ADAM DE PERSEVIA.

Quibus virtutibus pollere debeat, qui Christum transfiguratum desiderat intueri.

I. *Assumpsit Iesus Petrum & Iaco. & Io. & duxit illos in montem seorsum.* Ornandus est conscientiæ lectulus, floribus sciendus est animus, qui paratur in montè ascendere vbi transfiguratur dilectus. Transfigurari enim ipsam necesse est animam,

man
vt ido
Hinc
rari d
allum
nim
tiam r
tor su
supple
patien
retur p
cretum
decerp
sti ab s
cum, n
Ex ho
debes
mutati
qui sen
mnem
ti, muta
tas spor
deat fac
cut nix

Deo
vnum,
nus, ni
habeat
lator &
gularis
hoc est i
milis co
& ab he
& euide
in cand
facie spe
rim de d
claritas

mam, & peregrinam terrenæ cupiditatis deponere formam, vt idonea sit trāsfigurati sponsi secretam cernere claritatem. Hinc est quòd Christus ascendens in montem vbi transfigurari debuit, tres tantum discipulos, Petrum s. I. & Io. secum assumpsit. In Petro nota firmitatem perfecti amoris. Plus enim cæteris Petrus amauit, & à firma petra ob fidei constantiam non fide nomen traxit. Iacob qui interpretatur luctator siue supplementator, humilitatem significat, quæ & vitia supplementat per innocentiam, & contra aduersa luctatur per patientiam. Per Io. exprimitur carnis integritas, quæ hoc meretur priuilegium, vt ad incorruptæ veritatis prouehatur secerum. Si flores istos de horto voluptatis o fidelis anima decerpisti, miris odoribus sponsi gratiam delectasti, reuocasti absentem, præsentem fortiter tenuisti, & dixisti: Tenui eum, nec dimittam. & illud: Dilectus meus mihi, & ego illi. Ex hoc transfigurata & configurata similitudini eius, cauere, debes omnimodis, vt vultus tui non sint amplius in diuersa mutati. Vnitatis enim & identitatis amator est sponsus tuus, qui semper vnus & idem permanens eò suspectam habet omnem varietatē, quò omnis penè varietas amica mutabilitati, mutabilitas vanitati, vanitas falsitati, quam deestatur veritatis sponsi tui. Ex hoc eris videre idonea quomodo resplendeat facies eius sicut sol, intueri vestimenta eius candida sicut nix, & nube lucida obumbrari.

Quomodo tribus, s. Christo, Moyſi, Helix, tria tabernacula faciamus.

Decenter habes vnde facias tria tabernacula. Sponſo tuo **K** vnus, Moyſi vnus, & Helix vnus. Quis est iste sponsus tuus, nisi amor æternus? Hic pascatur, & cubetur, & tabernaculum habeat in meridie, hoc est in feruore tuæ charitatis. Moyſes lator & zelator diuinæ legis, significat scientiam vel zelum regulæ disciplinæ: cuius tabernaculum est in ficella scirpea, hoc est in tractabili, & sine dolo iniquitatis conscientia humilis cordis. Per Heliam qui & carne integer dicitur fuisse, & ab helios, hoc est à sole nomen trahit, significatur veritas & euidencia operum lucis, quæ quasi tabernaculum habent in candelabro excellentiæ virginalis. Splendoris intuitus in facie sponsi, est præmium & remuneratio charitatis, interium de dilati desiderij suspensione languentis. Splendor & charitas niuæ vestis, est humilitatis gloria, interim vilitate

& extremitate gaudentis. Obumbratio lucidæ nubis, est hæc protectio, & postmodum omnimoda liberatio beatæ virginitatis. Intra nubem istam receptæ virgines non nubent neque nubentur.

AILREDVS. De tribus exactoribus.

L Reges Gentium à qui. ac. t. à filius an ab al? Et Petr. Ab alien. Cui De Ergo in li. sunt si. Tres sunt exactores tributa exigentes, Cæsar, diabolus, & Deus: & nusquisque suam requirit imaginem. Cæsar imaginem suam impressam nummo, quem homini in signum suæ dominationis imposuit. Extorquet diabolus similitudinem suam, quam consentienti animæ affectu vitiorum stylo consuetudinis vitiosæ inseruit. Durus ac crudelis exactor quotidianæ turpitudinis solutionem requirit. Deus imaginem suam quam naturæ animæ rationalis impressit, à sua rationabiliter exigit natura.

BERNARDVS.

Quòd non omnia scandala æqua sint lance pensanda.

Cap. 18.

M



scandalizauerunt unum de pusillis istis. Non omnium scandala æqua sunt lance pensanda. Aliter nanq; accipienda sunt scandala pusillorum, & aliter Phariseorum. Illorum quippe scandalū de ignoſcencia, istorum de malitia est: illi scandalizantur quia veritatem nesciunt: isti, quia oderunt. Vnde & pusillos illos arbitròr appellari, quòd voluntatis quidem bonæ, sed non magnæ scientiæ existentes, zelum Dei habeant, etsi non secundum scientiam. Talium scandala, curam nõ iram prouocare solent spiritualium duntaxat virorū. Indignum nanque est humanam mereri indignationem, qui diuinam miserationem tam facile consequantur.

PETRVS RAVENNAS.

De triplici genere scandalorum.

N In procinctu belli semper sunt vigiliæ militum distribute, vt insidiis nil liceat, nil pateat dolis. Perniciosissimus nimis repentinus est hostis. At inscios præuenit, aut incautos occupat, aut opprimit dormientes. Hinc est quòd Christus rex noster ante secula, per totam seculi noctem milites suos præmandatis vigiliarum vicibus commonuit contra veteris hostis subtilissimos dolos, contra latentis impetus vitiorum, contra scandala quæ nobis variis oriuntur ex causis. Impos-

sibile

sibile est, inquit, vt non veniant scandala: hoc est dicere. Impossibile est vt non veniant hostes. Scandalorum autem genera sunt diuersa: & prima sunt illa quæ diaboli fraus parturit, secunda quæ generat calliditas humana, tertia quæ parit in nobis suspicax & incauta natura.

BERNARDVS.

De diuersis generibus scandalorum.

Vt homini illi per quem scandalum venit. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Natus sanè denuò, natus ad vitam, natus de spiritu, qui carne postmodum consummatur. Expedit ei qui scandala suscitatur in sancta fratrum congregatione, vt suspendatur in collo eius mola asinaria, & pro suaui iugo & leui onere Saluatoris, graui mola terrenæ cupiditatis humeris eius imposita demergatur in profundum maris huius, quod est seculum nequam. Minus enim damnabile erat ei in seculo perire, quàm in monasterio. Perire autem necesse est hominem qui charitatem non habet.

Si oculus tuus scandalizet te &c. Postquam ab exterioribus scandalis deterruit nos sermo, dominicus, asperè satis consilium dat quid de nobis agendum sit, scandalo quod interius patimur contrariam inuenientes legem in membris nostris. Porrò tripliciter fit scandalum istud. Interdum enim est in nobis spiritalis intentionis oculus simplex, & qui gratiæ magis quàm nosse esse fit dicendus. Sed scandalizat nos oculus noster, dum voluntas nostra aliam minus castam importunè ingerit intentionem. Sed erue, inquit, eum, & proiice abs te. Hoc autem fiet, si non consentias, sed abiicias, & resistas. Simili modo de manu ac pede est intelligendum. Cùm enim bonis operibus intentos ad alia opera trahere voluntas propria conatur, manus nostra scandalizat nos: sed abscindi debet & proiici à nobis, vt non consentiamus. Sic etiam proficere in sancta conuersatione, & ascendere de virtute in virtutum, desiderantes, sæpius scandalum patimur à pede quodam pusillanimitatis & negligentiæ nostræ, qui descendere magis ac remissius ire conatur: sed abscindi eum necesse est, vt pes graue currere possit sine impedimento. Quòd autè dicit boni nobis esse ad vitam intrare cum vno oculo aut manu, aut pede: eos notat qui voluntatem suam seu bona seu mala sit, quæ sequuntur, & ingrediuntur duabus viis, nunc bona, nunc mala sectantes, secundum quod variantur desideria sua.

Quòd oculus fidei lumen eripiat rationi.

P *Si oculus tuus scandalizet te, &c.* In sacramento altaris fides & humana ratio compugnât: & hoc agitur inter eas, vt altera alteri oculum eruat, nec est finis huius pugnae citra alterius excecationem. Habet enim humana ratio oculum suum, habet fides & suum. Oculus rationis quasi lippus est, & saepe visibilia & prope posita videre non potest. Oculus autem fidei acutus est, quo inuisibilia Dei intellecta conspiciuntur. Circa virtutem sacramenti mens hebet, oculus rationis caligat, omnis sensus corporis obtunditur: manus in contrectatione sedula, experientia gustus, oculorum intenta contemplatio nulla sua diligentia explorare possunt, nisi ea quae huiusmodi panis esse solent. Ratio consulta hoc respondet, quod carnalibus cogitationibus persuasum habet, & corporeis sensibus exploratum. Oculus enim humanae rationis inuisibilia Dei comprehendere non potest, nisi collatio gratiae inungatur, veròque lumine illustretur: de quo scriptum est: Præceptum domini lucidum, illuminans oculos. Si oculus t. inquit Do. scandalizet te, erue, &c. Hoc de oculo humanae rationis non inconuenienter accipitur, qui pietati fidei scandalum est, vnde & meritò erudendus est. Melius est enim vnum oculum sanæ fidei habentem ingredi ad vitam, quàm duos oculos habentem, alterum humanae rationis, alterum fidei, mitti in gehennam ig. Quasi duos nempe oculos habet, qui humana sapientia ducitur, & fidem tantùm ex ea parte recipit, vbi humanis rationibus consentanea esse videtur. Fides autem nostra maius testimonium habet quam ab humana ratione. Subnixa est enim diuina auctoritate, quæ quidem summa ratio est omnem humanam rationem incomparabiliter superans, & in veritate statuens vniuersa.

GILLEBERTVS.

De vnitae.

Q *Si duo ex vobis con. de qua. re. pe. su. ter. fr. e. à pa. me.* Si consensus duorum vel trium preces impetrabiles faciunt, quantò magis totius ecclesiae in Christo consensus? Quomodo non impetrat vnitae, quæ ipsum cor domini penetrat? Vulnerasti, inquit, cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

GALFRIDVS.

Quod amator medij, medius non sit, nisi in suo nomine congregatis.

Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. Amat medium mediator Dei & hominum qui in medio doctorum inuentus est, medius stetit ad baptismum, medius pependit in cruce. Resurgens quoque stetit in medio discipulorum. Medius etiam ad iudicium veniens sugregabit agnos ab hœdis. Interim autem medius discernens bonos à malis. Magis autem medius vtrinque vocans peccatores ad pœnitentiam, iustos ad perseuerantiam & profectum. Sunt duo vel tres, sed non congregati, qui in se inuicem inuehantur, inuicem mordent, vt ab inuicem consumantur. Sunt congregati, sed non in nomine domini, quorum consensus in fraudulentia, in malitia, in vanitate, in augendis diuitiis, in cubilibus & impudicitis, in iniuriis propriis vlciscendis. In nomine domini congregantur, qui ipsius gloriam æmulantur, ipsius spiritu feruent, ipsum in omnibus & per omnia fidei oculis & mundo corde non desinunt inueniri: ibi prorsus ipse in medio est omnibus sese offerens, omnes attrahens, & seipsum impertiens vniuersis.

PETRVS RAVENNAS.

Quam facile congregationis oratio semper obtineat apud Deum.

Vbi duo vel tres, &c. Vbi sunt qui ecclesie conuentum præsumunt contemnere, & venerandæ congregationi preces solitarias anteferre? Si duobus vel tribus simul positis medium se futurum, & omnia promittit quæ postulatus fuerit præstaturum, quid non dabit plurimis? quid in conciliis & congregatione sanctorum poscentibus denegabit? Impossibile est camelum per foramen acus transire, id est cor arroganti tumidum sponte angustum obedientie penetrare.

BERNARDVS.

De colloquio Simonis & Iesu.

Dixit Simon Petrus ad Iesum: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Libet sacratissimo huic interesse colloquio, & intenta cordis aure percipere quæ dicuntur. Hæc nempe sunt verba, quæ contemptum mundi in vniuerso mundo & voluntariam persualere hominibus paupertatem. Ecce, inquit, nos reliqui-

Cap. 19.

T

mus omnia. Benè, optimè. Nam & mundus transit, & concupiscentia eius. Et relinquere magis expedit quàm relinquere. Quid mirum si reliquit Petrus omnia vt sequeretur Christum? Exultauit ille vt Gigas, &c. Nec eum sequi Petrus poterat oneratus. Sed nec inutilis commutatio, pro eo qui super omnia est, omnia reliquisse. Nam simul cum eo donantur omnia. Et vbi apprehenderis eum, erit vnus ipse omnia in omnibus, qui pro eo omnia reliquerunt. Omnia inquam, non tantùm possessiones, sed etiam cupiditates. Et eas maximè. Plus enim mundi concupiscentia quàm substantia nocet, & hæc fugiendarum causa diuitiarum præcipua est, quòd aut vix aut nunquam sine amore valeant possideri. Limosa siquidem & glutinosa nimis nõ modò exterior verum etiã interior substantia nostra videtur. Et facillè cor humanum omnibus que frequentat adhæret. Felices interim liquet esse qui exonerati sunt, & sequuntur dominum expediti. Arctissimùm enim foramen nos expectat, si quem sequimur cõsequi volumus, & per angustam ingredi portam necesse est. Quid camele gibbum? quid tu pecuniose proditoris loculos tollis? Non sic impies, non sic ingredieris. Foramẽ acushuius sarcinas non admittit.

Contra eos qui exemplo patrum veterum volunt diuitias obtinere.

V Sed excusant aliqui dicentes: Abraham, Isaac, & Iacob, cæterique sancti, nunquid non terrenas diuitias habuisse leguntur? Sufficit nobis esse sicut illi fuerunt. Si culpabilis esset possessio diuitiarum, nunquam illi in diuitiis tantam à domino gratiam obtinerent, aut tantam consecuti diuitias possiderent. Quid respondebimus nouis imitatoribus sanctorum veterum? Imponant certè vitulos super altare domini, mactent arietes, hircos immolent: quia hæc Abraham fecit, & hic ritus patrũ, quibus nos meliores non sumus. Sed hæc, inquit, vbi reuelata est veritas, transire. Quid si ipsas quoque temporales sanctorum diuitias vmbra fuisse dixerimus futurorum? In figura siquidem eis omnia legimus contigisse. Denique quidni terrenas diuitias palam possiderent, cum sola adhuc terrena palam promitterentur à Domino? Qui verò ducti sunt spiritu, vitæ præsentis bona omnia respuunt, & eligunt mala omnia, vt meritò dicant cum Petro: Ecce nos reliquimus omnia & s. s. t. Sed quæso, quomodo Petrus quum nihil ferè ex omnibus habuisse sciatur, tam fiducialiter gloriatur

sefe

sefe o
tibus
potue
quid e
liquiff
affec
cere p
deside
dum,
leat ef
quand
delis
manq
omnin
nus au
est fatu
homin

Pan
quoni
da est
repleti
nus est
mom q
requie
silire. In
tur. Qu
terit h
gias in
toris
lis, faci
Petrus f
nobis?
lam rel
demum
diens in
hodie n
præcipi
goum e
Esperit

seste omnia reliquisse? Vnde sanctorum vnus: A precedentiibus tanta relicta sunt, quanta non à sequentibus desiderari poterūt. Fidelis sermo, sed forsitan clausus & ipse est. Nunquid enim voluntas habendi tam multa cōplectitur, vt reliquisse illam, sit omnia deseruisse? Quis hominum omnia affectare posset, nedum piscator ille? Sed quid cuique sufficere possit, diligentius vestigato, & facile est inuenire omnia desiderantē. Nondum enim ponere est concupiscentiæ modum, donec videatur impleta, donec adepta sit, quibus valeat esse contenta. Cæterum nec amator pecuniæ dicet aliquando sufficit, nec libidinosus satiabitur voluptate, & crudelis sanguinem sitit, & ambitiosus aut cupidus laudis humanæ adeptis dignitatum titulis seu fauoribus, nullum exinde omnino capit remedium, sed desiderio æstuat ampliori. Minus autem inuenit requiem qui sibi placere cupit & suis, id est fatui cuiusdam testimonis gloriatur. Quid igitur poterit homini sufficere? Audite.

Quòd sola iustitia possit animam satiare.

Panis animæ iustitia est. Et soli beati qui esuriunt illam, quoniam ipsi saturabuntur. Nimirum ad imaginem Dei facta est anima rationalis, cæteris omnibus occupari potest, repleti omnino non potest. Capacem Dei quicquid Deo minus est non implebit. Inde est quòd naturali desiderio summum quouis probatur appetere bonum, nullū nisi eo adeptorequie habiturus. Vis peruenire ad illud? incipe cætera transilire. Innumera enim sunt hæc, & à cæteris pariter requiruntur. Quod valet, quisque trahit in partem, nec aliquando poterit hic circuitus peragrari. Igitur à summo bono eò longius inueniris, quò te amplius dederis caducis rebus & transitoris appetendis. Infructuosa enim via est & inamburabilis, facilis que peruenies spretis omnibus quàm adeptis. Sic Petrus fecerat qui dicebat: Ecce n. r. o. &c. Quid ergo erit nobis? Dignum planè apostolica fide & deuotione verbum. Lam reliquisti omnia iam dominum Petre secutus es, & nunc demum quid sis adepturus interrogas. Verè Simon, verè obediens in auditione auris sine facti conuentione. Quantos hodie mundi sapientia maledicta supplantat! Noli, inquit, precipitanter agere, dia considera, diligenter intueri. Magnū est quod proponis, & opus egens multa deliberatione. Experire quid tu possis, & amicos consule, ne post factum

penitere contingat. Hæc sapientia mundi, terrena, diabolica, inimica salutis, suffocatrix vitæ mater tepiditatis eius quæ Deo solet vomitum prouocare. Cùm enim à Deo verbum esse non dubites, quid opus est deliberatione? Vocat magni consilii angelus. Quid aliena consilia præstolaris? Quis enim fidelior aut sapientior illo? Ab ore putei gehennæ eripior, & inducias petam, & cunctabor exire. Amicos cõsulat, qui non legit, Inimici hominis domestici eius. Sequitur: Ait illi Iesus: Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, &c. Verbum confirmationis præmittitur, vt magnū noueris esse quod sequitur. Sed quid est quòd dicit in regeneratione? Aut quæ est hæc noua regeneratio? Neque enim est illa qua oportet hominem nasci denuò, cùm ad illam non valeat præsens promissio pertinere. Ita est est, non solum denuò, sed tertio hominem nasci necesse est. Interim autem dignum est, vt ea quæ videtur potior hominis priorque portio, in homine prior reparetur. At ipsam animam esse nemo ignorat. Prior ergo reficiatur, quæ prior corruit. Præsertim quòd ab eius culpa alterius pœna prodierit, & ipsius corruptio corpori quoque fuit causa corruptionis. Hinc est quòd pro animabus primū saluator aduenit tollere utique peccata mundi, non molestias carnis: quod manifestius docuit in seipso pœnis omnibus corpus exponens, animam autem immunè prorsus custodiens à peccato. Non sic hodie filij hominum, sed animæ curam negligunt, curam autem carnis perficiunt in omni desiderio. Neque enim peccare metuunt, sed puniri. Filij hominum utique quo graui corde, &c. Tempus hoc animabus non corporibus est assignatum, dies salutis non utique voluptatis. Cum enim, in horum carnis ex anima pendeat, nihil carni potest vtilius quàm salus animæ prouideri: vt in tempore sit respectus illius & socia passionis, felicitatis quoque cõsortium mereatur in regeneratione. Cùm sc. f. h. i. f. &c. Consequimini autem quem sequimini, vt cum ipse federit, & vos pariter fedeat. Inspiciens homo, quando eum remoràdo, respiciendo, pensando, pausando consequi sperat? Exultauit vt Gigas, &c. & hylarem sine dubio diligit secutorem. Sedebitis, inquit, & vos. O sessio! Quis mihi tribuat vt dignis exprimam verbis quæ de sessione hac, cordis affectione concipio? Immo quis mihi tribuat sessionis huius imperturbata frui requies? Ecce enim nil in me sedet, sed cuncta in motu sunt. Omnia nutant,

nutant, omnia fluctuant. Porro vbi concupiscit caro aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem, quidnam hominis sedere videtur? nec sola iam concupiscentia pacem turbat, impedit sessionem: sed duplex quoque secundum corpus miserum hominem contritio vexat, praesentis videlicet sensu doloris, & mortis metu futurae, cum & passibile sit & mortale. duplex nihilominus agitare animam sollicitudo videtur. Inter haec nempe fluctuat iugiter, donec peccati corpus inhabitat. Erit autem cum luteum hoc egrediens domicilium, à timore quidem penitus liberabitur, sed necdum ab expectatione. In regeneratione verò sedebit corpus immortalitatis & passibilitatis gemina quadam felicitate donatum, liberum ab omni necessitate, ab omni corruptione securum, alienum & immune ab omni concupiscentia, plenum gloria. Sedebit & anima nil metuens vltra, plena beatitudine & securâ plenitudine feruens. Sed quando & quibus erunt haec? Vos, inquit, qui secuti estis me, &c. Iam quidem sedet filius hominis in sede maiestatis. Siquidem ascendens in caelum sedet à dextris Dei. Sed cum sederit dictum est, cum apparuerit sedens. An magis audebimus dicere & ipsum adhuc stare quodammodo, vtpote cuius necdum sedes consummata videtur? non quòd illi plenitudini quidpiam desit, sed quòd membra caput expectent. Audeat hoc testari qui meruit intueri. Ecce ait Stephanus: Video caelos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. Cæterum, in regeneratione corporum sedebit in sede maiestatis, qui pro animarum regeneratione sedebat in ignominioso supplicio crucis. Sedebitis, ait, super sedes, &c. Quid gloriosius? iudicent nunc & praedificent superbi filij, & cum rege suo sedeant, qui sibi latera Aquilonis elegit. Caveant qui primas cathedras amant, ne contingat carere secundis. Et qui primos nunc recubitus eligunt, incipiant cum rubore locum tenere nouissimum. Cæterum, quid sibi vult quòd xij. tribus Israel iudicatueros fore promittit, in quibus & ipse mundus cognoscitur iudicandus? An quia tantum adhuc notus in Iudæa Deus, vniuersitatem fidelium appellacione duodecim tribuum voluit designari, & quasi solus meminit iudicandas? propter illud: Qui non credit, iam iudicatus est. Haec est enim perfectorum gloria singularis, inter ipsos etiam eminere fideles, & cæteris quoque saluan-

dis præminere auctoritate iudicatoriæ potestatis. Quid miseria est, quòd ad verbum tantæ promissionis negligentia humana dormitat? Sed dicunt homines: Magna quidem diuina promissio, sed longa nimium dilatio, & molesta expectatio est. Terrenam deferere sortem, & necdum obtinere cœlestem, afflictio est intolerabilis, inconsolabilis dolor. Quid accelerare necesse est vt miseria prolongetur? Misera prorsus & seductoria cogitatio est. Sed esto: tibi multa annorum curricula restant, adolescens es, vsque in senectutem victurus & senium. Quid necesse habes amittere tempora, tanta perdere lucra? Nihil preciosius tempore. Sed heu nihil hodie vilius æstimatur. Transeunt dies salutis, & nemo recogitat, nemo sibi non reditura momenta perisse causatur. An putas homo, biennij tantum aut triennij opus ab omnipotente posse recompensari? Sic abbreviata est manus domini, vt centum annorum non possit remunerare laborem? Sede, computa quid diebus singulis acquirere valeas, certus equidem apud Deum nullum bonum irremuneratum fore: & sicut nec capillum de corpore, sic nec momentum de tempore periturum. Sequitur: Et omnis qui reliquerit patrem aut matrem, &c. centuplum accipiet. Quid vltra dicetis filij hominum? quando & in hoc mundo tanta nobis promissa sunt, vt exeuntes à sorte terrena amplior statim nos excipiat consolatio, qua non modo patienter, sed & gratulanter expectes sortem sanctorum in regeneratione promissa. Siquidem & ipsa expectatio iustorum lætitia est. Et attendite quòd Petro dominus tantum de futuro respondit. Neque enim super his quæ experiebatur præsentialiter hæstare poterat, aut opus habebat interrogare. An verò dubirat quis præsentis esse temporis centupli promissionem? Manifestè id quidem verborum ipsa consequentia probat, vbi centuplum accepturi, & possessuri dicimur vitam æternam. Cæterum ne quis omnino impudenti remaneat obstinationi locus, mitto vos ad euangelium secundum Marcum, vbi promissio eadem descripta manifestius inuenitur. Ait enim: Nemo est qui reliquerit aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, &c. propter me & propter euangelium, qui non accipiat centies tantum nunc in hoc tempore. Et addit signanter cum persecutionibus. Fortè enim quum audisset carnalis anima

in tem-

in te
de t
nom
con
Inter
mo
metu
quere
nund
uir h
huius
riantu
ritati
admira
dico h
tuplum
turo.
nec su
valeo
tia, se
rum ac
quente
perit
trem,
meum,
excipiu
gnos se
centupl

Sed
& festi
& illo,
Quomo
mus? A
nisi locu
sed prop
dia sua,
nec dubi
quidem

in tempore hoc centuplum promitti, coniectabatur etiam de temporalibus exhiberi. Sed praecepit hunc intellectum nomen additum persecutionis. Quid enim terrenae est consolationis, quod non facile persecutio terrena tollat? Interim tamen vndeunque centuplum sint accepturi, dummodo sit centuplum, centupliciter placeat, consoletur, ametur. Quid insaniae est, quod cunctantur homines relinquere simpla pro centuplis? Quid ad fidele negotium & mundinas quaestuosissimas auaritia intepuit, & obdormiuit humana? Poteram multa exempla proponere, multos huius rei producere testes: Qui sicut audierunt, sic experiantur. Sed quando humanis credat experientis, qui veritati non credit promittenti? Illud vehementius arbitror admirandum, quod fideles magis in maximo quam in modico homines videantur. Non enim difficile est ei dare centuplum in praesenti, qui est daturus vitam aeternam in futuro. Sed dicit aliquis: Delicatus sum, homo peccator, nec subsistere in tanto labore sine gratia multa, nec ipsam valeo gratiam promereri. Quasi verò gratia non sit gratia, sed operum merces. Aestimās o homo quia personarum acceptio sit apud Deum, & non omnes omnia relinquentes tam copiose consoletur? Omnis, inquit, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, &c. Neminem excipit. Quid dicunt praeter me, qui excipiunt semetipsos à beneficio generali? Nimirum indignos se iudicant multò magis vitae aeternae, qui nec ipsam centuplum sperant.

De his qui centuplum sibi causantur deesse.

Sed dicit homo qui perditionis suae occasionem quaerit & festucam, vnde sibi oculus eruat: Audiui, inquit, de illo, & illo, qui reliquerant omnia, & ad vomitum sunt reuersi. Quomodo illi centuplum acceperant? Quid ad hoc dicemus? An ex collegio discipulorum reprobari quis potest, nisi loculos habens? Sunt enim loculi non modò pecuniae, sed propriae voluntatis. Scrutetur proinde vias suas, & studia sua, qui promissam centupli gratiam sibi deesse causatur: nec dubium quin inueniat angulum & diuersorium, non quidem filij hominis, sed aut foueam vulpis, aut volueris

nidum Nihil sibi retineat, nihil suis, ne modicum fermentum totam massam corrumpat. Sunt enim qui sibi retinent aliquid, dominicæ vocis oblit, qui non suam venit facere voluntatem, &c. sed in ipsis vigiliis sanctorum, proprio aut desiderio, aut consilio adhærentes, sciolos se faciunt, de se sibi aliquid retinentes. Sunt qui propinquis retinent & amicis, quod abiiciunt à seipsis. Crudeles planè, qui nequam proximos diligant tanquam se. Crudeles inquam, vel in se vel in suos, imò quod verius est in utrosque. Nemo ergo cum se videt non omnia reliquisse, centuplum non accepisse miretur. Preciosa siquidem diuina consolatio est, nec omnino tribuitur admittentibus alienam. Indignus enim benedictione cœlesti conuincitur, qui duplici quærit affectu, duplici perit intentione, aliud sibi refugium parans, si fortè eam non obtinere contingat. Centuplum, inquit, accipiet, & vitam æternam possidebit. Illud consolatio præsentis laboris, hæc futuræ felicitatis consummatio est. Sic enim operariis huius seculi solet eibus in opere, merces in operis finem dari: sic & militantibus & stipendia ministrantur pro necessitate temporis. nouissimè verò donatiuum erogatur pro quantitate laboris: sic à filiis Israel donec terram promissionis intrarent manna in deserto non desuit. Et ab ecclesia post quæsitum regni cœlestis aduentum, quotidianus panis quotidie petitur in oratione quam ipse saluator instituit. At fortè adhuc secularis quispiam dicat: Ostende mihi centuplum quod promittis, & libens vniuersa relinquo. Vt quid ostendam? Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. An homini magis ostendenti quàm veritati crederes promittenti? deficis scrutans scrutinio, nisi credideris non intelliges. Datum optimum est centuplum hoc descendens à patre luminum. denique: An non omnia possidet cui omnia cooperantur?

Quid sit centuplum repromissum.

Z An non centuplum habet omnium, qui repletur spiritu sancto, qui Christum habet in pectore, nisi quòd longè plus quàm centuplum adoptio filiorum est libertas, & primitiæ spiritus, delitiæ charitatis, gloria conscientia? Regnum Dei quod intra nos est non utique esca & potus, sed iusticia, pax & gloria in sec. s. Gaudium sanè non modò in spe gloriæ, sed etiam in tribulationibus. Hic est ignis quem voluit Christi

stus
fecit
phan
tion
mo c
tur
prius
est no
con e
rasi
sum. I
tis diu
quid
deside

E

num q
artis, a
humili
Arduu
mus pe
les. In
suarum
onerare
nq hu
decur ad

Opor
scia sex
sue filiu
filius. Eg

stus

flus vehementer accendi. Hic virtus ex alto quæ Andream fecit amplecti crucem, Laurentium ridere carnificem, Stephanum in morte pro lapidantibus genua flectere ad orationem. Verum si in presenti commendatione centupli sermo deficit, & ex abundantia cordis angustia oris obstruitur: Quidni ad promissionem vitæ æternæ defectum proprium, ipsa etiam cogitatio fateatur? Sed id quod ex parte est non valet eloqui, nec expertus de perfectione balbutire conetur. Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti diligentibus te. Pax enim est quæ exuperat omnem sensum. Pax super pacem, indeficiens exultatio, torrens voluptatis diuinæ, flumen lætitiæ, gaudium plenum. Cogita quicquid vis, quicquid potes exopta: excedit cogitatum omnem, desiderium omne exuperat felicitas illa.

ISAAC.

Homilia prima.

CAP.

20.

Ecce ascendimus Hierosolymam. Prosperum A
iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum. Et nos quoque ascendimus Hierosolymam. Ideo enim in monasterium descendimus, vt Hierusalem ascendamus. Sic nempe, sic alites vt in aëra se suspendant, profundius omni corpore solo vbi resident, se imprimunt. Homini quoque & ferarum eadem est ars naturæ, siue naturæ artis, aut potius ars naturalis, vt in sublime salire cupientes, humilibus terræ, quasi toto corpore insidentes incuruentur. Arduum est quo ascendere molimur, arctum quo attentamus penetrare: ideo expeditos nos esse conuenit & subtiles. In altum enim repere onustum, & per angusta loca instatum introire difficile. Non inflare hominem diuitias, nec onerare curas, nec crapulam grauare, diuini est miraculi, non humanæ virtutis. ergo sequitur: Et filius hominis tradetur ad crucifigendum.

Quid sit filium hominis crucifigi.

Oportet dilectissimi vt in singulis nobis, dum nobis adhuc B
secta sexta peragitur, filius hominis crucifigatur. Quis est iste filius hominis? Vetus scilicet homo, veteris hominis filius. Ego enim cum sim personaliter homo vnus, ex anima

Gg iij

rationali & humana carne subsistens, tamen duos & duorum filios in me video: Veterem & nouum, terrenum & celestem, hominis filium, & Dei filium. Nam quod natum est ex carne, caro est: quod natum est ex spiritu, spiritus est. Itaque ad pacis visionem properantibus (hoc enim est Hierusalem) tradendus est filius hominis, homo exterior ab interiore, & non sine aliqua seductione, gentibus alienis, id est disciplinis, & distractionibus regularibus, abstinentiæ & vigiliis, cineri & cilicio, paupertati & silentio, laboribus & alieno imperio, vt ab his affligatur, & cruci affigatur, donec funditus à proprio sensu & veteris vitæ consuetudine moriatur. Quid quærimus delicias & quietem? In cruce sumus, immo in mundo fuimus, & in inferno sumus: sed misericordiæ, non iræ: in cælo erimus, in mundo peccauimus hic punimur, ibi pausabimus: illic in delitiis, hic in pœnis: ibi in gloria, hic in sudore: hic in pugna, ibi in requie. Quid quærimus suauem infernum? Quare ergo suauem & delectabilem requirimus mundum? Abbas noster, pastor sit animarum, tortor corporum. Pater sit filij Dei in nobis, nutritor & pædagogus, & tutor, quanto tempore paruulus est, qui hæres futurus est: filij autem hominis sit flagellator, exprobrator, proditor, & seductor, expoliator, crucifixor, & sepultor. Quid si ipse negligens extiterit nos ipsi simus nobis abbates.

BERNARDVS.

De mysterio saluatoris.

C Non veni ministrari, sed ministrare, & dare animam meam in redemptionem pro multis. Quod quidem cæterorum nemo fecisse inuentus est. Bonus minister qui carnem suam in cibum, sanguinem in potum, animam ministravit in pretium. Bonus planè, qui spiritu alacer, charitate feruens, pietate deuotus, omnes superat & vincit alacritate ministrandi, factus tanquam vnus ex illis, dissimulans iniuriam, & accumulans gratiam.

GALFRIDVS.

Quomodo à nobis Christi promissio mysticè compleatur.

Clm



*V*m appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset Bethphage, quod domus buccæ interpretatur: cum scilicet per fidum annunciat, iam tunc verò per montem Oliueti Hierusalem appropinquat. Nam in fiduciumulus gratiarum, in Hierusalem gloria plenitudo. Mittit duos discipulos,

Cap. 21.
D

spem, & metum. Ite, inquit, in castellum quod contra vos, est in domum fortis armati, diripere vasa eius: & statim inuenietis asinam. In prædam mittit. Asina, caro est lasciuia, pigra, bestialis, onerifera, sic sterquilinum, vt frumentum (si imposueris) portans. Adhuc ligata est caro tua consuetudine, concupiscentia & funibus peccatorum, ne dicas quòd receperis discipulos Iesu. nam soluentibus illis, si quis affectus, si sensus in malum pronus, si mundus, si malignus obfistere vellet, in nomine domini quàm velociter reprimerentur. Pulus asinæ, opera quæ per corpus fiunt. Soluite, vt desistat à malo. Adducite, vt faciat bonum. Imposuerunt vestimenta sua, habitum timentis & sperantis foris prætereundum. Alioquin si vt negligens & desperans incedis, non tibi saluator præsidet, quem desuper vestes suas sedere & præsidere faciunt spes & timor. Et secundum literam quidem viderit lector, vtrum ambo, asinæ scilicet & pullo insederit dominus. Nam mysticè quidem vtrique insidet. Nec interest vtrum carni an operibus eius præsidere dicatur. Cæterùm sic gradienti turba plurima sua proponunt extra, & exterioris conuersationis habitum exhibent in hac via. Quid est domino & iumento eius sua sternere vestimenta? Alij de arboribus ramos cædunt, dum reuelant condensa aliqua de scripturis. Præcedentis & sequentis turbæ multiplices sunt cogitationes, & multa consilia in nostra anima, orationis & gratiarum actionis, non enim possunt interim non turbari vel priores, dum adhuc nequeunt inuenire quid retribuunt domino, pro omnibus quæ retribuit eis. Clament ergo vtræque pariter, non aliud quàm osanna, Benedictus qui venit in nomine domini. Ne quando forte vel desideria nostra querant mendacium, vel gratulatio nostra diligit vanitatem.

RICARDVS.

Quòd cœlestis Hierusalem nisi vestum
asino non admittat.

Gg iiii

E Cum appropinquaret Iesus Hieroselymam & ve. Beth. ad montem Oliueti, &c. Profectus nostri promotio vel processio per montem Oliueti fiat, & pietas nostra in immensum excrescat, vt magnitudinis iure iustè mons appellari valeat: vt discamus infirmorum non tantùm minima sed etiam maxima, tam mentis quàm corporis cum animi tranquillitate tolerare. Profectò si hæc agimus, iam Hierusalem appropinquamus, & pacis plenitudinem eò vicimus, & attingimus, quò obedientiæ ac misericordiæ altiùs apprehendimus summitatem. Puto, quia iam erit opus asinum querere, & inter eiusmodi virtutum insignia humilitatis sibi præsidium vendicare: sic & Christus cum appropinquaret Hierosolymis, asinum sibi adduci fecit, & super ipsam sedit. Scimus autem omnes asinum animal esse sordidum & vile, mansuetum sanè, sed penè præ cæteris contemptibile: humilitatis itaque vt arbitror formam gerit, per quam animus sibi ipse villescit & in contemptum venit. Et quidem sine eiusmodi animali poterit fortè processio nostra fore spectabilis, non tamen absque dubio sine eo erit vel esse poterit vsque adeo admirabilis. Quis obsecro non dignè mireretur choris præcedentium & sequentium, & hinc inde psallentium asinum interesse, & inter tam gloriosos solennisque apparatus animal tam sordidum apparere? Nam nec nouum, nec mirum, de virtutibus gloriari. Sed illud magnum atque mirandum inter summa quæque ornamenta virtutum, asinum non dedignari humilitatis bono firmiter inherere. Vnum eundem hominem omnibus aliis mirabilem, sibi soli contemptibilem apparere. Vides certè quia in hoc negotio opus habemus quod penè nobis excidit, & asina & eius pullo. i. humilitate & humiliatione. Pullus ex asina nascitur, & ex humiliatione vera humilitas generatur. Adducamus itaque asinam & pullum cum ea, vt veraciter humiles simus in mente, & veram humiliationem exhibeamus in actione.

BERNARDVS.

F Quibus vinculis iumentum domini sit soluendum. Si quis vobis al. dixerit, dicite quia Dominus his opus habet. Magnum opus, opus salutis, nempe homines & iumenta saluare venerat multiplicans misericordiam suam Deus. Initium nostræ conuersationis fouet ista dignatio, vt primum

ex ar
mini
volem
nec v
domi
& c
re rep
afficio
benef
fio &
esse n

Qu
Aus.
Nu
in qua
præmi
tempu
sequit
iucunc

Qu
Dabi
enumen
tas, gan
hi acce
cura est
profect
obseru
nobis
reputat

Ex
fecit.



ex ancilla filium generemus. Solutus est ad mandatum domini, qui ligatus antea tenebatur: aut non valens, aut non volens facere bene: aut vtroque fortiùs vinculo alligatus, nec volens scilicet nec valens. Non nouit interim puriùs in domino gratulari, persuasum tenet placere illi quod agit, & consolatur in eo, quòd sibi eum quodammodo sese facere reputet debitorem. Nam processu temporis in eo magis afficietur vt suo sollicitetur debito, & timeat ne fortè tantis beneficiis inueniatur ingratus. Ad hoc quidem verax affectio & fidelis: hic filius liberæ, cum quo ancillæ filius hæres esse non possit.

GALFRIDVS.

Quòd deuotionem præire debeant pœnitentiæ digni fructus.

Nunquam ex te nascatur fructus, &c. Maledicta arefcit ficus **G** in qua Deus fructum non inuenit. Sic illis euenit, qui non præmittentes dignos fructus pœnitentiæ, ad sterilem ante tempus festinant deuotionem. Nec immeritò etiam siccitas sequitur, vbi sterilitas inuenitur: vt amittat etiam præsentis iucunditatis affectum, qui salutis non referat fructum.

BERNARDVS.

Quòd profectus nostros dominus reputet fructus suos. **H**

Dabitur regnum Dei genti facienti fructus eius. Hi sunt quos enumerat Apostolus dicens: Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia, &c. Fructus illi, profectus nostri: hi accepti Deo, quia ipsi cura est de nobis. Non de virgultis cura est Deo: homines non arbores amat Deus, & nostros profectus suos fructus reputat. Tempus horum diligenter obseruat, arridet apparentibus, & sollicitus satagit, ne pereant nobis cum apparuerint, immò verò ne pereant sibi. se enim reputat tanquam nos.

GALFRIDVS.

Expositio parabolæ de rege & nuptiis quas filio suo fecit.

Simile est regnum caelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo, &c. In his omnibus quæ hîc scriptura loquitur, humana quædam narrari videntur opera, sed diuina sunt consideranda mysteria. Nec incongruè regnum caelorum simile di-

Cap. 22.

I

citur regi suo . Nam & terrenum humile & caducum , non
 dissimilem fortitur principem fragilem & infernum . Misit
 rex seruos suos vocare inuitatos ad nuptias , & nolebant
 venire . Vt ego arbitror , naturalis quædam inuiratio ha-
 manæ est rationis impressio . Vnde enim naturaliter omnis
 homo summum appetit bonum , inuitatur quodammodo ad
 illarum gaudia nuptiarum . Mittit tamen benignus rex e-
 tiam seruos suos , quia nec fides sine auditu , nec auditus si-
 ne prædicatione , nec sine missione prædicatio est . Verum-
 tamen de quibus simpliciter & præcise dicitur , quòd venire
 noluerunt , nec ipsam fidem recepisse videntur . Qui verò se-
 cundò vocantur , non similiter voluisse , sed neglexisse di-
 cuntur . Tertiò vocans : Tauri mei , inquit , & altilia occisa
 sunt , &c . Nec mirum quòd carnalibus adhuc populis pro-
 missiones suas carniù appellacione contexit . Quandoqui-
 dem & seipsum pro eorum salute carnis veritate vestiuit . Ita-
 que nemo nostrum scandalizetur & dicatur : Nunquid mandu-
 cabo carnes taurorum , aut sanguinem hircorum potabo ?
 meminisse enim debemus , & voces domini parabolas esse , &
 spirituales eum nobis non carnales delicias promississe . Et in
 carne quidem taurorum cibus fortior , altilium esus delecta-
 bilior est . Vtraque ergo videtur in suis dominus nuptiis , &
 parata suis enumerare conuiujs quæcunque vel ad necessita-
 tem experenda sunt , vel appetenda ad voluptatem . Quàm mi-
 seri qui ad illas nuptias venire negligunt , vbi solus cibus ad
 æternaliter viuendum , vbi deliciae incomparabiles ad ines-
 fabiliter delectandum ! In multis tamen nostrum impletur
 quod protinus subinfertur : Illi autem neglexerunt & abie-
 runt . scilicet alius in vilam , alius in negotiationem , sed villa ista ca-
 ro nostra est , villa porcaria , villa libidinis , plena spurcitijs .
 In hanc villam suam inuitatus & negligens , veri regis fieri
 conuiuia se recepit , qui promissa cœlestia perniciosè dissi-
 mulans , quasi licite corporeis voluptatibus indulgere dispo-
 nit . Sequitur : Alius in negotiationem suam . Multas causas
 sequuntur somnia , & terrenæ sollicitudinis inquietudinem
 cœlestium comitatur incuria nuptiarum . Nostra ni fallor ne-
 gotiatio , pessima occupatio est : quia quòd ex ea otium no-
 bis negatur , eo ipso negotium appellatur . Sequitur : Reliqui
 verò tenuerunt seruos eius , & con. af. oc . Infelix qui huius
 vocationis fidem non exhibet , sed longè infelicior qui tri-
 buit

buit
 rex. S
 Tun
 ergo
 term
 sca
 esse c
 liter
 quia
 mitti
 que c
 hono
 gis er
 grega
 ctum
 tamen
 malos
 tur : q
 postm
 discun
 ptali
 dum ra
 affectu
 & imi
 celor
 mice q
 Quisq
 ne vest
 gentius
 dignati
 qua per
 iudicio
 conuen
 tem ter
 hodie
 aut per
 tiens er
 sperat
 habens
 cum vo

buit mala pro bonis, nec immeritò illis potissimum irascitur rex. Siquidem peius est seruos eius persequi, quàm non sequi. Tunc ait rex seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, &c. Ite ergo ad exitus viarum, &c. Si via est vita nostra, viæ exitus, terminus vitæ non inconuenienter accipitur. Illò ergo piscatores suos sapientia mittit, quò vberior & facilior solet esse captura, cum ad memoriam nouissima reducuntur. Vel aliter, ad exitum viæ, non ad medium vel ad initium mittit: quia vbi nos inuenerit iudicabit. Nesciunt quos ad exitus mittit, qui in medio perniciofa securitate torpescunt. Denique congregauerunt omnes (ait) quos inuenerunt malos & bonos. Si quasi pro indifferenti dictum esset, congruum magis erat vt boni preponerentur: & ita potius diceretur: Congregauerunt bo. & ma. Nunc verò signanter arbitror, dictum, quòd ad viarum exitus missi malos non respuant, vt tamen boni fiant. Melius ergo inuenire. melius est inueniri malos & bonos, vt post peccata ad pœnitentiam conuertantur: quàm bonos & malos: vt cum spiritu cœperimus, carne postmodum consummemur. Intrauit autem rex vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Rex ille neque vel de ipsis quæ in facie sunt secundum faciem iudicat, nec acceptat in quibus reprobatur cordis affectum. Siquidem vestis exterior est cõuersatio diligibilis & imitabilis coram hominibus: interior conuersatio digna cœlorum regnis, & angelicis apta consortiis. Et ait illi, Amice quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem? Quisquis superna gaudia sperat, cum indignè viuat, quasi sine veste nuptiali intrat ad nuptias. Sed consideranda est diligentius huius regis & maiestas etiam incomprehensibilis, & dignatio amabilis, & indignatio valdè terribilis. Maiestas qui penetrat omnia, vniuersa discernit. Dignatio qua ante iudicium ad pœnitentiam prouocat, dum misericorditer conuenit quem reum inuenit. Indignatio qua eundem tacentem tenebris addicit & suppliciiis. Et nunc charissimi multos hodie conuenit rex ingrediens, aut per hominum linguas, aut per sacras scripturas, aut per suggestiones internas. Quouens enim homini peccata sua indicat, qui ipsius promissa sperat, idem est ac si dicat: Amice quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem. Sanè propter sacramenta amicis vocat: cuius propter peccata habitum culpatur. Tunc ait rex

rex ministris: Ligatis manibus e. & pedibus &c. Tunc videlicet non vbi ille sine nuptiali veste introiit, sed postquam admonitus siluit, interrogatus obmutuit, & noluit confiteri. Sed quæ sunt vincula quibus ligantur manus & pedes? Scilicet funiculis peccatorum suorum vnusquisque constringitur. Et funiculus triplex etiam nunc difficile soluitur, cum peccatum deliberationis & operationis consuetudine roboretur. Ligatur manus, vt cesset actio: ligantur pedes, vt obfirmatus in malo nunquam deinceps mutetur: vnde ait quidam: Mens imposta manet. Proiicite eum in tenebras exteriores, Nimirum intus est lux, quia Deus lux est, intus videtur veritas, intus lucet sapientia. Sed vix homini qui foras proiicitur in tenebras. Ibi, inquit, erit fletus, & stridor dentium: hoc erit totum conuiuium reprobæ multitudinis, calix inebrians plenus fellis, nec tamen potus ille lachrymarum ardentem in flammis linguam refrigerabit, quam stridor dentium lacerabit. Quid enim stridor dentium, nisi iræ, furoris, nequitie, & malignitatis indicium? Siquidem vt ego arbitror, nullum erit tormentum grauius malis quam malitia cordis, & iniquitas ipsa peruersissimæ voluntatis. Nimirum sicut passiones omnes patientia subleuat, sic impatientia quanlibet leues aggrauat. Ibi ergo erit fletus ex dolore, stridor dentium ex rancore. Alioquin si æquanimiter ferre, si humiliter flere, si dicere possent, nos quidem iuste, nam digna factis recipimus, audeo dicere, ignis ille inextinguibilis tamen exstingueretur, nisi ipsa eorum indignatione, & stridore dentium accenderetur. Sequitur: Multi sunt vocati, pauci verò electi. Quod si timuimus omnes enim vnus eiiceretur, consequens est, vt timeamus multum in reprobatione multorum. Quid enim terribilius nobis potest dici, quam quòd multi sunt vocati, p. v. e. Fratres, cum dixisset dominus discipulis suis, Vnus ex vobis me tradet, omnes dicebant, Nunquid ego sum? nunquid ego? Ita ergo si vnus ex toto humano genere periturus crederetur, ne vnus tamen ex omnibus esse deberet, qui non vehementer expauesceret, contristaretur. multò magis tamen cum dixerit qui omnia nouit, Multi sunt vocati, p. v. e. time re debent & tremere vniuersi. Nemo autem miretur, nemo scandalizetur, quòd in multis vocatis inuenienda sit paucitas electorum. In terrena enim messe ad quantitatem stipulæ, paleæ, fursuris, parua est quantitas similæ purioris. Et si diligenter

gent
adue
multe7
non e
fletus
torme
sa tabQ
D

mam

Deum
dilige
foris,
cis est
mel pr
fortè v
tacula
quia d
dilige
tis, & h
vacue
Propte
riorem
bonum
dilige
quiden
prius

De t

ti ad ho
sus etia
tem te

qui velint duci per viâ mandatorû tuorum. Alij enim trahuntur, qui possût dicere: Trahe me post te. Alij ducuntur qui possunt dicere: Introduxit me in cellam vinariam. Alij rapiuntur, sicut Apostolus raptus est ad tertium cœlum. Et primi quidê felices, qui in paciētia sua possident animas suas. Secundi feliciores, qui ex voluntate sua confitentur ei. Tertij felicissimi, qui in profundissima Dei misericordia, quasi quodammodo sepulta iam arbitrij potestate, in diuitias gloriæ, in spiritu ardoris rapiuntur nescientes, siue in corpore, siue extra corpus, hoc solùm scientes quia rapti sunt.

Quod virtus sit non humiliatio, sed humilitas.

N *Omnis qui se exultat humiliabitur.* Humilitas iustificat non humiliatio. Quanti humiliantur qui humiles non sunt! Alij cum rancore humiliantur, alij patienter, alij libenter. Primi rei sunt, secundi innoxij, vltimi iusti. Quanquam & in nocentia portio iustitiæ est, sed consummatio eius apud humilem. Qui autem dicere potest: Bonum mihi, quia humiliasti me: is verè humilis. Non potest hoc dicere, qui iniuriâ tolerat minus, qui murmurat, neutri horum promittimus gratiam quod humiliantur. Et si longè hi duo à se differant, & alter quidem in patientia sua possideat animam suam, alter in suo murmure pereat, neuter inquam gratiam promeretur quoniam non humiliatis, sed humilibus Deus dat gratiam. Est autem humilis, qui humiliationem conuertit in humilitatem. Nemini prorsus quod impatienter fert bonum est. Hilarem enim datorem diligit Deus. Vnde cùm ieiunamus, iubemur caput nostrum vngere, & faciem lauare, vt nostrum s. opus bonum spirituali gaudio condiciatur. Etenim sola gratiam quam præfert, meretur læta & absoluta humilitas. Quæ enim coacta fuerit vel extorta, qualis est in viro patiente illo qui possidet animam suam, hæc inquam humilitas etiã vitam obtinet propter patientiam, propter tristitiam tamen gratiam non habebit. Generalem verò hinc audi regulam: *Omnis qui se humiliat exaltabitur.* significat profectò non omnem exaltandam esse humilitatem, sed eam tantùm quæ de voluntate venit, non ex tristitia aut necessitate. Nec enim per contrarium omnis qui exaltatur humiliandus erit, sed tantum qui se exultat humiliabitur, ob voluntariam vanitatem. Ita ergo non qui humiliatur, sed qui se sponte humiliat exaltabitur ob meritum voluntatis. Esto enim quod humiliatis

litis
damm
merip
confc

C

ali eno
debito
tempo
quis ec
tis, in v
sumen
Christi
pus, ill
cens v
comm
etiam
greder

Qui
tulle qu
tem par
ipse, i
vt eam
venter.
qui se n
tur? Ig
rari. Qu
ignorat
m, Eccl
Est enim
& occu

litatis materia per alium ministretur: verbi gratia, probra, damna, supplicia: non tamen idcirco rectè ab alio quàm à semetipso humiliatus ille dicitur, qui illa omnia tacitè & læta conscientia causa Dei subeunda decreuerit.

GILBERTVS.

Quòd non omnis vacatio contemplatio sit dicenda.



Runt duo in lecto vno, vnus assumetur & alius relinquetur. Cap. 24.
O

Quali lectus quidam est ociosa & quieta vita in ecclesiæ gremio degentium, eorum qui nullo sunt ecclesiastici muneris onere occupati, nec prouidentia, & dispensationis sollicitudine distenti, sed libero sub ali eno regimine vtuntur ocio. Non tamen omnes ritè & iure debito hoc ocio perfruuntur, sed libertatem quam obtinent temporis, dant in occasionem corporis. Bonus enim lectus si quis eo legitimè vtatur & opportunitatem exterioris quietis, in voluptatem conuertat visionis internæ. Hi sunt qui assumuntur ab hoc ecclesiæ cubiculo in illud cœleste, vt vbi Christus est & ipsi sint cum Christo. Denique vbi fuerit corpus, illic congregentur & aquilæ. Esto tu quasi aquila, & accutis vtere luminibus, spirituali assuesce contemplationi, commane in petris & in præruptis, commorare silicibus, imò etiam singularis illius petrae quæ Christus est cauernas ingredere.

BERNARDVS.

Quòd prælati imprudentia, redundat in periculum subditorum.

Quis putas est fidelis seruus & prudens quem dicit dominus? Quæris fortasse quam escam? Meus, inquit, cibus est, vt faciam voluntatem patris mei. Et vita in vobis erit. Qua quidem nec pasci ipse, nec alios quis pascere poterit, nisi sit fidelis & prudens, vt eam & intelligat, & diligat. Diligat autem fortiter & seruentur. Quando enim excusare ignorantia possit hominem, qui se magistrum infantium, doctorem insipientium profiteatur? Ignorans ignorabitur, & multos ignorare faciet ignorari. Quid enim periculi sit, vbi non inuenit pastor pascua, ignorat dux viam itineris, vicarius nescit voluntatem domini, Ecclesia quotidie multipliciter & miserabiliter experitur. Est enim vt sacratissima sic & secretissima res voluntas Dei, & occultum omnino consilium. Vtilis proinde lectio, utilis

eruditio est. Sed multò magis vnctio necessaria est. Vnde autem scire videbitur quæ sit voluntas Dei bona, & benè placens, & perfecta, qui nec pulsare, nec quærere, nec petere consuevit: qui donec alienarum curam susciperet animarum, nūquam suæ gessit curam?

PETRVS RAVENNAS.

Contra vitium ebrietatis.

Q Si dixerit seruus ille, morã facit dominus, meus & cœperit percutere pueros & ancillas, edere, bibere, & inebriari. Propriè dixit, Edere, bibere, & inebriari, & per. Ebrietas cædis mater, parens litium, petulantia deformiter est magistra: hanc qui habet, se non habet: hanc qui habet, homo non est: hanc qui habet, non facit peccatum, sed est ipse peccatum. Ebrietas est demon blandus, venenum dulce, voluntaria rabies, illecebra honestatis, & pudoris iniuria.

GALFRIDVS.

Quòd per terrenarum similitudinem nuptiarum ad æternas delicias inuitamur.

Cap. 25.

R



*S*imile est regnum caelorum decem virginibus, quæ accipientes lampades &c. Sponsus est Christus, ecclesia sponsa. Aeterna autem illa felicitas, non immeritò nuptiis comparatur, quòd in humanis gaudiis non mediocrem tenere videatur locū celebratio nuptiarum.

Multa denique solet in nuptiis frequentia esse hominum, opulentia rerum, exultatio animorum. Atque vtinam non negligenter homines ad illius venire nuptias inuitati, qui vocatus ad humanas, non modò venire non renuit, sed suorum illas signorum primitiis illustrauit.

Cantica sine titulo. Quòd veniens sponsus, & reprobos in tenebris, & electos inueniat quiescentes.

S Media nocte clamor factus est. Media, inquit, nocte, dum & malos summæ tenebræ circumdederint, & bonos quies tenuerit, subito & insperato clamore dicitur: Ecce sponsus venit. Non solùm tunc, sed & modò sanctis in tranquillitate cordis quiescentibus, & ad se Iesum dulciter inuitantibus sepe diuina vox per internam gratiam quodam ineffabili iubilo resonat, Ecce sponsus venit.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd Deus vendit amore pauperis regnum suum.

E. furini

Esurini, & dedistis mihi manducare &c. Manducat Deus panem in cælo, quem percipit pauper in terra. Qui dederit esurienti panem, dabit sibi regnum. Negabit sibi fontem vitæ, sitienti aquæ calicem qui negarit. Amore pauperis Deus regnum suum vendit, vt illud emere valeat omnis homo. Fragmentum panis ponit in precium, quia vult habere omnes, qui tantum petit precii, quantum homines scit habere. Quid iam excusare poterit non ementem, quem tanta vilitas venditionis accusat?

Quòd ignis æterni nomine pœnarum infernalium vniuersitas designetur.

Ita maledicti in ignem æternum &c. Sicut in hac vita non solum ab igne, sed ab aliis quoque elementis pœnæ ac cruciatibus proueniunt: ita etiam illic in aliis elementis, sicut & in igne pœnæ damnatorum consistunt. Scriptum est enim: Trāsunt à frigore niuis ad calorem ignis.

BERNARDVS.

De dominici corporis sacramento.



Accipit Iesus panem, benedixit ac fregit. Naturæ nostræ susceptio, quasi quædam panis est acceptio. Accipit Christus vnde nos pasceret, cum per incarnationis mysterium hominē sibi vniret, nostræ carnis fœnum vertens in frumentum, vt nos cibaret adipe frumenti, & satiare de medula tritici. Factum est nobis granum frumenti in corde bono seminandum & vberius multiplicandum. Factus est nobis, qui cor hominis confirmat, panis in verbo doctrinæ, in exemplo vitæ, in omni domo spiritualis gratiæ, in omni consolatione nostræ miseræ.

Capitulum
X

Benedixit, quando propter hominem seipsum sanctificauit, vt & ipse benedicere possit. Fregit. Si Iesus non fregisset, quomodo vel amica ad nos perueniret? Fregit distribuit, dispersit, dedit pauperibus. Fregit per gratiā vt suam & patris frangeret iram. Dixit enim Deus vt disperderet nos: si non vnicus electus eius stetisset in confectione, in conf. eius vt auerteret iram eius. Stetit quidē & placuit. Per insuperabilem constantiam in confectione stetit infractus. Verūtamen ipse fregit, dum spontaneus carnem suam passionibus quasi frangendam hoc est atterendam exposuit. Ibi confregit potētias arcuum, ibi cōfregit capita draconis, ibi cōfregit omnes ini-

Hh

micos nostros in ira sua. Ibi cōfregit secundum quendam modum tabulas prioris testamenti, ne simus sub lege. Ibi cōfregit iugum captiuitatis nostræ. Denique totum fregit in quo nos frangebamur, vt totum quod in nobis fractum erat solideret, & admitteret eos qui contracti sunt liberos.

Z *Dedit discipulis suis.* Non opus est quærere quid dederit. ipse enim manifestat dicens: Hoc est corpus meum. Corpus ergo suum dedit, nec sine se. ad hoc enim corpus assumpsit vt se nobis daret. O datum optimum & donum perfectum descendens à patre luminum! Christus datus est nobis ad induendum, ad edendum, & offerendum, sicut indumentum, sicut alimentum, sicut precium. Ad induendum quidem, sicut scriptum est: Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Ad edendum, sicut nunc ipse dicit: Accipite & comedite. Ad offerendum pro nobis, & à nobis. Pro nobis, per similitudinem passionis & mortis: à nobis offerendum, per commemorationem eiusdem passionis & mortis, sicut ipse instituit dicens: Hoc facite in meam commemorationem.

& *Dedit discipulis suis.* In hoc præmonstrauit huius sacramenti gratiam ad eos pertinere qui in numero fuerint discipulorum eius. Qui ergo extra disciplinam sunt, qui magisteria Christi subiecti non sunt, qui secundum suam sententiam non secundum Christi doctrinam vitam instituunt, isti ab hac gratia ita sunt alieni, sicut nomine discipulorum sunt indigni.

Accipite. Illi ritè dicuntur accipere, quibus Iesus ait, accipite: quibus ipse dat, quibus accipiendi licentiam præstat auctoritas tribuentis, non præsumptio propriæ voluntatis. Nisi qui imprudenter & irreuerenter se ingerunt, magis rapiunt & capiunt quàm accipiunt, vt contra eorum præsumptionem dictum videatur accipite, cum præmissum sit eum dedisse. Nunc huius sacramenti attende virtutem. Deceuit Deus mortale hoc immortalitate vestire, & mortale vitam in vitam æternam transferre. Propterea cibum in cibum mutauit, panem vitæ in panem vitæ, sed panem vitæ transitoriam in panem vitæ æternæ: vt ex mutatione cibi in cibum credatur & intelligatur, speretur & expectetur mutatio vitæ mortalis in vitam immortalem. Vt dum mutabilitate temporum ad mortem trahimur ipsa morte, in melius mutandi mortem non timeamus.

Quod homo in articulis fidei Deo credere debet & non sibi.

Hoc est corpus meum. Credat homo firmiter, credat indubitanter, confiteatur fideliter. Si videtur impossibile iuxta humanam rationem, si incredibile iuxta humanam sapientiam, verum semper & cœtum maneat in conscientia fidei propter diuini sermonis reuerentiam. Credat homo Deo magis quàm sibi, credat se Deo, ne Deus non se credat illi. Credat spiritum suum Deo, vt sit creditus cum Deo spiritus eius. Credat rationem suam Deo, & abneget semetipsum, & sicut audit à Deo, sic iudicet.

Quòd calicis acceptio voluntariam significet domini passionem.

Et accipiens calicem. Acceptio calicis, per mysticam significationem rei mox futuræ, intelligi potest mortis perferendæ prompta deuotio voluntariâq; susceptio, de quo calice dicitur: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Calicem ergo accepit, quia mortem sponte suscepit. Grâtiarum actio, benedictio dici potest. Nam & Deum benedicimus, cum de collatis beneficiis gratias ei referimus. Omnis gratiarum actio causam respicit beneficij. Sciens Christus quanta sit huiusmodi gratia ineffabilis sacramenti, bona quanta hinc ab ipso nobis sunt conferenda, quanta mala mox ab ipso sint perferenda, pro vtrâque causa gratias patri agit, videlicet pro bonis præstandis & pro malis tolerandis.

Quòd in diuersis diuersa efficiat calix Christi.

Et dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes. Calix dum dignè bibetur, non omnibus omnia confert, sed singulis singula: alijs tentationes læuigans, alijs augens virtutes, modisq; alijs, largiens singulis prout vtiq; opus est. Et vt nemo expers relinquantur, additur omnes. Ad hunc ergo calicem omnes fideles communiter vocantur. Communio enim fidelium est, mors illi est quicumque non bibit: sed & qui bibit indignè, iudicium sibi bibit. Quid ergo faciet mortali peccato implicatus? Vtròbique periculum mortis est, quòd ipse mortuus est. Quid ergo faciet? consilium in promptu est. Conuertatur & viuat.

Quòd morte dignus sit qui de vitæ calice mortem bibit.

Tota igitur dispensatio gratiæ Dei & misericordiæ, zelus quoque indignationis eius & iræ, de hoc calice quodammodo deriuari vel propinari videtur. Hæc est enim vita mundi in his qui salui sunt, hic est iudicium mundi in his qui pe-

reunt, hinc effundit Deus profundissimæ charitatis suæ plenitudinem, hinc effundet totam incomprehensibilis iræ suæ indignationem. Arguetur enim mundus de peccato in his qui pereunt: nec apparet, vnde magis pereant qui perituri sunt, quàm quòd tantum gratiæ ingrati existunt. Væ homini illi cui salus mundi iudicium, cui vita mors est, cui absolutio damnatio est, cui gratia ira est, cui calix propiciationis calix indignationis est, cui vinum merum fex est. Christus pro nobis mortuus est, nunquid gratis? Quid referemus in hoc seculo? quid respondebimus in futuro? Dicit protomartyr Stephanus: Pro te cremata est caro mea Deus meus. Dicit quicumque plagam suam quam in corpore suo pro Christo accepit: Hæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui. Dicit quicumque carnem suam conuitiis & concupiscentiis crucifixit: Pro te mortificata est caro mea Deus meus. Impius autem & peccator quid dicent? qui mortem Christi non reputant, qui sanguinem vix meracissimæ odibili irreuerentia tanquam fecem existimant, & filium Dei conculcant.

Quòd nouum vinum, nouum obedientiæ genus signat.

E *Non bibam amodo de hoc genimine vitis &c.* Non bibam amodo de hoc genimine vitis, quasi dicat: Non delectabor amodo obedientia qualis vsque nunc sub lege fuit. Instat dicit ille, id est tempus gratiæ, vt umbra euacuetur, & propter noua promissa sub nouis præceptis, nouisque sacramentis religio augeatur, & exemplo humilitatis meæ obedientia perficiatur, in qua magis vobiscum delecter regno patris mei, hoc est in ecclesia. Quòd dicit, donec bibam illud nouum. Per nouum significat ex aliqua parte eandem ecclesiæ obedientiam legis & euangelij, & ex aliqua parte innouatam, id est mutatam, & auctam. Quid est ergo illud nouum vinum bibere, nisi amore obedientiæ pari? Quid est vobiscum bibam illud, nisi & vos ex amore obedientiæ compatiemini? Nouum erat, vt pro genimine vitis, calix biberetur passionis: nouum erat, vt pro agno immolaretur homo.

BERNARDVS.

Quòd Christus passurus affectum susceperit infirmorum.

F *Pater si fieri potest &c.* Super asellum Christus ascendit, vt ne hic quidem hostibus relinqueretur. Agnosco plane in duce belli pusillanimitatem trepidationem. Agnosco ægroti vocem,

vocem, in medico charitatem, stupeo miserationem, expauesco dignationem. Misericors dominus non beati Andree robustum sibi suscepit affectum: quia non est sanis opus medicus, sed male habentibus quid enim magnum fuerat domine Iesu, si ascendente hora, propter quam veneras intrepidus, stares tanquam qui potestatem habebas ponendi animam tuam & nemo tolebat eam a te? Aut non longè gloriosius fuit, quandoquidem propter nos totum agebatur vt non modò passio corporis, sed etiam cordis affectio pro nobis faceret, & quos viuificabat mors tua, tua nihilominus & trepidatio robustos, & mœstitia lætos, & tedium alacres, & turbatio quietos faceret, & desolatio consolatos. Lego in Lazari resurrectione, quia infremuit spiritu & se turbauit, non conditionis necessitate, sed sue beneplacito voluntatis. Nunc autem aliud iam amplius audio, vsque adeo siquidem præualuit ea quæ fortis est, vt mors dilectio, vt Christum angelus Dei confortauerit. Apparuit, inquit euangelista, angelus confortans eum. Quid dicam? Quem eum? Minus mirarer, si non penitus esset indicibilis. Confortans ergo eum, cuius ne ipse confortator suus cupere poterat maiestatem. Rogo te angele quem consolaberis? an ignorabas quis esset, ad quem confortandum veniebas? Certè consolator est, paracletus est, alioquin non diceret ipse alium paracletum a patre mittendum Apostolis, si non esset & ipse paracletus. Denique agnosco, & in hoc ipso paracletum maximum, qui propè sit his qui tribulato sunt corde. Non despero iam si molesta mihi videatur tribulatio quàm puior, etiam si pusillanimus sum, etiam si desidero vt transferatur calix a me. Non despero inquam, dummodo addam & ipse. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Didici etiam ex hoc ipso, non ad carnalem siue caducam recurrere consolationem: sed ad angelicam, sed ad spiritualem, sed ad celestem. Ita planè dummodo non marmurem. Id enim penitus separaret a me, si non citius respiscerem: non renouetiam, si opus habeo consolari. Quid ni? Agnosco vitam meam in saluatore, & de salute desperem?

De quatuor vigiliis & earum horis.

Vigilate & orate, ne iniretis in tentationem. Vigilare & au- **G**
scultare, vereri omnia, & omnia obscurare, timentis est. Negligentia semper pigra dormitat. Quatuor sunt vigilie noctis quibus singulis ternas horas antiquitas talium curiosa

distribuit . Nobis etiam quædam parta materies , & occasio iusti timoris . Sed & partium singularum subdivisio tripartita, singulas totius noctis horas, si diligenter attendimus vendicabit . Timendus est enim nobis iustus iudex quem in multis offendimus , committendo quæ prohibet , quæ præcepit omittendo . Sed & si quid interdum euenit fieri non quomodo conuenit faciendo , sed minus prouidè , minus auidè , minus strenuè , minus deuotè . Hæc igitur prima vigilia , & hæc etiam horæ eius , vt propter hæc tria iudex terribilis timeatur . Verum minus nobis fuerat formidandus quamlibet reis quilibet iustus iudex , nisi nuda forent nostra omnia illius oculis & aperta . Illi enim totum palam est , & in manifesto quicquid sine teste cogitas vel committis . Tertium adhuc dico , videt in te quod non vides , ne ipse quidem : adhuc cum licet sit iustissimus , & sciens omnia , si tamen minus posset , minus esset terribilis peccatori . Nunc verò Deus est cuius iræ nemo resistit . Vlciscitur sicut vult etiam in hac vita : & quemadmodum nihil habet quis nisi quod acceperit : ita etiam ad manum est domino tollere vel recipere quicquid dedit . Punit quoque post mortem ad loca purgatoria animas transferens , nonnullorum etiam electorum , vt ligna , scænum , stipula non sine detrimento eorum quorum opus arserit , consumantur . Propterea felix , quem repleuerit timor domini , vt bene ei sit in ambobus extremis vitæ scilicet temporalis , & temporis vniuersi . Iam de vindicta tertia quid loquamur ? Flere magis libet quàm aliquid dicere cogitantem . Cur exceptus genibus , cur tactatus vberibus qui in illis gehennalibus flammis arsurus est in æternum ? Minus est quicquid dicitur , quicquid legitur , quicquid creditur , quicquid timetur super igne deuorante , & ardoribus sempiternis . Iustus est iudex , sapiens , potens , vt nec causam nostram tueri , nec qualibet tergiversatione excusare culpam , nec sententiam declinare possimus . Vnum restat consilium , vnum remedium : vt in spe misericordiæ respiciamus : nec enim minor est in misericordia quàm in potentia , in iustitia , in sapientia Deus .

PETRVS RAVENNAS .

Quòd frustra de aduersis queritur , qui sibi prospera non precatur .

H *Vigilate & orate ne iniretis in tentationem . In tentationem vadit , qui ad orationem non vadit . Et quid est quòd*

mar.

martina prece totius diei custodiam volumus postulare?
 Quid est quod homini toto tempore astare liber, & Deo
 assistere nec puncto liber? Inimici certe est ista suggestio,
 decipere parat, quos non paritur orationibus conueniri.
 Quid igitur de aduersis queritur, qui sibi prospera non pre-
 catur?

BERNARDVS.

Quod etiam militis gladius debeat ecclesie militare.

Conuerte gladium tuum in vaginam. Vterque gladius, & I
 spiritualis scilicet & materialis, ecclesie est. Sed is quidem
 pro ecclesia, ille verò & ab ecclesia exerendus: ille sacer-
 dotis, is militis manu: sed sanè ad nutum sacerdotis, & ius-
 sum imperatoris.

Quod Christus ductor tlici debuerit,
 non seductor.

S*Eductor ille dixit adhuc vivens, Post tres* Cap. 27.
dies resurgam. Verè seductor, sed pius K
 non malitiosus. Quid tu nuper Iudæe
 signabas lapidem monumenti? Deni-
 que: Seduxisti me domine, ait propheta
 tuus in persona tua. Fortior fuisti & in-
 Seduxi vos o Iudæi in passione. nam in
 resurrectione inualuit & præualuit vin-
 cens leo de tribu Iuda. Etenim si cognouissent, nunquam
 dominum glorię crucifixissent. Quid ergo facturus es? Etiam
 prædixit, & iam reuixit. Diligenter explora signaculum se-
 pulchre. Apertum est enim: datur tibi signum Ionæ prophe-
 tæ, quia & hoc ipse prædixit: Propter ea viri Niniitæ con-
 tra vos in iudicium qui propheta obtemperauerunt.
 Vos nec domino prophetarum. Vbi est quod dicebatis: De-
 scendat de cruce, & credimus ei? Crucis signaculum dirum-
 pere voluistis, promittentes ad fidem vos intraturos. Ecce
 apertum est, non diruptum, introite. Alioquin si non credi-
 tis resurgenti, nec descendentem utique credidissetis. Quid ta-
 men insistimus? Non sustinet adire symphoniam, & cho-
 rum senior frater. Occisum nobis saginatum vitulum indi-
 gnatur. Foris stat, omnino non acquiescit intrare: ingre-
 diamur nos, & in hac tam præclara sollemnitate, quid com-
 mendetur nobis, sedula cogitatione pensemus.

H h iij

Cap. 28.
L



Quid nobis insinuet resurrectio saluatoris. Empe resurrectio transitus vel transmigratio dicitur. Christus enim non recessit sed resurrexit, non rediit sed transit, transmigravit non remeavit. Si post consummationem crucis in nostram hanc mortalitatem & vite presentis arumnas Christus dominus reuixisset, ego eum non transisse dicerem sed redisse. Nunc autem qui transit in nouitatem vite, nos quoq; inuitat ad transitum, vocat in Galilæam. Quid nos dicimus, qui sacram domini resurrectionem paschæ priuamus nomine, vt sit nobis in reditum magis quàm in transitum? Luximus his diebus, compunctioni & orationi, grauitati & abstinentiæ dedidit, cæterorum negligētias temporum sacro hoc quadragenario redimere & diluere cupientes. Communicauius passionibus Christi, cõplantati ei sumus denuò per baptismum quendam lachrymarum pœnitentiæ confessionis. Si ergo negligētias planximus, quid causæ est, vt recidamus nunc in eodẽ? Inueniemur nunc iterum curiosi vt ante, verbosi vt ante, pigri & negligentes vt ante, vani, suspitiosi, detractores, iracundi, cæterisque impliciti vitiis, quæ tam anxie deplorauimus his diebus. Sic amatores huius seculi, inimici crucis Christi, cuius in vanum accepto nomine dicuntur christiani, toto tempore quadagesimali ad instantes inhiant dies resurrectionis, heu vt liberius indulgeant voluptati. Pro dolor peccandi tempus, terminus recidendi facta est resurrectio saluatoris! Ex hoc nêpe comestationes & ebrietates redeunt, cubilia & impudicitæ repetuntur, & laxantur concupiscentiis fræna. Quasi verò ad hæc surrexerit Christus, & non magis propter iustificationem nostram. Sic honoratis miseri Christum? Venturo parastis hospitium consentes peccata cum gemitu, castigantes corpora, elemosynas impendentes: & ecce susceptum proditis inimicis, immò exire compellit priores nequitias admittendo. Quid enim? Minus præsentis debetur quàm venturo? Minus reuerentiæ resurrectionis tempus exigit quàm passionis? Sed vos vt manifestum est neutrum honoratis. Nam si compateremini, & cõregnaretis: si commoreremini, & conresurgeretis. Nunc autem ex sola consuetudine temporis & simulatione quadam, humiliatio ista processit, quam non sequitur exaltatio spiritalis.

Homilia

Homilia super Vespere autem sabbati.

Vespere autem sabbati quæ luceſcit in prima ſabbati. Magnificè M
 ſanctis mulieribus iſtis vespere hæc illuxit, quarum triftitia
 verſa eſt in gaudium ſingularè. Ad vespereum enim ſtetus, &
 ad matutinum lætitia, dum merentur cognoscere ſuscita-
 tum, cuius venerant videre ſepulcrum. Et ab ipſa ſepultura
 eius locum conſideraſſe dicuntur, ſed propter ſabbatum
 quieuiſſe. Erubeſcat nimium temeraria noſtra præſumptio
 leui quacunq; de cauſa, plurimum etiam ſine cauſa obſer-
 uantias ſacras progredi, prætergredi, & audacter non diſpen-
 ſare, ſed diſſipare ea quorum nulla eſt nobis credita diſpen-
 ſatio. quandoquidem mulieribus ſic amantiſſimis nec in tali
 articulo obſeruandi ſabbati ſubintravit obliuio. Vt enim
 tranſiit ſabbatum, cum adhuc tenebræ eſſent, feſtinauit
 prompta deuotio, nec nocturnas horruit tenebras, quæ ti-
 muit de prauaricatione reatum. Imitaberis vtrunq; ſi ſa-
 pias, nec ſatisfacere negligens propriæ deuotioni, prius ta-
 men obtemperans legi. Poſteſt tamen forſitan dubitari an de
 induſtria diem tertium expectarint. Non enim ſanctis po-
 tuerat mulieribus excidiſſe, quod infideles meminere Iudæi, vi-
 delicet dixiſſe dominum, Poſt tres dies reſurgam. Hoc ſi cre-
 ditur, non incongruè dictum videtur, quia venerunt videre
 ſepulcrum videlicet non ſepultum. Quanuis expreſſè dicat
 alius euangelista, quòd emiſſent aromata vt vngerent Ieſum.
 Sed fieri potuit, vt vtraque cogitatio in earum pectore ver-
 ſaretur, & optarent quidem reſurrectionem, ſed opus hacte-
 nus inauditum ſperare certius non auderent, tanquam in
 initio quodam lucis, vel magis fluctuantes inter tenebras &
 lucem, inter vespeream ſabbati & diei illuſcentis auroram.
 Sed quid eſt, quòd omnes euangelista licet eis & quædam
 propria, & quædam non omnibus ſint communia, paſſio-
 nem domini & reſurrectionem diligentius perſequuntur, vt
 quemadmodum ait quidam ſanctorum, non ſit aliud legiſſe
 quæ ſcripta ſunt, quam quæ facta vidiſſe? Ni fallor hoc ideo
 eſt; quia hæc erant quæ minus oportuit ignorari, quòd ſine
 paſſione domini nemo habeat vnde ſperet, ſine reſurrectio-
 ne quem ſperet. Omnibus enim in præmium iſta promitti-
 tur. Sed & Mariam Magdalenam præ cæteris omnibus ad
 monumentum ſtetiſſe, fleuiſſe, vidiſſe angelos, vidiſſe domi-
 num angelorum, euangelia ſacra commendant. Quòd vide-

licet omnibus pœnitentibus hoc non mediocriter vtile videatur, vt vbi peccatum abundauerat, gratia superabundans & materiam ingerat præsumendi, & exemplum præbeat amplius diligendi.

Sequitur:

N Et ecce terramotus factus est magnus. Iam enim desinebat quod de terra erat in terram redire, & tendebat in caelum. Angelus enim domini descendit de caelo, & ac. re. la. & sede, super e. Erat autem aspectus eius sicut fulgur. Vestimenta eius sicut nix. Descendunt vtraque de caelo. Sed in niue multa frigiditas, in fulgure ardor immensus. Sed quomodo sibi facies ignea & niuea sociatur? Quomodo niuem illam fulgur non liquefacit, aut ipsa fulgur, si præualuit non extinguit? Imò verò si ab initio Deus hominem vestis indignum non creauit, sed indigētiam, hanc reatus præuagationis inuocat, ad quid etiã angelo vestis fuit? Sed angelus ille talis apparuit, qualem hominibus expedire nouerat ille qui misit. Siquidem & aspectus ille fulgureus seruatoris sacrae intentionis, & niuei vestis frigiditatem pariter & nitorem commendat corporis castitatis. Nam & dominus calidos nos inuenire optat aut frigidos. Calidos intus velut in intuitu cordis nostri. Frigidos foris in habitu corporis incorrupti. Illud etiã quod sibi dicitur: *Omni tēpore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat, ad idem pertinet, vbi foris videtur incongruum, idem per oleum, quod igni fomenta præbet, quod per igneum fulgur intelligi. Sanè & liquoribus ceteris oleum superfertur, & natura ignis in sublime contendit, & incorruptio facit proximum Deo. Respondens autem angelus, dixit mulieribus, Cui respondens? Nihil eas legitur vel loquenti angelo respondisse, nedum præmisisse cui responderet. Sed respondit earum trepidationi, quam euidentius agnoscebat, respondit affectibus qui supernum impleuerant sublimi quadam vociferatione palatiam: Nolite timere vos. Signanter dicitur vos. nam nec custodes timerent, similiter eis diceretur, aut si Iesus similiter ab eis quaereretur. Cito, inquit, euntes dicite discipulis eius, quia surrexit. Non enim opus est mora. Iam disperguntur, & forsitan nisi feria sabbati interuenissent, omnes iam dispersi fuissent. Et ne dubitent, illud etiam dicite, quod præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis sicut prædixit. Vt ipsa etiam recordatio promissionis, fidem astruat resurrectionis.*

GALERIDVS.

Item aliter vnde supra.

Vespere autem sabbati quae lucefcit in prima sabbati, v. M. M. G. d. M. v. f. Hæc illa erat mulier quondam in ciuitate peccatrix, de qua septem dæmonia Christus legitur eieciffe, & mirabitur quis quod altera iam dicatur. Etiam quæuis pœnitens anima, nõ mediocriter alteratur. Sicut olim cum cuidam monacho misera quædam mulier, in flagitiis ante cognita procciter se ingerens diceret: Ego sum. sed ait ille: Non sum ego. Ira ergo non quod vereatur pœnitens, & altera iam anima sepulcrum inuisere saluatoris. Non enim audet adhuc, si non decipit cubiculum regis petere, vel scrutari gloriam maiestatis. Venit igitur Maria Magdalena, & altera Maria. Prima fuit illa non sola, altera quoque si volueris ipse eris. Tantum caue, ne ante vesperam sabbati ad sepulcrum venias saluatoris. Sabbatum enim requiem sonat. Sed si nescis, laborantes & oneratos non sabbatizantes ad se dominus vocat. Ne quæseris dilectum in lecto propriæ voluntatis, aut corporeæ voluptatis. Veniat vespere sabbati, & sic deinde prima sabbati illucescat. Prælibatio est quietis æternæ, & licentia quædam beatæ expectationis. In hac vespera venit Maria Magdalena videre sepulcrum. Et tu si volueris altera esse potes, & venire cum ea. Considera ergo & imitare, adora & venerare dominicam passionem. Sequitur: Et ecce terræ motus factus est magnus. Caro enim aduersus spiritum concupiscens mutatione dexteræ excelsi, licet inuita cogitur seruire iustitiæ. Vnde verò mota est terra, nisi quia cæli destilauerunt? Angelus enim domini descendit de cælo. Diuinæ gratiæ visitatio desursum. Et accedens re. lapidem à mo. Quis sine lapis, nisi grauis conscientia? Ea nobis præcludit aditum tumuli saluatoris, & separat inter nos & Deum. Hunc ergo lapidem diuinæ gratiæ indulgentia remouens, & reuoluens sedet etiam super eum. Sedet inquam, vt operiat, sicut olim Rachel idola patris sui. Felix in quo gratia superabundat, & charitas operit multitudinem peccatorum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & v. e. si. n. Rex qui sedet in folio iudicij intuitu suo dissipat omne malum. Fulgura domine, corrutiones, & in circuitu tuo concute, & excute vitia & confusio. Opus enim est, vt des nobis niuem, vt quos fulguræ diuinitatis aspectus, foueat, & refrigeret humanitatis, & benignitatis. Terreat fulgur illud custodes noxios, qui mi-

litantes aduersus animam iter nostrum obsident & obseruāt.
 Consolatur apparens benignitas & humanitas saluatoris no-
 stri, tanquam niuea vestis animas pœnitentes. Et respondens
 mulieribus dicat: Nolite timere vos. Scio quòd Iesum qui
 cruce est quæritis. Nescio iam quòd fuerit hæc mulier in ciui-
 tate peccatrix, operui idola, sedeo super la. præterita delicta
 nō reputo, præsentia tantum vota cognosco, scio enim quòd
 Iesum qui crucifixus est quæritis. Nemo inter delicias vide-
 tur quærere crucifixum, aut in gloria seculari, aut in libertate
 propriæ voluntatis Arctissima disciplina crucis vagari pro-
 hibet. Immò verò non manum, non pedem, non latus, aut ha-
 meros patitur vel moueri. Acerbum & ignominiosum genus
 est mortis, vt qui voluerit quærere crucifixum, nec voluptuosus
 de cætero nec gloriosus appareat. Surrexit, non est hic.
 Quid igitur nos hic agimus? quid hic sumus? Fratres non no-
 bis hinc fugiendum est, sed hæc nobis eundum. Nam & hic
 hic qui non est hic, sed hinc surrexit. Hæc via, ambulemus
 ea, non remaneamus aut fugiamus eam. Qui enim vult in Chi-
 sto manere, debet sicut ipse ambulauit & ipse ambulare. Se-
 quitur: Venite & videte locum vbi positus erat dominus, Alij
 quidem veniunt, sed non vident. Alij tanquam à longe in-
 tuentur, dum memores dominicæ passionis eam imitantur.
 Neutrum suadet angelus, sed, Venite, ait, & videte locum. Ve-
 nite profectu sacræ conuersationis. Videte piæ deuotionis
 affectu. Et citò cūtes dicite discipulis eius, &c. Et ego fratres
 efficacius hoc vobis dicerem citò eundo, quàm multa loquē-
 do. Quis enim credat aut non indignetur dicenti quia surre-
 xit Deus, cū in nouitate vitæ ambulare & ipse dissimulet.
 Cæterum quid est quòd discipulos suos Christus in Galilea
 transmigratione præcedit? Sed quis illum audiat hæc dicen-
 tem, quem non videat transmigrantem? Citò, inquit, euntes.
 Quòd est dicere, transite, currite, vt omnibus qui vident
 opera vestra clament, studia proloquantur: quia surrexit do-
 minus, & suos præcedit in transmigratione discipulos. Non
 enim sunt eius discipuli, qui cum eo pascha non faciunt, nisi
 transeunt sicut ille benefaciendo pertransiit. Non sunt eius
 discipuli, quos curiositas vitæ præsentis occupat, caput ille-
 cebra, spinæ detinent scandaliuorum.

PETRVS RAVENNAS.

De mysterio resurrectionis Christi.

Vespere autem sabbati quæ luc. in pri. sa. Vespere diem finit
 non inchoat, tenebrescit iuxta vsu[m] seculi non lucefeit. Sed
 iam vesper magister noctis præcurrit diem, mutat ordinem,
 dum cognoscit auctorem, radiat de nouitate mysterium. An-
 helat creatori seruire non tempori. Venit Maria Magdalena
 &cæ. Serò mulier currit ad veniam, quæ maturè cucurrit ad
 culpam. Vespere quærit Christum, quæ in matutinis Adam
 se nouerat perdidisse. Venit Maria Magdalena & altera Ma-
 ria videre sepulchrum. Quæ de paradiso perfidiam sumpse-
 rat, festinat fidem sumere de sepulchro. Contendit rapere de
 morte vitam, quæ de vita rapuerat mortem. Sequitur: Et ec-
 ce terræ motus f. est ma. Modò terræ motus magnus. O si tunc
 vel leuis turbo arborem, mortiferam deiecisset! O si nebula
 fumus illius mulieris tenebrasset aspectum! O si tetra nubes
 letalis pomi speciem caligasset! O si manus tangens incon-
 cessa tremuisset! O si peccati diem tenebrasset obscura nox,
 & lamenta mundi, & incremēta mortis, & creatoris iniuriam
 tunc tulisset! Sed vitis semper seruiunt blandimenta, leno-
 cinantur dulcia dilectis: virtutibus verò austera & fortia sunt
 amica. Denique si sic terra tremuit, cū suorum dominus
 resurrexit ad veniam, quemadmodum contremiscet, cū
 noxiorum resurget ad pœnam? dicente propheta: Terra
 tremuit & quieuit, &cæ. Sequitur: Et reuoluit lapidem. Re-
 uoluit ad fidem, qui perfidia fuerat aduolutus. Reuoluit la-
 pidem, vt idem esset vitæ titulus, qui cœperat mortis tene-
 re custodiam. Orate fratres, vt nunc descendat angelus, &
 totum duritiam nostri cordis euoluat. Aperiat sensuum clau-
 si nostrorum, resurrexisse Christum nostris etiam testetur
 mentibus: quia sicut illud cor cœlum est in quo viuunt & re-
 gnat Christus, ita illud pectus est sepulchrum in quo Chri-
 stus habetur adhuc mortuus & sepultus. Veruntamen hic
 terram ordo mutatur, cū mortem non mortuum deuorat
 hoc sepulchrum. Domus mortis mansio sit vitalis: vteri no-
 ta forma mortuum concipit, parit viuum. Sequitur: Et se-
 debat super eum. Vt doctor fidei, vt resurrectionis magister.
 Sodebat super petram, vt soliditas sedis daret credentibus
 firmitatem. Super petram. Super quam Christus erat ædifi-
 caturus ecclesiam. Ecce ego vobiscum sum vsque ad con-
 sumationem seculi. Ergo nobiscum est noster Iesus. Cur
 nostrum non dixerim, qui datus est nobis? Filius enim datus

est nobis hic noster Iesus, cum quo Deus omnia nobis donavit. Non sustinet à nobis abesse, intantum nos amat, sicut ipse qui est sapientia patris ait, Delitiæ meæ, esse cum filiis hominum. Nobis est, fuit ante mortem, & in morte, & post mortem nobiscum est, & nunc, & vsque ad consummationem seculi, donec simus nos cum illo, qui semper cum domino erimus. Ecce quantum amat Iesus. Neque mors, neque vita potest eum separare à nobis in charitate qua nos diligit. Propterea neque mors, neque vita debet nos separare à charitate ipsius. Quis enim diligendus est, si iste non est? Immo quis ita nobis diligendus est vt ille? Nam vt cætera taceam, non sumus ingrati & maligni, hoc sufficere debet, quod nos diligit. Nihil enim magis debetur amanti, quam vicissitudo amoris. Et qui amat, vult amari. Et hoc iustissime eadem. At qui amari vult, & amare non vult, mirum si vel iudicio suo absolvitur ne iniquus sit. Vero autem iudicio qui amantem non amat, & ipse indignus est amari.

Finitur Euangelium Matthæi.

SEQVITVR EVANGELIVM MARCI.

GALFRIDVS.

Quòd tam vanitatem cordis quàm corporis voluptatem persequi debeamus.

Cap. i.



si caro sylua est, voluptas carnis mel syluestre. Vtraque regi-

*Q*uoniam Iohannes Baptista locusta & mel syluestre edebat. Locusta vanam gloriam significat, quæ non est natrienda sed deuoranda potius, & crebrius ruminando terenda. An pergitis etiam quærere mel syluestre? Sylua quedam opaca & horrenda, caro nostra est, incultis & infructuosis syluestres arboribus, videlicet prauis operibus. Quòd

tur n
duris
ris v
tum l
diffe
spiri
aduer
vrrun
& ani
uerte

Va
fecit,
pit, of
catore
Quid
linque
rit, cui
manus
institui
sum ex
do vos
quar. o
hzc qu
abomi
faciend
statim
ro mitt
nitenti
promp
Et in h
nitenti
di & co
Sunt au
stacim
nem qu
Quòd
fundate

tur nobis est deoranda, & crebris reprehensionibus tanquã duris moribus conterenda, tam cordis vanitas quã corporis voluptas. Ego autem non tam in seipso quã in aliis beatum Ioannem arbitror eiuſmodi vitiis conſumendis intendiſſe, quem nimirum & in vtero matris conſtat plenitudinem ſpiritus accepiſſe. In ipſius etiam typum cuius prænunciabat aduentum, locuſtas edebat & mel ſylueſtre: ſignificans eum vtrunque genus hominum & corporalibus delitiis deditos, & animi vanitatibus inſipienter intentos in ſua membra conuertere.

RICARDVS.

Quòd ad veram pœnitentiã quatuor requirantur.

Vade, & oſtende te ſacerdo. & o. m. q. præ. Mo. Vnum dominus fecit, tria præcepit: leproſum mundauit, ſimul & ire præcepit, oſtendere, offerre. Quid eſt leproſum mundari, niſi peccatorem quenlibet peccatorum ſuorum ſordes abominari? Quid eſt mundatum leproſum ire, niſi prioris vitæ ſtatum relinquere? Sacerdoti autem ſe oſtendere, eſt qualis prius fuerit, cuius propoſiti modo ſit per confeſſionem aperire. Offert munus & quale moyſes inſtituit, qui ad omnem canonicæ inſtitutionis ſatiſfactionem, iuxta ſacerdotis arbitrium ſeipſum exponit. In primo conſideratur odium peccati, in ſecundo votum continendi, in tertio propoſitum conſitendi, in quarto ſtudio ſatiſfaciendi. Pro certo in vera pœnitentiã hæc quatuor ſunt requirenda. Vera nanque pœnitentiã eſt abominatio peccati, cum voto continendi, conſitendi, ſatiſfaciendi. Notandum autem in curandis leproſis quòd quidã ſtatim curantur, & ſic ad ſacerdotem mittuntur. Quidam vero mittuntur, & in cundo curantur. Sunt qui ad primam pœnitentiã ſuã compunctiõnem habent animum paratum & promptum ad omnẽ verã pœnitentiã debitum perſoluendũ. Et in hiſ nulla eſt mora emendationis. Quidam verò ad pœnitentiã compuncti propoſiti quidem habent continendi & conſitendi, ſed ad cõdignam ſatiſfactionem ſunt tepidi. Sunt autem plures quorum differtur emendatio, quã qui ſtatim mundantur: quia magis abundant pigri ad ſatiſfactionem quã prompti.

Quòd non niſi mundæ conſcientiã vinum lætificans inſandatur.

Cap. 2.

S



Emo mittit vinum nouum in vtres veteres. i. Deo gratiam peccatoribus non tribuit, nisi prius a vetustate per pœnitentiam renouentur. Alioquin vinum rumpit vtres & ipsam effunditur, id est, si ipsi sacramenta in quibus gratia continetur & confertur accipere præsumpserint, & ipsi priores de præsumptione efficiuntur, & gratia in eis minimè manere permittitur. Sed vinum nouum in vtres novos mittendum est, & vtraque confer. quia bono homini gratia tribuitur, & ipse gratiam acceptam conferuat, & gratia conseruata eum iustificat. Et nemo bibens vetus, statim vult nouum: dicit enim, Vetus melius est. Nemini nanque quandiu delectatur in culpa placet gratia. Sed postquam nouum i. iucunditatem gratiæ bene gustauerit, statim veteri nouum i. culpæ gratiam anteponeit, quam largitur pius & misericors Deus.

Quòd qui Christum verè sequitur, in agro sacre pagine sententias colligit meliores.

T

Factum est cum ambularet Iesus per sata, discipuli eius ceperunt progredi & vellere spicas. Per sata ambulant, qui sacra eloquia inuestigant. In quibus esuriunt discipuli, dum in eis sententiis meliores discere concupiscunt. Spicas colligunt, dum in eis quæ sibi vtiliora videntur excerpunt. Collectas fricant, dum sub palea literæ, grana requirunt spiritualis intelligentiæ. Grana quoque manducant, dum per spiritualementem intelligentiam virtutes & opera roborant & confirmant.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd non correctioni sed calumniæ studeant criminum amatores.

Cap. 3.

V



Observabant Christum Pharisei si sabbato curaret, vt a. e. Semper offendunt bona malos, pia impios, sancta prophanos. Aut quando lasciuus disciplinam, virtutem vitiosus, criminus innocentiam non accusat? Observabant sollicitè sacerdotes sabbatis, non si peccaret, sed si curaret. Amatores criminum calumniæ inuigilant, insidiantur in accusatione virtutum: quasi contra salutem non pro salute sabbatum sit prouisum.

BERNARDVS.

Quòd exëplo Christi parètes non sint carnaliter diligèdi.

Qua

Quæ est mater mea, &c. Optimè docuit nos dominus hoc verbo, ne solliciti simus super propinquis carnis nostre, plusquam religio postulet, quando de ipsa matre & tali matre taliter respondit. Vbi modò sunt qui tam carnaliter & inaniter super carnalibus propinquis solent esse solliciti acsi adhuc viuerent & ipsi cum eis?

PETRVS RAVENNAS.

Quòd Iesum quem diabolus non potuit mouere muneribus, tentat adulatione pulsare.



Videns Iesum à lōge, cucurrit & adorauit eum.

Cap. 5.
Y

Quid est diabolus? Quem trina tentatione protocabas ad lapsum, quem promissione regni vt te adoraret subdolos ambiebas, hunc tremens fateris & adoras? Ecce qui honores omnes regni promittebat & gloriæ, habitare fœtidis corruptione cadauerum reperitur in tumulis. Sic, sic iste decipit eum promittit, vt ad inferna secum protrahat, quos de supernis se consulentes fallax promissor illudit. Quid mihi & tibi fili Dei summi? Nam & modò vt adulator, non vt deuotus & obsequens hic adorat, euadere cupiens pœnam, prædam perdere pertimescens. Credit infelix, vt eum quem tentatione vincere, què muneribus nequiuit inflectere, possit adulatione pulsare. Quid mihi & tibi? Quod punièdo & iudici, quod inuasori & domino. Quid mihi & tibi fili Dei summi? Si agnoscis filium, vtique non nescis hæredem. Si hæredem nosti, hæreditatem capere cur præsumis?

Quòd diem Christum Apostoli xij. quasi horæ totidem comitantur.

V*T vocauit Iesus duodecim discipulos suos.* Post diurna tempora terræ noctis auroræ suæ desiderato splendore æternus dies Christus noster exiit in lucem, qui xij. horas suas in Apostolis suis xij. signanter aptaret. Hunc beatus Psalm. prophetali vidit spiritu cum canebat: Hæc est dies quam fecit dominus exult. & læ. in e. Vnde & Apostolus lucis ac dies filios appellat credentes. Vos, inquit, filij lucis estis & dei. Et conuocauit xij. discipulos suos. Duodenarius numerus iste per quaternarium numerum tripartitam nobis monstrat & format quadrigam, per quam trinitas tota toto orbe

Cap. 6.
Z

vehitur & fertur excursibus, vt diabolus mitis bellator expugnet, vt mundi superbiam mansuetus victor inclinet, vt discordias Gentium pacificus auferat præliator, & destructo inferno, hoc est peccati fouea, diuturno nostrarum carcere animarum, humani generis captiuitatem liberam triumphii sui perducatur ad gloriam.

Quòd facile deuiat à iustitia, qui Deum non habet in causa.

A Dicebat Ioannes: Non licet tibi habere uxorem Phi. fratristini. Ecce vnde Ioannes incurrit odium, quia arguit criminofum. Dicebat Ioannes quod erat legis, quod iustitiæ, quod salutis, certè quod erat non odij sed amoris. Ecce qualem cõsequutus est ab ipso pro pietate mercedem. Volens, inquit, occidere eum, timuit populum. Facile deuiat à iustitia, qui in caulis non Deum sed homines pertimescit.

Quòd diabolus Christi passionem in Ioannis sanguine prælibauit.

B Pete à me quod vis. Quid peteret luxuria, nisi castitatis interitum, pudicitie necem, mortem sibi semper contrariæ sanctitatis? Da mihi caput Ioannis. Si caput viri Christus, iuxta Apostolum, iam nouello ore antiquissimus serpens Christi domini tendebat ad mortem, iam tunc audus draco in serui capite domini passionem prægustabat. Da mihi in disco. Cur in disco? Cur preciose gestas quod viriliter occidit, nisi quia preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius? Hoc ipsum quod vis, non agis quomodo vis: quia superna te vincit vis. Veruntamen nimis deciperis, qui vocè interfici posse credis. Ego sum, inquit, vox clamantis. Vox occidi non potest, sed magis clamat angustiis corporis absoluta: sicut vox Abel in suo iano effuso sanguine magis sonat, magis penetrat cœlum. Si nunc Ioannes toto orbe clamat, totis seculis facinus tuum cunctis refert & ostentat in Gentibus. Vnde & scire nos conuenit, quia Ioannes de morte sua natus est, & de natali suo mortuus est Herodes. Natus inquam Ioannes de terra in cœlum, de labore ad requiem, de tentationibus ad quietem, de cruciatibus ad lætitiã, de infirmis ad fortia, de caducis ad æterna, de mundanis finibus ad gloriam & coronam sempiternam.

BERNARDVS.

Quòd triduo dominum sustinemus.



ri. P.
nans
pliciu
modi
uerlat
ration
scit: v
ration
ptori.
toré: f
alius, n
bentib
latuer
quis n
quaqu
dem, se
Qu
Pro
angulo
tam les
singula
stiras pa
refician
Prim
se testat
meus est
tus pan
sancta c
vitz & i
ta illud
bor por
rum qui
socialis.
tatus sap

Ni



*Miseror super turbam, quia ecce iam triduum sustinent
ne, nec habent quod manducent.* Viam trium dierū
cas necesse est in deserto, si gratum Deo tuo of
ferre volueris sacrificium: & triduo sustineas
saluatorem, si miraculi panibus desideras satia-
ri. Prima est dies timoris. Dies inquam declarans & illumi-
nans tenebras tuas, interiores scilicet & horrendum gehennæ sup-
plicium demonstrans, in quo sunt tenebrę exteriores. Huius-
modi siquidē cogitatio nostrę solet exercere primordia con-
uersationis. Secunda est pietatis, qua respiramus in luce mise-
rationem Dei. Tertia dies est rationis, in qua veritas innōte-
scit: vt tanquam ex debito quodam naturę, sine alia conside-
ratione, creatori subiecta est creatura, seruus seruiat redem-
ptori. Miseri qui nō exiere, nec in deserto sequuti sunt salua-
torē: sed miserabiles omnibus hominibus, qui profecti cū
aliis, non cū aliis sunt refecti. Porrō si qui fuere qui discum-
bentibus aliis post dum ea siue diuersoria quęuis abscondita
lacuere homines huiusmodi, ieiunos vacuōsque remansisse
quis nesciat? Sic eos qui leuitate & curiositate ducti, circun-
quaque vagantes minimē refederunt: aut qui sederunt qui-
dem, sed non in ordine nec in numero ceterorum.

Quibus vitis refectio spiritualis impeditur.

Pro huiusmodi rogō vos fugite simulationem omnem, &
angulos proprię voluntatis. Fugite inquietudinem, & spiri-
tum leuitatis, fugite obstinationem, & nequissimum vitium
singularitatis: nisi fortē, quod absit, fraudare vultis animas ve-
stras panis edulio benedicti. Iam verō septem panes quibus
reficiamini, isti sunt.

De septem panibus.

Primus panis verbi Dei, in quo vita hominis est, sicut ip-
se testatur. Secundus panis obedientia est: Quoniam cibus
meus est, inquit, vt faciam volūtatē eius qui misit me. Ter-
tius panis meditatio sancta de qua scriptum est: Cogitatio
sancta conseruabit te, & alio loco nominari videtur panis
vitę & intellectus. Quartus panis, orantium lachrymę, iux-
ta illud: Cibabis nos pane lachrymarum. Quintus est la-
bor penitentię: vnde scriptum est: Labores manuum tua-
rum quia manducabis, &c. Sextus est iucunda vnanimitas
socialis. Panis inquam ex diuersis granis confectus, fermentus
sapientię Dei. Septimus eucharistia: Quoniam panis,

inquit, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Hic panis duo operatur en nobis: vt ſi in leuioribus peccatis ſenſum minuat, in grauioribus verò tollat omnino conſenſum. Si quis veltium nō tam ſæpè modò nec tam acerbos ſentit motus iracundiæ, inuidiæ, luxuriæ, aut cæterorum huiusmodi, gratias agat corpori & ſanguini domini, quoniam virtus ſacramenti operatur in eo.

GALERIDVS.

Quomodo ſpiritualiter reficitur triduo ſuſtinens Saluatorem.

F *Mifereor ſuper turbam, quia ec. tri ſu. m. &c.* Veritatem nature probat humanitatis affectus. Et tibi nō miſerturum, immò non miſerantem putas, cùm triennio forſitan ſuſtinueris eſſe. Horas computat & momenta: ſi ſuſtinentiam non perdideris, apud ipſum non peribis in finem. Prima dies ſenſui primo ſ. viſui tribuatur. Viſus animæ, viſus eſt rationis, per ea quæ facta ſunt inuiſibilia Dei conſpiciens. Sic auditus ad fidem, ad ſpem pertinet odoratus. Suſtinet triduo, quid manducet adhuc non habens, qui in his exercetur. Guſtus in charitate eſt, ſine cuius pane inops eſt omnis menſa. Tactus in manibus magis viget, cùm vniuerſo corpori ſit communis. Propter quod ad illam magis apprehenſionem felicitatis æternæ & beatæ promiſſionis referat obtentum, vbi in virum perfectum omnes pariter occurremus. Iterum ſeptem panes, totidem ſunt experientie diuinæ erga nos charitatis, & digniſſimæ quædam occaſiones noſtræ nihilominus erga ipſum. Quarum prima præuentio originariâ nobis inſeruit pietatem. Expectatio reſpiſcendi contulit facultatem. Renocatio vel conuerſio prauam mutauit in melius voluntatem. Remiſſio præteritam diluit iniquitatem. Eruditio inducit in veritatem. Cooperatio adiuuat infirmitatem. Conſolatio lætificat animam noſtram. Piſces ad tolerantiam patientiæ referuntur. Nobis de paruitate piſciculorum & paucorū numero nec gloriandum eſt nec curandum. Pauca ſunt, parua ſunt vniuerſa quæ ſerimus: attamen ſi piè ſapimus, ſic viuatur, & in talibus vita ſpiritus noſtri, dum gratulamur in eis, & gratias agimus domino ſuper eis.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd is quem Deus illuminat, cuncta temporalia paritè pendit.

video homines vt arbores ambulantes. Imperfectis oculis grandescunt formæ, turbantur species, res fallunt ipsæ, quia non iam visionem capiunt, sed adhuc vmbra[m] sustinet visionis. Et quare tamen velut arbores non vt columnæ vel aliud quid, neque stantes sed ambulantes? Quia post curam Christi viderat quòd homines velut arbores transirent in hoc seculo non manerent. Temporalem plantationem germem humanum esse, in hac mox vita videt quem curauit Christus. Iteranda est ergo cura Christi, vt perfecti oculi futura, certa, manentia videant & æterna. Iterum, inquit, imposuit illi manus, & cepit clarè videre omnia.

BERNARDVS.

Quòd carnis motus per gratiam Dei reprimi valeant non sanari.

E*T collidens & multum discerpens eum demon ex. a.* Cap. 9.
 Illo. Ita dico nobis genus illud peccati quod totiens conturbat nos (concupiscentias loquor & desideria mala) reprimi quidem debet, & potest per gratiam Dei, vt non regnet in nobis. Et sic nulla damnatio est his qui sunt in Christo Iesu. Sed non eicitur nisi in mortè, quando sic decerpimur, vt anima separetur à corpore. H

GALFRIDVS.

Quòd nobis regidi, proximis esse propitij debeamus.

Habete sal in vobis, &c. Hinc secularium sapientium vnus ait: Ignoscas aliis multa, nil tibi. Quod nò bene aliqui peruertendo amantes (vt legitur) semetipsos, & sibi propitij, proximis autè graues & rigidi, habent sal inter se, & pacè in semetipsis. I

ADAM DE PERSE.

Quòd Christus dum quatuor modis viuificat peccatores, horis quasi quatuor insperatus aduenit.

N*escitis quando dominus veniet, serò, an mane, an media no. an galli cantu.* Serò venit, quando in extremis agentem & non merentem inopinato gratiæ suæ preuēt à peruersitate corrigit & cōpungit. Hoc tempore latroni affuit, cui extrema agenti tã subito & fidei meritum dedit, & paradisi aperuit. Media noctè venit, cum in tenebris ignorantia vel in medijs tribulationibus constitutū per indebitam gra- Cap. 13. K

riam educit ad refrigerii portum. In galli cantu, quando ad prædicationis vel sacræ lectionis vocem audientium conuertit corda. Mane venit, quando nocte elapsa & peccati voluntate deposita, lucem pœnitentiæ matutinam splendor pietatis infundit. An non serò ad Adam venit, cum ad auram post meridiem, die vergente in vespèram, innocentia declinante in culpam, abscondente se à facie solis, & charitatis ardor refriguit, & immortalitatis splendor occubuit? An non media nocte in Aegyptum venit, quando erepturus populum suum in tribulatione maxima positum, primogenita Aegypti percussit? Sic etiam in galli cantu venit, quado iuxta promissa legalium sacramentorum, & voces prophetarum, ad liberandum hominem per virginem venit. Galli quippe cantus, securitatis lucis nuncius, etiam sermonem designat propheticum, quo verax lucis prænunciatur adventus. Et ecce mane iterum venit, cum post noctem huius seculi iudicij dies illucescet extremum.

BERNARDVS.

Quòd Christus non celsit opprobriis Iudæorum.

Cap. 17.

L

Sicut tu es rex Israël descende de cruce. O venenata lingua, verbum malitiæ, sermo nequam! Non est Caipha, quod paulo ante dicebas: Expedi ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. At illud quia mendacium non erat, non loquebaris de proprio, non à temetipso dicebas: Si rex Israël est, descendat de cruce. Hoc planè tuum est, magis autem eius qui mendax est ab initio. Quid enim consequentiæ videtur habere, vt descendat si rex est, & non magis ascendat? Sic non meministi serpens antique, quàm confusus abscesserit olim, cum dicere præsumpsisses, Mitte te deorsum, & hæc omnia tibi dabò si cadens adoraueris me? Sic tibi Iudæ excidit quod audisti quia dominus regnauit à ligno? Sed forsitan non audisti, quia non Iudæis sed Nationibus hæc annuntiatio debeatur. Descendat, inquit, si rex est Israël. Imò verò quia rex Israël est, titulum regni non deserat: virgam imperij non deponat, cuius imperium super humerum eius. Noli, inquit Iudæi ad Pilatum, scribere rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Et Pilatus: Quod scripsi, scripsi. Si Pilatus, quod scripsit, scripsit, Christus non periret quod incepit? Ipse enim cœpit & saluabit nos. Sed dicunt: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.

Imò

Imò verò si descenderit, neminem saluum faciet. Cùm enim saluus esse non possit, nisi qui perseuerauerit vsque in finem, quantò minus poterit esse saluator? Alios saluos fecit. Nam saluatione cùm sit salus ipse non indiget. Operatur salutem nostram, nec caudam patitur deesse sacrificio vespertino hostiæ salutaris. Nouit inique quid cogites non tibi dabit occasionem subripiendæ nobis perseuerentiæ, quæ sola coronatur. Sine causâ maligne parasti sagittas tuas in pharetra, & discipulorum suspiria cumulas opprobriis Iudæorum. Illi quippe desperant, isti improperant: sed Christo neutra tela nocebunt. Aliud tempus elegit confortandis discipulis & aduersariis confutandis.

Quibus virtutum gemmis quatuor crucis cornua decorentur.

Interim patientiam magis exhibet, humilitatem commendat, obedientiam implet, perficit charitatem. His nempe virtutum gemmis quatuor cornua crucis ornantur. Et est supereminentiior charitas, à dextris obedientia, patientia à sinistris, radix virtutum humilitas in profundo. His ditauit trophæum crucis consummatio dominicæ passionis: Cùm ad Iudæorum blasphemias humilis, ad vulnera patiens, intus linguis, clavis exterius pungeretur. Nam & charitas in cõsummata, cùm inclinato capite tradidit spiritum. His priuare dotibus ac spoliare gloria Christi satagebat ecclesiam qui dicebat: Si rex Israël est descendat de cruce. Hoc enim est quod dolet venenati serpentis astutia, exalratum in deserto serpentem æneum, cuius intuitu sanentur vulnera quæ infligit. Alioquin quoniam alio instigante credimus misisse vixorem Pilati ad ipsum dicentem nihil tibi & iusto illi. multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Timebat ergo iam tunc. Sed nunc maxime virtute crucis enervari se sentiens inimicus, sera ducitur pœnitentia, & quos instigauit ad crucibendum, instigat ad suadendum, vt de cruce descêdat. Audierat impius saluatoris vocem dicentis: Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Et nouerat quantum pro salute illius populi zelum gerere videbatur. Propterea malitiose nimis linguas erudiens blasphemorum suggererat, vt dicerent, Descendat inquit, & credimus. Quasi nihil posset iam obitare, quin descenderet, qui eorum credu-

litatem tantopere desideraret. Sed cui parat insidias versipellis? Nempe ei in quo nihil proficiet inimicus. Non mouetur pollicitatione, qui nouit omnium corda, sicut nec exprobratione blasphema mitissimus omnium mouebatur. Eo quippe tendebat malitiosa suasio, non vt ipsi crederent, sed vt nostra quoque siqua erat fides in eum omnimodis deperiret. Legentes enim, Dei perfecta sunt opera, quando fateremur Deum qui salutis opus reliquisset imperfectum? Sed audiamus quid ad hoc Christus respondeat per prophetam: Quæris signa Iudæ. Expecta me in die resurrectionis meæ. Signum non dabitur tibi nisi Ionæ Prophetæ, non signum descensionis, sed signum resurrectionis. Quod si Iudæus non credit, amplectatur, & gaudeat christianus. Clauso enim prodiit tumulo, qui de patibulo non descendit. An verò id maius sit, inimici nostri sint iudices, qui tam curiose munierant monumentum signantes lapidem cum custodibus. Clauso inquam prodiit tumulo redinium corpus, quòd clauso virginis vtero natum processit in vitam, & ad discipulos clausis intrauit ianuis in conclauis. Sed est locus, vnde clausis procedere ianuis noluit, carcer vtique gehennalis. Confregit siquidem ferreos vectes, repagula vniuersa contriuit, vt liberè suos educeret, & plenis egredierentur portis agmina dealbatorum. Huius igitur resurrectionis miraculum cui poterit comparari? Legimus quidem nonnullorum præcessisse resurrectiones, aut magis suscitationes. Sed istius præambulas, quibus & duplici priuilegio noscitur præminere: nam cæteri resurrexerant iterum morituri. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Illi mortui opus habent denuo suscitari: Christus quod mortuus est peccato mortuus est semel, quod autem viuit, viuit Deo, viuit in æternitate. Est & aliud in quo resurrectionis huius innotescat gloria singularis. Quis enim ex omnibus cæteris suscitauit aliquando semetipsum? Ineffabile est, vt à morte se suscitet ipse qui dormit. Helisæus Propheta mortuum suscitauit, sed alterum non seipsum. Ecce enim quot annis iacet in monumento quod à se non potest sperans ab alio suscitari. Inde est quòd cæteros dicimus suscitatos, Christum resurrexisse, qui solus virtute propria vihor prodiit de sepulchro.

Quòd in præsentis auris hauriat, quòd nondum meretur oculus intueri.

V
homo
lium
quib
fus.
pro
culus
mosu
aurib
ceret
Erat
expir
ieit
didit
quod
per su
mam:

Nu
& per
nebr
batus
prima
lit rep
mus. E
Q

M

vere, q
est, qu
dei vita
si vider
consol
nonnul
mantur
spiricus

Videns Centurio qui ex aduerso stabat quod cla. expe. ait: Verè hic N
homo filius Dei erat. Ad vocem credidit, ex voce agnouit fi-
 lium Dei non ex facie. Erat enim fortassis ex ouibus eius de
 quibus ait: Oues m. vo. m. au. Auditus inuenit quod non vi-
 sus. Oculum species fefellit, auri veritas se infudit. Oculus
 pronunciabat infirmum, oculus scædum, oculus miserum, oc-
 culus morte turpissima condemnatum. Auri filius, auri for-
 mosus innotuit, sed non Iudæorum quia erant incircuncisi
 auribus. Meritò Petrus abscidit auriculam serui, vt viam fa-
 ceret veritati, & veritas liberaret eum, id est liberum faceret.
 Erat ille Centurio incircuncisus, sed non aure, qui ad vnam
 expirantis vocem sub tot infirmitatis indicis dominum ma-
 iestatis agnouit. Ideòque non despexit quod vidit, quia cre-
 didit quod non vidit: non autem ex eo quod vidit, sed ex eo
 quod audiuit: quia fides ex auditu. Dignum quidem fuerat
 per superiores oculorum fenestras intrare veritatem ad ani-
 mam: sed hoc nobis seruatur in posterum.

Quòd per aures intret vita, per quas mors
 primitus introiuit.

Nunc autem, vnde irrepsit morbus, inde remedium intret. **O**
 & per eadem sequatur vestigia vita mortem, tenebras lux, te-
 nebras serpentis antidotum veritatis. Et sanet oculū, qui tur-
 batus est, vt serenus videat quem turbatus non potest. Auris
 prima mortis ianua, prima aperiatur, & vitæ auditus, qui tu-
 lit reparet visum. Quoniam nisi crediderimus, nõ intellige-
 mus. Ergo auditus ad meritum, visus ad præmium est.

Quòd fides mortua in homine, Christus sit mor-
 tuus in sepulchro.

Maria Magdalena. & Maria Iacobi & Salome eme-
 runt aromata. &c. Ab Apostolo accepimus Chri-
 stum per fidem habitare in cordibus nostris. **Cap. 16.**
 Vnde intelligitur tandiu Christum in nobis vi-
 uere, quandiu viuit fides. At postquam fides nostrā mortua
 est, quodammodo Christus mortuus est in nobis. Porrò fi-
 dei vita charitas est, quæ per dilectionem operatur. Tu ergo
 si videris hominem in nobis operibus strenuum, & seruore
 consolationis hilarem, viuere in eo fidem ne dubites. Sed
 nonnulli cum spiritu cæperint, heu carne postea consum-
 mantur! Scimus autem, quia iam tunc non permanet in eis
 spiritus vitæ. Et necesse est recedete spiritu fidem mori: quia



spiritus est qui viuificat. Quis enim magis mortuus eo qui fouet ignem in sinu suo, peccatum in conscientia, nec sentit, nec excutit, nec expauescit? Ecce igitur Christus est in sepulchro, fides mortua in animo. Faciamus ei quod sanctæ fecere mulieres, Emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Et scimus, quia suscitare nostrum non est, sed vngere nobis incumbit, ne scilicet foeteat qui huiusmodi est, ne sit cæteris odor mortis, ne pereffluat, & penitus dissoluatur. Emanant proinde aromata sua tres mulieres, Mens, lingua, manus. De his enim Petrus mandatum accepit tertio pascere gregem domini. Pasce, inquit, mente, pasce ore, pasce opere. Pasce animi oratione. Verbi exhortatione. Exempli exhibitione.

De aromatibus mentis.

Quærat igitur mens aromata sua. Ante omnia compassionis affectum, dehinc rectitudinis zelum. Et inter hæc discretionis spiritum non omittat. Quotiens enim peccantem videris fratrem, continuo procedere debet compassionis affectus tanquam cognatus humanitati. quippe quem concipis ex teipso. Hic compassionis affectus multis quidem prodest: quia animus liberalis quem pro se viderit anxium contristare erubescit. Sed quid agimus, quod nonnulli dura cervice, & attrita sunt fronte, vt quod magis eis compatimur, tantò magis nostra & compassione, & patientia abutatur? Nonne sicut compatiēbamur fratri, ita ipsi iustitiæ compatiendum est, quàm videmus tam impudenter abiici, tam imprudenter prouocari? Scio quod si qua in nobis est charitas, contemptum hunc Dei ferre æquanimiter non possumus. Hic est zelus iustitiæ quo aduersus delinquentes accendimur tanquam pietate ducti erga eam quam contemni videmus iustitiam Dei. Veruntamen oportet, vt priora sibi vendicat compassionis affectus. Alioquin in spiritu vehemēti conterimus naues Tharsis, conterimus calamum cassæum, extinguimus lignum fumigans. Sed cum vterque aderit, videlicet, & compassionis affectus, & iustitiæ zelus, necesse est, vt adsit spiritus discretionis: ne fortè cum oporteat hunc exhiberi, ille procedat, & indiscretio confundat vniuersa. Habet itaque mens nostra tertium spiritum discretionis, vt miscens temporibus tempora, opportunè æmulari & nihilominus ignoscere sciat. Sed vnde hæc nobis? neque enim talia profert virtutum germina terra cordis nostri, sed magis spiritus & tribulos

tribulos germinat nobis. Emerere ergo oportet ab eo qui ait: Venite, emite absque argento & absque vlla commutatione. Quam enim commutationem dabit homo Deo pro gratia sua, qui nullius eget, & cuius sunt vniuersa? Gratia gratis datur, etiã cum emitur gratis emitur: quia quod datur pro ea, nobis melius retinetur. Tria ergo aromata mētis nummo propria voluntatis emenda sunt, quam quidem dimittentes nihil amittimus, etiam & lucratur plurimum, commutantes illam in melius, vt communis fiat quæ propria fuit. Porrò communis voluntas charitas est. Emimus igitur absque commutatione, recipientes quod non habuimus, melius retinentes. Quando verò compatietur fratri, qui in propria voluntate nescit compati, nisi sibi? Simulare siquidem potest ante oculos homo etiam & seducere seipsum, vt cum priuato amore vel odio ducitur, compassionis affectum, vel zelum putet esse iustitiæ. Verùm facile est aduertere quàm sint aliena à propria voluntate, quæ propria sunt charitatis, cui illa recta fronte contrariam se constituit.

De aromatibus linguæ.

Linguæ quoque aromata tria nihilominus sunt, modestia **R** in increpando, copia in exhortando, efficacia in persuadendo. Vis habere hæc aromata? eme illa à domino Deo tuo, sicut & priora sine vlla commutatione, vt aliquid recipias, perdas nihil. Eme à domino moderatam correptionem: quia omnino magnum quoddam bonum datum optimum est, quod habeant pauci. Linguam enim, vt ait Iaco. nemo domare potest. Videas multos, syncera licet intentione, leuiter dicere quod grauius audiatur. Volat irreuocabile verbum, & quod sanare debuerat: quia mordacius videtur exasperat, & hulcerat magis, quando negligentia additur impudentia, ac more phrenetici non solum repellere, sed mordere tantat medicum. Multis quoque non suppetit verborum copia sed præ sermonis inopia linguam suam palato sentiunt adherere, quod & ipsum solet audientibus obesse non parum. Aliis ad manum est abundantia multa sermonis, sed quæ dicunt minus sapiunt. Et quia gratiam non habent, minus efficacia sunt quæ loquuntur. Emenda sunt ista nummo confessionis, vt prius peccata confitearis tua, quàm ad purganda accedas aliena. Magnum & mirabile sacramentum anime suscitatio. Vide ne ad illud immundus accedas. Quia verò innocens esse non potes, laua in-

ter innocentes manus tuas. Omnia enim in confessione lauantur. Ad altaris officium nemo accedit in veste communi, sed qui accessurus est albis induitur. Et tu ergo cum ad domini properas monumentum, lauare, dealbare, induere vestimentis gloriæ, vt dicatur tibi: Confessionem & decorem induisti. quia vbi confessio, ibi in conspectu domini pulchritudo. Legimus. Quia cuius vita despicitur, id est vt præ.con. Sermo enim quidem viuus & efficax est exemplum boni operis, facillè persuadens quod intendimus, dum factibile probat esse quod suademus.

De aromatibus manus.

S Paret ergo & manus aromata sua. Continentiam in carne. Misericordiam in fratre. Patientiam in pietate. Primum debes tibi. Secundum proximo. Tertium Deo. Ante omnia ergo perfectam continentiam quare tibi, non solùm à fornicatione, sed ab omni corporis voluptate. Deinde adde misericordiam, quam debes proximo, cum quo saluandus es. Deinde etiam patientiam quam debes Deo, à quo saluandus es. Hæc autem aromata nummo subiectionis sunt emendata, hæc est enim quæ dirigit gressus nostros, hæc quæ sanctæ conuersationis gratiam promeretur. Ipsa continentiam meretur, ipsa misericordiam ordinat, ipsa patientiam docet & donat. Cum his ergo aromatibus accedendum est ad eum, in quo fides mortua est. Verùm si consideremus, quam magnum sit ad nos suscitare eum, qui huiusmodi est, quam difficile accedere ad cor eius, quod lapidea quædam obstinatio & impudentia claudit, puto quòd dicere habeamus & nos: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Aramen dum sic trepidi veremur accedere, sit sæpe, vt pietatè solita præparationem cordis nostri audiat auris Dei, & ad vocem virtutis eius, resurgat qui erat mortuus. Angelus enim domini hilaritas quædam in vultu eius apparet index, & fulgur quidem resurrectionis accessum præbens ad cor suum, imò aduocans, ipsùmque obstinationis suæ reuoluens lapidem & sedens super eum: ita vt suscitata fide ipsa etiam litteamina quibus obuoluta fuerat, ipse demonstrat: dumque omnia quæ in corde suo priùs ascitabantur aperit, & confiteatur, quomodo seipsum sepelierat intus ipsam tepiditatem suam, & negligentiam prodens, Venite, inquit, & videte locum vbi positus erat dominus.

GALFRIDVS.

Quòd per tres Marias, fides, spes, charitas figurantur.

Maria Magdalena & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngrent Iesum. Tres istæ mulieres, tres virtutes, quas enumerat Apostolus, scilicet, fides, spes, charitas, possunt intelligi, quarum fides concipit, spes appetit, charitas apprehendit. Maria illuminatrix interpretatur, quod spes videtur & fidei esse commune. Vtraque enim occulta iudicat, illa quòd in veritate subsistat, ista quòd fuit nobis ex diuina promissione reposita. Magdalena turrita designat fidei fortitudinem, sicut dicitur de leone, Cui resistite fortes in fide. Iacobus à Iacob, id est, supplantatore nomen accepit, & exhibitione præsentium supplantat expectatio futurorum. Tertia Salome, id est, pacifica dicitur, per quam nimirum charitas commendatur. Emunt aromata, dum acquirunt charismata spiritualia sacræ cogitationis, piæ actionis, puræ intentionis. Numismata autem quibus hæc emunt, vilia sunt mundi stipendia, vanitas, curiositas, & voluptas: in quibus dum renuunt cõsolari, ex eis quodammodo mercantur quod promerentur, dum illa abiiciunt & contemnunt. Emerunt autem aromata, vt venientes vngrent Iesum, id est, vt saluatorem vnctum crederent & sentirent. Sunt enim nonnulli qui Iesum fatentur, & Christum nesciunt saluatorem, non vnctum, non suauem, sed grauem & asperum reputâtes. Propter hoc, vel accedere metunt, vel incipiunt resilire dicentes, Quia durus est hic sermo, qui scilicet de mortis eius imitatione suadet. Ignorant miseri, quoniam labor fingitur in præcepto, & dulce sapit gustui, quod auditui durum sonat. Ad hoc pertinet lapis ille magnus valdè, de quo prius cautes eum reuolutum subito compexere. Quàm multi mortis adhuc & pondus austerioris vitæ reputando trepidant, & cunctantur ingredi monumentum, propositum aggredi salutare! Si verò perstitit pietas, si clamauerit ad deum, gaudebit subito reuolutum lapidem, quem vix credidit aliquando reuoluendum. Quid autem sibi vult quod præmittitur: Ex valdè mane vna sab. ve. ad mo. or. iam so? An solem iustitiæ intelligi conuenit, vt hoc sit dicere, Orto iam sole, suscitato iam saluatore? An ipsum quoque visibilem solem credimus, sicut obscuratum ad exequias morientis, sic celerius ortum ad gloriam resurgentis? Fortè etiam valdè mane cce-

perunt venire à Bethania mulieres, & peruenerunt orto iam sole. Diuini siquidem noscitur fuisse consilij, vt quantis earum deuotio plurimum properaret, non nisi clara luce uenirent, & perspicue cernerent omnia, ne vlla vel ipsis vel per eas postmodum audituris ob caliginem matutinam dubitationis occasio remaneret. Et introeuntes in monumentum viderunt iu. se. sto. can. coo. Nulla est in angelis sanctis ætatum credenda distinctio, sed mystica potius commemoratio iuuentutis. Infantilis quidem ætas fuerat ab initio seculi, vsque ad Abraham: vsque ad Dauid puerilis paulatim in experientia & cognitione proficiens. Extunc nouum robur adolescentiæ in successione regum & variis casibus belorum apparuit, donec edito saluatore solidior ætas iuuentutis accessit. Extunc quodammodo virilis ætas toto tempore martyrum certamen forte sustinuit, sed in huius nostri temporis senectutem fragilem declinauit. vnde superest senium, cuius dies oporteat breuiari sub persecutione nouissima & grauissima antichristi. Et quia iuuentus ætatum media esse cognoscitur, ei tempori quo saluator apparuit iure tribuitur. Sicut enim meridies dicitur plena dies, sic medium annorum in quo olim Propheta eum dixerat cognoscendum, temporis vocatur. Erat autem à dextris angelus, illius resurrectionem annuncians, qui de sinistra ad dexteram, de temporali dispensatione ad gloriã transisset æternam. A dextris erat sinistram cedens hominibus, quos oporteat in regnum Dei per multas tribulationes intrare. A dextris erat quia longitudinem dierum suadebat esse quærendam: non sicut olim lex, terrenas promittebat diuitias, seu gloriã temporalem. legitur enim de sapientia quod longitudino dierum in dextera eius, & in sinistra diuitiæ & gloria. Coopertum inquit stola candida. Ipsa angelorum sanctitas & innocentia sibi est stola candida: ad cuius nos æmulationem suo prouocant & cohortantur exemplo. Et quidem dilectus ecclesie candidus & rubicundus, vt ipsa perinde tanquam mulier fortis domesticos suos fludeat vestire duplicibus, ab ipso enim non solius pudicitie sicut ab angelis, sed etiam patientiæ, quod non ab angelis, sumit exemplum.

BERNARDVS.

V Quod resurrectio Christi quidam fuerit solis ortus.
Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum orto

iam

iani fo
 auror
 terran
 sentia
 pia est
 deco
 ramus

Et
 iam so
 euang
 relatio
 hora s
 sol qu
 clarita
 qui ve
 tificau
 nebris
 ne face
 prue
 domin
 Quis r
 monu
 obser
 facti s
 nem se
 surre
 Sedem

Rec
 stat, q
 necre
 tom n
 retur.
 in nec
 rum &

iam sole. An non mane fuit quando ortus est sol? Erat enim aurora & ipsa obscura satis. Tota Christi conuersatio super terram vsq; dum occubans, & rursus oriens solaris suæ præsentia lumine clariori fugauit auroram, & mane facta absorpta est nox in victoria. Attulit enim nouum de resurrectione decorem, & sereniorẽ subitò lucem: quoniam etsi noueramus eum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd sol quicquid amiserit in meridie recuperat in aurora.

Et valdè mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole. Si valdè mane, quomodo orto iam sole? Sic nescit euangelista quid dicat? nouit planè quid dicat: nec erroris relatio, sed rei gesta cœlitus aperit veritatem. Dixerat: Ab hora sexta vsque ad horam nonam tenebræ factæ sunt, ergo sol qui propterea quòd domino compateretur abscesserat, claritate vt consurgeret, domino ante tempus occurrit: & qui vt suo commoreretur auctori, ipsam meridianam mortificauerat claritatem, vt consurgeret auctori suo cunctis tenebris ante lucanus erupit. Valdè mane. quia tunc sol vt mane faceret manicauit: & qui ante fugerat, nunc ipse nossem præuenit fugaturus. Vt reddat luci nox horas, quas terror dominicæ passionis inuaserat. Dicebant, inquit, adiuuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Ab ostio monumenti an cordis, an sepulcro, an oculis? Mulieres, obseratum est pectus, oculi cordis sunt clausi, & ideo patefacti sepulcri gloriã non videtis. Sequitur: Viderunt iuuenem sedentem à d. co. st. cam. Viderunt iuuenem: quia nescit resurrectio senectutem, neque ætates recipit æterna perfectio. Sedentem à dextris: quia resurrectio recipit nil sinistrum.

BERNARDVS.

Ascensurus dominus discipulorum duritiam increpauit.

Recumbentibus vndecim discipulis. Multam fiduciam præstat, quòd libentius adsit orationi incumbentibus, quando nec recumbentibus dedignatur adesse. Cognouit enim figmentum nostrum: nec dedignatur necessitates nostras, sed miseretur. Si tamen curam carnis non in desiderio faciamus, sed in necessitate. Sequitur: Exprobrouit incredulitatem eorum & duritiam cordis: quia his qui viderant eum resur-

rexisse non crediderunt, audis Christum discipulos increpantem, imò quod durius sonat, etiam exprobrantem, nec quodocunque, sed ea hora qua eis corporalem presentiam subtrahaturus videri poterat magis ab increpatione tacere debuisse. Noli ergo de cætero indignari, si te quoque aliquando Christi vicarius increpauerit. Id enim exhibet, quod ascensus in cælum suis Christus legitur exhibuisse discipulis. Sed quid est, quod dicit: Quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt? Neque enim resurgentem illum, quisquam legitur vidisse mortaliū. Hoc ergo de angelis accipiendum: quibus resurrectionis testimonium perhibentibus, Apostolorum pusillanimitas hæsitauit. Iam verò vt faciat quod scriptum est: Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me: visitationis gratiam, exprobrationis censuram, prædicationis quoque doctrinam, doctrina sequatur, & dicat: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Magna nimis videtur secularibus hominibus in hoc verbo data fiducia, vereor que ne dare eam incipiant in occasionem carnis, blandientes sibi plusquam oportet sine operibus de baptismo & credulitate. Sed si consideremus quod sequitur: Signa eos qui crediderint hæc sequentur: non minor forte videbitur ipsis quoque religiosis ex hoc verbo provenire desperatio, quam ex verbo priore vanæ spei data secularibus occasio videretur. Quis enim dæmonia eiicit? linguis loquitur nouis? serpentes tollit? Et certè hæc & similia, non tam sunt merita quam indicia meritorum: adeò vt multi qui talia fecerint, ipso teste iudice, sint in iudicio reprobandi. Reddet enim dominus vnicuique iuxta opera sua non signa.

Quomodo sancti signa spiritualiter operentur.

Z Sunt tamen & ipsa merita, signa quædam credulitatis, ac per hoc & salutis. Primum enim opus fidei per dilectionem operantis cordis est compunctio: in qua scilicet eiciuntur dæmonia, cum eradicantur de corde peccata. Exinde qui in Christum credunt, linguis loquuntur nouis, in confessione scilicet peccatorum. Serpentes autem tollunt, venenatis suggestionibus resistendo. Quòd si qua radix fortè pullulat, & stimulat animam concupiscentia carnis, profectò si mortiferum quid biberint non eis nocebit: quia iuxta saluatoris exemplum, cum gustauerint, nolent bibere: id est, cum senserint, nolent consentire. Sic enim eis non nocebit: quia

nulla

nulla damnatio est his qui in Christo Iesu sensus peccati absque consensu. Super ægros manus imponent, & bene habebunt, id est ægras affectiones operibus bonis operient, & hoc remedio curabuntur.

GALFRIDVS.

Quod Deus resurrectionis suæ testimonium multipliciter voluit commendare.

Recumbentibus xi. dis. ap. il. 1e. & expr. il. Increpata incredulitas & duritia cordis, fidei firmitatem commendat, & dominicæ resurrectionis certitudinem tribuit amplio-rem. Sic enim quod facilius sculpsitur, facilius aboletur. Citius venit in dubium, quod velocius fuerit persuasum. Propterea non contentus videri, audiri, & tangi: vt quartus etiam sensus perhiberet testimonium veritati, cum discipulis suis vsque tertio voluit & conuesci. Solus huic testimonio medius quinque sensuum defuit odoratus, quod ad probandam humani corporis naturam & soliditatem, cæteris quatuor minus efficax videretur.

Qualiter iustus omni conueniat creaturæ.

Eccl. i. in mun. vni prædi. e. o. crea. Considerandum est quos dominus quò vel ad quid miserit eos quibus dicebat: Euntes in mundum vniuersum, &c. Primum quidem quod paucos pauperulos mittebat: nec fuit tamen dicere illis cum Moyse quod linguæ essent impeditioris. In mundum vniuersum mittebat eos, qui vix satis vnam nouerant regionem: nec fuit qui diceret cum Abbacuc: Babylonem non vidi, & lacum nescio. Mittebat ad euangelizandum eos: cum plurimos eo presertim tempore mundus haberet, qui verba spernerent, qui verbis plurimum abundarent. Prædicate, inquit, omni creaturæ. Vbi tamen solos intelligendos innuit homines, dum subiungit: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Non immeritò genus humanum omnis creatura dicitur, quod omnis ei creatura licet aliter, atque aliter famuletur. Siquidem propter homines angelici etiam spiritus perhibentur in ministerium mitti. Lumenta quoque profunt, dum variis vsibus deseruiunt. Sed & serpentes & feræ dum faciunt, quid amissimus & propter quid innotescunt. Dicit enim beatus Gregorius, quod omnis creatura dicitur hominibus quia omnis creaturæ aliquid præferat in seipso. Esse quidem cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum animali-

bus, discernere cum angelis inuenitur. Atque vnam quibus nostrum in seipso iuxta hæc omnia tropologicum habeat intellectum, A domino siquidem Nescio vos, auditora fatuitas virginum non subsistit. Iustus vivit ex fide quæ per dilectionem operatur, iniusti anima dum peccauerit moritur, & non vivit. Sicut magnanimum reddit virum studium deuotionis, & affectuosa gratiarum actio: sic incredulitas ignouit pusillanimum efficit & remissum. Impetum concupiscentiæ fræno discretionis qui rationalem animam in vanum non acceperit, moderatur intemperantia discretionis, arbitrium subruit, & confundit. Sic essentia deest simulacris & hypocritis, vita infidelibus & iniustis, sensualitas ingratis & indevotis, discretio post concupiscentias suas euntibus, animosis, intemperantibus obstinatio. Sunt verò lapides, & firma soliditate subsistunt in structuram cœlestis ædificij preparati. Vivunt arbores in agro domini constitutæ. Sentium animalia Dei, & ipsius beneficiis, in quorum merito reputant & flagella, respondent pro viribus, appetunt super vires. Discernunt in nobis angeli, dum meditatione seculi ruminantes, diuina nobis iudicia nunciamus, qualiter alios admittitur in regnum, aliosve miseros in ignem sit missurus æternum.

BERNARDVS.

Quod interdum sine baptisinate fides proficiat ad salutem.

- C** *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.* Nota quod saluator cum diceret, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: cautè & vigilanter non repetierit, Qui verò non baptizatus fuerit, sed tantum, Qui verò non crediderit, condemnabitur. Innuens solam fidem interdum sufficere ad salutem, & sine ipsa sufficere nihil. Quapropter etsi martyrium vicem baptisimi habere conceditur, hoc non facit poena, sed ipsa: nam absque ipsa nihil est martyrium nisi poena. Quia ergo martyrio præstat, vt sine dubio pro baptisinate reputetur, & ipsa ita infirma per se erit, vt quod alteri dare potest, sola non valeat obtinere.

Finitur Euangelium Marci.

fatietas
charitas
beth d
blimat
sociam
dulced
templo
beth b
quis di
ribus v
gratia e
familia
Pro e
l myster
matis f
& spirit
Quineti
nihil iam
is olim

458
SEQUITVR EVAN-
GELIVM LVCÆ.

BERNARDVS.

Quod ij verè sancti sunt, qui & Dei memores, &
bonis sunt operibus locupletes.



*Et autem iusti ambo ante Deum in-
cescentes in omnibus mandatis & iusti-
ficationibus Dei sine querela. Hoc de
Zacharia & Elizabeth legitur. Za-
charias memoria domini, Elizabeth
Dei mei saturitas interpretatur. Me-
rito tales iusti referuntur, quos di-
uinarum rerum memoria à malis co-
gitationibus, & dulcedinis supernæ*

Cap. 12
D

fatieta ab omni praua delectatione reddèbat immunes. Za-
charias apparitionis angelicæ honoratur conspectu, Eliza-
beth dominici aduentus in virginem cognitione dignius su-
blimatur in merito. Sanctis enim cogitationibus ipsi Deo
sociamur. Angelorum custodia à malis munimur. Diuinæ
dulcedinis delectatione in bonis perficimur. Zachariam in
templo de diuinis promissionibus angelus instruit, Eliza-
beth beata Maria Deum in vtero gestans visitat in montanis:
quia diuinus sermo mentem diuinis intentam, & ab exteriori-
bus vacantem tumultibus, de cœlestibus erudit: & diuina
gratia eandem in sublimi cœlestium delectatione locatam,
familiarius visitat, & fanat vberius.

GALFRIDVS.

Quod lex muta iuxta literam loquitur spiri-
tualiter intellecta.

*Pro eo quod non credidisti verbis meis, eris ta. &c. Non vacat E
mysterio, quod mutus pater Ioannem genuit qui vox cla-
mantis fuit. Semper enim melius vox in silentio generatur,
& spiritalis oçi quiete sapientia foris proferenda percipitur.
Quinetiam merito sacerdos silebat incredulus, cum penè
nim iam fidei Deo suo Iudaicus populus exhibebat. Moy-
ses olim linguæ impeditioris erat, sed idem iam in Zacharia*

videbatur prorsus elinguis. Adhuc tamen erat innuens illi, siquidem minus solita mysteria loquebatur. Adhuc tamen velut signis quibusdam sacerdotium vetus, & ipsa legis litera mysticum aliquid innuebat. Nec in lege, sed in plebe Iudæorum erat ista mutatio: nimirum quò minus intelligebatur, eò silere amplius videbatur. Cæterùm Ioanne nato non solum loquitur pater, sed repletus spiritu sancto propheta. Euidenter enim iam & plenissimè loquitur lex, dum spiritusliter intelligitur: & silentium eius quodammodo soluitur, dum velum templi scinditur, & velamen tollitur de vultu Moyfi. Sed quid sibi voluerunt cognati & vñini innuentes patri Ioannis? an.8. ipsi pariter obmutuerant? minimè. Nam dicebant non innuebant utique matri eius, quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Et si illi poterant loqui, & ille audire loquentes, cur innuisse ei & non dixisse leguntur? Nimirum frequenter accidit, & in multis videmus vt surditas sit cognita silentio. Alioquin qui audit dicit Veni. denique fides eius auditu, & qui credit etiam loquitur: iuxta illud: Corde creditur ad iustitiam, &c. Et propheta: Credidi propter quod locutus sum. Zacharias non potuit loqui pro eo quòd non credidit, quòd aures non habuit audiendi. Cæterum vbi Ioannes natus est, qui vox clamantis dictus est, audiuit qui obsurduerat, & qui obmutuerat erupit in vocem gratiarum actionis & laudis. Sed quid tam valida est vox Ioannis, vt non modò eam audiant surdi, sed etiam ei, in confessione conclament: nisi quòd lex Dei etalem habens vocem, nouissimè verò nullam penitus habentiam velociter loquitur? Quid enim aliud erat scriptura Moyfi & prophetarum, nisi quædam signa mutorum? De qua dominus in euangelio: Lex & prophetæ vsque ad Ioannem. Et tunc regnum Dei euangelizatur, non innuitur, nec etiam voce in aurem murmuratur, sed palam annunciatu voce clamantis.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd in silentio vox concipitur & nutritur.

F *Et celabat se mensibus quinque.* Erubescibat anus sceta. Verecundatur vetula primi partus, & puerperam nouam senectus abscondit extrema, ne sterilitatis opprobrium ritus sceta cundæ senectutis augetet. O quantò silentio vox nascitur. Pater tacet ex pœna, celat ex verecundia mater. O quantò

tacit
secre
fecit
Hon
cui
ait

Q
flore

Mi

Naz

gis nu

te the

thefau

eius su

uit ex

suam,

matre

est. Na

triam f

campi

chritu

que flo

decor,

tate re

timeas

que plen

viranq

neralenc

in multi

quidem

diate pe

sed in nu

In re sol

abbrevi

Deus D

eius dite

magnific

spiritus c

Balsamu

tacit

taeternitate tuba inelamatura seculis generatur! O quod secretum diuini iudicis dat præconem! Quia sic, inquit, mihi fecit dominus in diebus quibus respexit an. ob. m. inter ho. Honor coniugij, matrimonij dignitas, est procreatio dulcium liberorum. Satis enim graue est, & satis triste, & virginitatis carere præmio, & filiorum solatia non habere.

BERNARDVS.

Quòd in Nazareth missus angelus designet, Christum florem virginitatis amare.

Missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilæe cuius nomen Nazareth. Miraris quòd Nazareth parua ciuitas & tanti regis nuncio illustretur & tanto? Sed latet in hac parua ciuitate thesaurus, latet inquam, sed homines non Deum. Annon thesaurus Dei Maria? Vbicunque illa est, & cor eius, oculi eius super eam. Vbique respicit humilitatem ancillæ suæ, nouit cælum vnigenitus Dei, ergo & Nazareth sicut patriam suam, sicut hæreditatem suam. Cælum ex patre, Nazareth ex matre vèdicat sibi: quia non solum Dei, sed & hominis filius est. Nazareth autem interpretatur flos. Amat florigeram patriam flos de radice Iesse, & libenter inter lilia pascitur flos campi & lilium conuallium. Commendat enim florem pulchritudo, suauolentia, spes fructus, gratia triplex. Te quoque florem reputat Deus, si tibi nec honestæ conversationis decor, nec bonæ opinionis fragrantia desit, nec intentio futuræ retributionis. Fructus enim spiritus est vita æterna. Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud dominum Gratiam utriusque plenam, gratiam singularem. Singularem an generalem? Vtranque sine dubio: quia plenam, & eò singularem, quòd generalem. Nam sola gratiam omnibus inuenisti. Benedicte tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Singulariter quidem fructus est ventris tui, sed ad omnium mentes te meditare peruenit. Sic enim totus ros in vellere, & totus in area: sed in nulla parte aræ totus fuit, sicut totus in vellere fuit. In te sola rex ille diues, & prædiues, exinanitus, immensus, abbreviatus, & ab angelis paulominus minoratus, verus Deus Dei filius incarnatus. Quo fructu ut omnes paupertate eius dicemur, eius humilitate subleuemur, eius minoratone magnificemur, eius incarnatione adherentes Deo vnus fiamus spiritus cum ipso. Sed quibus dabitur gratia nisi humilibus? Balsamum est purissimum, & solidissimum vas requirit. Et

quid tam purum, quidve tam solidum quàm humilitas cordis? Meritò proinde respicit Deus humilitatem ancille suæ. Quo merito, eò quòd animam humilem meritù non occuparet humanum, quominus influeret diuinæ gratiæ plenitudo. Sed ad hanc nobis humilitatem quibusdã erit gradibus ascendendum.

Quòd tria sint quæ gratiam soleant impedire.

- H** Primò enim cor hominis quod adhuc peccare delectat, neq̃ miseram consuetudinem proposito vtiliore mutauit, ne sit gratiæ capax, propriis vitiis præpeditur. Secundò vbi iam mores corrigere, & priores nequitias de cætero non iterare proponit, ipsa tamen peccata præterita licet iam amputata quodammodo videantur, dum in eo manet, gratiam non admittunt. manent autem donec confessione lauentur. Sed vñ tibi si fortè peccatis & vitiis perniciosior successerit ingratitude. Quid enim tam euidenter gratiæ aduersatur? Te pèssimus processu temporis à seruore conuersationis nostræ, paulatim refrigescit charitas, abundat iniquitas, vt consumimur carne, qui spiritu cœperamus. Inde est quòd minus iam sciamus quæ à Deo donata sunt nobis in deuoti pariter & ingrati. Timorem domini relinquimus, religiosam omittimus sollicitudinem, verbosi, curiosi, faceti, etiam detractores & murmuratores, vacantes nugis, fatigantes laboris & disciplina, quotiens sine nota id licet, quasi confestim sit etiam sine noxa. Quid ergo tantis repulsam obstaculis gratiam nobis deesse miramur? Iam verò si quis deuotus, si quis sollicitus, si quis spiritu feruens, caueat sibi ne suis fidat meritis, ne suis operibus innitatur. Alioquin ne huiusmodi quidem animam intrat gratia nimirum plenus est, nec in eo iam inuenit gratia locum sibi. Pharisæus ille elatus qui stans orabat, vacuus rediit, quia plenitudinem simulauit. Publicanus verò qui vacuum vas exhibere curauit, gratiam retulit ampliorem. Nos ergo si gratiam cupimus inuenire, sic abstinemus à vitiis, vt de præteritis quoque peccatis dignè pœniteamus: solliciti simus, & deuotos nos Deo, & verè humiles exhibere.

PETRVS RAVENNAS.

- I** Quòd angelis cognata virginitas ab angelo saluteretur. *Missus est angelus, Gabriel à Deo.* Vbi mediator est angelus, humana cesset opinio: vbi cœlestis est nuncius, interpretatio terrena pellatur. Quòd per angelum Deus mandat ille meretur scire qui timet scire. *Missus est angelus ad virginem*

ginem: quia semper est angelo cognata virginitas. In carne præter carnem viuere, non terrena vita est, sed cœlestis. Et si vultis scire, angelicam gloriam acquirere maius est quàm habere, esse angelum felicitatis est, virginem esse virtutis. Angelus ergo & virgo diuinum est officium non humanum. Sequitur: Aue gratia plena dominus tecum. Aue, hoc est accipe. Quid? virtutis munera, non detrimenta pudoris. Aue gratia plena. hæc est gratia quæ dedit cœlis gloriam, terris Deum, fidem Gentibus, finem vitiis, vitæ ordinem, moribus disciplinam. Ne timeas Maria. Quare? quia inuenisti. Timet non qui inuenit, sed qui perdit. Inuenit hæc concipiendo superni germinis gratiam, quæ pariendo non perdidit virginitatis insignia. Ne timeas Maria Quid timet, quæ securitatem rerum concipit, parit gaudia seculorum? Quid timet, quæ suscipit eum quem timent omnia quæ timentur? Quid timet, cui iudex causæ est assertor, integritas testis innocentia?

B E R N A R D V S.

Quòd virgo se indignam angelica salutatione putabat.

Maria cogitabat qualis esset. i. s. Nimirum indignam se salutatione angelica reputabat, & forsitan talia meditabatur: Vnde hoc mihi vt veniat angelus domini mei ad me? Ne timeas Maria. Ne mireris angelum venientem, & maior angelo venit. Ne mireris angelum domini, & dominus angeli tecum. Quidni videas angelum, cum iam angelum viuas? Quidni visitet angelus vitæ sociam? Quidni salutet cinem sanctorum & domesticam Dei? Angelica planè vita virginitas, & qui non nubent, neque nubentur, erunt sicut angeli Dei.

Quòd qui per Mariam dona gratiæ nobis contulit, eam à nobis voluit honorari.

Inuenisti gratiam apud Dominum. Quid? plena est gratia, & adhuc gloriam inuenit? Digna prorsus inuenire quod quaerit, cui propria non sufficit plenitudo, nec suo potest esse contenta bono. Sed sicut scriptum est, Qui bibit me, adhuc sitiet: petit supereffluentiam ad salutem vniuersitatis. Spiritus, ait, sanctus superueniet in te, & illud preciosum balsamum tanta tibi copia influet, vt copiosissimè effluat circumquaque. Ita est, iam sentimus, iam exhilarantur facies nostræ in oleo, iam clamamus: Oleum effusum nomen

tuum. Verùm si oleum effunditur, sed non perit. Intuere & homo consilium Dei, consilium sapientiæ, consilium pietatis. Cœlesti rore arcam rigaturus totum velleri prius infudit, redempturus humanum genus precium vniuersum contulit in Mariam. Quare? fortè vt excusaretur Eua per filiam, vt querelâ viri aduersus fœminam deinceps sopiretur. Piissimum sanè consilium: sed latet & aliud, nec totum hoc est. Intuemini igitur quanto deuotionis affectu eam à nobis voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Mariâ, vt siquid spei in nobis est, siquid gratiæ, siquid salutis, ab ea nouerimus redundare quæ ascendit delitiis affluens. Tolle corpus hoc solare quod mundum illuminat, vbi dies? Tolle Mariam mæris stellam, mæris scilicet magni & spatiosi, quid nisi caligo inuoluens & ymbra mortis & densissimæ tenebræ relinquuntur? Totius ergo medullis cordium, præcordiorum affectibus Mariam hanc veneremur: quia sic est voluntas eius qui totum habere nos voluit per Mariam. Voluntas inquam eius, sed pro nobis. In omnibus siquidem & per omnia prouidens miseris tentationem nostram solatur, fidem excitat, spem roborat, dissidentiam abigit, erigit pusillanimitatem. Ad patrem verebaris accedere: solo auditu territus ad folia fugibas, Iesum tibi dedit mediatorem. Quid non apud talem patrem filius talis obtineat? Exaudietur utique pro reuerentia sua. Pater enim diligit filium. An verò trepidas & ad ipsum? Frater tuus est, & caro tua, tentatus per omnia absque peccato, vt misericors fieret: hunc tibi fratrem Maria dedit. Sed fortè & in ipso maiestatem vereare dignam, quòd licet factus sit homo, manserit tamen Deus. Advocatum vis habere & ad ipsum. Ad Mariam recurre, nec dubius dixerim, exaudietur & ipsa pro reuerentia sua. Exaudiet pater filium. Exaudiet filius matrem. Ille patri lætus & vulnera, ista filio pectus & vbera præsentabit. hæc est scala peccatorum, hæc est mea magna fiducia, hæc tota ratio spei meæ. Inuenisti, ait angelus, gratiam apud dominum. Feliciter. Semper hæc inueniet gratiam, & sola est gratia qua egemus. Prudens virgo non sapientiam sicut Salomon, non diuitias, non honores, non potentiam, sed gratiam quærebat: sola est enim gratia qua saluemur. Quid nos alia cupimus? Quæramus gratiam, & per Mariam quæramus:

quia

quia
mus
Quæ
enim
dix
nos
game
stras,
dauit

Quæ
tiam
Vir
vilis v
tus in
possib
tifici d
neret i
titudo
tans h
Virtus
stricta
non po

Bene
tus in
fragran
An non
huius fr
dere qu
tudo d
esuriet.
semel g
audisti
cies dec
Benedic
benedic
hor bon

quia quod quærit inuenit, & frustrari non potest. Quæramus gratiam apud Deum, nam apud homines gratia fallax. Quærant alij meritum, nos inuenire gratiâ studeamus. Quid enim non gratiæ est quòd hîc sumus? Profectò misericordiæ domini est quòd non sumus consumpti nos. Qui nos? nos raptores, nos periuri, nos adulteri, nos homicidæ, purgamenta denique mundi huius. Consulite conscientias vestras, & videte si non vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia.

BERNARDVS.

Quòd mediante carnis vmbra virgo ferre potuit præsentiam diuinitatis.

Virtus altissimi obumbrabit tibi. Vmbra ista corpus est, nec Mobilis vmbra, quæ de virtute altissimi firmatur. Et verè virtus in carne Christi quæ virgini obumbravit, vt quod impossibile erat mortali sceminæ, obiectu tamen inuolucris visibili corporis ferret præsentiam maiestatis, & lucem sustineret inaccessibilem. Virtus planè in bonis, contraria fortitudo debellata est, & virtus, & vmbra fugans dæmones, tutans homines, aut certè virtus vegetans, vmbra refrigerans. Virtus altissimi virgini obumbravit, ne nimio splendore perstricta diuinitatis fulgur etiam illa singularis aquila tolerare non posset.

Quàm multiplex benedictio fructus
vteri virginalis.

Benedictus fructus ventris tui. Benedictus in odore, benedictus in sapore, benedictus in specie. Huius odoriferi fructus fragrantiam sentiebat qui dicebat: Ecce odor filij mei, & cæ. An non verè benedictus cui benedixit dominus? De sapore huius fructus qui gustauerat, taliter eructabat: Gustate & videte quoniam suavis est dominus. Et item: Quàm magna multitudo d. t. domine! Et ipse fructus de se: Qui edit me, adhuc esuriet. Vtique propter saporis dulcedinem hoc dicebat: quia semel gustatus, magis excitat appetitum. Audisti de odore, audisti de sapore, audisti de specie. Ex Sion, ait propheta, species decoris eius. Et alibi: Speciosus forma præ filiis hominû. Benedictus ergo fructus ventris tui. Ex cuius benedictione, benedicta etiam tu in mulieribus: quia non potest mala arbor bonum fructum facere.

SVPER LVCAM.

VVERRICVS.

Quòd Ioannes vix plantatus in vtero, fonte vitæ per os virginis sit rigatus.

Ex quo facta est vox saluta. t. in au. m. e. in g. in. in v. m. O incomparabilis gratia! O inæstimabilis diuinæ virtutis potentia! Vox Mariæ dum auribus Elizabeth insonat, ad cor Ioannis penetrat, qui abstrusus intra materna latebat viscera, spiritum eius animat, gaudióque vegetat salutari: & cui virtus naturæ vix adhuc totam infuderat animam, virtus vocis Mariæ pleniorē infundit prophetiam, adeo vt etiam de plenitudine filij copiosè videatur in matrem refundi. Vnde flumina de ventre Mariæ fluebant aquæ viuæ, & fons vitæ & gratiæ oriebatur de medio paradisi ad irriganda ligna paradisi. Proxima erat fonti cedrus ista nobilis. Ioannem loquor consobrinum, & amicum sponsi, præcursorem Baptistam, & matrem domini. Ideóque nimirum vberius irrigum in tantum excrevit, vt inter natos mulierum nihil posset illa sublimius inueniri.

ADAM DE PERSE.

Quòd diuersa sunt genera gaudiorum.

Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Nota quia exultatio alia mundi, alia Dei. Exultatio mundi in tribus consistit, in corporis incolumitate, in rerum prosperitate, in malitiæ impunitate. Exultatio hæc non est ex intimis, sed foris in rebus pessimis: non est spiritus in Deo salutari, sed in desiderio salutari. Cæterum, Omnis gloria filia regis ab in. Exultauit, inquit, spiritus meus in Deo salutari meo. In tribus exultatio Mariæ maximè perpenditur, quòd de ancilla efficitur mundi regina. De paupercula Dei mater & filia. De innupta virgo puerpera.

BERNARDVS.

Quòd nemo sapiens salutis scientiam vilipendit.

Tu puer propheta altissimi vocaberis. Preibus an. fa. Do. pa. ni. e. Ad da. sci. fa. pl. e. Ad dandam, inquit, non salutem, neque enim ille lux: sed scientiam salutis, vt testimonium perhiberet de lumine. Scientia, inquit, salutis in remissionem peccatorum. Non salutis scientiam sapiens paruipendere potest? Ponamus tum necdum venisse Ioannem, necdum nobis significasse de Christo vbi salutem quaerimus. Peccati peccatum grande, quod sanguine hircorum vel vitulorum

nim deleri non potest. Quia non holocaustis delectatur altissimus. Memoria mea infecta est fæce huius amuræ, non est nouacula, quæ membranam hanc radere possit: quia tota rotam imbibit fæcem. Si peccati mei oblitus fuero, stultus sum, & ingratus: si in memoria mea permanet, & arguet me etiam in æternum. Quid igitur faciam? ibo ad Ioannem, & audiam vocem lætitiæ, misericordiæ vocem, sermonem gratiæ, verbum remissionis & pacis.

GALFRIDVS.

Quòd Christus vt alligaret vulnera nostra, pannis est in-



*E*cce ego euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. Gaudeant multi in natiuitate domini. Sed quibusdam in occasiones voluptatis & ostentationis factus est dies ille: vt videlicet splendidius epulentur, & procedant in vestibus preciosis. Non huiusmodi gaudium nobis commendat cœlestis nuncius: non ad mensas delitiosas, vel vestes preciosas, ad pannos magis & præsepium vocat. Denique medium nobis exhibet, & annunciat saluatorem, qui curare veniat non orare, remedium præbeat non cõuiuium. Venuntamen si diligenter aduertimus, multa nobis reposita est gloria sub his pannis, & in illo præsepio cœlestes delitiæ cõtinentur. Gloria patris filius sapiens. Pannosus factus est, vt alliget vulnera nostra: & delitiæ angelorum factæ sunt cibaria iumentorum: vt in quo suavis est illorum delectatio, sit illorum refectio salutaris.

BERNARDVS.

Quòd panni Iesu nobis prædicent paupertatem.

Hæc vobis signum, Inuenietis infantem pannis inuolutum, &c. S
In signum positi sunt panni tui domine Iesu, sed in signum, cui à multis vsque hodie contradicitur. Multi quippe vocati, sed non multi electi, & ideo nec signati. Agnosco Iesum sacerdotem magnum sordidis operum vestibus, dum abstergeretur cum diabolo. Vbi verò exaltatum est caput nostrum super inimicos nostros, ex hoc mutauit vestem, decorem induit, amictus est lumine sicut vestimento. Exemplum dedit nobis, vt & nos eadem faciamus. Vtilior siquidem in conflictu lorica ferrea, quàm stola linea: licet onerata sit, hæc honori. Inuenietis, inquit, infantem pannis inuo-

Cap. 2.
R

Iurum, & positum in præsepio. Cur saluator cuius est aurum pariter & argentum, sacram in suo corpore dedicat paupertatem? aut cur paupertas ipsa tam sollicitè enarratur ab angelo? neque enim sine certi ratione mysterij pannis saluator obvoluitur, & ponitur in præsepio, quando id manifestè in signum nobis commendatur ab angelo.

Quòd interdum bona voluntas sine opere sufficiat ad salutem.

T *Gloria in excelsis Deo. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Magna quidem, sed audeo dicere necdum perfecta laus, donec veniat qui dicat: Sinite paruulos venire ad me. Et pax hominibus, sine voluntatis vsu in sacramento pietatis. Considerent hoc, qui de voluntate, & opere tam contentiosis solent disputationibus contrixari. Considerent & aduertant neutrum negligi oportere, vbi non videtur deesse facultas, præsertim cum vtrunque sine altero (vbi tamen facultas deest) non modò salutem cõferre possit, sed etiam sanctitatem. Sed & hoc quoque firmiter teneant, prodesse quidem opus sine voluntate, non autem contra voluntatem. Vt vnde saluantur infantes, inde magis damnentur fictè accedentes. Nihilominus sanè in quibusdam sine opere voluntas sufficiens, non autem contra opus. Verbi causa, rapitur quis in bona quidem voluntate, sed necdum perfecta, necdum idonea martyrium sustinere. Quis illi audeat pro hac imperfectione negare salutem? Fortè enim propterea non finitur in illam grandem tentationem venire, ne deficiat & damnetur. In ea igitur imperfecta voluntate in qua saluator, vbi deest facultas operis, iam non posset saluari propter defectum operis vel opus defectionis. Idem verò, & in ignorantia posset accidere.

Quòd qui præproperè quærit gloriam, perdat pacem.

V *Gloria in excelsis Deo &c.* Displicet mortalibus angelica partitio, qua gloria Deo; pax hominibus nunciatur, & dum vsurpant gloriam, turbant pacem. Solus gloriam meretur, qui facit mirabilia magna solus. Sicut Apostolus: Soli Deo honor & gloria. Porrò cum nostro genere bene agitur, si datur frui pace Dei, pace cum Deo, & quidem feliciter, misericorditer. Quonam ergo modo stabit pax hominum coram Deo, & cum Deo, si Deo non potest esse apud homines tuta gloria sua? O stulti filij Adam, qui contemnentur pacem &

& gloriam appetentes & pacem perdunt & gloriam?

GALFRIDVS.

Quòd sancti etiã cum suis interfectoribus pacem habent.

Gloria in altiss. Deo &c. Multi forsitan cùm die crastina X
audierint, Lapidabant Iudæi Stephanum, apud se murmura-
bunt & dicent: Heri audiuimus pacem nunciari, & ecce tur-
batio. Quæ est ista pax? De cælo possunt quod volunt nun-
ciare terrigenis, in imo positi scire non possumus quænam
illa sit gloria in excelsis. Cæterùm non videtur pax in terris
præsertim eis quibus promittitur hominibus, scilicet bonæ
voluntatis. Nunquid enim bonæ voluntatis homo Stephe-
nus non erat? Sic dilexit Deum, vt testimonium ei etiam in-
ter saxa præbuerit: sic dilexit homines, vt pro eis à quibus
occidebatur, in ipsa mortis hora flexis genibus exoraret. Et
huic homini tam bonæ voluntatis in terra quæ pax fuit? Ma-
gna quidem pax etiam in terra, sed non de terra, nec etiam
cum terra. An putas quia non erat pax Stephano, cùm obdor-
muit in domino? an pacatus non erat, qui se pacificum exhibe-
bat, qui inimicis pacem quærebat, qui pacare dominum,
& propitiare peccatoribus tam deuotis precibus satagebat?
O mira dilectio sic diligere, & eos diligere qui occidunt!

HVGO DE S. VICTO.

Quòd bona voluntas sola sibi sufficiat, quæ ta-
men non valeat operari.

Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Torum meritum Y
hominis in voluntate. Quantum vis, tantum mereris. Sed ne
dicat, Quid ergo opus est operari? Scias voluntatem haberi
sine opere non posse, si potueris operari. Non est enim vo-
luntas, si non operatur quod potest. Si autem non potest, suf-
fecit ipsa sibi. Sed ideo post voluntatem etiam opus requiri-
tur, vt ipsa eo opere augeatur. Tale est cor hominis, vt ope-
re suo amplius inardescat, siue ad bonum si rectum est, siue ad
malum si peruersum. Quantum ergo voluntas crescit, tantum
& meritum.

ADAM DE PERSÆ.

Quòd per Christi præsepium ordo monasticus figuretur.
Transseamus vsque Bethleem. Transseamus vsque Bethleem, & Z
à seculi actibus diuertentis subire nullatenus humile Chri-
sti diuersorium dedignemur. Ibi puer natus est nobis. Ibi
filius datus est nobis, cuius exinanitio, nostra fuit repletio:

cuius abbreviatio, est eruditio paruulorum. O felix toguriti
 ô regum palatiis diuersoriū præferendum, quod cœlestis ma-
 gisterij auditoriū factū est. vbi verbū paruulos tantò intelligi-
 bilis de præsepio erudit, quantò eis per silentiū infantie sue
 noua humilitatis decreta proponit! Vide filii, si verè philoso-
 phari appetis, à Christi diuersorio ne dicias, ibi verbum in-
 fans vagit quidem in cunis, sed præ Tullij faciūdia, inò præ
 eloquiis angelorum ille vagitus est eloquens, qui linguas in-
 fantium facit disertas. Ibi inaccessibilis splendor obuoluitur
 est vilibus pānis, sed quibus sordes criminū detergantur. Ibi
 angelorū fatieras modico lacte alitur, sed cuius alimento hu-
 miliū nutrita simplicitas in adultā prouehatur ætatē. In præ-
 sepio illo angelorū frumentum in hordeum vertitur, sed cuius
 pabulo pia iumenta in comportandis oneribus roborentur. Et
 certè Christi diuersoriū monasterium dixerim, ad quod, di-
 uertens à malo, vt facias bonum, diuertisti. Præsepium in
 diuersorium, claustrum dico intra monasterium, cui te profes-
 sionis vinculo & loro disciplinæ tanquam mansuetum ani-
 mal obligasti. Quid autem hordeum dixerim in præsepio, ni-
 si ordinem qui tenetur in claustro, vel intellectum sacri elo-
 quii qui difficulter elicitur de literæ integumento, vel sacro-
 sanctum Christi corpus quod de altari sumitur in sacramen-
 to? Aristæ quippe & paleę hordei asperitates & difficultates
 exprimunt, quas tolerari oportet inter obseruantias ordinis
 instituti. Designant nihilominus figuras & integumenta sa-
 cri eloquij. Signant & sacramentales illas species sub quibus
 sumitur vera caro Christi. Quid inquam sunt illæ species, co-
 lor si, & sapor, forma & pondus, quibus tantum mysterium o-
 bumbatur, nisi panni illi, quibus verbum infans in angustis
 præsepis obuoluitur?

BERNARDVS.

Quòd humilitas etsi præ cæteris, non tamen sine
 cæteris virtutibus Deo placet.

A *Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, &
 infantem positum in præsepio. Quid est quòd sola ab angelo com-
 mendari videtur humilitas, vbi dicit: Inuenietis infantem
 paupis inuolutum & po. in præse. nec tamen sola à pastoribus
 inueniri? Fortè specialius commendat angelus humilitatem,
 quia ruentibus cæteris per superbiam, ipse in humilitate
 stetit. Aut certè propterea cœlitus annunciat humilitas,*

litas, quòd hæc quasi propria virtus diuinæ exhibenda sit maiestati. Sola tamen non potuit inueniri, quia semper gratia præstatur humilibus. Inuenerunt ergo Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Sicut enim saluatoris infantia manifestam præterdit humilitatem, sic per virginem continentia, iustitia per Ioseph virum iustum non incongruè designatur. Sanè continentiam deberi carni quis nesciat? Iustitia verò virtus est quod suum est cuique tribuens. Et hæc erga proximos est necessaria. Porro humilitas Deo nos reconciliat, Deo facit esse subiectos, Deo placet in nobis. Itaque qui fornicatur, peccat in corpus suum: qui iniuriosus est, in proximum: elatus quòd in se est, Deum inhonorat.

Quòd Emanuel omnia nomina Iesu sonat.

Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, B
vocatum est nomen eius Iesus. Meritò dum circumcideretur puer qui natus est nobis, saluator vocatur, quod videlicet & ex hoc iam cæperit operari salutem nostram, immaculatum pro nobis sanguinem fundens. Neque enim iam quærere est christianis, cur voluerit Christus dominus circumcidi. Propter hoc siquidem circumcissus est, propter quòd natus, propter quòd passus. Nihil horum propter se, sed omnia propter electos. Nec in peccato genitus, nec à peccato circumcissus, nec mortuus est pro peccato suo, magis autem propter delicta nostra. Quod vocatum est ab angelo, priusquam in vtero conciperetur. Vocatum planè, non impositum. Nempe hoc nomen ei est ab æterno, à natura propria habet, vt sit saluator. Innatum ei hoc nomen, non inditum ab humana vel angelica creatura. Sed quid dicimus, quòd egregius ille Propheeta Esaias si hunc puerum multis nominibus appellandum fore prædicens, hoc vnum tacuisse videtur, quod solum vt præmonuit angelus, vt testatur euangelista, vocatum est nomen eius? Ait enim: Puer natus &c. Et deinceps: Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Magna quidem nomina, sed vbi est nomen quod est super omne nomen, nomen Iesu in quo omne genu flectatur? Fortè in his omnibus illud vnum inuenies, sed expressum quodammodo & effusum: nec omnino aut vocari posset, aut esse saluator, si horum quippiam defuisset. Nunquid non verè eum admirabilem singulifimus extiterit, in mutatione voluntatum nostrarum? Hoc quippe est

sine

Ioseph, &
 angelo com
 infantem
 à pastorib
 humilita
 humilita
 tur humi
 licas,

saluationis nostrę principium, cum incipimus respuere quod diligebamus, dolere vnde lætabamur, amplecti quod timebamus, sequi quod fugiebamus, optare quod contemnebamus. Admirabilis planè qui hæc operatur mirabilia. Sed & consiliarium sese exhibeat necesse est in electione pœnitentię & vitę ordinatione, ne fortè sit nobis absque scientia zelus, & voluntati bonę prouidentia desit. Sanè opus est vt Deū quęque probemus in remissione priorum delictorum, quia nec sine hac salus nobis constare potest. Et nemo potest dimittere peccata nisi solus Deus. Verùm ne id quidem sufficit ad salutem, nisi fortem experiamur in expugnando impugnantem nos, ne ab eisdem rursus concupiscentiis superemur, & fiat nouissima nostra peiora prioribus. Videtũrne iam aliquid deesse saluatori? Planè deesset quod maximum est, nisi & potest esset futuri seculi: vt per eum scilicet in immortalitatem resurgeremus, qui per præsentis seculi patrem generamur ad mortem. Neque hoc satis, si non etiam princeps pacis patri nos reconciliaret, ne fortè sicut filij perditionis non saluati resuscitaturi videremur ad pœnam. Multiplicabitur eius imperium, vt meritò saluator dicatur pro multitudine saluandorum. Et pacis non erit finis, vt veram noueris esse salutem quę non possit timere defectum.

Quare Christus voluerit circumcidi.

C *Postquam consummati sunt dies octo &c.* Audiuimus congruam lectionem de verbo abbreviato quod fecit dominus super terram. Abbreviatum enim in carne, amplius abbreviatur carnis suscepta circumcisione. Minoratus paulominus ab angelis Dei filius naturam humanam induit. Sed iam ne ipsum respueres remedium humanę corruptionis, multo minoratur ab eis. Agnus sine macula etsi non eguit, tamen voluit circumcidi, nec vestigium vllum habens vulneris, & ligaturam vulneris non refugit. Non sic agit peruersitas elationis humanę. Erubescimus vulnerum ligaturam, qui de vulneribus interdum etiam gloriamur. Quem nemo potest arguere de peccato, ipse peccati remedium pariter & austerum sine vlla necessitate suscepit: nec repulit culerum lapideum, in quo verus illa quę eraderetur, rubigo non fuit. Nos econtra inuerecundi ad obscenitatem culpę, erubescimus agere pœnitentiam, quod extremę dementię est, male proni in vulnera, peius in remedia verecundi. Qui peccatum

eatum non fecit, non dedignatus est peccatorem se reputari nos & esse volumus, & nolimus estimari. Itane sano opus est medicina, & non male habentibus? imò verò itane eget medicamine non æger, sed medicus? Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo, priusquam in vtero conciperetur. In ore ergo duorum vel trium testium steterit omne verbum. Et ipsum quod in Propheta abbreviatum, manifestius in euangelio legitur caro factum. Nos respicit hæc parabola. Christus enim nec angelico eguit testimonio, nec humano.

A quibus nobis salutis testimonium sit quærendum.

Triplex proinde quærendum nobis est propriæ salutis testimonium. Et nos enim circumcidi necesse est, & sic nomen salutis accipere. Circuncidi sanè non litera, sed spiritu, & veritate: non vno membro, sed toto corpore simul. Quæ est ergo moralis circumcisio nostrâ, nisi quam commendat Apostolus, Victum inquam, & vestitum habentes his contenti simus? Optimè prorsus circumcidit nos, & superflua refecat vniuersa, voluntaria hæc paupertas, pœnitentiæ labor, regulæ observatio disciplinæ. Cæterùm in hac circumcisioe triplex nobis quærendum est salutis nostræ testimonium, ab angelo, & Maria, & Ioseph. Oportet inquam, vt ante omnia magni consilij angelus nobis imponat salutis nomen. Dehinc quoque ipsius congregationis necessaria est attestatio, quæ tanquam mater est singulorum. Sed nec ipsius ministri contemnendum est testimonium, ei qui imitari quærit saluatoris exemplum. Hic est Ioseph locum quidem obtinens sponsi, re autem vera seruus & dispensator, qui pater vocatur, magis autem nutricius est. Sed dico eadem manifestus & ab his qui foris sunt, & ab eo qui intus est habere oportet testimonium bonum. Cuius enim omnibus grata, nemini odiosa est conuersatio. huic enim sine dubio propria de salute vniuersa fratrum congregatio attestatur. Frustrâ planè super his duntaxat quæ sunt in manifesto, nequissimus ille fratrum accusator trahat in causam, quem excusat vniuersitas fratrum. Habet & prælatis testimonium, quisquis & peccata secularis vitæ, & præsentis quoque temporis negligentia, humili eis & pura cõfessione iudicanda exponit, & ipsorum satisfacere studet arbitrio. Iam ne in his quidem pessimi illius timenda est accusatio, quando non iudicabit dominus sed in ad ipsum. An fortè criminari volet intentionem, & in

ea parte calumniam struere machinabitur, in qua nec fratrum, nec ipsius patris testimonium satis efficax videatur? Necessè est ergo, vt in hac parte opituletur nobis testis intèrnus, qui magis cor quàm faciè intuetur. A quo sanè & incipiendum est, vt non prius quicquam concipiatur in animo, quàm ab eo nomen salutis acceperit. Vbi verò in opus processerit manifestum, expedit iam exteriora quoque sibi testimonia conciliare.

Quòd cauterium infixum est capiti pro totius corporis sanitate.

E In circumcisione domini habemus quod amemus, & admirerur, habemus etiam quod imitemur. Venit nanque dominus propter nos, non solum redimendos sanguinis effusione sed & docendos verbis, & exemplis nihilominus instruedos. Sicut enim penitus erat inutile viam scire, si detineremur in carcere: ita redimi non potest, si viæ ignaros, qui primus inueniret, primus in carcerem retrudendos reduceret. Itaque in maiore ætate patientiæ & humilitatis, & super omnia, charitatis cæterarumque manifesta dedit saluator exempla in infantia figuris velata. Assumens enim formam hominis, paulo minus minoratus est ab angelis. Circuncisus verò, multo minus angelis minoratur, quia non solum hominis, sed formam habet peccatoris, & infigitur velut quoddam cauterio litronis. Quid est enim circumcisio, nisi superfuitatis & peccati iudicium? Quid facitis circumcidentes eum? Putatis quia super eum cadere possit illa sententia: Masculus cuius preputij caro circumcisa non fuerit, per. a. i. de p. f. Potest obliuisci pater filij vteri sui? aut non cognosceret eum, nisi signum circumcisionis haberet? imò verò si quo modo posset non cognoscere filium, ex hoc maximè signo poterat ignorare eum, inuenta in eo circumcisione, quam peccatoribus ipse prouiderat ob purgationem vtiq; delictorum. Sed quid mirum si caput pro membris accipit curationem, quam tamen in seipso nõ habuit necessariam? Nõnne & in membris nostris sepe prouius alteri adhibetur curatio? Dolet caput, & in brachio fit coctura. Dolent renes, & fit in tibia. Ita hodie pro totius corporis putredine cauterium quoddam infixum in capite est. Denique quid mirum si pro nobis dignatus est mori? Totus siquidem est datus, & totus in meos vsus expèsus est. Sed dicendum est iam quid in hac circumcisione nobis spiritaliter indicetur

indicetur agendum.

De mysterio octo dierum.

Neque enim sine causa in lege præceptum, nec sine causa à domino completum est, vt octaua die fieret circumcisio. Sed quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Non ignoramus iam oportere hominem nasci Deum. Nam propter hoc secundò natus est filius Dei. In peccatis liquidè nascimur vniuersi, & necesse habemus renasci in gratia, quod in baptisinate quidem percepimus, sed totum perit in seculari vita. Nunc primò miserante Deo virtus gratiæ in nobis operatur, vt in nouitate vitæ ambulemus. Ergo nascitur homo, quando sol iustitiæ ortus in animo peccatorum illuminat tenebras, horrendumque Dei iudicium internis obtutibus offert; addens ad terroris vinculum breuem dierum numerum & finem incertum. Hæc planè vespera est ad quam demorabitur fletus, & necesse addi matutini lætitiã, vt auditam faciat nobis misericordiam suam. Sic enim fit vesperæ & mane dies vnus.

De die iustitiæ.

Est autem dies ista iustitiæ, reddens cuique quod suum est, nobis miseriam, misericordiam Deo. In hac die puer nascitur, quando ex iis quæ diximus, ad amorem pœnitentiæ, ad odium peccati animus excitatur. Sed periculosum est fortè, si velit inter seculi turbas agere pœnitentiã, vbi alij venenatis persuasionibus, alij vndique exemplis peioribus ad peccatum alliciant, alij adulationibus in vanam gloriam, alij detractionibus & impatientia animum eius deiciant.

De die prudentiæ.

Præcedat iam necesse est prudentiæ radius. Ostendat quantum & quàm importunas præsertim in hac generatione oportunitates & occasiones peccati offerat mūdus, & ingerat, quàm debilis sit ad illas humanus animus, maximè qui in peccati consuetudine sit nutritus. In hac ergo die prudentiæ, eligat de præsentī seculo nequam fugere, sed nondum sufficit hoc. Fortè enim vult eligere solitudinem, non satis attendens propriam infirmitatem, & periculosam diaboli luctam. Quid enim periculosius, quàm solum luctari contra antiqui hostis versutias, à quo videatur, & quem videre non possit?

De die fortitudinis.

Itaq; iam necessariã habet fortitudinis diem, vt nouerit custo-

dicendam ad dominum fortitudinem, & in acie multorum pariter pugnantium esse quærendam, vbi tot sint auxiliarij, quot socij, & tales qui dicere possunt cum Apostolo: Quia non ignoramus astutias inimici. Congregatio enim pro sui fortitudine terribilis est, vt castrorum acies ordinata. Vt autem soli: quia si ceciderit, non habet subleuantem. Verum in hac fortitudinis die, cum elegerit esse in congregatione multorum, nunquid eliget esse minister, qui nondum discipulus fuit? Et quomodo aut in se, aut in alijs motus irrationabiles poterit temperare? nemo carnem suam odio habet. Quomodo ergo putatis, si iam magister suus fuerit iste, quin facile sibi aliquando eò amplius quò familiarius condescendat?

De die temperantiæ.

K Illucescat igitur dies temperantiæ, vt quærat quomodo temperari & refrænari possint incontinentes motus voluptatis, bestiales motus curiositatis, ceruicosi motus elationis. Eligat abiectus in domo Dei, & subiectus esse magistro sub quo frangatur eius voluntas, & obedientiæ fræno concupiscentia reprimatur. Sed iam in ipsa obedienciæ via, aliqua fortassis dura & aspera occurrere possunt, vt accipiat interdum præcepta nonnulla, quæ licet salubria sint, minus tamen suaui videantur. Hęc si molestè cœperit sustinere, si diiudicare prælatum, si murmurare in corde, etiam si exterius impleat quod iubetur, non est virtus patientiæ, sed velamen malitiæ.

De die deuotionis.

L Iam verò cum in his diutius exercitatus fueris, roga dari tibi lumen deuotionis, diem serenissimam, & sabbatum mentis, in quo tanquam emeritus miles in laboribus vniuersis viuas absque labore, dilatato corde currens viam mandatorum Dei, vt quod prius cum amaritudine & coactione tui spiritus faciebas, de cætero iam cum summa dulcedine peragas & delectatione. Verum ad hanc perfectionem pauci (ni fallor) perueniunt in hac vita. Neque enim si quis aliquando videtur hanc habere, continuò credat sibi necesse est. Maxime si nouitius est, nec per præfatos ascenderit gradus. Pius enim dominus pusillos corde blanditijs talibus allicere solet: sed nouerint qui eiusmodi sunt, gratiam hanc præstitam sibi non datam. Longè aliter qui exercitatos habent sensus deuotionis huius felici iucunditate fruuntur. Sed multi tota vita sua ad hoc tendunt, & nunquam pertingunt: quibus tamen si piè

& perseveranter conati sunt, statim vt de corpore exeunt, redditur quod in vita dispensatoriè est negatum: illuc producente eos sola gratia, quò prius tendebant ipsi cum gratia, vt consummati in breui expleant tempora multa. Illis verò qui ad hanc deuotionis gratiam perueniunt, vnum videtur restare periculum, & omnino timendum est eis à dæmonio meridiano. Ipse enim sathanas transfiguratur se in angelum lucis. Hoc ergo timendum ei, qui tanta delectatione omnia facit, ne dum sequitur affectionem, corpus destruat per immoderatam exercitationem: ac deinde necessè habeat, non sine magno spiritualis exercitij detrimento, circa debilitati corporis curam occupari.

De die patientiæ.

Necessè est ergo vt illucescat dies patientiæ, per quam omnia dura & aspera, tacita amplectaris conscientia: te magis diudicans, & durius arguens, cui nimirum displicent, quæ ad salutem sunt: & in cogitatione tua semper partem magistri, quo ad potes, aduersus te ipsum iuuans, & te in omnibus accusare, illum magis excusare laborans. Porrò iam in hoc loco cauendum est tibi (vt arbitror) à superbia. Magnum est enim omnino sic vincere semetipsum. Melior est, ait Salo. patienti viro forti &c. Considera quàm manifestè Propheta doceat necessariam esse humilitatem post patientiam, dicens: Veruntamen Deo subiecta esto anima mea, quia ab ipso patientia mea. Nonne videtur hic occasione patientiæ, tentationem sensisse superbiæ?

De die humilitatis.

Necessè est ergo vt illuminet cor tuum radius humilitatis, N & declaret quid à te sis, quid à Deo, vt altum non sapias: quoniam Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

De die discretionis.

Ergo ne hoc incurrat qui currit, illuminari necessè est lumine discretionis, quæ mater virtutum est, & consummatio perfectionis. Atque hæc est octaua dies circuncisionis, in qua circunciditur puer: quia discretio verè circuncidit, vt non plus nec minus fiat. Nam & qui nimius est, fructum boni operis abscidit, sicut qui tepidus est, & minus facit. In hac ergo die nomen imponitur, & nomen salutis. Nec de eo qui sic conuersatur, dubitem dicere quòd suam ipsius salutem operatur. Vsque ad hunc enim diem possunt dicere angeli

SVPER LVCAM.

qui neuerunt secreta cœlestia. Sed ego nunc primum et fiducia-
liter salutis nomen impono. At verò quia omnino ra-
ra ista avis in terris est, huius discretionis locum in nobis
suppleat virtus obedientiæ, vt nihil plus, nihil minus, nihil al-
liter quàm imperatum sit faciamus.

VVERRICVS.

Quòd præsens tempus nobis ad pœniten-
tiam sit concessum.

*P*ostquam impleti sunt dies purgationis Maria, tulerunt Iesum in
Hierusalem. O quàm felix est de quo dici potest, Impleti sunt
dies purgationis eius, vt iam nihil ei aliud super sit nisi vt fe-
rant eum in Hierusalem supernam, & sistant eum dominus.
Talis nimirum erat Simeon ille senex, tam desiderabilis quàm
plenus desideriis. Cùm iam olim (vt arbitror) essent impleti
dies purgationis, in susceptione domini Iesu, impleti sunt
dies expectationis. Verùm nos fratres dies qui ad purgandũ
nobis dati sunt, velimus nolimus, implemus. Sed vix si dies
implentur, & purgatio minimè impletur, vt postea necesse sit
illo nos igne purgari, quo nihil pœnalius potest in hac vita
vel acrius cogitari. Fratres breues dies hominis sunt, sed tam
valdè præciosi sunt, imò quòd breuiore, eò preciosiores,
quia dies sunt purgationis, cùm statim postmodum fuerint
sint dies retributionis.

De mysterio turturis & columbæ.

*Q*uar turturum aut duos pullos columbarum. Turturem commen-
dat castitas. Huius enim merito digna fuit hostia pro virgi-
neo partu dari. Licet verò aliàs per colubam spiritus sanctus
soleat designari: quia tamen libidinosa avis est, nõ decuit of-
ferri in sacrificium domini, nisi ea ætate quæ nesciret libidi-
nem. Turturis autem non designatur ætas, quoniam agnoscit-
tur castitas in quacunque ætate. Deniq; compari vno cõtra-
ta est, quo amisso, alterũ non admittit, numerositatem in ho-
minibus nuptiarum condemnans. Nam & etsi forsitan culpa
propter incontinentiã venialis est, ipsa tamen tanta incontinen-
tia turpis est. Pudet ad negotiũ honestatis rationem non
posse in homine, quod natura possit in volucre. Cernere est
turturem tẽpore suæ viduitatis, sanctę viduitatis opus strenuè
atq; infatigabiliter exequentẽ. Videas vbiq; singularem, vbi-
que gemetẽ audias, nec vnquã in viridi ramo residentẽ pro-
spicias, vt tu ab eo discas voluptatũ virentia virulenta vitare.

Ad

Adde
quoniam
pudic
lestia.
dicati

Obtu
in amo
hibita,
exempl
filios ex
rendam
ni: sed
nam sci
fratern
modis.
ximis in
terioris
dò caue
illud eti
ante De
earum p
sibi quis
quod sibi
legillato
vulneris
altaris. C
dicti, qu
tur. Qui
omnino h
re est, in
quam exp
tur. Sed m
ris locum
re Dei, re
bati, sac
qui reatu
nem, si no

Adde quòd in iugis montium & summitatibus arborum frequentior illi conuersatio est, vt quod maximè propositum pudicitiae decet, doceat nos terrena despiciere, & amare caelestia. Ex quibus colligitur quòd vox turturis sit etiam praedicatio castitatis.

GALFRIDVS.

De saluatoris oblationibus, & qualiter sint
à nobis offerendae.

Obtulerunt pro eo Domino par turturum, aut d.p.c. Excitat nos R
in amore Christi, & matris eius tanta dignatio pro nobis exhibita, & ad custodiam disciplinae, eorum nos cohortantur exempla, nemo sua opera, nemo suos dissimulet domino filios exhibere, nemo speret nisi à suis sese parentibus offerendum, nec vacuus apparere praesumat in conspectu domini: sed turtures & columbae pullos studeat exhibere, geminam scilicet pudicitiam cordis & operis, & duplicem fructum fraternae dilectionis, in corporalibus & spiritualibus commodis. Sic nos sibi oblatos recipit Deus, si & nobis & proximis impendimus quod debemus. Aliter etiam turtures exterioris & interioris hominis indicant puritatem, vt non modo caueatur adulterium quod concupiscendo admittitur, sed illud etiam de quo dicitur: Immundus est omnis arrogans ante Deum. Columbae duae, simplicitas, & benignitas, & earum pulli, innocentiae & beneficentiae fructus, vt quod sibi quis non vult fieri, nec ipse faciat alteri: faciat autem ei quod sibi vult fieri. Qualiter autem offerri debeant aues istae, legislator Moyses ait: Retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco, decurrere faciat sanguinem super crepidinem altaris. Caput hoc, propositum est vtriusque exercitij supra dicti, quod in omni opere sicut caput in corpore principatur. Quia tamen in multis offendimus omnes, nec tollatur omnino hoc caput, sed vt fluat sanguis qui pro piaculo animae est, inclinetur & reflectatur ad collum confessionis, per quam expietur & acceptetur vtriusque propositum sanctitatis. Sed multi palpant, multi dissimulant, nec rumpunt vulneris locum, sed pro illis alia in confessione loquuntur. Altare Dei, religiosa quaecunque professio est, cuius crepido vel basis, sacrae conuersationis initium. Effundit sanguinem, qui reatum proprium confitetur. Sed non ad altaris crepidinem, si non etiam profitetur emendatius sibi deinceps esse

SVPER LVCAM.

viuendum. Aliter etiam crepido altaris huius & basis, est præ-
latus sacræ congregationis, cui totum onus incumbit, sicut
in Græca lingua rex, Basileos nomen accepit. Fundit itaque
sanguinem, sed non ad crepidinem altaris, qui compungi-
tur quidem, sed non cui conuenit confitetur. Inde est quod
legali sanctione cognoscitur esse decretum, quatenus sacer-
dos qui offert victimam holocausti, habeat pellem eius, et
videlicet veterem quem exiit hominem, ei quisque exhibeat,
qui eum induit nouum.

ADAM DE PERSE.

De quatuor oblationibus Christi.

S *Obtulerunt pro eo Domino par turturum & duos p.c.* Mira res,
precio auium redimitur precium nostrum, & redemptor no-
ster redimitur, antequam nos redimamur ab ipso. Habemus
autem quatuor de Iesu oblationes distinctas, quarum prima
facta est de ipso à parentibus. Secunda pro ipso de auibus.
Tertiam fecit de seipso. Quartam faciet ipse de suis. In his
omnibus instruimur quid credere, quid imitari, quid sper-
re debeamus. Prima oblatio de humilitate nos instruit cum
humiliter legi subiicitur legislator & iudex. Secunda ad pro-
pertatem voluntariam nos inuitat, cum vniuersitatis auctor
& dominus hostiam pauperum pro se elegit offerri. Tertia
ad pietatis viscera nos emollit, cum pius dominus mori pro
impiis per manus nocentium & crucis supplicium non re-
fugit. Iam in quarta oblatione est præmium nostrum, cum si in
fine mundi offerret & traderet regnum Deo & patri, si tamen
quintam de nobis exhibeamus ad meritum. Quintam de no-
bis facimus, si nosmetipsos, & in legis obseruantia humiles,
& in contemptu mundi voluntarios pauperes, & in compas-
sione proximi misericordes exhibeamus.

GALFRIDVS.

Quod qui Christum suscipere voluerit, ei deesse non
debet spes & timor.

T *Homo erat in Hierusalem cui nomen Simeon, & b.i.i. & .ii. Ve*
seculo peccatori! subitaneus ei veniet interitus, nec effu-
giet. Felix qui iustus in actione, & in cogitatione fuerit ti-
moratus! Timuit Simeon in quo Spiritus sanctus erat. Ti-
muit qui responsum acceperat ab eo. Tibi peccator vnde
securitas? Nec solum timoratus erat, sed expectans redem-
ptionem Israel. Beneplacitum est domino super timētes eum
& in

& in e
follici
oleum
domin
scepit
que
nostra
vitas.
mis tan
suo qu
obedie
firmiter
ris in v
viriliter
tare De
foueris
tas, cui
videtur
seruiens
timorae
& metui
Quod
tioni op
Accep
ra desig
na oper
suet spir
mi. ex
chius aut
est dupl
opus que

Qui
Nunc
men ceci
tum conc
oblato ec
transibat.
non ceci

& in e. qui. s. s. m. e. Vtraque res necessaria ad salutem. Timor sollicitat, spes consolatur. Infundit vulneribus animæ spes oleum, timor vinum. Quam lætus Simeon venit in templum domini, vbi templi dominum inueniret! Quam lætus suscepit quem desiderauerat! quam lætus gestando sustinuit, quem sustinuerat expectando! Confortentur igitur corda nostra, & sustineant dominum. Suscipiamus leue onus in vlnas. Exeramus & exerceamus vtrosque lacertos, non summis tangamus digitis, aut etiam imitemur eos qui nec digito suo quod imponunt aliis, volunt mouere. Duo sunt brachia, obedientiæ & patientiæ, sine quibus interim verbum Dei firmiter non tenetur, bona faciens, & mala patiens. Si fueris in vtroque non segnus, si non trepidè, non tepidè, sed viriliter agas, sed confortetur cor tuum & delectetur, salutare Dei in vlnis habes, in sinu foues, & ipse pariter confoueris. Est qui gestat illud in humero, cui onerosa est æquitas, cui molesta sobrietas, cui grauis est disciplina. Est qui videtur illud super caput positum circumferre, nec fraternæ seruiens ædificationi, sed suæ ostentationi. Parum est ille timoratus, & parum amans: quia enim minus diligit, minus & metuit ne amittat.

ODO TVSCVLANVS.

Quòd Iesum in vlnis accipere, sit geminæ bonæ operationi operam dare.

Acceptum eum in vlnas suas. Per vlnas, id est per brachia, opera designantur. Accipitur igitur Iesus in vlnis, quia per bona opera perseverat in nobis. vnde: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & qui. & tremen. verb. m. i. exequentera cum tremore mandatorum opera. In brachiis autem accipit, non in brachio: quia necessaria nobis est duplex operatio. Est enim opus quod delet culpam, & est opus quod gloriam promeretur.

GALFRIDVS.

Qui, vbi, & quomodo Christum debeant inuenire.

Nunc dimittis Domine seruum tuum in pace. Hoc nobis car. X. men cecinit canus senex, quemadmodum dulcius ante obitum concinit albus olor. Nato domino angeli cecinerunt: oblato eo, iustus canit, quod ad eorum gaudium iam iamque transibat. nempe, Rectos decet laudatio. Adorato domino non cecinerunt Magi, ne sapientiæ ascriberetur humanæ: imò

Verò munera ei obtulerunt, & mysticis donis dominum glorificauere non verbis. Sic efficacior apud ecclesiam Gêntium præfigurata deuotio, quàm apud populum Iudæorum, qui dominum labiis honorabat. Venerant prius pastores ad dominum, venerant & siderum contemplatores: Simeon forsitam venire non poterat: ipse ad eum venire dignatus est, & præuenire eum in benedictione dulcedinis. Studeant necesse est pastores hominum sacræ deuotioni, vt dum custodiendis gregibus solerter inuigilant, ex cœlesti admonitione festinent ad præsepium scripturæ sacræ, vnde sibi pariter & aliis vitalia referant alimenta. Nihilominus etiam perfecti quique claustrales quærendo & sapiendo quæ sursum sunt, non quæ super terram, tanquam sidera contemplando, per ducatum fidei ad intelligentiam veritatis accelerent. Tu verò fili qui studiis spiritualibus vacare non sufficis, sed in exauditione & obauditione præceptoris tui quem tibi commendat interpretatio nominis Simeonis, non pro tuo ipsius arbitrio, non pro quæstu proprio terrenis laboribus occuperis. Expecta dominum, viriliter age, confortetur cor tuum. Sustine eum qui pauperis in finem non obliuiscitur. Occurret tibi, & gratiam gratis infundet. Nunc dimittis, ait Simeon, seruum tuum domine. Quis illi iam innotuerat, quod longè postmodum dicturus erat dominus: Tam non dicam vos seruos, sed amicos meos? Dimittis, ait, seruum, & admittis amicum: non spiritum seruitutis iterum in timore, sed tuam potius charitatem infundens. Dimittis clausum de ergastulo duplici, seculi videlicet huius & corporis. Dimittis eum qui vincus est liberum, & funiculo triplici carnalis videlicet necessitatis, voluptatis, consuetudinis miseratus absoluis. Vx miseri, quantos hodie vincula perniciose delectant! Teneri volumus, mitti, & timemus omnino diuitem.

ADAM DE PERSE.

Y Quòd triplicem lætitiã contineat canticum Simeonis. Nunc dimittis seruum tuum Domine. Notum est in hoc catico quatuor esse versus, quia quatuor sunt lætitiæ cœlestis progressus. Primus est in expectatione & desiderio piæ cordis: vnde in primo versu se in pace dimitti proclamat. Secundus est in fructu & prouentu piæ expectationis: vnde in secundo versu corporeis etiam oculis se videre salutare Dei, hoc est Saluatorem exultat. Tertius est in charitate de profectibus

festibus
bus po
ante f
gressus
statio:
Lum

Et ta
Dei, q
transui
amore n
diligere
accipere
ritas De
Et illa q
felicem
gi inter
nere dic

Quon
re debeat

Erat
quidem t
perauit v
tempore
ista, quæ
& oration
muelm,
bu. Asser
nem sona
ista tanto
rum & di
la oblati
ro, sed pre
tes domin
feramus n
studeamus
trauditio
nam prædi

festibus alienis: vnde in tertio versu hoc salutare Dei omnibus populis communicari denunciat, dicens: Quod parasti ante faciem omnium populorum. Quartus & vltimus progressus, est sempiterni luminis reuelatio, & gloriæ manifestatio: quod in quarto versu commemoratur cum dicitur: Lumen ad reuelationem, &c.

BERNARDVS.

Quòd dilectio gladius appelletur.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Est gladius amor **Z** Dei, qui Mariæ animam non modo confixit, sed etiam pertransiuit, vt nullam in pectore virginali particulam vacuum amore relinqueret, sed toto corde, tota anima, tota virtute diligeret, & esset gratia plena. Aut certè pertransiuit eam, vt acciperemus, & fieret mater charitatis, cuius pater est charitas Deus parturiens, & in sole ponens tabernaculum eius. Et illa quidem vulnus suscepit amoris & suauis. Ego verò me felicem putauerim, si summo quasi cuspide huius gladij pun- gi interdum me senseroq, vt vel modico accepto amoris vulnere dicat anima mea: Vulnerata charitate ego sum.

GALFRIDVS.

Quomodo nobis inuicem Christum offerre & suscipere debeamus.

Erat Anna prophetissa filia Phanaël de tribu Asser. Magna si- **A** quidem fuit illa Anna, in qua sterilitatem naturæ gratiæ superauit vbertas, vt tantum Prophetam pareret, quæ tanto tempore fuerat desperata de partu. Longè verò maior Anna ista, quæ per tot annos non discedebat de templo, ieiuniis & orationibus seruiens die ac nocte. Felix quæ enixa est Saluatorem felicior. Nec immeritò de tribu Asser fuisse & filia Phanaël perhibetur. Asser beatitudinem sonat, Phanaël faciem Dei. Erat enim certissimè Anna ista tanto tempore vidua, & talis vidua erat de genere bonorum & dicentium Deo: Exquisiuit te facies m. fa. t. d. re. Tales oblatio domini legitur habuisse personas paucas numero, sed preciosas merito & virtute. Imitemur & nos offerentes dominum, & eos qui tanto gaudio susceperunt salutem. Offeramus nobis inuicem Christum, & abinuicè suscipere cum illudicemus. Maria illuminatrix, Ioseph augmentum, sunt: Simeon eruditio, Anna gratia interpretatur. Illuminatio ad doctrinam prædicationis, ad formam cōuersationis referatur augmentum.

rum. Vtilis planè supererogatio, & salubre prorsus augmentum, si ad verba doctrinæ exempla vitæ superadiiciat, qui proximis studet offerre salutem. Et notandum quòd uterque sexus pariter fuerit in vtrisque. In verbo enim doctrinæ captanda fœcunditas, virilitas potius in exemplo. Alioquin prauè admodum & peruersè fortius prædicat quis, quam visitat opere, quàm sermone fragilior. Nihilominus enim obseruanda suscipientibus in exhibitione obedientiæ fortitudo virilis, in gratiarum actione deuotionis pietas, & affectus quodammodo muliebris. Vnde etiam Simeon accepit eum in vlnas suas. Anna autem confitebatur domino, & omnibus loquebatur expectantibus redemptionem.

Item vnde supra.

- B** Aliter etiam illuminatio nostra in conuersione, cum in tenebris reuocamur ad lucem: augmentum nostrum est, cum de virtute proficimus in virtutem. Dicitur quidem uterque parens, iuxta illud: Cum inducerent puerum Iesum parentes eius. Verius tamen Maria parens est, Ioseph nutritus saluatoris. Si quis à tenebris nostris, ad lucem iustitiæ nos adducit Iesum parit in nobis donec formetur. Si quis ad meliora nos promouet, Iesum fouet quasi iam natum. Ab utroque tamen Iesus suscipiendus est, tanquam Iesus expansus vlnis, & gratiarum actione deuota. Mariæ ianuam claudit, qui tenebras diligit magis quàm lucem. Excludit sanctum Ioseph, qui eiusdem lucis non admittit augmentum. Simeon Iesum recipit, quotiens exauditus à domino, quanlibet gratiam quis obtinuerit precibus impetratam. Anna etiam superueniens confitetur, si quis nec postulatum aliquando, nec speratum diuinæ clementiæ, tam gratum quàm gratuitum minus accipiat. Adest Simeon, dum oratio supplicum exauditur. Anna superuenit, quotiens abundantia pietatis merita supplicum excedit & vota.

HUGO DE S. VICTORE.

Quid significet illud, quòd Iesus annorum xij. ascendit in templum.

- C** Cum esset Iesus annorum xij. &c. Duodecim annorum in Hierusalem Iesus ascendit: quia post perfectionem operis & duplicatam charitatis virtutem, ad pacem contemplationis peruenitur. Parentes Iesu ad Hierusalem iter vniuersi diei redeunt: quia sensus carnis qui per exercitum boni operis

ris int
né ret
stus in
nascitu
vna be
potu
rusalem
conten
inuenit
& oper
inter d
verbi d

Et
Deus in
testates
sed etiam
& elige
tionem,
stupor, v
peret hu
cipetur s
riter cani
bus ergo
homo ob
Erucesce
Deus se h
bus tuo
esse deside
nonque d
imitari de
sequi au S
conque ie
estis non
sequere v
rectitudin
fatear, nec

ris internam veritatem nutriunt, per exteriorum delectatione retracti diu in interna pace persistere non possunt. Christus in Iudæa nascitur de virgine, & veritas in confessione nascitur de puritate. Vnus dies, vna claritas, vnum gaudium, vna benedictio, quam Esau accipit: quia duplicem stolam non potuit promereri. Hoc vnus diei iter elongantibus ab Hierusalem: quia delectatio presentium elongare facit animos à contemplatione æternorum. Post triduum Iesus in templo inuenitur: quia post correctionem cogitationis, loquutionis, & operis, veritas in corde mundo percipitur. Inuenitur autem inter doctores & sapientes: quia in sacra scriptura & sacri verbi doctoribus veritas cognoscetur.

BERNARDVS.

Quòd humanam superbiam Dei subiectio condemnarit.

Et erat subditus illis. Quis, quibus? Deus hominibus, Deus inquam cui angeli subditi sunt, cui principatus & potestates obediunt. Subditus erat Mariæ, nec tantum Mariæ, sed etiam Ioseph propter Mariam. Mirare ergo vtrunlibet, & elige quid amplius mireris: siue filij benignissimam dignationem, siue matris excellentissimam dignitatem: vtrinque stupor, vtrinque miraculum: & quòd scemina Deus obtemperet humilitas absque exemplo, & quòd Deo scemina principetur sublimitas sine socio. In laudibus virginum singulariter canitur, quòd sequuntur agnum quocumque ierit. Quibus ergo laudibus iudicas dignam quæ etiam præit? Disce homo obedire. Disce terra subdi, disce puluis obtemperare. Erubescere superbe cinis. Deus se humiliat, & tu te exaltas? Deus se hominibus subdit, & tu dominari gestiens hominibus tuo te præponis auctori? Quotiès enim hominibus præesse desidero, totiès Deum meum præire contendo. De ipso nunquam dictum est: Et erat subditus illis. Si hominis homo imitari dedignaris exemplum, certè non erit tibi indignum sequi auctorem tuum. Sed non potes forsitan sequi eum quocumque ierit. Dignare vel sequi quòd tibi condescendit. Hoc est: non potes sublimen conscendere semitam virginitatis, sequere vel Deum per tutissimam viam humilitatis: à cuius rectitudine si qui etiam de virginibus deuiauerint, vt verum fatear, nec ipsam sequuntur agnum quocumque ierit. Sequitur

siquidem coinquinatus & humilis, sequitur & virgo superbus: sed neuter quocunque ierit: quia nec ille ascendere potest ad munditiam agni, qui sine macula est, nec ut ad eius mansuetudinem descendere dedignatur, qui non coram tondente, sed coram occidente se obmutuit. Attamen salubriorem elegit partem sequendi in humilitate peccator, quam in virginitate superbus. Cum & illius immunditiam sita humilis satisfactio purget, & huius pudicitiam superbia inquinet. Sed felix Maria cui nec humilitas defuit, nec virginitas.

Quod semper æquè sapiens æquè fuerit gratiofus.

E *Iesus autem proficiebat sapientia, & etate, & gra. apud Deum & homines.* Quod de sapientia & gratia hic dictum est, non secundum quod erat, sed secundum quod apparebat intelligendum: non quia aliquod ei nomen accederet, qui volebat ipse vt videretur. Tu homo cum proficis, nec quando nec quantum vis proficis: sed te nesciente, tuus profectus moderatur, tua vita disponitur. At verò puer Iesus qui disponit tuam, ipse disponebat & suam. Et quando volebat, & quibus volebat sapiens apparebat, quando & quibus volebat sapientior. quando & quibus volebat sapientissimus. Similiter & cum semper omni gratia plenus fuisset, siue quam apud Deum, siue apud homines habere deberet, pro suo tamen arbitrio eam nunc plus, nunc minus ostendebat, pro vt cernentium vel meritis congruere, vel saluti expedire sciebat.

Quod consultius sit virgam quàm malleum sustinere.

Cap. 3.
F



Enimina viperarum, quid ostendit. vo su. à v. ira? Facit dignos fructus penitentiæ. Ac si diceret: Apprehendite disciplinam, nequando irascatur dominus. Sustinete virgam corripientem, ne sentiat malleum conterentem.

V V E R R I C V S .

Quod Ioannis condemnentur exemplo, qui cæteris detrahunt vt appareant gloriosi.

Existimante autem populo & cogitante in cordibus suis ne fortè ipse Ioannes scilicet esset Christus, respondit: Quem vos me arbitramini non sum ego. Fidelis amicus sponsi, magis amator domini sui quàm sui, se minui vt ille cresceret optabat, & de minoratione sui gloriam illius augeter satagebat.

bat, a
cum:
Christ
tuo, in
gentes
ficare
so van
seipso
gravi c
darem
quiriti
modo d
blimia.
tiendo
riam de
re, sed
ab hom
secund
cum no
ostentur
& infid
tu meli
go illud
insipien
tas? Sit
illud nesc
te eius.

C
D
Merito
desursum
aut quò
violenti
monedu
pauonis
non mul
mansuet
sanctus e

bat, ante Apostolum opere & virtute dicens illud apostolicum: Non nosmetipsos prædicamus, sed dominum Iesum Christum. Ideo nimirum magna est gloria eius in salutari tuo, in Iesu tuo domine, cuius iustitiæ & bonitatis est diligentes se diligere, & glorificantes se multò amplius glorificare. Maluit itaque Iohannes in domino sanè quàm in seipso vanè gloriari: quia & maluit à domino veraciter quàm à seipso fallaciter commendari. O filij hominum vsquequo graui corde, vt q. di. va. & quæ. m. Vt quid vanam & mendacem gloriam diligitis, & gloriam abituicem accipitis vel quæritis, & gloriam quæ à solo Deo est non vultis? Sed quomodo quæritis? Vtinam agendo fortia, non loquendo sublimia. Vtinam saltem vera loquendo licet vanè, & non mentiendo planè. Vtinam denique mentiendo de nobis, non etiam detrahendo de aliis. Hoc iam non est gloriam accipere, sed quærere, sed magis furari & rapere. Certè si gloriam ab homine non quæreres, sed oblatam acciperes, iam ex hoc secundum veritatem non ambulares. Nunc autem quid? cum non solùm accipis si offertur, sed & quæris cum non offertur? Quid denique cum alium velut trucidas venenosa & insidiosa lingua, vt gloriam eius tibi rapias, vt de malo eius tu melior, de contemptu eius tu gloriosior appareas? Sit ergo illud gloriam scilicet accipere vel quærere ab homine, insipientium vanitas. Quid istud nisi sæuientium crudelitas? Sit certè illud, vt minus loquar, tentatio humana. Quid illud nisi imitatio diabolica? Imitentur eum qui sunt ex parte eius.

GALFRIDVS.

Cur ad ostensionem sui spiritus sanctus columbam elegerit.

Descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipso. **H**
 Meritò in specie auis præsentiam suam spiritus innotuit, qui desursum veniens vbi vult spirat, & nescitur vnde veniat, aut quò vadat. Veruntamen non edacis corui ingluuiem, aut violentiam rapacis accipitris, non turpitudinem merulæ, nõ monedulæ auaritiã, non struthionis pennas inutiles, non pauonis vanam ostentationem, non iracundiam cygnorum, non multarum garritus auium, sed columbæ simplicitatem, mansuetudinem, & expertem fellis innocentiam spiritus sanctus elegit, quæ muscarum, vermium, cadauerum fugi-

tans, puro vescitur grano, illud nobis commendans quod in terra cadens & moriens multum attulit fructum. Prima autem huius commendatio legitur in scripturis, cum secundis parentibus annuo clausis ergastulo signum dedit diuinæ misericordiae & suæ liberationis. Siquidem per oliuæ ramum, vltoris humanæ luxuriæ & preuaricationis diluuij finem, vltorba rediens nunciauit. Baptismus Christi formam noscitur diluuij tenere, peccatores non emersuros, ipse quoque submergens: nisi quod illud personas perdidit peccatorum, hic felicius homines saluans in profundum sola peccata deponit.

G VILIELMVS DE CAILLOE.

De triplici processione spiritus sancti ad homines.

- I. *Factum est baptizato Domino, & orante, descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum.* Tribus modis spiritus sanctus visibiliter inuenitur ad homines processisse, in columba, in nube, in igne. Sunt verò tres status hominum, quibus istæ processiones congruenter aptantur, incipientium, proficientium, perfectorum. Incipientibus illabatur spiritus in columba, proficientes exaltat in nube, perfectos in igne probatos examinat & perficit clariore. Cum videris hominem afflictum, mœstum, sollicitum, timoratum, meditantem vt columba, pœnitentiæ penitus cruciatibus & colubinis gemitibus consecratum, spiritum in columba nõ dubites accepisse. Si verò toto conamine mentis & corporis ad virtutum perfectionem se rapiat, & studio sanctæ contemplationis incumbens, cœli ciuibus cogitatione & auiditate se ingerat, spiritum in nube suscepisse se monstrat. Si autem de virtute in virtutem semper ascendens in amare Dei magis ac magis accendatur, & ignito vehementer sanctæ prædicationis eloquio, aliis accedat, in igneis linguis hunc spiritum accepisse patenter elucet.

G A L E R I D V S .

Explanatio de lectione euangelica, Cum turbæ irruerent.

Cap. 5.
K

Dum turbæ irruerent ad Iesum vt audirent verbum Dei, & ipse staret secus stagnum Genezareth. Magni meriti est apud Deum desiderium verbi Dei, quod ipsam quoque irreuerentiam turbæ irruentis excusat. Non enim ab eis consideratur maiestas, dum desideratur vtilitas. Sed ne ab ipso quidem

quidem attenditur ad quem irruant, sed ad quid. Illud quod ad salutem ardentem irruit, qui verbum Dei medullitus concupiscit. Nec saluator irruentibus indignatur, sed desiderantibus fauet. Ruamus igitur & nos, irruamus in retia verbi Dei, vt eruamur de stagno Genezareth, & inter bonos pisces reponamur in vasis, exhibendi feliciter conuiuio saluatoris, immò non sicut turbæ in compositè irruamus, sed disciplinatè, reuerenter, & humiliter accedamus. Accedentibus enim nobis, & desiderantibus verbum eius, dignantissimus & benignissimus adest, stans vtique secus stagnum Genezareth, iuxta illud: Prope est dominus his qui tribulato sunt corde. Quod enim aliud stagnum sic fluit, sic turbatur, sic auram generat sibi ipsi? Hoc nempe est quod Genezareth sonat. Aut certe stagnum hoc præsens seculum signat: & interim stat nobis dominus secus illud, vt ex eo nos eruat, non in eo ipse. Et quidem stagnum hoc aliàs mare Tiberiadis dicitur. Sed cum plura habeat nomina, hoc loco ei quod visum est mysterio conuenire tribuitur. Mare enim videtur mundus magnitudinem eius mirantibus. Sed rectius dicitur breue stagnum, latitudinem expectantibus ampliorem. Cæterum sicut in nomine maris seculi huius amaritudo, sic in stagno Genezareth ingenita quædam & repentina est designata commotio. Cum enim aquæ sint populi, in hoc stagno non amnis statio, sed turbatio est: quòd ipse sibi iugiter auram generat qua turbatur. Vnde enim in hoc Genezareth aura non gignitur? à dextris & sinistris, ab ante & retro, deorsum oritur & desursum. Nam & prosperitas stultorum perdit illos, & occidit aduersio paruulorum. Aliter quoque à dextris imminent turbationes, quæ ad augmentum fuerint meritorum: à sinistris, in quibus magis expiatio peccatorum. Vel à dextris, quæ ad vtilitatem: quæ verò ad perniciem, à sinistris. Est enim tribulatio quæ patientiam operatur. Et est alia per quam magis animus induratur. Videtur etiam à dextris aura procedere, cum in nos aliqui pia intentione consurgunt: cum ex malitia, à sinistris. Quod autem diximus ab ante & retro, ad apertas & occultas referimus persecutiones: quòd alius euidenter immineat, alius insidiatur à tergo. Sed nihilominus aura desursum oritur & deorsum, dum & superiores & inferiores

impugnant nos aliquotiens & affligunt.

Sequitur:

L *Et vidit duas naues.* Ego his nauibus obedientiam & patientiam intelligo, quarum altera in labore exerceat, altera sustinet in dolore. Quam malè mergitur, qui sine his duabus nauibus stagnum istud ingreditur! Descendunt autem piscatores ab his nauibus, cum humiliter se fateantur his carere virtutibus. Lauant retia, quibus nihil viuum, vile nihil ceperunt, sed sordes potius contraxerunt, cum desideria sua, & studia purgant confitendo. Ea quippe sunt retia, quibus nil boni adepti sunt, sed inania quadam & indigna sectari. Quæ verò de duabus nauis sit Simonis, ipso obedientis nomine declaratur. Hanc Saluator ascendens, rogauit eam reduci à terra pusillum, vt videlicet in laboribus obedientiæ, etsi terrena sit actio, sed intentio sit cœlestis. Pusillum enim à terra reducimur, cum eadem opera quæ vel ipsi prius egimus, vel ab aliis secularibus certumur, dissimili tamen intentione sectamur. Dignum verò est vt præcedat obedientia patientiam. Quatenus benefaciens quis, & colaphizatus sustineat, non tanquam adulter aut sacrilegus patiatur. Et sedens docebat de nauis turbas. Est enim nauis cathedra Saluatoris. Ceterum doctrinæ vacantes tanquam in littore nauigamus: manum mittentes ad fortia, iam in altum ducimur. Iuxta illud: Facientes operationem in aquis mul. ipsi viderunt opera do. & mi. e. in pro. Cessat autem locutio, vt actio iam accedat. Vt enim cessauit loqui, ait ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Quod dicere, Mediis licet in fluctibus ad hoc studium mentis & desiderium applicate, vt opus aliquod bonum efficere, tanquam vitale aliquid obtinere possitis.

Sequitur:

Præceptor, per totam noctem laborantes nihil capimus. In verbo autem tuo laxabo rete? Nox erat pristina conuersatio vitiorum tenebris obuoluta, mortis operata caligine. In qua plurimum laborantes, si diligenter aduertimus, nihil nos cœpisse fatebimur. Felix qui retia laxat, qui studia applicat in verbo Dei, quod tantam piscium multitudinem rete concludit, quantam nauicula nostra non capit.

Maiora

Maiora
 possu
 tur.
 modè
 liena
 hac p
 obe
 que c
 cobus
 gratia
 entia
 bat in
 riatur
 tinere
 ues. A
 nezare
 mè sub
 dem te
 pantu
 cidit a
 por er
 Non e
 mansu
 Ioanne
 qui in
 incon
 test, d
 do, & c
 subiun
 quæ lu
 Quine
 nus ips
 cuius s
 Iesus: I
 ra litera
 ratur.
 per hac
 plior e
 promiss
 rium pi

Maiora siquidem cupimus & conamur plerunque quam
 possumus. Et rete rumpitur, dum desiderium præpedi-
 tur. Quod quidem sic piscantibus sæpè contingit, non
 modò ex infirmitate propria, sed ex malignitate etiam a-
 liena. Anhuc igitur focis qui sunt in nauì altera, quisquis
 hæc pateris, vt patientia suppleat, quod se videt, & dolet
 obedientia minus posse. Et bene eidem nauì ipsorum quo-
 que conueniunt nomina singulorum. Erant enim in ea Ia-
 cobus & Ioannes, quorum prior luctator, sequens Dei
 gratia interpretatur. Sic nimirum duplex inuenitur pati-
 entia gradus, dum prius qui luctatur viriliter ne succum-
 bat in tentatione, postmodum gratulatur feliciter, & glo-
 riarur in tribulatione. Et quàm beati qui meruerunt ob-
 tinere quod sequitur! Venerunt & impleuerunt ambas nau-
 es. Altera enim sine altera præsertim in hoc stagno Ge-
 nezareth nunquam impletur. Merguntur autem, sed mini-
 mè submerguntur, dum tanquam seculi fluctibus, illa qui-
 dem terrenis actibus, hæc transitoris aduersitatibus occu-
 pantur, sed minimè suffocantur. Nec immeritò Simon pro-
 cidit ad genua Iesu, videns hoc non suæ virtutis esse. Stup-
 por enim apprehenderat eum, & eos qui cum ipso erant.
 Non est sola obedientia. Comites habet non dissimiles sibi,
 mansuetudinem scilicet & humilitatem, id est Iacobum &
 Ioannem. Erant autem (vt legitur) isti duo, filij Zebedæi,
 qui interpretatus dicitur fluens iste. In quo nomine noti
 inconuenienter (vt arbitror) spiritus sanctus intelligi po-
 test, de quo Dominus ait: Qui biberit aquam quam ego
 do, &c. Hoc autem dicebat de spiritu, sicut & euangelista
 subiungit. Ab eo autem vtraque hæc patientia gignitur, &
 quæ luctatur in Iacob, & quæ in Ioanne gratias agit Deo:
 Quietiam ab eodem obedientia est. Vnde etiam nihilomi-
 nus ipse Simon Barjona, id est filius columbæ appellatur. In
 cuius specie spiritus sanctus ostenditur. Et ait ad Simonem
 Iesus: Noli timere. Ex hoc enim eris homines capiens. Iux-
 ta literam, in his verbis, piscationis huius mysterium decla-
 rat. Cæterum vt prosequamur quod nos cœpimus, ne su-
 per hac gemina piscatione nimium timeat, vel miretur, am-
 plior ei quædam hominum captura promittitur. Pulchra
 promissio, sed timenda. Periculosè ad huiusmodi myste-
 rium piscationis assumitur. Ne timeas, inquit, maiora vide-

bis . Periculosior tibi debetur , & longè amplius meticulo-
sa piscatio ; homines eris capiens . Sed quomodo homo ca-
pitur ? Miro siquidem modo tergiuersari & subterfugere no-
runt homines , nec humana vnquam industria homo capitur
ad salutem . Hic ergo maximè necessarium est verbum Dei,
necessaria virtus verbi ; Sed quàm iucundus finis & læta con-
clusio ? Subductis ad terram nauibus secuti sunt eum . Quan-
do nobis hoc erit ? quando naues in hoc pelago fluctuan-
tes , immò periclitantes subducentur ad terram ? Ipsa est enim
terra viuentium , non quia in imo , sed quia in solido posita
est : quæ quidem nec teritur , nec teritur , sed stabilis est & æter-
na possessio .

G V I L I E L M V S D E C A I L L O E .

De triplici processione spiritus
sancti inuisibiliter.

M Tribus etiam modis spiritus sanctus inuisibiliter appa-
ret . Aliis datur in munus , & non vsfum muneris : aliis in v-
fum muneris , & non in munus : aliis simul in munus , & in v-
fum muneris . Primi sunt boni sed imperfecti , secundi mali ,
tertij boni & perfecti . Et primi quidem columbina simpli-
citate gemunt sibi . Secundi , verò nubium more compluunt
multos , in se autem rapiuntur in arida , in magnis & mirabi-
libus supra se , & dissipantur à ventis . Tertij pariter incen-
dunt & ardent sanctorum desideriorum stimulis , in se nu-
trientes amoris incendia , & eloquiis dominicis alios inflam-
mantes .

P E T R V S D A M I A .

Quòd Deus dum quæ nostra sunt à malis auferri
permittit , quasi per peccatum alterius
nostrum tollit .

Cap. 6.
N



I quis abst. tua, ne re. Multū nobis Deus præ-
stat , cum nocitura peccatis negat , sed mul-
tò amplius , cum quæ nocent habētibus au-
fert . Enimvero seruus Dei tunc debet ti-
mere , cum temporale quid percipit : tunc
gaudere , cum perdit : quia cui propositum
est cœlestia scindere , expeditius proculdubio vacuus quàm
onustus gradietur . Medicus sanè sanguifugas tumētibus
membris apponit , virusque simul ab intimis visceribus sor-
bere

here permittit. Diuersæ tamen intentionis est medicus & hirudo. Illa siquidem nil aliud gestit, nisi vt sanguinem bibat: iste ad hoc tendit, vt languidus cõualescat. Illa satiatur & moritur: ægrotus autem dum perdit sanguinem, recuperat sanitatem. Sic pius & misericors Deus dũ quæ nostra sunt à malis nobis auferri permittit, quasi per peccatum alterius nostra peccata tollit. Denique si homo venenum veneno nouit expellere, quid mirum si omnipotens Deus ex alienis vulneribus nouit salutis nobis antidotum procurare?

BERNARDVS.

Quomodo Deus in futuro replebit animas beatorum.

Mensuram bonam & con. & co. & supereffluen. &c. Triplici- **O**
 ceter in illa æterna & perfecta beatitudine fruemur Deo. Videntes eum in omnibus creaturis, habentes eum in nobis ipsis, & quod his omnibus iucundius est, ipsam cognoscentes in semetipsa trinitatem, & gloriam illam sine vllò ænigmate mundo cordis oculo contemplantes. In hoc enim erit vita æterna & perfecta, vt cognoscamus patrem & filium cum sancto spiritu, & videamus Deum sicuti est. i. non modò sicut est in nobis, aut in cæteris creaturis, sed sicut est in seipso. Hęc cognitio summa beatitudinis, triplici medulla, adeps frumenti, quo ciuitas sancta Hierusalem satiatur. Nam cæteræ duæ quasi cortex sunt. Mensuram, ait dominus, bonã & con. & co. & superref. dabunt in sinu vestro. Plenam in vniuersitate creaturarum, confertam in interiore homine nostro, coagratam in exteriori, supereffluentem in Deo ipso. Quemadmodum verò in creaturis videndus sit, possumus aliquo modo intelligere, cum & philosophi, Apostolo teste, per ea quæ facta sunt Dei inuisibilia conspexere. Iam quomodo in nobis habendus sit, & hoc vel ex parte possumus cogitare. Constat enim triplicem esse vim animarum: rationabile, irascibilem, concupiscibilem. Porrò quomodo circa rationale nostrum & scientia & ignorantia constar tanquam habitus & priuatio, sic & circa concupiscibile, desiderium & contẽptus, & circa irascibile, lætitia pariter & ira versatur. Implebit ergo Deus rationale nostrum luce sapientiæ, ita vt penitus nihil nobis desit in omni scientia. Implebit concupiscibile nostrum fonte iustitiæ, vt omnino desideremus eã, & ea penitus

SVPER LVCAM.

repleamur. Sola est enim iustitia quę potest animam implere, & beatificare eam. Cum ergo repleuerit Deus concupiscibile nostrę iustitia, quicquid respuere debet anima respuet, quicquid concupiscere concupiscet, & ex omnibus id magis appetet quod magis fuerit appetendum. Nec immeritò concupiscibili nostro iustitiam attribuimus, ex qua aut iusti, aut iniusti reputamur. Cum verò irascibile nostrum lætitia repleuerit Deus, perfecta erit in nobis tranquillitas, & in summā iucunditatem & lætitiā replebitur pace diuina. Et in his quantum ad animam spectat, perfecta beatitudo consistit, quando scientia iam non inflat propter iustitiam, ira non contristat propter lætitiā, vt cesset prouerbium illud: *Qui app. sa. app. do.* quando iustitia nec indiscreta erit propter scientiam, nec onerosa propter lætitiā: quando lætitiā nec inepta erit propter scientiam, nec impura propter iustitiam.

GALFRIDVS.

Quòd qualeni mensuram obtulimus in meritis, talem sumus in præmiis accepturi.

P *Mensuram bonam & con. & co. & su. d. in f. v.* Desideranda promissio, & consideranda conditio. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Sed quid offerimus? Offeramus vel auenam sterilem, triticum recepturi. Offeramus vel fulfur aridum, adipem simile præstolantes. Non est bona mensura nostra, nisi conferta, & coagitata, & supereffluēs fuerit, quia talis nobis promittitur, & similiter conuenit nos metiri. Non est conferta mensura eius, sed vana religio, qui non frznat linguam, sed seducit cor suum. Inueniatur obsecro solidum munus nostrum, & conferta mensura. Prematur fortiter, vt nihil tumidum, nihil simulatorium, nihil inueniatur in nobis perfunctorium vel inane. Mensuram bonam vt plus capiat coagitent pariter & frequenter: à parte anteriori metus, & desiderium: à posteriori, tristitia pœnitentię, & gratulabunda actio gratiarum: à dextris quoque prudentia & temperantia: à sinistris iustitia & fortitudo: vt prudenter nos temperemus inter prospera huius vitę, & pro iustitia fortiter toleremus aduersa. Aliter, coagitent ab anteriori & retro, priorum nostrorum memoria, & prouidentia posteriorum: ita vt illorum nos imitatores, in istis imitabiles præbeamus. Ita inquam, vt ex æmulatione priorum animemur ad tolerantiam: sed & nostra nihilominus magnanimitas temperetur,

tur, ne supra vires aliquid præsumamus. Similiter provideamus & posteris: nec per nostram iustitiam vel imprudentiam nostris turbetur aqua vestigiis, quæ ad nos vsque tam limpida decurrit. A dextris nobis sunt proximi qui proficiunt in virtute: qui verò deficiunt, à sinistris. Sic mens nostra tanquam mensura nostra suis affectibus coagitata vtrinque, vt tanquam vas electionis gratiam capiat ampliores, dum proficientibus congaudet, & accenditur simili desiderio, deficientibus condolet, & sibi metuens dicit: Ille hodie, & ego cras. Nec superfluum cuiquam videatur etiam de supereffluentia commoneri. Nunquid non serui sumus inutiles, si id solum quod regula præcipit, quod exigit ordo, quod extorquet obedientia facimus? Addendum aliquid propria voluntate vel ut ad cumulum, sed hoc ipsum permissione prioris. Imò verò optandum supra quod possumus, vt semper nobis sint in voluntate, & desiderio, & concupiscentia spirituali quæcunque sunt sancta. Ea etiam quibus apprehendendis exiguitas nostra non sufficit. Sic mensura nobis vel immensitas potius gloriæ supra modum in sublime reddetur in nobis ipsis conferta, coagitata in omnibus, supereffluens circumquaque.

P E T R V S R A V E N N A S .

Quòd qui motus est ad preces viduæ, multò magis exaudiet Ecclesiam pro resurrectione supplicantem.

Adolescens tibi dico surge. Hortor charissimi, vt vnus resurgentis exemplo ad fidem resurrectionis omnium nostrum concitemur, & credamus quòd crux Christi nostri corporis sit aratrum, fides semen, sulcus sepulchrum, resolutio germen, expectatio tempus: vt cum ver dominici aduentus ariserit, corporum nostrorum matura tunc viriditas vitam resurgat in messem, nescituram iam caniciem, nescituram vel finem, non passuram falcem, non flagella sensuram: quia depositis in mortem vetustatis paleis, nouum gloriosi corporis confurgit in fructum. Si ad vnus viduæ lachrymas temporales sic motus est Christus, vt occurreret in via, vt ex oculis stillantia dolorum fluentia restringeret, vt percuteret mortem, & homini redderet vitam, exequias lugubres in festiuitatem natalitiam commutaret: quid faciet, quomodo inardescet viribus totis, ad Ecclesiæ suæ lachrymas iuges per martyres sacrum sanguinem sudantis, donec vni-

M m iij

cum suum, hoc est populum Christianum occurrens Christus, de mortali feretro perpetuæ vitæ reddat in superne matris gaudium sempiternum.

Quòd solennem Magdalena Christi mensam effecerit officii pietatis.

Cap. 7.
R



Requirit Dominum quidam Phariseus ut manderet cum illo, & ingressus domum Pharisei discubuit. Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. Pharisei domum Christus intrauit, non accepturus Iudaicos cibos, sed diuinam misericordiam largiturus. Neque accubuit pocula saporata melle, floribus odorata sumpturus, sed pœnitentis lachrymas ex ipsis oculorum fontibus potaturus. Deus delinquentium gemitus esurit, sicut lachrymas peccatorum. Et ecce, inquit, mulier &c. Venit pietatis illa non voluptatis exhibitura conuiuium. Denique & pœnitentiæ ponit mensam, ferculum compunctionis apponit. Panem doloris infert. Potum lachrymis temperat in mensuram. Et ad delicias deitatis totas totam pulsat cordis sui & corporis symphoniam. Organi plantibus dat clamorem. Citharam per suspiria longa modulatur, gemitus aptat in fistulam. Et dum pectus ipsam conscientiam arguens sæpè percutit, facit placitura cimbala personare. Dumque taliter apportat diuinis oculis cibos, totas misericordiæ copias sic reportat.

Quòd peccatorum lachrymæ cœlum rigent.

S *In ciuitate peccatrix.* Ciuitati peccatrix: quia fama suam totius tetigerat ciuitatis. Sicque iam non peccatrix sibi, sed ipsius ciuitatis facta fuerat ipsa peccatum. Et cum accumberet dominus in domo Pharisei. Non ad stantem, non ad sedentem audet venire peccatrix. Deus cum stat corripit, cum sedet iudicat, prostratis coniacet, cum accumbentibus decumbit. Cognouit quòd accumberet in domo Pharisei. Inclinem ad miserandum supernam didicit maiestatem, & indeo credidit quòd esset sibi promptus ad veniam, qui Pharisei venerat tam promptus ad mensam.

Sequitur:

T *Attulit alabastrum unguenti.* Portauit oleum: quia medicinam in tali vulnere à superno medico perquirebat. Stans rétro

retro
qui re
pedes
vt Ch
viam
rum
nunc
domin
Psal
super
chrym
nam e
tentia
Et
tas, inh
tura su
ius. Pr
sequer
tionis

Hic
tangit
quinan
polluit
Sic pec
sordida
aitatem
Quò
Dimi
monia D
quit, D
ma totu
cata. Te
cunctis

Remi
miserar

retro secus pedes eius. Ad pedes tendit semper, citam veniam qui requirit. Et benè stans: quia iam cadere nō potest, qui ad pedes Christi meruit peruenire. Stans retro secus pedes eius: vt Christi' vestigiis innixa, percurreret per viā vitæ, quæ per viam cucurrerat mortis. Lachrymis rigat pedes eius. En rerum ordo mutatur. Pluuiam terræ cælum dat semper, ecce nunc rigat terra cælum. Imò super cælos & vsque ad ipsum dominum imber humanarum profilit lachrymarum: vt iuxta Psalmistam, & de aquis fletuum illud cantetur: Et aquæ quæ super cælos sunt laudent nomen domini. O quanta vis in lachrymis peccatorum, quæ omnem abluunt culpam, gehennam extinguunt, latam diuina promulgatione flectunt sententiam!

Et capillis capitis sui tergebat. Vacat ab excusatione paupertas, inhumanitas veniam non habebit: quia in totum sibi natura sufficit ad obsequium creatoris. Et osculabatur pedes eius. Præcesserant interuenientes lachrymæ, vt deuota oscula sequerentur: quia lachrymæ satisfactionis, oscula reconciliationis indicia portant.

Quòd nequaquam Dei munditia nostris for-
dibus inquinatur.

*Hic si esset Propheta, sciret utique, quæ, & qualis est mulier quæ X
tangit eum.* Pharisæe erras, stercora contingunt, sed non inquinant solem. Medicum cum tangit vulnera, putredo non polluit. Iudicem quanuis tangat reus, maculare non potest. Sic peccator cum supplicat, cum tangit Deum, non ipsum sordidat: sed ipse & peccato caret omni, & rapit subito sanitatem.

Quòd amore solo de cunctis criminibus triumphemus.

Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Inter omnia Dei præcepta amor obtinet principatum. Diliges, inquit, Deum ex toto corde &c. Ama ergo homo Deum, & ama totus, vt possis omnia sine labore vincere & delere peccata. Teneræ militiæ & delicati conflictus est, amore solo de cunctis criminibus victoriam reportare.

BERNARDVS.

Quòd periculosum sit alterum pedem domini sine
altero morosius osculari.

Remittuntur tibi peccata tua. Vade in pace. Magnam prorsus Z
misericordiam magna misericordia diluit, & abstergit. Et hoc qui

dem festinanter : quia sine vilo interuallo coniunguntur lacrymæ peccatricis, & misericordia Saluatoris. Remittuntur peccata, & in pace dimittitur: vt nec de præterito sit sollicita, & secunda de futuro. Pedes isti quos Maria lauat, osculatur, & vngit, sunt misericordia & iudicium : quorum alterum sine altero osculari, vel temeraria securitas est, vel desperatio fugienda. Quis enim Dei misericordiam indefigantem attendens, non statim tepidioris vitæ quietem exoptet? Cùm enim recogitat vniuersitatis dominum formam serui pro seruis suscipere, triginta & tribus annis operari salutem nostram in medio terræ huius, capi, ligari, lanceari, crucifigi, & hoc totum pati pro filiis hominum, statim deceptoriam spe sibi blanditionibus, iudicium nescit, ignorat iustitiam, & puniendam æstimat non puniri. Fallitur qui sic osculatur misericordie pedem, vt pedem iudicij non attendat. Rursus cùm abducit os, & iudicij pedem crebrioribus osculis intertangit, sicatur carnis animæque substantia, & vtrunque hominis statum vehementior aura percellit. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis, offendere creatorem, nescire dominum, recalcitrare dominantis imperio, qui habet potestatem corpus & animam perdere in gehennam. Terribilis certè, sicut ait Apostolus, expectatio iudicij, quando ignis in conspectu eius exardescet, & virtutes cælorum mouebuntur, & vacillantibus conscientijs latitudinem mundi validissimus ignis aduret. Nihil terribilius quàm videre latronis officinam plenam sanguine, cumulatam opprobrijs, tormentis vndantem. Quis hoc diutius cogitans, non statim contremiscat, & in desperationis rotetur abyssum? Non ergo est huic pedi morosius incumbendum, ne pietatis intuitum ferocia iudicantis intercludat. Vtrunque igitur inungat pedem animæ pœnitentis affectus, & nunc misericordiam amplectens, nunc iudicium osculans, contribulati spiritus offerat holocaustum. Vide Mariam iudicij pedem fortiter attendentem, dum nobilis & lasciuia mulier conuiuientium faciem non attendit: sed extenso corpore prouoluitur pedibus maiestatis, doloris plena, timoris impatiens, compunctionis iaculo vulnerata. Sed & misericordie pedem labijs impressioribus osculatur, in cuius spe firmiter inhæret vestigijs redemptoris, donec audiatur, Remittuntur tibi peccata tua.

Sa
mus, f
cies q
hortu
con
nume
lo pe
secreti
na co
dibus
pienti
teria
quod
tae ciu
iustiti

Se
benef
fitio,
dena
in ter
diuini
genti
sa, sus
vngue
caput
tæ ma
latus. S
Pedes
gimur
largite
ter pe
profici
lare. N
illa m
impio
dignit
piti de
vbina

De contritionis vnguento.

Sanè preciosum vnguentum, quo non solum terrena do-
mus, sed etiam cœlestis aspergitur. Vilissimæ autem sunt spe-
cies quibus conficitur, & magna eorum copia intra nostros
hortulos poterit inueniri. Peccata igitur nostra plantata in
conscientiis nostris, quorum numerositas præ multitudine
numerari non potest, species eius sunt. Ipsa igitur mortario-
lo pœnitentiæ macerationis pistillo contusa, & respersa di-
cretionis oleo, doloris igne supposito, & in aheno discipli-
næ cocta, vnguentum exhibent preciosum, & acceptum pe-
dibus Saluatoris. Compendiosè autem illud conficimus, sa-
pienti rerum occasionem penitus relinquentes. Et licet ma-
teria videatur indignior, tamen bonum est vnguentum istud
quod domum replet, penetrat cœlos, angelos lætificat, & bea-
tæ ciuitati letitiam refundit, & gaudium, hoc est sacrificium
iustitiæ: quia, Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

De vnguento deuotionis.

Secundum vnguentum est deuotionis. De recordatione
beneficiorum Dei prorsus dignissima huius vnguëti compo-
sitiō, & in istius comparatione prioris conspersio vilipen-
denda. Eius enim species de cœlesti paradiso allatæ sunt, &
in terra filiorum hominum nequeunt inueniri. Virtutes enim
diuinitus collatæ, & in mortariolo cogitationis pistillo dili-
gentissimæ meditationis tritæ, & oleo exultationis superfu-
sa, suffuso igne iustitiæ, & humilitatis aheno decoctæ, faciūt
vnguentum, & odore, & virtute mirabile, quod solum super
caput domini recubentis possit effundi, & exhiberi reueren-
tiæ maiestatis. Primum est sacrificium Deo spiritus contribu-
latus. Secundum sacrificium laudis, quod honorificat Deum.
Pedes igitur vngimus Saluatoris, cùm de peccatis compun-
gimur. Vngimus caput, cùm de collatis virtutibus virtutum
largitori gratias cumulamus. Interstitij tamen morositas in-
ter pedes esse debet & caput: quia difficillimus & præsum-
ptosissimus saltus est à vestigiis ad verticem domini transuo-
lare. Neque enim eadem quæ vnxit pedes, vnxit & caput: cùm
illa meretrix nihil horum fecisse legatur, iuxta illud: Verte
impios, & non erunt. Porrò si duo præmissa vnguenta tantæ
dignitatis sunt, vt alterum pedibus, alterum complaceat ca-
piti dominantis, tertium quod optimum est, & superexcellēs,
vbinam inuenire poterimus?

De pietatis vnguento.

C Est ergo tertiū pietatis vnguentum, quod est super omnia aromata, morbis omnibus & periculis salutare, quod nulli vnquam pesti inueniatur inefficax. De ipso nanque sic legitur: Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Vidēne in ipsa fronte capiti propositum, quòd non vna vel duæ, sed tres vix sufficiunt ad emendum tantæ compositionis vnguentum? Nec solū pedes aut caput, sed totum crucifixi corpus sibi vendicat ista confectio. Confectio sine dubio preciosa, quæ toti sufficiat corpori creatoris. Et attende quia vnguentum pedibus infusum adedò dignantissima lenitate suscepit, vt Pharisæum murmurantem parabolica prolixitate conuinceret, & retorto suggillaret exemplo. Sed & de refuso super caput vnguento, discipulos indignantes coarguit, bonum mulieris opus esse contestans, & tumidam eorum animositatem verbis compefcuit moderatis. Hoc verò tam salubre, tam mirificum in mortuo suo corpore voluit expendi, quod viuo vtiq̃ referuabat. Duo enim corpora habet Christus, vnum quod suscepit in virgine, alterum Ecclesiæ, quod charius habet benignitas redimentis. Denique illud pro isto morti exposuit & tormentis. Poterimūsne tam salubrem conficere confectiōnem? Vniuersæ miserix tam animarum quàm corporum oculo pietatis inspectæ, species eius sunt. Istæ ergo in mortariolo largitatis, dulcedinis pistillo confractæ, & delinitæ charitatis oleo, succenso compalsionis igne, & in aheno perseverantiæ despumata, vnguentum faciunt ipsis etiam angelis admirandum.

GVILIELMVS.

Quòd Iesu tactus est dulcis, sed dulcior
attrectandus.

Cap. 8.

D



Accessit retro, & tetigit fimbriam. Dulce satis est te Iesu bone quærere, dulcius tenere. In vno pius labor, in altero perfecta lætitia. Dulcis itaque est attrectatio tui. Nam & ipse tactus fructu non caret. Mulier illa euangelica felici furto attigit fimbriam Iesu, & statim stetit in illa fluxus sanguinis, fluxus carnalis illecebræ, carnalis delectationis, & iræ, & restincta sunt & desiccata sunt quæ prius in illa fluida erant, & totum hoc contigit ex contactu fimbriæ. quid si caput

si caput ipsum amplexari contigisset? non modo staret & exsiccaretur sanguinis fluxus, sed emanaret impetus fluminis illius qui lætificat ciuitatem Dei. In turba, in publico vix tangitur Iesus. Ideo sponsa in Canticis quæ non tantum tangere, sed amplexari & attrectare verbum vitæ desiderat, deuotans publicum, secretum elegit, secretum & lectuli & noctis.

BERNARDVS.

Quòd vir iustus & humilis vestimenti Christi simbria nominatur.

Quis me tetigit? Mulier profluuium sanguinis habens, dum **E**timet Christum accedere, fecit ab eo exire virtutem. Vnde & indignantis quodammodo verbum videtur, quod de ea dominus ait: *Quis me tetigit?* Non credo quòd sit inter vos quispiam, sed fortassis nonnulli in seculari conuersatione poterunt aliquando experiri quod loquor, vt inuiti fluuium sanguinis paterentur. Eius inquam sanguinis qui regnum Dei non possidebit. Etenim qui facit peccatum, seruus est peccati, nec sua se poterit continere virtute & cum volet. Huic igitur minimè per se ipsum ad Christum accedere, sed tangere siquam inuenerit eius simbriam. Hoc est enim considerare hominem, quem humiliorem viderit in Ecclesia, quæ est vestis Christi. Eum inquam qui elegit abiectus esse in domo Dei, oportet considerare: quoniam is verè est simbria posita in ora vestimenti, ad quam spiritualis vnguenti descendens à capite copia tota decurrit. Hunc si beneficiis aliquibus, vel prece humili, aut confessione pura tetigerit, vt affectum eius erga se moueat ad compatiendum sibi, habeat fidem, sine dubitatione sanabitur. Illud tamen nouerit simbria, non à se exisse virtutem, sed à Christo, qui & se tangi protestatur in simbria.

GALFRIDVS.

Quòd vt Christum sequamur nos nobis oporteat abnegare.



Si quis vult venire post me, &c. Sicut in textu Cap. 9. **F**euangeliorum legentibus liquet, de passione suadens loquebatur, ad cuius imitationem discipulos, turbas, & vt Lucas meminit, omnes vocabat. O quanta benignitas! regis nostri gloria nolentem sequi non de-

spicit, regis nostri militia inuitum omnino non recipit! Tatantum igitur cautus esto ò homo, vt non affectioni ramusculos, sed radicem propositi nomine voluntatis intelligas. Itaque si quis vult venire post Christum, abneget semetipsum. Sed quandoquidem in arbitrio ponitur voluntatis, quid vobis necesse est vt migretis? Vulgò dicitur: Qui bene est, vel potius cui bene est, non moueatur. Quæ nos vrget necessitas? quæ molestia cogit abire? Et quidem necessitas grandis, molestia multiplex. Sed non omnis vir videt paupertatem, & plurimi hodie suis complacēt in ærumnis. Quid necesse est super huiusmodi prolongare sermonem? Sera est deliberatio an migrare expediat, cum iam omnino oporteat & omnino necesse sit mori. Ipsa pro nobis vita gustauit mortem, & morituram se dissimulat irretractabiliter damnata mortalitas. Siquidem necesse erat illi dicere: Si quis vult post me venire: quasi nullus hoc velit aut rarus. Omnes ad beatitudinem cupimus peruenire, quam inuenire nunquam possumus sine ipso. Ergo ad eum omnes venire volumus. Bene: sed vtinam post eum. Sic omnes venire volumus. Non autem miremur quòd Si quis vult venire dixit: quia in ipsius articulo temporis, nullum penitus qui vellet inuenit. Nullus enim vel ex eis qui dicebant: Eamus & nos, & moriamur cum eo: quò ipse ibat, venire potuit. Expauit Petrus. Expauit discipulus quem amabat. Quomodo ergo Christum sequi poterimus? Non omnes possunt martyres fieri. Non omnes virgines inueniri. Omnibus tamen pudicitia, omnibus patientia necessaria est ad salutem. Hoc enim est quod ait, Abneget semetipsum. In abnegatione sui repudiatio voluptatum, in tollenda cruce tribulationum tolerantia commendatur. Quàm piè, quàm prouidè, quàm salubriter consulit & hortatur! Abneget semetipsum. Onus enim graue & periculosum propriæ voluntatis, ex quo deinceps leuissimum importabile est, sine quo nihil est tolerabile. Abneget, siue sit suus seruus vel dominus. Arundineum abiicit baculum, qui abnegat semetipsum. alioquin si propriis viribus nititur, deficit: si consiliis, errat. A malo declinat, qui sese abnegat. Veruntamen minus est declinare à malo, nisi bonum fecerimus, & nos abnegare, nisi ipsum sequamur. At baiulans sibi crucem ait: Si quis vult post me venire, &c. Quia enim hoc genus mortis erat acerbissimæ & ignominiosissimæ, plenum,

plenu
parite
etiam
ter co
bra, s
videh
afflic
super
terat
ria qu
uos &
trahi
in Ch
tum.
& si n
leis, t
tur si
non m
cem s
cuius
Quòd
cogne
de eiu
cruce
lectio
nitent
nibus
seipsum
omnir
prauit

Eu
qui Ie
Erant
sus. G
vt ad
scenda
Bene

plenum, post Christum crucem tollere, est propter molestias pariter & iniurias, molestias & iniurias sustinere. Adhuc etiam supplicium crucis habet hoc proprium, vt indifferentius corpus distrahens cruciet vniuersum. Nec modò membra, sed & viscera neruorum distentione torquentur. Solum videbatur in supplicio crucis caput liberum à tormentis, vt afflictis vndique membris omnibus corporis solus animus superemineat, solus, inueniatur immunis. Sed quomodo poterat distentis vndique neruis neruorum omnium originaria quædam in cerebro radix non torqueri, dum eisdem neruos & violentia mortis contraheret, & fixura clauorum contrahi prohiberet? Solum videbatur caput liberum. Sed illud in Christo etsi non clavis foratum, spinis tamen est coronatum. In nostris etiam cordis auctoritas præsidens membris, & si nullis tribulationum vel tentationum penetratur aculeis, tamen ipsis angitur suggestionibus, pungitur curis. Igitur si quis patienter exsoluerit etiam quæ non rapuit, & quæ non meruit luerit, is potissimum & seipsum abnegat, & crucem suam hauriat, & occisum agnum sine macula sequitur, cuius per innocentiam pariter & patientiam imitator exiit. Quòd si mala quæ meruit recipit patienter, humiliter recognoscit, quantum potest. diuinæ clementiæ supplicat, & de eius misericordia non diffidit, etiam is seipsum abnegans crucem suam tollit, & cum latrone saluato per fidem & dilectionem vestigia sui sequitur Saluatoris. Alioquin si pœnitentiam agere vel simulat vel dissimulat, si in suis affectionibus impatiens vel impœnitens perseverat: palam est quòd seipsum non abnegat, crucem suam non portat, Christum omnino non sequitur, sed ab eius vestigiis per itinera suæ prauitatis elongat.

GILBERTVS.

Quòd qui non dormit in secularibus, non
vigilat in diuinis.

Euigilantes viderunt maiestatem Iesu. De tribus discipulis **G**
qui Iesum in monte transfiguratum viderunt, hoc dicitur.
Erant, inquit, grauati somno, in quibus reprimebatur sensus. Grauabatur & reprimebatur in ipsis quod erat ex ipsis, vt ad ea quæ mundi sunt, cæci & hebetes, tantum ad cognoscenda quæ Dei sunt spiritu euigilarent excitati domino.
Bene euigilat, qui Dei considerat maiestatem, qui audit

arcata verba. quæ non licet homini loqui. Non licet ei dici in quo nondum Dei filius resurrexit. Nemini, inquit, dixeritis visionem, donec à mortuis resurgat filius hominis. Non potest ei dici visio, in quo nondum Christus resurrexit. Non licet ei dici, qui non est raptus in paradysum, in locum deliciarum, in locum de quo Petrus dixit: Bonum est nos hic esse. Bene exuscitatur, quem non homo tangit vt euigilare faciat, sed Christus.

BERNARDVS.

De triplici genere salutationum.

Cap. 10.
H

Neminem in via salutaueritis. Evangelica sanctione præceptum est vt in via mortalitatis huius terrenis affectibus inhaerentem neminem salutemus. Quos autem ab hac vita suspensos viderimus, illis securæ salutationis gaudium offeramus. Vnde in Euangelio tria salutationum genera inuenimus. Virgo siquidem Maria salutauit Elizabeth. Angelus verò Mariam, Dominus autem Iesus salutauit discipulos post resurrectionem. Cùm ergo viderimus eos qui in sterilitate vitæ huius seruierant, montana confessionis ascendentes, feruorem pœnitentiæ quasi filium quendam corde concipere, illis in verbo domini, remissionis & gratiæ & veniæ largitatem debemus offerre. Quos verò in castitate & sanctimonia domino seruire conspiciamus, inuitando ad meliora, benedictionis & gratiæ sœcunditatem necessariò promittamus. Quos sanè in conclauì remotioris vitæ positos ad imitationis apostolicæ fastigium tendere videbimus, illis quietis & pacis geminam soliditatem, cuius etiam in suo corpore præludia sentiunt vitæ, vocis ministerio spondeamus.

GALERIDVS.

Quòd periculum sit, sine labore præmium percipere laborantis

I *Dignus est operarius mercede sua.* Verum est, si tamen & mercenarius fuerit mercede contentus. De mercede operis est necessitatis perceptio, non congregatio superfluitatis. Alioquin væ qui recipiunt, imò qui rapiunt mercedem nõ suam, sed operatorum, minus videntes ipsi quid operentur, quid faciant. Væ etiam eis qui hîc totam recipiunt mercedem suam, vt si qua bona interim operentur, vix comparètur tem-

pora-

pora
magis
merc
sua,
ctu,
quas
tanqu
ztern

Int
hoc n
O Isra
parati
do! A
hac Sa
citur i
tellige
di hui
trouisse
virgin
quæda
domus
planè n
lutar an
in eam
putas, r
niente
quo que
trix n
Deus, l
nostras
h, & si
nabitqu

Est v
autem i
lum, qu
magis in

poralibus stipendiis quæ exinde consequuntur. Sed multò magis vix eis qui supra suam vel alienam magis operatorum mercedem & recipiunt & extorquent, congregantes non sua, & cui ea congregent ignorantes. Attendant quo fructu, quò sine genimina sibi studeant propagare spinarum, quas debuerant & in aliis extirpare potius quàm plantare, tanquam suffocatrices germinis verbi Dei, & materiam ignis æterni.

BERNARDVS.

Quòd Christus in mundum veniens, castrum dicitur introiisse.

Intrauit Iesus in quoddam castellum, &c. Opportunè satis hoc mihi loco prophetica exclamatio assumenda videtur. O Israel quàm magna domus domini & ingens, cuius comparatione castellum dicitur terræ huius spatiosissima latitudo! An non ingens patria & regio inestimabilis, quando ab hac Saluator adueniens, cum ingrederetur orbem terræ, dicitur introire castellum? Nisi fortè castellum quis aliud intelligendum putet, quàm atrium fortis armati principis mundi huius, cuius vasa diripere fortior superuenit. Sed quid introiisse eum dicimus in castellum? Etiàm in angustiissimum virginalis vteri diuersorium introiuit. Denique & mulier quædam excepit eum in domum suam. Felix mulier cuius domus Salvatore suscepto inuenta est munda quidem, sed planè non vacans! Nisi fortè quis vacuam dixerit, quam salutat angelus gratia plenam. Neque hoc solùm, sed adhuc in eam superuenturum asserit spiritum sanctum. Ad quid putas, nisi vt etiàm superimpleat eam? Ad quid, nisi vt adueniente iam spiritu plena sibi, eodem superueniente nobis quoque superplena & supereffluens fiat? Ipsa nempè mediatrix nostra, ipsa est per quam suscepimus misericordiã tuam Deus, ipsa est per quam & nos dominum Iesum in domos nostras suscepimus. Etenim nobis singulis castra sunt singula, & singula domus! Si quis autem aperuerit, introibit cœnabitque cum eo.

Quomodo castrum corporis sit seruandum.

Est vulgare prouerbum; quod multorum in ore magis autem in corde versatur: Bonum, inquiunt, seruat castellum, qui custodierit corpus suum. Sapiens tamen non sic, sed magis inquit, *Omni custodia serua cor tuum, quoniam ab*

N n

ipſo vita procedit. Eſto tamen, cedendum ſit multitudinē bonum caſtrum cuſtodiat, qui cuſtodiat cor ſuum. Illud ſanē quærendum, quænam huic ſit adhibenda cuſtodia caſtro? Rectēne cuſtodiffē tibi videtur anima illa corporis ſui caſtrum, cuius mēbra velut coniuratione facta inimico eius dominium tradidere? Sunt enim qui cum morte ſœdus iniurunt, pactum pepigerunt in inferno. Incaſſatus eſt, inquit, dilectus, &c. Hæc planē cuſtodia quæ laudatur à peccatoribus in deſideriis carnis ſuæ. Num in hæc parte cedendum eſt multitudinē? Abſit. Paulum magis interrogemus, utpote ducem ſtrenuum militiæ ſpiritalis. Caſtigo, inquit, corpus meum, &c. Et alibi: Non regnet, inquit, peccatum in veſtro mortali corpore. Vtilis profectò cuſtodia, & felix anima quæ ſic cuſtodierit corpus ſuum, ne vnquam ſibi illud vendicet inimicus.

Quomodo peccatoris domus in carcerem commutetur.

M Fuit enim aliquando cūm meum hoc caſtrum tyrannid ſuæ impius ille ſubiecerat, poteſtatiue, membris imperans vniuerſis. Quantum eo nocuerit tempore præſens, adhuc indicat de ſolatio & egeſtas. Heu nec continentię murum in eo, nec patientiæ antemurale reliquit! Exterminauit vineas, meſſuit ſegetes, arbores extirpauit: quippe etiam oculus meus ille depredabatur animam meam. Cæterum etiam tunc nec illi deerat carcer, nec infernus. Ab ipſo nanque coniurationis & proditiōis peſſimæ deprehenſa principio, non alibi quàm in domo propria carcerali eſt mancipata cuſtodia, nec aliis quàm ſuæ ipſius familiæ data tortoribus. Erat enim conſcientia carcer. Erant tortores ratio & memoria. Atque hi crudeles quidem, auſteri, & immiſericordes. Sed longè minus à rugientibus illis præparatis ad eſcam, quibus erat iamiamque tradenda. Sed benedictus Deus qui non me dedit in captionem dentibus eorum. Cūm enim inferri eam carceri tradere malignus acceleraret, ſed & caſtrum ipſum ignibus cremare perpetuis, ut digna perituris fieret retributio membris, fortior ſuperuenit.

Quomodo carcer per pœnitentiam in domum reformetur.

N *Intrauit in caſtellum ieſus. Qui fortem alligans, eius vaſa diriperet, ut quæ prius erant in contumeliam faceret in honorem;*

nozem. Contriuit portas æreas, & confregit ferreos veſtes, vincum de domo carceris & umbra mortis educens. Porro egressus est in confessione: ipsa est scopa qua mundatus carcer, & ornatus deinceps regularium institutionum iuncis quidem pulchre virentibus de carcere redit in domum. Habet ergo iam mulier domum suam. Habet ubi suscipiat eum, cui super tantis beneficiis extitit obnoxia. Alioquin vae ei si eum recipere renuit, si non detinet, si non cogit manere secum. Rediens enim qui eiectus est, mundatam & ornatum domum inuenit, sed vacantem. Relinquitur siquidem mulieri domus sua deserta, quam Saluatoris hospitio dignam exhibere neglexit. Quomodo inquis? Poteritne domus mundata confessione priore delictorum & obseruatione regularium institutionum ornata, indigna adhuc iudicari habitaculo gratiae Saluatoris ingressu? Poterit sine dubio, si superficie tenus mundata & iuncis virentibus strata interius plena sit lutò. Quis enim suscipiendum dominum arbitretur in dealbatis mortuorum sepulcris, quæ videntur a foris speciosa, intrinsecus autem spurcicia & sanies vniuersa repleuit? Esto vt aliquando tanquam ipsa superficie delectatus incipiat primum apponere pedem, ei cuiusmodi est, primam aliquam visitationis suæ gratiam indulgendo, nunquid non resiliet illicò cum indignatione? nunquid non aufugiet clamitans? Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Virtutis enim species & non veritas, quasi qualitas est & non substantia. Neque enim ingressum eius exterioris potest conuersationis tenuis superficies sustinere, quando omnia penetrat, & in intimis cordibus habitatio eius. Quòd si spiritus disciplinae corpus manifestè subditum non peccatis inhabitat, fictum vtique non modò declinat, sed etiam effugit atque elongatur ab eo. An verò aliud est quàm fictio exécranda, si peccatum superficie tenus radas, non intrinsecus eradices? Certus esto quoniam pullulabit vberius, & mundatam sed vacantem domum cum nequioribus septem qui eiectus fuerat hostis malignus intrabit.

Quæ sit domus munda, sed vacans.

Vis videre mundatam, ornatum, vacantem domum? **Hominem** intueri qui confessus est, & deseruit manifesta pec-

cata præcedentia ad iudicium, & nunc solas mouet manus ad opera mandatorum, corde penitus arido, ductus consuetudine quadam exteriorum, quæ ad modicum valent. Ne vnum iota præterit. Sed camelum glutit, dum culicem liquat. In corde enim seruus est propriæ voluntatis, gloriæ cupidus, ambitionis amator, aut hæc omnia & singula quæque intus vitia fouens, & mentitur iniquitas sibi. Sed Deus non irridetur. Videas enim interdum sic palliatum hominem, vt seducat etiam seipsum penitus, non attendens vermem qui interiora depascit. Manet enim superficies, & salua sibi omnia arbitrat. Inuenta autem occasione, ebullire sanie quæ latebat in hulcere, & excisam non extirpatam arborum in syluam pullulare videas densiorem. Quod periculum si volumus declinare, securim ad radices ponamus arborum, non ad ramos.

Quæ sint quæ domino domum parant.

- P** *Mulier quedam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine Maria.* Sorores sunt, & debent esse contubernales. Occupatur hæc circa frequens ministerium, illa dominicis est intenta sermonibus. Ad Martham spectat ornatus, sed impletio ad Mariam. Vacat enim domino, vt non sit domus vacans. Sed emundationem cui possumus attribuere? Erit enim, si hoc inuenerimus, domus in qua saluator suscipitur, & munda, & ornata, & non vacans. Demus eam Lazaro, ei siquidem fraternitatis iure cum sororibus est domus ista communis. Dico autem Lazarum, quem quatruiduanum iamiamque fœtentem à mortuis excitat vox virtutis, vt videatur satis congruè formam gerere pœnitentis. Intret ergo domum saluator, & frequenter visitet eam; quam pœnitens Lazarus mundat, ornat Martha circa actiones extrinsecus occupata, Maria replet internæ dedita occupationi. Sed fortè curiosus quisquam requirat, cur in præsentem euangelicam lectionem nulla prorsus Lazari mentio sit. Arbitror sanè ne id quidem à proposita similitudine dissidere. Virginealem etenim domum intelligi volens spiritus siluit non incongruè pœnitentiam, quæ malum factum utique comitatur. Absit enim vt proprij quicquam inquinamenti domus hæc aliquando habuisse dicatur, vt in ea proinde scopa Lazari quæreretur. Quod si originalem à parentibus maculam traxit, non minus Hieremia sanctifica-

ficatam in vtero, aut non magis Ioanne spiritu sancto repletam credere prohibet pietas Christiana. Nec enim festiuis laudibus nascens honoraretur, si non sancta nasceretur. Sit ergo Lazarus apud eos, quorum necesse est ab operibus mortis conscientias emundari. Secedat intervulnegratos dormientes in sepulcris, vt Martha tantum, & Maria inueniantur in thalamo virginali. Neminem tamen moueat, quod suscipiens mulier dominum non Maria, sed Martha vocatur: quando in hac vna, & summa Maria, & Marthæ negocium, & Mariæ non ociosum ocium reperitur.

Quare Martha Christum suscepit, non Maria.

Intrauit Iesus in quoddam castellum, &c. Quid est quod ex duabus sororibus altera tantum legitur suscepisse, & ea ipsa quæ videtur inferior? Optimam partem elegit Maria, teste ipso quem Martha suscepit. Sed prior nata Martha videtur, & salutis initium sibi magis actio quam contemplatio vendicat. Laudat Christus Mariam, sed à Martha suscipitur. Amat Rachelem Iacob, sed Lia supponitur ignoranti. Si de fraude queritur, audiat non esse consuetudihis, vt iuniores prius tradantur ad nuptias. Quod si luteam hanc cogites domum, facile erit nosse quemadmodum in ea Martha magis Christum excipiat quam Maria. Quod enim ait Apostolus, Glorificate & portate Deum in corpore vestro: Martha dicitur, non Mariæ. Hæc enim corporis vtitur instrumento, cum illi magis sit impedimento. Fortè tamen & Maria dominum suscepit, sed in spiritu. Dominus enim spiritus est. Huic: inquit, erat soror nomine Maria. Quæ etiam sedens secus pedes domini, audiebat verbum illius. Vides quod vtraque suscepit? Hæc in corde, illa in voce. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Quæ stetit & ait: Domine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solam ministrare? Putas in domo in qua Christus suscipitur, vox murmurationis audietur? Felix domus & beata congregatio, in qua de Maria Martha conqueritur! Nam Mariæ Martham æmulari prorsus illicitum est. Alioquin ubi legis Mariam causantem, quia soror mea reliquit me solam vacare? Absit, vt qui Deo vacat, aspiret ad tumultuosam fratrum officialium vitam. Respondit autem ei

Iesus : Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima.

Quanta sit contemplationis dignitas, quæ habet
vbique dominum defensorem.

R Vide prærogatiuam Mariæ quæ in omni causa habeat
aduocatum. Indignatur Phariseus, queritur soror, etiam
murmurant discipuli. Vbique Maria tacet, & pro ea loquitur
Christus. Optimam, inquit, partem elegit sibi Maria, quæ
non auferetur ab ea. Hoc illud vnum quod necessarium est.
Hæc quam tam sedulè Propheta requirebat : Vnam petij
à Domino, hanc requiram, &c. Quid tamen est quod optimam
partem dicitur elegisse? Quæ enim consolatio laboranti,
quasi in eius suggillatione partem vacantis attollere? Vnum
ego arbitror est è duobus, vt aut de electione Maria laudetur,
quod pars illa quantum in nobis est, sit omnibus eligenda :
aut certè, vt neutrum dicatur, nec in partem quanlibet præcipitasse
sententiam, sed ad obedientiam præceptoris in vtrunlibet sit
parata. Vnum dicam, si tamen id de Martha liceat suspicari.
Nõne enim quasi otiosam reputasse videtur, quam dari sibi
petijt adiutricem? Sed carnalis est, & omnino non percipit
quæ sunt spiritus Dei. Si quis fortè Deo vacantem animam,
sua de uacatione redarguit, audiat optimam hanc esse partem
quæ maneat in æternum. Nunquid enim non rudis omnino
videretur, si diuinæ contemplationis penitus expertus, illam
intraret regionem, vbi hoc vnum omnium opus, vnum studium,
eadem vita? Habet autem quæcumque perfecta est anima,
simul & Marthæ administrationem, & Mariæ & Lazari
pœnitentiam. Magis tamen videntur ad singulos singula
pertinere, vt in vna congregatione alij dediti sint fraternæ
administrationi, alij vacent sanctæ contemplationi, alij in
amaritudine animæ suæ recogitent annos suos, sicut vulnerati,
dormientes in sepulchris.

In quibus Maria, Martha, Lazarus, debeant occupari.

S Maria ergo piè & sublimiter cogitet de Deo suo, Martha
benignè & misericorditer de proximo, Lazarus miserè &
humiliter de seipso. Gradum suum quisque consideret, ne
mini nos blandimur. Vtinam ne vestrum quispiam se seducat.
Cui enim necessitas non incumbit, vt turbetur erga plu-

plu-

pluri
dele
bari
Si in
& Io
filia
ad qu
rum
dolor

Sec
ri inte
delis,
sic inte
vt sit
culus
runtur
offeru
Gaud
Beata
bonum
tantum
tionum
dare in
ter, vt d
bi d am
domine
amas,
suerunt
ergastu
quam la
nitentia
ritas om
quarid
mortuu
nes mu
quid est
nim fec
uis intel

plurima, vnum est necessarium, aut non turbari penitus, aut delectari magis in domino, aut si id necdum potes, non turbari erga plurima, sed vt de se propheta loquitur ad teipsum, Si inueniri fuerint (alibi propheta) in ciuitate hac Noë, Daniël, & Iob, ipsi iustitia sua liberabuntur. Veruntamen filium, aut filiam non liberabunt, ait dominus. Oportet igitur te frater ad quem de fabricanda siue regenda arca nil spectat, aut virum esse desideriorum, vt Daniël, aut cum beato Iob virum dolorum, & scientem infirmitatem,

A quibus cauere debeant Martha,
Lazarus, & Maria.

Sed & ipsam Martham admonitam esse volo, id iam quæ- **T**
ri inter discipulos, vt fidelis quis inueniatur. Eric autem si-
delis, si neque quæ sua sunt quærit, sed quæ Iesu Christi, vt
sit intentio pura: nec suam faciat, sed domini voluntatem,
vt sit actio ordinata. Sunt enim quorum non simplex o-
culus, & recipiunt mercedem suam. Sunt qui propriis fe-
runtur motibus animorum, & contaminata sunt omnia quæ
offerunt, cum scilicet voluntates eorum inueniantur in eis.
Gaude & gratias age Maria quæ partem optimam elegisti.
Beata quæ venas diuini susurri percipis in silentio, in quo
bonum est homini dominum præstolari. Simplex esto non
tantum sine simulatione, sed absque multiplicitate occupa-
tionum, vt tecum sit sermocinatio eius. Vnde caue ne abun-
dare incipias in sensu tuo, & velis plus sapere quam oportet,
vt dum lucem sectaris, impinguas in tenebras illudente ti-
bi demonio. Sed nunc ad Lazarum redeamus. Vbi (inquit
dominus) posuisti eum? Age igitur domine, quære quem
amas, vt & amantem facias, & quærentem. Quære vbi po-
suerunt eum, iacet enim clausus, ligatus, oneratus. Iacet in
ergastulo conscientiæ, tenetur vinculis disciplinæ, & tan-
quam lapide superposito premitur, & opprimitur onere pœ-
nitentiæ maximæ, quod desit fortis vt mors dilectio, & cha-
ritas omnia sustinens. Et in his omnibus iam fueret domine,
quatruiduanus enim est. Eum autem dico Lazarum, qui nuper
mortuus peccato fodit sibi parietem, vt videat abominatio-
nes multas & malas prauæ & inscrutabilis cordis sui. Sed
quid est domine? iam fueret, quatruiduanus enim est. Fortè e-
nim fueret istum, & quatuor dies istos, nõ continuos qui-
bus intelligat.

De quatuor diebus quibus iacet Lazarus
in sepulchro.

V Ego primam arbitror timoris diem, qua nimirum irradiante cordibus nostris peccato morimur, & quodammodo sepelinur in conscientiis nostris. Secunda (ni fallor) agitur in labore certaminis. Solet nempe inter primordia conuersionis nostræ acius insurgere tentatio prauæ consuetudinis, & vix extingui possunt iacula ignita diaboli. Tertia nihilominus doloris esse videtur, dum recogitat quis annos suos in amaritudine animæ suæ, nec tam laborat declinando futura, quàm præterita plangendo deplorat. Miraris quòd hos dixerim dies? sed tales sepulturæ debentur, dies nebulæ & caliginis, dies luctus & amaritudinis. Sequitur dies pudoris non dissimilis tribus: quando iam horribili confusione operitur anima miranda, dum animis confiderat, quæ & quanta deliquerit, & in oculis cordis tetras versat caligines peccatorum. Animus huiusmodi nihil dissimulat, sed exaggerat vniuersa. Vtilis quidem exacerbatio, & digna miseratione crudelitas, facilè sibi diuinam concilians gratiam, dum pro eo mens amulatur, etiam contra semetipsam. Veruntamen Lazare veni foras, ne in tanto fœtore diutius immereris. Caro putrida putredini proxima est: & qui confunditur vehementer & tabescit, prope est vt desperet. Veni, inquit, foras. Ac si dicat: Quousque conscientiæ tuæ caligo te detinet? Veni foras, procede, respira in luce miserationum mearum. Iam verò quid sibi vult quod ait: Tollite lapidem: & post pauca, Soluite eum? Nunquid post visitationem gratiæ consolantis cessabit agere pœnitentiã, quem appropinquauit regnum cœlorum? aut abiiciet disciplinam, si fortè irascatur dominus, & pereat de via iusta? Absit. Tollatur lapis, sed pœnitentia maneat: non iam premens & onerans viuendam, & robustam mentem roborans atque confirmans: nimirum cuius cibus sit, quem antea nesciebat, domini facere voluntatem. Sic & disciplina non iam contingit liberum. Secundum illud: Iustis non est lex posita, sed voluntarium regit, & dirigit in viam pacis.

De castro cordis humani, & qualiter
muniatur,

Intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier, &c. Quod X dominus ac Saluator noster semel & in vno loco visibiliter tunc temporis dignatus est operari, hoc etiam nunc vbique terrarum operatur quotidie inuisibiliter. Ecce enim, euangelio loquente, audiuius quod in quoddam castellum intrauit Iesus, & mulier quædam Martha nomine excepit eum, &c. Quod est autem hoc castellum, nisi cor humanum, quod priusquam dominus ad illud veniat, cupiditatis fossa valatur, muroque obstinationis clauditur, atque in interiori latitudine sua Babylonica turre erigitur? Triâ certè in omni oppido maximè sunt necessaria, quibus sustentetur, munitio qua protegatur, arma quibus hostibus resistatur. Sic ergo & huius castelli incolæ victum habent, voluptatem corporis, & seculi vanitatem, quibus pascuntur. Habent & qua teguntur proprij cordis duritiam, vt verbi Dei sagittis potentibus vix aut nunquam valeant penetrari. Accincti sunt armis, carnalis scilicet sapientiæ argumentis, quibus contra hostes repugnant. Vnde scriptum est: Filij huius seculi prudentiores sunt, &c. At verò Christo visitante & intrante castellum hoc euertitur, & pro eo nouum aliud pulchrûmque ac spirituale construitur. Impleturque quod dicitur: Si qua in Christo noua creatura, vetera transierunt. Et ecce facta sunt omnia noua. Sublata quippe cupiditate, expanditur ingens sinus desiderij, vt ad eius aduêctum multo magis ambulet mens ad cœlestia, quàm prius terrenis incuberat. Iam ponitur murus continentia, antemurale patientia. Surgit autem hoc opus à fundamento fidei, & crescit per dilectionem proximi vsque ad charitatem Dei, quæ est in superiori tabulatu, & in propugnaculis eiusdem muri. Quod nimirum tunc perfecta est virtus continentia, quando in vnitate fidei cum proximis viuentes communiter non supplicij metu, vel humanæ laudis appetitu, sed solo diuini amoris obtentu à peccatis nos continemus. Vel certè ideo charitas Dei, qua scilicet nos diligit, super murum eius videtur, vt pro continenti suo pugnare significetur. Et quia continentia crebris validisque tentatoris ictibus non possit stare, nisi eius gratia protegatur, idcirco antemurale patientia proponitur, ne ad impugnandam continentiam facilis diabolo pateat accessus. Qui ergo protegente patientia continenter viuunt, bene cum

Apostolo dicunt: Quis nos separabit à charitate Christi, &c. Vides quàm solidus sit continentium murus? Sed iam pulsemus ad portas eius, portas scilicet iustitiæ, vt aperiantur nobis: ingressique per eas videamus intus magna opera domini, ibi enim operante ipso construitur tanquam in monte Sion euangelica illa turris, per quam humiliato corde ascendunt in cœlum sancti de conualle plorationis, hoc est de humilitate vitæ presentis. Hic itaque, id est in hoc culmine, cum ad altum perueniunt qui bene proficiunt, sunt iam locus sedes domino. Dum enim adhuc erant in muro continentia, & in acie stabant, impugnari poterant. Et primò tanquam adiutor notus erat in Iudæa Deus. Cum verò iam in ista statione consistunt, vbi dominum specularunt, in Israël magnum nomen eius. Et factus est locus eius, & habitatio eius in Sion, ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum. Quia ibi nullus motus carnis resistit, & omnimodis subiecta est spiritui. Iam verò si queratur de castelli huius habitatoribus, quis cibus ad sustentandum, quod munimen ad protegendum, quæve arma suppetant ad repugnandum; possumus satis rationabiliter respondere, quòd quemadmodum carnalibus carnis opera fuerunt victus, ita his multò melior cibus sit fructus spiritus. Cibus etiam eorum vt faciant voluntatem patris. Cibus eorum verbum Dei, quo pascuntur omnes sancti tam homines quàm angeli. Munimentum est, sicut dictum est, murus continentia, & antemurale patientia. Habent contra hostes arma, quæ describit Apostolus: Loricam iustitiæ, scutum fidei, galeam salutis, & gladium spiritus quod est verbum Dei. Nec quenquam moueat quòd idem verbum dixerim esse cibum & gladium, quasi impossibile sit vel absurdum. Nam idem Christus dictus est panis, & lapis. Panis scilicet viuus, & lapis quem reprobauerunt ædificantes, qui factus est in caput anguli. Vtrunque quidem est per significationem, sed neutrum per proprietatem. Sed iam reuertamur ad propositum.

Quid Christus intellectui, quid conferat actioni.

Y *Intrante Iesu in hoc castellum. Duæ sorores, Martha & Maria, id est operatio & intellectus, excipiunt illum.*
 Excipi-

Excipi
 prode
 confes
 tem o
 virtus
 tha si
 eius v
 conter
 desider
 sicut se
 fide mu
 rante.
 duplex
 eum, p
 facinor
 ergo eu
 ria con
 libus pa
 sua, vu
 ctioni i
 re. Itaq
 Vbi san
 quum e
 lit euoc
 fuerit,
 imperar

Ma
 no loco
 paratum
 sed ipse
 eo posit
 sta, sec
 tera de
 do Tho
 tu patris
 ti affecu
 stior et

Excipiunt dixerim an excipiuntur? Sed vtrum dixeris, illis prodest, non Iesu. Et Iesus quidem ad illas veniens duo confert congrua singulis, virtutem & sapientiam. Virtutem operationi, sapientiam intellectui. Ipse enim est Dei virtus & Dei sapientia. Sed quid est quod intrantem Martha suscipit, discurret, ministrat, Maria autem sedet, & in eius verba cor suspendit, nisi quod prior est actio quàm contemplatio? Quisquis enim ad intelligentiam peruenire desiderat, necesse est vt prius per bona opera exerceatur, sicut scriptum est: Fili concupiscens sapientiam, &cæt. Et fide mundans cor eorum. Qua fide? Per dilectionem operante. Duobus autem modis Martha excepit dominum, & duplex ei conuiuium parat: quia duobus modis excluderat eum, per flagitia scilicet & facinora. Flagitia quæ in nobis, facinora quæ in proximis peccando committimus. Excepit ergo eum continentia, & beneuolentia, vt scilicet contraria contrariis curentur. Dum ergo Martha, id est actio, talibus parandis epulis occupatur, multum satagens pro parte sua, vult & Mariam intellectum, & omnia interiora sua actioni insistere, operationique suæ perficiendæ operam dare. Itaque conqueritur de sorore quod ab ea non adiuuetur. Vbi sanè aduertenda est delatio quædam & honoris obsequium erga dominum, quod scilicet ipso præsentem non ausa sit euocare Mariam, quinimo & apud ipsum querelam deposuerit, ipsùmque dominum vocauerit, in cuius potestate sit imperare sorori quicquid voluerit.

Quod non vniformiter gratia conferatur.

Maria autem sedjt secus pedes Iesu. Non omnibus vno loco frui datur grata præsentia sponsi, sed vt cuique paratum est à patre ipsius. Non enim eum nos elegimus, sed ipse elegit nos, & posuit nos. Et vbi vnusquisque ab eo positus fuerit, ibi est. Denique mulier vna compuncta, secus pedes domini sortita est locum fidei, cum altera deuotionis suæ fructum ad caput inuenerit. Porro Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in sinu patris, Paulus in tertio cælo secretum sunt huiusmodi affectui. Prior mulier strauit sibi in tuto humilitatis, posterior etiam in solio spei. Thomas in solido fidei, Ioannes in lato

in lato charitatis, Petrus in intimo sapientiæ, Paulus in luce veritatis.

HUGO DE FOILLETO.

Quòd tria in verè pœnitentibus debeant inueniri.

A *Martha Martha sollicita es.* Tria possumus assignare in Martha, scilicet sollicitudinem, turbationem, & questum. Sollicita est, ne quod agit fiat pigrè: turbatur, ne fiat tepidè: conqueritur, vt adiuuetur, ne fiat tardè. Tales autem debent esse affectus pœnitentiam agentium, vt si quid eis præcipiatur, sollicitè perficiatur. Turbantur etiam, si eis aliqua occurrerint, in quibus aliquando casu vel infirmitate peccantes offenderint. Conqueruntur vt adiuuentur: quia religiosorum preces & suffragia sibi propitiari obnixius deprecantur.

GALFRIDVS.

Quòd prædicationi nec contemplatio nec actio valeat comparari.

B *Maria optimam partem elegit &c.* Etiam si melior est Maria vacatio, quàm occupatio Marthæ: tamen in illa domo tris fuisse memento. Ibi enim laborabat Martha, vacabat Maria, dominus prædicabat. Absit autem vt vacatio illa Mariæ, sicut labori Marthæ, ita prædicationi dominicæ præferatur. Magnus est enim qui intra seculi huius tumultum irreprehensibiliter, vel saltem venialiter viuit, maior qui extra, maximus verò qui supra.

BERNARDVS.

Qui sint tres panes qui petendi sunt ab amico.

Cap. 11.

C



Vis vestrum habebit amicum, &c. Vnum perhibet aduenisse, nec tamen contentus est querere panem vnum. Puta ergo cum vxore, & mancipio aduenisse, vt suum cuique panem apponere velit amicus. Ego amicum venientem ad me non alium intelligo quàm meipsum. Nemo quippe me mihi charior. Ad me ergo de via venit amicus, cum transitoria deferens ad cor redeo. nam tunc sibi quisque verè amicus est, quoniam qui diligit ini. o. a. s. A die ergo conuersionis meæ, de via redit ad me amicus. Venit de regione longinqua, venit fame laborans, confectus inedia. Venit necesse habens inuenire amicum. Sed heu me, pauperem elegit hospitem, & vacuum

vacuum ingreditur habitaculum ! Sed ibo mihi ad magnum illum amicum , & dicam ei : Amice commoda mihi tres panes . Qui sunt isti tres panes ? Credo nobis petendos esse tres panes, veritatis, charitatis, fortitudinis . His tribus egere me fateor , veniente ad me amico de via , vt dixi , cum vxore , & & mancipio . Deficit quippe ratio mea : ipsa est enim vir , præ ignorantia veritatis . Languet voluntas : ipsa est vxor , præ inopia affectionis , infirmatur caro , ipse est mancipium præ inopia fortitudinis . Nam & ratio minus intelligit quæ agenda sunt , & voluntas minus diligit intellecta . Et adhuc corpus quod corrumpitur aggrauat animam , vt non quæcunque volumus illa faciamus . Commoda ergo mihi amice tres panes : vt intelligam , vt diligam , vt faciam voluntatem tuam .

PETRVS RAVENNAS.

Quàm sit dandi cupidus , qui quomodo obtineatur ostendit .

Quis vestram habebit amicum , & ibit ad illum media nocte ,

& dicit illi : Amice commoda mihi tres panes &c . O quam da

re vult , qui se inquietari taliter , taliter patitur suscitari ! O

quàm pulsanti iste gestiuit occurrere , qui secreti sui cubile

ipsam collocavit ad ianua ! O quam negare noluit , qui etiã

deneganti qualiter extorqueretur ostendit ! O quam non ad

ianua dominus tantum , sed ipsa ianua dominus fuit , qui

dormientibus feruis , pulsantis necessitatem solus & primus

audiuit ! O quam pius , quàm misericors , qui quod mandatis

docet , probat & informat exemplis ! Cùm facis , inquit , eleemo-

synam , noli tuba canere . Et ibit ad illum noctu . Parum

est quod facientis misericordiam nox velabat , quod largita-

tem dantis , penitentis obtegebat improbitas , nisi ad cumu-

lum pietatis velandæ ascriberetur & somnus . Verum non

potuit non imperrare quod voluit , qui vt reciperet hospiti-

tem & reficeret , totam sibi requiem denegauit . Aut quomo-

do sic petenti , sic pulsanti non responderit , ille qui in hospiti-

um suscipi constetur , dicens : Hospes fui , & collegistis me .

Existimo hoc dixisse pulsantem , aut fortè taliter conuenisse .

Feci quod iussisti , redde quod promisisti . Tibi credidi dicen-

ti , Nolite solliciti esse de crastino . Vnde hesternò hospiti

quod apponerem non reliqui . Sed dicis : Esto quod petere

possim , pulsare quemadmodum potero cœleste secretum ?

Quemadmodum ? Iterando preces , et expectando patienter

iudicium Saluatoris . Quia qui indignatur , cum mox auditis

D

nō fuerit, iste petitor supplex nō est, sed imperiosus exactor.

Quòd à patris muneribus omnis suspicio sit tollenda.

E *Quis ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi?*
Charitas dolum nescit. Si pater est, non potest non amare: si amat, nisi quod bonum est dare nescit. Negat patrem, qui de patris suspectus est largitate. Patris iussa discutere non licet, patris monita retractare non conuenit. Sit paterni licet mandati species tristior, res tamen ipsa salutifera est & vitalis. Sic Abraham ubi patrem Deum credit, mandatorum formas non attendit asperas & acerbis, circūcisionis recipit verecundiam: & quæ cœlestis pater iubet non discutit, sed iudicat gloriosa. Parricidium considerat persecelestum: sed quia Deus imperat, totum pietati committit. Hinc Isaac patris super se gladium cum videret, cum dolere poterat, est gauisus. Hinc septe filia patris vota sua morte tota gratulatione persoluit. Veruntamen Iudæis hic panis in lapidem versus est, non dantis vitio, sed nequitia capientis.

GALFRIDVS.

De malitia hominis tripartita.

F *Si vos cum sitis mali, &c.* Fideliter & efficaciter sermone breui magister bonos discipulos ad scientiam erudit, & ad pietatem accendit, si fuerit qui sic capiat intellectum, vt sentiat vim verborum. Indicat enim nobis quales simus, quid agimus, qualem habemus patrem, quid sit ab eo sperandum, & qualiter obtinendum. Eò si quidem tota huius sermonis intentio dirigitur, vt mens nostra paternæ pietatis intuitu ad fiduciã animetur. Sed nec illud est negligenter audiendū, quòd malos nos veritas dicit, & hoc veraciter. Et vos, inquit, cum sitis mali &c. Quid enim in nobis nisi malū, & malū valde? Scio (inquit Apostolus) quòd non habiter in me, &c. Quid in ore? Iacobum audiamus. Lingua (inquit) modicum membrum est &c. Multò magis prauum est cor hominis, & inscrutabile: hoc est tam prauum, vt ad finem suæ prauitatis scrutando nequeat peruenire.

De malitia carnis.

G Et carnis quidem malitia maximè tripartita videtur, quòd videlicet inueniatur illecebrosa, quòd infirma, quòd fallax. Primum quidem concupiscit aduersus spiritum per legem peccati quam habet, per fomitem iniquitatis: quam possidet. Secundò, si castigatur, & in seruitutem redigitur, corrumpitur, deficit,

deficit, infirmatur, multiplicibus suis necessitatibus exigens
violenter seruire animam cui debuerat ipsa seruire. Et peior
quidem carnis stimulus quàm eius infirmitas. Ceterum si sim-
pliciter suæ nobis impossibilitatis causam, suum innotesce-
ret infirma defectum, esset utiq; minus malum: nunc autè cõ-
tra stimulum calcitrans, bis pungitur exaggerando quod pa-
tatur: murmurat & conqueritur, sed & id modicum quod po-
test dissimulat, & mentitur. Et tertium hoc est malum eius,
per quod multi, dum quid boni possint facere nesciunt, am-
plius mali fiunt.

De malitia oris.

Jam de oris malignitate quid loquar? Quantus ignis, quan- **H**
tam sylvam incendit! Pessimè nonnulli diuinum miraculum
emulatur, ut disperitas linguas, ut ignem accepisse videan-
tur. Diuinus siquidem ignis non scandalo vrit, sed amore ma-
gis accendit. Inflammatio autem gehennæ vrit linguas malè
disperitens, ut quisq; nostrum sua cuiq; lingua, & quasi nunc
Græcè, nunc Hebraicè, nunc Latinè loquatur: ut si eum au-
dias hic, non illum putes, quem paulo ante audieras. Malè i-
gitur omnium linguis loquitur vir linguosus.

Quòd desideret à se postulari bonum spiritum bonus pater.

Sequitur: *Quis magis pater vester, &c.* Quid ad hoc dici- **I**
mus? ergo mali sunt, quibus est pater cœlestis? O confusionè!
ô consolationem! ô degeneres filios tanti patris, & patrem
magnum degeneres filios denuò generantem! Quid enim pa-
ter noster est primæ creationis origine? non modò prodest,
sed obest degenerantibus nobis nisi susceptus Christus à no-
bis, dederit potestatem per bonum spiritum bonos fieri filios
boni patris. Nihil enim nasci profuit, nisi redimi profuisset.
O terrigenæ filij hominum, si vobis est pater cœlestis, quid
exultatis in terris? Dabit, inquit, spiritum bonum petentibus
se. hoc enim donum patris quod solis præbet filiis, qui ter-
rena præstat etiã inimicis. Nec mirum, tales enim querit qui
adorent eum in spiritu, & veritate. Super vultus accessere
boni, ait poëta, de eo qui inter cetera hospitalitatis officia nõ
omisit, quod sapiens ait: In omni dato hilarem fac vultum tu-
um. Inter homines enim vultus bonus super omnia reputa-
tur, apud Deum non nisi bonus spiritus acceptatur. Etsi plu-
rimum interest inter hominem mortuum, & viventem, longè
tamen amplius inter non habentem hunc spiritum & haben-
tem. Mortuus enim homo non iam nec audire, nec loqui, nec

aliquid operari. Cadere tātum potest, fœtere, dissolui, & putrescere. Nec dissimilis est mors animæ, vbi deest spiritus vitæ. Nō enim bona loqui aut meditari, agere vel diligere poterit, qui bonum spiritum non habuit. Peccare autem poterit, perire, perdere alios, cui spiritus iste defuerit. Studeamus igitur vt habeamus hunc spiritum, nihilominus caueamus ne extinguamus acceptum. Ait enim Apostolus: Spiritum nolite extinguere. Si enim animales spiritum non habētes meritò multum miseri iudicantur, multò amplius infelices qui spiritu cœperint, si carne postea consummentur. Hunc igitur spiritum tam bonū, tam necessarium, quibus potero meritis obtinere? quibus studiis retinere? Vt de cōpendio ad vtrunque tibi respondeam, petentibus datur, & hētum effugit. Omnis, inquit, qui petit accipit: & hoc loco: Dabit spiritum bonum petentibus se. Tūne illum emere cogitabis? Fecit & hoc Simon Magus, & nequissimæ cuiusdam hæreseos caput extitit, quæ successa sapius in deterius reuiuiscit. Hic enim qui spiritum bonum non petiit, meritò nō accepit. Dabit enim pater bonus spiritum bonū petentibus se. O benignissimum patre, qui id exigit quod nemo non possit! Si solis fortibus, ieiunantibus, laborantibus promitteret, fortè nō immeritò pauper, deliriosus, vel impotens desperaret: nunc verò petētibus donat, & petentibus se. Petere enim patrem potest etiam qui petitionis vocem proferre non potest. Non enim patrem petit, qui corde non petit. Petamus ergo eum, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Qui non imperat quæ peperam egimus, non improperat nec arguit indignum esse qui postulat, neque humano more in excusationem muneris accusationem solet prætere tendere postulantis.

ISAAC.

Homilia.

Quòd vnusquisque familiariter ab vno aliquo dæmone tentationibus fatigatur.

K *Erāt Iesus eiciens dæmonium, & illud erat mutum.* Roget vnusquisque charissimi benignum Iesum, & hoc assidue, vt suum à se penitus eiciat dæmonium, aut interim reprimat. Nā cum omnia nobis infesta sint dæmonia, & damno nostro lætentur, vnum quæque tamen familiarem habere Dæmonem qui eum in omnibus & vbique obseruet, quem ignorare monachum non oportet, scriptura non tacet. Ego meum optimè scio, nihil mihi notius, quia nihil nociuius. Quæ & cuiusmodi tentatio

tatio
scio.
impre
contr
loqua
tis l
spicio
nunc
eloqu
auellit
sit. Vn
reddit.
quos i
guz ra

Si qu
Hoc ig
vana v
nis, ia
rilitate
nis clau
nis sui
tacui,

Tri
Deum
ficat. Q

Cum
Fortis
ma, men
nem ear
inde Ha
gellis co
appetit
tensis &
timore

tatio me sapius & acrius vrget, & in qua parte facilius labor scio. Vnde quotiescunq; in commune psallo versus illos qui imprecatori j videntur, & liberationem, & auxilium quærere, contra illum dirigo. Et illud, inquit, erat mutum. Meum mihi loquacissimū est, & de mundi huius gloria, & decore, & delictis lōgissimas & mēdosissimas fabulas textit, de illis mille suspiciones susurrat, mira promittit, minatur nunc de scientia, nunc de religione, nunc de genere, nunc de gratia, nunc de eloquentia mecū multa concionatur. ita sibi sæpe aures meas auellit & occupat, vt nec legere vel legentem audire vacuum sit. Vnde & mihi loquens, me penitus mutum efficit, stupidum reddit, & surdū. Et hinc mutus dicitur spiritus malignus: quia quos inuadit, mutos facit à laude Dei, & propriis officiis linguæ rationalis.

Quibus sermonibus lingua debeat occupari.

Si quis loquitur, ait Apostolus Petrus, quasi sermones Dei. **L**
Hoc igitur officium linguæ rationalis agnosco. Nam loqui vana verba, & mendacij, cōtentionis, proditiōis, detractiōnis, iactantiæ, cupiditatis, luxuriæ, aut etiam de qualibet scurrilitate, quæ ad rem nō pertinet, in quibus omnibus lingua foris clamans, & garrula in auribus hominum, aut intus demonis sui familiari colloquio, mutum est Deo. Vnde: Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem rota dic.

Quōd tribus modis loquitur lingua verba Dei.

Tribus igitur modis loquitur lingua sermones Dei, dum Deum laudat, dum se coram eo accusat, dum proximum edificat. **M**
Qui ab his tacet, mutus est quantumlibet clamet.

HUGO DE S. VICTO.

Quomodo malitiam sapientia vincat.

Cum fortis armatus custodit atrium suum &c. Atrium, est cor. **N**
Fortis armatus, malitia. Fortior superueniens, sapientia. Arma, membra. Sapientia primū malitiam capit, per cognitionem eam deprehendens; postea ligat ab opere cohibens, deinde flagellat: quia primus affectus quasi quibusdam duris flagellis cæditur, quando per studium disciplinæ ab eo quod appetit refrenatur: nouissimè quasi membris in crucem extensis & à se diuisis clauis configitur, quando diuisis à se vitiis timore Dei animus penetratur.

BERNARDVS.

Quàm multiplex sit efficacia verbi Dei.

O *Beati qui audiunt verbum Dei &c.* Vultis nosse quàm beatif
 Primum quidem sonans in auribus animæ vox diuina cõtur-
 bat, terret, diiudicat. Sed continuò si non auertis aurè, viuifi-
 cat, liquefacit, calefacit, illuminat, unndat: denique & cibus
 noster est, & gladius, & medicina, & confirmatio, & requies,
 & resurrectio, & cõlummatio nostra. Nec miretis quòd ver-
 bum Dei iam nunc inuenias omnia esse in omnibus, quantũ
 ad iustificationem. Siquidem & futurum est omnia in omni-
 bus ad glorificationem. Audiat illud peccator, & conturbabi-
 tur venter eius, à voce illa carnalis anima contremisecet. Om-
 nia nanq; cordis secreta rimatur sermo viuus & efficax. Vnde
 licet mortuus in peccato, si audieris vocem filij Dei, viues. Si
 cor tuum induiatum est, emittet verbum suum & liquefaciet
 illud. Si tepidus es, & euomi iam formidas, non discedas ab e-
 loquio domini, & inflam:mabit te: quia ignitum eloquium e-
 ius vehementer. Quòd si tenebras ignorantix plangis, dili-
 genter audi quid loquatur in te dominus Deus tuus: Et erit
 lucerna pedibus tuis verbum Dei, & lumen semitæ tuæ. At
 fortè tantò amplius doles, quantò clarius etiam peccata mi-
 nuta illuminatus agnoscis. Sed sanctificabit te pater in veri-
 tate, quæ est vtiq; sermo eius, vt inter Apostolos merearis au-
 dire: iam vos mundi estis propter sermones meos. iam verò
 cùm laueris manus tuas: Ecce parauit in conspectu tuo men-
 sam: vt non de solo pane viuas, sed de omni verbo quod pro-
 cedit de ore Dei. Vbi si cõsistunt aduersum te castra, & præ-
 lium tentationis insurgit, arripe gladiũ spiritus quod est ver-
 bum Dei, & in eo faciliè triumphabis. Quòd si, vt est certa-
 minis, contingit in eo aliquando vulnerari, mittet verbum
 suum, & sanabit te, & eripiet te de interitionibus tuis, vt in te
 impleatur quod ait ille Centurio: Domine dic tantũ verbo,
 & sanabitur puer meus. Sed & si titubas, confitere, & clama:
 Mei autem penè moti sunt pedes: & in verbis suis cõfirmabit
 te, vt experimento dicas: Verbo domini cœli firmati sunt. In
 his itaq; & eiusmodi perseuera, donec dicat spiritus, Vt re-
 quiescant à laboribus suis. In hoc verbo requiesces dulciter,
 & suauiter soporaberis, donec veniat, & omnes qui in monu-
 mentis sunt audient vocem eius, & procedent. Quo? alij qui-
 dem in iudiciũ, alij in vitam. Et quis scit si est dignus amore
 vel odio? Tunc maximè, Memor esto verbi tui seruo tuo do-
 mine, vt ab auditione malorum non timeam, sed beata magis
 auditio

audi-
 mei &

H

Vnde r-
 tas. Ill-
 ritatem
 est, abi-
 Auariti-
 micitia
 lius, su-

Q

Prim-
 rum ne-
 ti. Hoc
 cum qu-
 cum eo
 ligere p-
 pure eu-
 ligere p-
 diligatu-

Noli-
 effusa
 cenlus p-
 nis seruo
 totius p-
 gnant m-
 denter a-
 sine tim-
 tate vix

audicio ad visionem: cum dices, Venite benedicti patris mei &c.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd non sit Deus diffensionis, sed pacis.



te fratri meo, vt di me here. Non potest fratri dicere Diuide, qui per Prophetam ait, Ecce quàm bonū & quàm iucundum habitare fratres in vnū. Nam quæ maior hereditas quàm vinculū charitatis? Nam terrena hæreditas successores suos defecat & mittit in partes.

Cap. 123
P.

Vnde nec hæreditas, sed pugna sed nouerca filiorū, nō facultas. Ille verè ditat filios, qui relinquit filiis plenissimam charitatem. Vnde & dominus ait, Cauete ab omni auaritia hoc est, abiiciatur auaritia, & non erit in hæreditate contentio. Auaritia fratres nescit, parentes negat, germanos diuidit, amicitiam soluit, excludit affectum. hanc qui habuit, erit nullus, suus non erit.

BERNARDVS.

Quòd Deus debet esse causa, vt proximus diligatur.

Primum quærite regnum Dei &c. Sponte pollicetur se datum necessaria, superflua restringenti, & proximus diligenti. Hoc quippe quære est regnum Dei. Porro iustitiæ est, cum quo tibi est natura communis, naturæ quoque munus cum eo non habere diuisum. Vt tamen perfecta iustitia sit diligere proximum, Deum in causa esse necesse est. Neq; enim purè eum diligit, qui in Deo non diligit. Sed nec in Deo diligere potest, qui Deum non diligit. Oportet ergo, vt prius diligatur Deus, vt in eo diligatur proximus.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd quibus dura proponuntur certamina,
magna præmia statuuntur.

Nolite timere pusillus grex: quia com. p. v da. vo. re. Obonitas R
effusa! O pietas inaudita! O ineffabilis affectio! In societatem census pastor oues assumit, atque ad consortium dominationis seruos dominus asciscit, ad principatum regni rex gregē totius populi admittit. Sic sic dat, cuius deficere census, regnum minui, vacuari potestas non potest largiendo. Prouidenter autem præmisit, Nolite timere. Promissionem regni sine timore seruilis status audire non sufficit. Quia qui libertate vix dignus est, capere non valet insulas principatus. Re-

gnum enim velle crimen est, audere periculum, temeritas non timere. Quod dicit complacuit, munus edocet trinitatis: quia quod erga nos filio placuit, hoc & placuit trinitati. Nolite timere &c. Præmia statuuntur his semper quibus dura certamina proponuntur: ac pro magnitudine certaminis, præmij proponitur magnitudo. Hinc est quod Christus discipulis suis regnum ponit in præmio, ut in certamine non cedant periculis, non timore. Pericula despicit, qui tendit ad regnum. Victoriæ cupidus nescit timere. Nolite timere Pusillus grex, Pusillus mundo, sed Deo magnus.

Quod deiectionis mentis sit, cum qui vocatur ad regnum, vilis supellectilis meminisse.

S *Vendite quæ possidetis, & date elemosynam.* Post largitatem regni & gratiam copiosius collatam, abiecta, & vilia peculia seruitutis iubet abiicere regnaturum. Plebeium cultum regia non admittit potestas. Augustus honor non nisi diademate conferretur & purpura. Abiicere ergo debet habitum seruitutis, qui se regem credit diuinitus consecratum. Hinc est quod rex supernus, illum qui cum indigna veste maiestatis suæ ausus est intrare conuiuium, ligari, præcipitari, detrudi in tenebras iussit exteriores. Quia deformitas inuitati ad inuitantis redundat iniuriam. Denique non potest dominari omnibus, nisi qui propriis non tenetur. Deiectionis mentis est, qui familiaris rei meminit, cum vocatur ad regnum, iacens animus plebeium nummulum thesauris regalibus anteposit. Est autem consuetudinis, est animi felicitas, ut ascitus ad regnum, quod fuit proprium, quod priuatum, mox parentibus prærogare liberaliter, ne sit mendicus animo, qui censu functus est & honore.

Quod sacculus qui per manus pauperis cælo inuehitur, annulo fidei sit signandus.

T Verum videtur duriter dici, *Vendite quæ possidetis.* mox adiecit, *Facite vobis sacculos qui non veterascunt,* the. non deficient. in cælis. Iterum contristatus es, quia quod habes, in cælis cogere collocare. Rogo: crede Deo tuo, qui seruo credis: & magis Deo, quam homini commoda. Sed si times ne quid inde præsumat, ne quid dispergat pietas lateris, signa fidei annulo sacculos tuos, ut tali custode dormias tu securus. Quia ubi ille est, ibi locus nullus est furi. Non poterit tibi tuam pecuniam denegare, qui tibi omnia sua con-

tulit,

tulit, q
F
ritiam,
ter the
iubet
mor
derat
thesau
sucta p
piatur
agis. M
ria, in
pientia

Si
tus eius
In veri
in men
ter eius
patri. Q
ter, mer
minibu
tibus v
penna. C
tur filio
peruer
dit. Sec
guation
tio rati
quam p
nam hu
filius ter
delectat
talibus
visque i
gulo co
cingula
dentius

tulit, qui te regni sui honore ditauit & gloria.

Facite vobis sacculos qui non veterascant. Ecce docet auaritiā, qui cōperat suadere contemptum. Et qui temporaliter thesaurizantes arguebat, ad totum cupiditatis fomitem iubet sacculos sine fine perquiri, Christe quō te pertrahit amor tuorum? vt auarum tibi lucrifacias, facis eum quod desiderat non quod oportet audire. Sacculos imperas æternos, thesauros qui non deficiant vis parari: vt auarus dum consuetā percurrit ad lucra, aut virtutem capiat, aut à virtute capiatur. Verè pater es, qui cum tuis quibuscunque paruulis sic agis. Nam & nos interdum nostris paruulis petentibus noxia, ingerimus salutaria sub specie noxiorum, fallentes insipientiam, non decipientes affectum.

GUILIELMVS DE CAILL.

De lumbis diaboli & filia eius.

X

Sin lumbi vestri praeinēti. Habet diabolus lumbos, & virtus eius in lumbis eius, habet lumbos & illusionibus plenos. In veritate quidem non stetit, sed ab alienatus ab vtero iacet in mendacio, & mendacium gignit. Nam mendax est & pater eius. De tali patre talis filius. Sæpe solet similis filius esse patri. Qualis pater, talis filius, talis spiritus eius. Mendax pater, mendax filius, mendax spiritus eius. Suggestit quidem hominibus, vt beatitudinem non quærant in vitiis & voluptatibus variis, in quibus & maculantur à culpa, & cruciantur à poena. Quid hac quæso suggestionem mendacius? Multos igitur filios fecit diabolus. Et primus quidem videtur cogitatio peruersa, quæ per eius suggestionem vitiato de corde procedit. Secundus delectatio, quæ sæpe absque deliberatione cogitationem amplectitur: sicut quâdoque fieri solet vt delectatio rationis præueniat intuitum, priusquam aduertat, priusquam partes suas interponat. Et hi duo filij non adeo nocent nam huiusmodi, peccatis venialibus annumerantur. Si verò filius tertius prodeat post deliberationem, consensus dico ad delectationem: vel quartus filius, consensus ad actum: iam de talibus irascitur dominus & dicit: Visitabo peccata patris in filiis usque in tertiam & quartam generationem. Nullo igitur angulo cohibentur lumbi diaboli. Magis autem animas, quæ cingulum castitatis acceperunt, & lumbare dominicum ardentius persequuntur: & sæpe cum multiplicauerit filios bo-

nos, spuriū accipiunt ex his, lūbis qui filios lxx. sicut de Abimelech refert historia, interfecit super lapidem vnū. Hoc totiens quotiens superbia de virtutum fecunditate procedēs, virtutes funditus enecat & extinguit. Quod benè super lap. vnum fieri memoratur. Superbos enim dūritia cordis & singularitas à via veritatis auertit, consequenter & à vita. Itaq̃ consideratione lumborum diaboli videtur Dominus discipulis suis dixisse: Sint lumbi vestri præcincti. Ac si dicat Demonym lumbos semper constat esse discinctos, hominum oportet esse cinctos, vestros deest esse præcinctos. Sint lumbi vestri præcincti. Videtur his verbis solam dominus damnasse luxuriam, sed non minus superbiam suggillat. Quid enim lumen ardens extinguit vt ventus? Et proculdubio superbia flatus, flores honorum operum expirare compellit, arborem charitatis exsiccatur. Vtiliter ergo lumbos præcingit, qui statuit in corde suo non altum sapere, sed timere: qui cogitationes in seminatio cordis cohibet & restringit.

Quòd tripliciter lumbos præcingere debeamus.

Y Tripliciter autem intelligi potest quòd lumbos iubemur præcingere, quauis ad consilium magis spectet præcinctio quàm præceptum. Lumbos benè præcingit, qui tentationum incentiua præueniens, sensus suos sollicitè comprimit, & à voluptatibus auertit. Lumbos præcingit, qui gulam tenet, & à saturitate se temperat, ne lumbi lubricè dissoluantur. Lumbos præcingit, qui omnes sensus suos exteriores, ne mortem anima per fenestras accipiat, diligenter obseruat. Tenemur etiam lumbos præcingere. i. præ aliis cingere, qui virgineo partui spirituales quodammodo cubicularij credimur deputati, spirituali lumborum & cordium præcellere castitate. Triplex nobis cingulum sacra scriptura commendat: pudoris, amoris, honoris. Pudoris cingulum lumborum est, amoris cingulum pectoris, honoris cingulum capitis.

BERNARDVS.

Z Qui terrenis contenti sunt, cœlestia non expectant. *Et vos si ser. ex. do. s.* Expectatio iustorum lætitia. Nam peccator nil expectat. Ille inquam peccator qui bonis præsentibus non modò detentus, sed & contentus nil in futurum expectat, surdus ad vocem illam: Expecta me in die resurrectionis meæ in futurum.

Quis sit ignis diaboli, quisve Dei.

Ignem

7
bene
& cu
bene
vt p
ign
inuid
re sec
in di
beat

Di
casu,
Occa
à defe
admo
oculi
nit M
accen
bantur
Prop
proba
bant,
quod
punga



gener
cum t
fi. Ra

Ignem veni mittere in terram, &c. Hic planè sacer ignis & A
 benedictus quem pater sanctificauit, & misit in mundum,
 & cui benedicatur in ecclesiis, sicut scriptum est: In ecclesiis
 benedicite Deo domino. Habet enim aduersarius noster
 vt peruersus diuinorum operum æmulator, habet inquam
 ignem suum & ipse, ignem concupiscentiæ carnalis, ignem
 inuidiæ & ambitionis, quem saluator in nobis non accende-
 re sed extinguere venit. Denique si quis hunc alienum ignem
 in diuino offerre præsumpserit sacrificio, etiam si patrem ha-
 beat Aaron, morietur in iniquitate sua.

GALFRIDVS.

Quòd meritò arguendus sit, qui ad Christi me-
 moriam nec timore afficitur.

Dicebat Iesus ad turbas: Cum videritis nubem orientem ab Oc- B
casu, statim dicitis, Nimbis venit, & ita fit. Nubes oritur ab
 Occasu, quotiens prædicatio siue etiam meditatio nostra
 à defectu nostro sumit initium, & de nouissimis nostris nos
 admonet. Cui meritò statim nimbus succedit, & deducunt
 oculi diuisiones lachrymarum. Australis flatus ab illo ve-
 nit Meridie, vbi sponsus cubat & pascit, & ex eo æstus
 accenditur: de quo in Emaus euntes duo discipuli loque-
 bantur, Quia cor nostrum ardens erat in nobis de Tesu.
 Propter quod meritò arguuntur qui faciem cæli & terræ
 probant exterius coniectantes, & nec tempus Christi pro-
 bant, vt ipsius accendantur amore, nec in seipsis iudicant
 quod iustum est, vt timore pariter & pœnitentia com-
 pungantur.

BERNARDVS.

Quòd malè suæ radici respondeat po-
 pulus Iudæorum.



Arborem fici habebat quidam plantatam in vi- Cap. 13.
suâ. Per ficum Iudæorum populus ex- C
 primitur. Et bene ficus, quæ licet bona
 patriarcharum radice prodierit, nun-
 quam tamè in altum proficere, nunquam
 se humo attollere voluit, nunquam re-
 spondere radici proceritate ramorum,
 generositate florum, sæcunditate fructuum. Malè prorsus
 cum tua radice tibi conuenit arbor pusilla, tortuosa, nodosa.
 Radix enim sancta. Quid ea dignum tuis apparet in ra-

mis? Ficus, ait scriptura, protulit grossos suos. Non hoc à nobili radice traxisti semen nequam. Quod in ea est, de Spiritu sancto est, ac per hoc subtile totum & suauē. Tibi unde hi grossi? Et verè quidni grossum in gente illa? Nec actus, nec affectus, nec intellectus, sed nec ritus quem in colendo Deum habuit. Nam actus in bellis, affectus in lucris totus erat, intellectus in crassitudine literæ, cultus in sanguine pecudum & armentorum.

GALFRIDVS.

Quòd malè curua sit anima quam nec præcepta nec promissa sursum erigunt.

P *Ecce mulier quæ habebat spiritum infir. annis octodecim, & erat in. nec poterat sursum respicere, &c.* Prorsus mulier mollis & fragilis, quæ sursum respicere non potest, sed deorsum iugiter inclinatur. Nam & tempus ipsum non sine causa commemoratum est Salvatore dicente, quòd eam annis octodecim sathanas alligasset. Denarius ad mandata, octonarius ad resurrectionem noscitur pertinere. Et malè malignus hostis incuruat animam, quam vt sursum respiciat nec mandata diuina erigunt nec promissa. Peius tamen ligata per omnem modum, quæ vacata à Salvatore renuit, & manum imponentis repulit. Non enim vult dimitti ab infirmitate sua: quandoquidem nec vocata venit ad medicum, nec manum eius suscipere acquiescit. Quid est autem vocare ad se, nisi ipsam in opere suæ salutis animam præueniendo ad cooperandum studiosus inuitare? Quid est manum imponere, nisi quòd operetur iniungere? Scimus autem quòd Saluator facere venit & docere, non sicut quidam imponentes non suas manus & sua opera, sed onera grauiā, quæ digito nolunt mouere. Et magna quidem præcipientis auctoritas, magna veritas promittentis: sed dulciior interim collaborantis societas, charitas præuenientis, familiaritas inuitantis. Alioquin curata est, sed non est sanata, quæcunque anima est, quam nec præcepta, nec promissa erigunt, nec exempla.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd Christus grano sinapis mysticè comparetur.

E *Cui simile est regnum Dei? & cui simile estimabo illud? Cùm dicit, Cui simile est, quasi quærentis indicat & producit affectum. Et ille solus verbum, scientiæ fons, dicendi flumen,*

men, qui omnium corda rigat, sensus aperit, ingenium dilatat, in inuenienda similitudine nunc laborat. Sed quid inuenit audiamus. Simile est, inquit, regnum cœlorum grano sinapis. In quo potentiam totam supernæ dominationis includit: & illud regnum singularitate potens, æternitate felix, diuinitate fulgens, cœlo terræque diffusum in grani sinapis coarctat angustias. Igitur si cœlestis regni maiestas omnis ad grani sinapis similitudinem venit: quid quæritur quòd Deus ad hominem, dominus serui descendit in formam? Christus factus est regnum, qui velut granum sinapis in hortum virginis corporis missus toto orbe crucis in arborem creuit. Attamen dedit fructus sui sapor, cum teritur passione: vt quicquid erat letale, tunc suo saporaret & condiret tactu. Denique cum adhuc granum integrum est, virtus eius habetur occulta. Apparet verò vehementissimè si teratur. Ita Christus corpore teri voluit, qui noluit latere virtute. Christus granum sinapis. Vnde magnitudo tota Dei, tota hominis exiguitate minoratur.

BERNARDVS.

Quòd quis electus debeat se omnium nouissimum reputare.



*U*m inuitatus fueris ad nuptias, &c. Si in Cap. 14.

quo statu vnumquenque nostrum habet Deus, liquidò cognosceremus, nec supra nec infra secedere debemus, veritati vtique acquiescentes. Nunc quia consilium hoc posuit tenebras latibulum suum, & sermo domini absconditus est à nobis, & nemo scit verum dignus sit amore an odio: iustius tuiusque iuxta veritatis consilium, nouissimum locum nobis eligimus, de quo postmodum cum honore superius educamur, quàm præsumimus altiorem, de quo cedere mox oporteat cum robore. Non est periculum quantuncunque te humilies, quantuncunque reputes minorem quàm sis, hoc est quàm te veritas habeat. Est autem grande malum horridumque periculum, si vel modice plusve extollas, si vel vni in cogitatione tua te præferas, quem fortè parem veritas indicat, aut etiam superiorem. Velut si per ostium transeas, cuius

SVPER LVCAM.

super limitare nimirum bassum sit, non nocet, quantumcumque te inclinaueris: nocet autem plurimum, si vel transuersi digiti spatium plus quam ostij patitur mensura exeris: Ita in anima non est timenda quantalibet humiliatio. Horrenda autem nimiumque pauenda vel minima temere presumpta erectio. Ideo noli te homo comparare maioribus, noli minoribus, noli alicui, noli vni. Qui scis o homo, si vnus ille cuius vitam sceleratissimam ac singulariter scedissimam horres, & propterea illum putas spernendum non solum praeter ceteris, sed etiam praeter omnibus sceleratis? Quid scis inquam, si melior & te & illis in se quidem futurus sit, in Deo vero iam sit? Et non mediocrem, non vel penultimum, non ipsum inter nouissimos eligere nos locum voluit, sed Recumbe, inquit, in nouissimo loco: vt solus scilicet omnium nouissimus sedeas, teque nemini non dico praeponas, sed nec comparare praesumas.

GALFRIDVS.

Quod in dilectione magnum, maius, maximum,
& nimium iudicatur.

G Cum facis conuiuium, voca pauperes, & de. ac cl. Magnum est si diligimus non merentes, maius si inutiles, maximum si ingratos, nimium si inimicos. Cum enim parum videatur esse, non tamen prauum retribuere gratiam pro gratia, & diligere eos qui nos diligunt, magnum erit immeritos beneficiis praeveneri. Amplius tamen & acceptius coram Deo illis etiam benefacere, qui nec retribuere posse videntur. Maximum vero est, ingratos diligere, nec praeterita quasi perdita beneficia plangere, sed ea etiam amplioribus cumulare. Quid illud iam nisi nimium erit, diligere etiam inimicos, amplecti renitentes, beneficiis prosequi etiam persequentes?

BERNARDVS.

Quod iuga bouum emerint, qui sub corporeis
sensibus incuruantur.

H Iuga bouum emi quinque, &c. Non est mirum si non potest venire ad nuptias, si non potest sequi agnum tot iugorum paribus oneratus. Pone miser, pone grauissimam sarcinam, terrenam molem, pone illa quinque non hominum plane sed bouum iuga, quae tibi insipienter emisti. Nam si veneris ad nuptias, & pulsaueris, non aperietur tibi, sed responde-

bitur


bitur tibi deintus, quòd non sit de bobus & asinis cæterisque iumentis insipientibus cura Deo. An non comparatum iumentis hominem quis dubitet, qui iuga emerit iumentorum, nisi quòd ipsis iumentis stolidior & bestialior bestiis comprobatur, quòd iuga necessitatis eorum propria ipse subeat voluntate? Quod enim illis natura est, huic culpæ: cum tanquam vnum ex his quæ ratione carent, sine ratione degens, & ipse sub corporeis similiter sensibus inclinatur. Sed quid eum iuga bouum subiisse causamur? Arguamus magis emisse. Illud enim stoliditatis miserandæ, istud extremæ dementiæ est. Dignus est operarius mercede sua. Nam vt mercedem quis pro opere tribuat, inauditum. Quid iuga emit & iuga bouum, cui suauè iugum gratis offertur? Nam iugum Christi, iugum hominis est. Siquidem & Christus homo. Nec modò gratis tribuitur, sed & copiosa his qui tulerint remuneratio est. Quid ergo pro iugo bouum distrahis animam tuam, qui iugum Christi suscipiens, emere poteras regnum Dei, mercari vitam, lucrifacere Christum? Nam sine iugo esse non potest homo, nimirum natus ad laborem. Denique vt cætera sileam, cum sine iugo esse non possum, quale hoc, eligere quinque potius quam vnum? Quis enim potest seruire quinque dominis, nedum quinque tyrannis, quinque prædonibus? Siquidem oculus meus depredatur animam meam. An non sæpè aliud gula exigit, & ad aliud pruritus aurium vocat? Sic odoratus & tactus in diuersa trahunt hominem, forsitan & ad diuersa, dum vterque communem gestit præripere seruum. Et trahit sua quæque voluptas. Est autem inuenire nonnullos, qui non modò quinque, sed plusquam quinquaginta quinque emerint iuga non iam bouum sed dæmonum. Contendunt ambitio & elatio. Altera nidum, altera foueam parat: volare altera iubet, reperere monet altera: cum neutrum profectò sit hominis. Quis enim es tu, ait hæc: quis verò ille vel ille? aut quæ domus patris eorum, vt eis in aliquo cedas, vt reuerentis eos, vt eis aliquatenus blandiaris? At bonus sermo bonum inuenit locum, ait ambitio: & interdum qui prodesse non potest, potest obesse. Dissimula primum: vinum bonum primum pone, donec veniat hora. Avaritia quoque & appetitus laudis sibi inuicem aduersantur, & quod congregat hæc, hic dispergit.

Quantæ dementiæ sit iuga bouum emere, qui sub
vno deficit & succumbit.

I *Iuga bouum emi quinque.* Graue iugum super filios Adam à
iuuentute eorum. Verè graue, quod mulierem illam euange-
licam annis octodecim incuruauerat, ne sciret respicere sur-
sum. Graue quippe iugum, quod totum humanum genus in
hac inclinata muliere excutere non poterat. Non poterat
deponere, & non desinebat apponere iniquitatem super ini-
quità em, & infirmitatem super infirmitatem, & vtranque sa-
per alteram, fœcunda satis sed infelici nimis fructificatione.
Vis audire apponentem iugum super iugum? Audi quali se
excusatione vnus de inuitatis ab euangelica subduxerat cœ-
na. Iuga bouum emi quinque. O stolidi anima! tam inualida
ceruice, & attrito collo, vnum illud portas, quod tibi cor-
rupta imposuit natiuitas, & plura comparas? Non indige-
res emere quod gratis innascitur. Alia adiciis emere, & ab
hoc quo premeris nec collum eximere potes. Iuga, inquis,
bouum emi quinque: & vnum hoc tam graue, tam generale
gratis excutere non potes. Nec tibi tamen precium suppetit
vnde te redimas. Nescis quàm graui iugo teneris, nisi sangui-
ne Christi auferri non valet. Abundas vt plura emas, non a-
bundas vt ab isto te redimas. O miseræ diuitiæ tuæ! satis es
locuples, non vt mitiges, sed vt multiplices vincula colli tui,
& compedes aggraues. Sufficiat illud iugum graue quo op-
primeris. Iugum hoc si nescis, quædam est delinquendi neces-
sitas, & impossibilitas resurgendi. Iugum hoc difficultas est
ad bonum, & ad malum aueritas. Iugum hoc & iniquitas est
qua reus teneris ad supplicium, & infirmitas qua pronus tra-
heris ad vitium. Originalia sunt tibi ista, & de propaginis vi-
tio: & tu adhuc volūtaria accumulās onera. Curiositate quin-
que sensuum dum te exteriores extēdis in species, interiorē
concupiscentiæ flammam prouocas, quæ nisi Christi sangui-
ne extingui non potest. Concupiscentia cū sola est, satis in-
ardescit: extērior verò materia si accedit, insanit. Geminum
incommodum, naturæ corruptio, & curiositas quædam ex-
terius eius irritamenta explorans. Duplex incommodum,
proprius impetus, & hostilis impulsus. Duplicatum incom-
modum, flamma concupiscentiæ, & status incentoris. Iuga
bouum emi quinque. Bene vtique bouum, quod brutas mentes
curiosi-

curio-
comp-
non
indig-

Tem-
rit, v-
regen-
regul-
tenten-
tius h-
poris
quaru-
non i-
Quid
vigin-
nam,
gitem
curre-
stere q-
habet
proinc-
ad pac-
non b-
gaturi



Hinc
ille, du-
ratur.
intelli-
pernic-
bis le-

curiositatis atterat labor. Iugum si optas, non habes necesse comparare. Tolle super te iugum Christi, iugum gratuitum, non graue, iugum leue & suauē, iugum non quod laborem infligat, sed requiem comparet.

GALERIDVS.

Quantæ dementiæ sit, cum humanus animus recalcitrat contra Deum.

Quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, &c.

Temerarium bellum, quod sibi humanus animus proposuerit, vt diuinæ voluntati & saluti propriæ reluctetur. Sed o regem aduersus regem alterum; hominem contra Deum! O regulum aduersus regem penitus alterum, aduersus omnipotentem, inopem & infirmum! Esto tamen, habet iste vel potius habere sibi videtur decem millia subsidia scilicet & corporis vniuersa: vt quomodocunque vel aëris temperies, vel quarumlibet status rerum, & qualitas temporum varietur, non illi desit vnde ad insipientiam recalcitrans reluctetur. Quid tamen hæc decem millia facient aduersus eum qui cum viginti millibus veniet? Habet enim potestatem quasi geminam, scilicet corpus & animam perdere in gehennam. Cogitemus igitur quia non possumus cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus veniet ad nos: nec resistere quamlibet fulti corporalibus subsidiis, qui potestatem habet vitæ, mortis & animæ simul & corporis. Mittamus proinde legationem humilis supplicationis, & rogemus quæ ad pacem sunt diuinæ reconciliationis. Eamus ei obuiam, non bellum deinceps commissuri, sed de regno eius interrogaturi.

Quòd prona sit humana malignitas alium iudicare.

Cæsserunt ad Iesum Publicani & peccatores vt audirent illum. Oportuerat rationalium animalium facilem esse custodiam, & sic esset, si suos vellet vt oportuerat iuuare custodes. Nunc verò dum colligitur grex inquietus dispergitur. Hincinde diffugiunt alia, dum alia reuocantur. Offenditur ille, dum iste placatur: dum sanatur alter, alter grauius vulneratur. Sapientes sunt homines vt faciant mala, & collata sibi intelligentiæ munera non ad fructum salutis applicant, sed ad perniciem propriæ voluntatis insecunt. Ostendit hoc nobis lectio euangelica, dum accedentibus ad dominum Publicani

Cap. 15.

L

canis, Pharisei aduersus eum murmurare narrantur, & redeuntibus peccatoribus ad salutem, procul abscedere iustiores. Hæc humani peruersitas cordis, accusant dominum Pharisei quod recipiat peccatores, & eò vsque propria peccata dissimulant, vt non modò exaggerent aliena, sed & Christum de eis insimulent, quem de suis nemo arguere presumat. Quid autem dicerent ipsi, si repelleret peccatores? Nunquid non superbum dicerent & crudelem? Sed inter hæc consideremus attentius, quam sit prona ad iudicandum alios prauitas cordis humani: & hæc nobis consideratio geminum quendam fructum pariat salutarem, vt & vitium cauemus quodammodo geminum, & alienis iudiciis non plurimum moueamur. Vanus est labor, humanam quærere gratiam, quod necdum multum conferat, nec facîle valeat obtineri. Quam salubrius & facilius placere Deo quam hominibus! Ille enim non fallitur coniecturis, de suspitione non iudicat, occasiones improbas non exquirat, accusandi materiam non scrutatur.

Quanta malitia sit erroneum acquiescere reuocanti.

M *Congratulamini mihi, quia inueni ouem quam perdideram.* In his verbis domini euidentis eruditio nostra, vt lætemur de conuersione & pœnitentia peccatorum. Etsi minus forsitan eis congaudemus, vel ei qui recipit & recuperat quod amisit, toto congratulemur affectu. De cætero si quis diligentius aduertat quænam ista sit ouis & drachma, multipliciter satis dolere & tabescere poterit, & diuinam mirari dignationem, & suam concupiscere restitutionem. Angelicis enim contumerrati spiritibus, & in illo tantæ gloriæ cœtu, sicut euidentis est ab initio sumus computati, cum pastor ille centum oues, drachmas decem mulier illa dicitur habuisse. Et quis tam stupidus, vt non medulitus doleat ab illo sese numero decidisse? Quod si casu aut necessitate factum fuisset, dolendum quidem omnimodis quomodo libet deesse cœtui tam beato. Sed minus forsitan tabescendum, tam graue damnum absque reatu proprio sustinere. Nunc autem eum ipsa sponte errauerit ouis, ipsa sese drachma perdiderit, turpior est iactura quæ per negligentiam fit. Cæterum ubi vox pastoris quærentis & reuocantis auditur, fouere latebras, diuertacula quærere, insaniam magis est quam erroris. Quærebat qui dicebat: Adam ubi es?

Non

Nō et
merau
his pat
Erran
canten
fieri s
di, affi
bilem
domu
gelicis
liamus
mentia
dine, a
tantum

CAN
lis ani
peccat
Anna
tione
quia c
comm
sum au
vno pe
filio v
alludit

E
qui pr
lis. T
si, cum
niciof
substa
memor
quibus
tāquam

Nō enim inuenerat vbi posuerat, non in grege in quo annu-
merauerat. Quid absconderis? Quid declinas? Abundant in
his pascuis noxia gramina, lutum, vepres, & feræ pessimæ.
Erranti tibi nil periculi deest, & non habes gratiam reuo-
cantem. Quid illum pateris, dum inclamat laborare, & raucas
fieri fauces eius, dum vtique quæritar, insigi in limo profun-
di, affligi carceribus, sentibus lacerari? Quid matronam no-
bilem exigua drachma fœdari puluere patitur, dum euertit
domum, & vniuersa perlustrat? Denique quid tardamus an-
gelicis illis spiritibus noua inferre gaudia petentibus? Exi-
liamus ad illos pij pastoris humeros, & illis nos diuinæ cle-
mentix manibus offeramus, qui se nobis pastorem sollicitu-
dine, affectione exhibet mulierem, vt reuocemur ad numerū
tantum vnde excidamus.

GUILIELMVS DE CAILLOE.

Quòd gementes pro peccatis spiritum accipiant
in columba.

Gaudium est in cœlis super vno peccatore pœnitentiam agente. **Pe. N.**
lit anima quæ lauans per singulas noctes, id est per singula
peccata, lectum suum lachrymis suis cum Propheta, vel cum
Anna flens largiter: baptismum pœnitentiæ salutaris in ora-
tione frequenter inueniet, in columba spiritum accipiens,
quia cum simplicibus sermones eius vocem illam dominicæ
commendationis suam faciens, Hic est filius meus dilectus, ip-
sum audite. Credite mihi fratres. Gaudium est in cœlis super
vno peccatore pœnitentiam agente. Et huiusmodi filio qui
filio virginis vagienti vagitu puerili, pueriliter & simpliciter
alludit, gaudent angeli & collaudant filium Dei.

BERNARDVS.

Quòd quatuor status conuersionem nostram
soleant præuenire.

Erat homo qui habebat duos filios, &c. Quatuor sunt status **O**
qui præueniunt conuersionem nostram. Vnus sub nobis ip-
sus. Tres sub principe mundi huius. Est enim anima sub seip-
sa, cum propriam sequitur voluntatem, libertate gaudens per-
niciosa. Hic est filius ille prodigus, qui portionem paternæ
substantiæ quæ se contingebat accipit, ingenium scilicet &
memoriam, vires corporis cæteraque similia bona naturæ,
quibus non ad Dei sed ad suam vteretur voluntatem, essetq;
tāquam sine Deo in hoc seculo. Est autem iterum homo sub

se, cum propriæ satisfaciens voluntari, nondum tamen possidetur à vitiis & peccatis: quia qui facit peccatum, iam non suiipsum est seruus, sed peccati. Iam tunc ergo proficiscitur in regionem longinquam, qui prius quidem separatus erat, sed necdum elongatus à patre. Accepta quidem portione substantiæ factus est sui iuris. Et quanuis recesserit ab actore, proximus tamen fuit quândiu ab opere non recessit. Et hoc fit, dum licita quidem sed non expedientia pro sua sequitur voluntate. At postquam recesserit & à seipso, solus & declinans in peccatum, tunc iam in longissimam verè proficiscitur regionem. Quoniam ab eo qui summè & singulariter est, nihil longius eo quod nullo modo est, nihilque remotum magis ab eo & per quem & in quo sunt omnia, quam peccatum quod nihil est inter omnia. Porro iustum est, ut fugitium patris filium alter sibi vsurpet in seruū. Vnde & profectus in regionem longinquam, vni ciuium legitur adhæsisse, vni scilicet ex malignis spiritibus: qui pro eo quod oblatione irremissibili peccauerūt, & in affectum malitiæ transferunt, iam non sunt hospites & aduenæ, sed ciues & domestici peccati. Quid est autem quod ei dicitur adhæsisse, nisi quod factus est subditus illi? Denique quemadmodum adhæserit, sequentia manifestant. Sic enim habes: Adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit eum in villam pascere porcos. Et nota quod famis necessitate compulsus, cui maligno dicitur adhæsisse: sicut & Israël tempore famis descendisse legitur in Aegyptum. Periculosa planè & perniciofa fames, quæ liberos miseræ addicat seruituti, subiiciat operibus luti & lateris, porcis associet, imò seruos faciat esse porcorum. Porro vnde huic egestas tanta, nisi ex eo quod legitur dissipasse eum bona sua cum meretricibus, viuendo luxuriosè? Meretrices istæ, carnis sunt concupiscentiæ, cum quibus luxuriosè viuendo dissipat bona naturæ, qui eis abutitur ad voluntatem. Huic egestas perniciofa succedit, eò quod non sactietur oculus visu, nec auris auditu impleatur. Mittitur ergo pascere porcos, id est corporeos sensus, qui volutabro luti & spurcitiis oblectantur. Hi sunt porci quos cieci ab homine maligni spiritus intrant. Eiectum enim à rationali nostro peccatum, hoc est à mente, sensibus corporis hæret, A postolo teste, quod mente consentiat legi Dei, carne verò legi peccati, quæ est in membris nostris. Et alibi: Scio quod non

non e
dum c
ei spir
ad aqu
focetu
potius
Q
Tri
pe tene
qui nec
pter or
tis liber
peccant
nisi quæ
Dei iud
tertio g
prodigu
ipsum su
peccato
mo patri
metipso,
gnoscet.
felicem r
videt in s
lure quæ
niquit,
id est con
scientiæ s
bus cruci
quod non
liberasti
tæ miser
fimonio c
peccator s
videt inn
emaris tu
nites, qui
sunt quos i
eternorum
ma quære

non est in me, id est in corpore meo, bonum. Sed quid agendum est, cum sic eieci ab hominibus, porcos inhabitet spurci spiritus, nisi querenda remedia lachrymarum, & currendū ad aquas, quarum abundantia malè viuuda radix peccati suffocetur? Quauis hæc omnimoda extinctio peccati in fine potius sit expectanda & expetenda.

Quod tripliciter seruiamus principi tenebrarum.

Tripliciter autem mihi videntur homines esse sub principe tenebrarum. Primum nec nolentes, nec volentes. Sicut hi qui necdū habent voluntatis vsum, sunt tamen vasa iræ propter originale peccatum, donec per sacramentum baptismatis liberentur. Secundo modo volentes, cum iam voluntariè peccant. Tertio modo nolentes, cum iam respiscere vellent, nisi quòd peccati consuetudine miserabiliter obligati iusto Dei iudicio qui in sordibus sunt, sordescant adhuc. In quo tertio gradu laborare videtur prodigus ille filius, & verè prodigus nimis, qui non modò dissipauerat sua, sed & semetipsum subiecerat miseræ seruituti. Infelix vānundatus sub peccato, cum ad se reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant, &cæ. Si quis autem expertus in semetipso, facilè credo in his verbis animum miserabilem recognosset. Quis enim peccati consuetudine obligatus, non se felicem reputaret, si datum esset tanquam vnum ex his quos videt in seculo tepidos, viuentes tamen sine crimine, minimè licet quærentes quæ sursum sunt, sed quæ super terrâ? Quanti, inquit, mercenarij in domo patris mei abundant panibus, id est consolantur innocentia sua, & fruuntur propriæ conscientie suæ bono. Ego autem hic fame pereor. i. insatiabilibus crucior desideriis peccatorum. Potest tamen intelligi quòd non fame nec siti aquæ, sed diuini verbi sese perhibeat laborasse. Et hoc dixerim non quòd ita sit, sed quòd ira sentiat miser humiliatus sub peccato. Neque enim gloriatur testimonio conscientie, quorum mercenaria intentio est. Sed peccator sanctissimum reputat, quacunque de causa alterum videat innocentem. Fac me, inquit, tanquam vnum de mercenarijs tuis. Et hic est status quo sub Deo incipiunt esse homines, qui tanquam mercenarij sub patrefamiliâs viuunt. Hi sunt quos in seculo videmus aut nullo, aut exiguo desiderio eternorum velut sub mercede seruire Deo, & ab eo sola terra querere quæ desiderant.

GUILIELMVS DE GAILLOE.

Quantum nobis contulit Deus noster.

Q *Da mihi portionem substantiæ, &c.* Quis vnicus prodigus inuenitur, sicut ille vnigenitus patris, qui portionem corporis scilicet & animæ quæ continebat eum, & patrimonium (si dici debeat) quod à matre contraxit, dissipauit atque cõsumpsit cum meretricibus, id est cū peccatoribus & publicanis, non luxuriosè sed laboriosè viuendo? Filius ille iunior euangelicus accepta famis iniuria, defecit impatiens laboris, & in miseris non subsistens, hic in fame cucurrit, & siti euiscerans semetipsum, & omnem preciosam margaritã porcis spargens, qui precium eius repellere cogitabant. Effudit enim de spiritu suo super omnem carnẽ, postquam remeauit ad patrem, nescio an carne, an spiritu magis prodigus, vt quos caro saturauerat spiritus inebriaret.

GALERIDVS.

Quibus diebus à Domino recedatur.

R *Adolescens filius abiit in regionem longinquam.* Non est localis elongatio ista, siquidem non est locus vbi non sit Deus, sed per noxiam dissimulationem in longinquam deuenimus regionem. Cum enim nullus vnquam vel tenuissimus motus à ratione quantuluncunq; extraneus diuinam possit attingere mentem, quod omnino nefas est suspicari, factus homo ad eius similitudinem, cui tamen in eadem imperturbabilitate non potuit adæquari. Pax enim Dei non modò humanum omnem vsu superat, sed etiam sensum: vt sicut est à nemine prorsus intelligi, nedum valeat obtineri. Cæterum hoc in homine decuit, & adhuc decet ex priuilegio diuinæ similitudinis inueniri, vt motus omnis & irrationabilis appetitus ad arbitrium rationis comprimi debeat & compesci. Cū enim diuina voluntas sit ratio humana, debet dirigi rationis arbitrio: alioquin si post concupiscentias suas homo ierit, & more pecudum gulam, iram, rixam, luxuriam sequutus fuerit, iam à Deo peccando recessit. Hinc iam longè abiit, si remedium pœnitentiæ fugerit. Longius quoque, si in obliuionem & ignorantiam venerit veritatis. Amplius autem, si eandem veritatem & iustitiam ne agnitam quidem dilexerit. Quàm verò pessimè adhuc fugiens elongatur, si æternam deserit concupiscere vitam, si cœperit non expauescere nec gehennam, si propriam postremò diligere culpam! Hoc enim est profundum

fundum malorum, quò deueniens impius iam contemnit. Grauis quidem septenarius, & nimis longè factus est à Deo, qui talibus iam dietis septem per contragia morum & abrupta corrui vitiorum. Quid tamen credimus? Poteritne eiusmodi anima de profundis clamare, & leuare ultra ceruicem, ut aspiciens à longè videat Dei potentiam venientem? Veniet enim & subueniet diuina potentia, faciens quod non valet humana, si quidem tam longè positus ad Deum respexerit, & iterit obuiam ei.

PETRVS RAVENNAS.

De filio prodigo.

Iunior filius in se reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei ab. pa. Ego autem hic fame perco. Surgam & ibo ad patrem meum. &c. In se reuersus est. In se antè reuic, ut redeat ad patrem: qui à se antè recesserat, cum recessit à patre. A se migrat, & ab homine totus transit in bestiam, paternæ pietatis immemor, gratiæ genitoris oblitus. Quanti mercenarij in domo patris mei, &c. Ego a. h. f. p. Fames reuocat, quem saturatus expulerat. Fames illi patrem dedit sapere, cui copia tulerat genitorem sentire. Et si tantum præstitit vel inuita fames, probate quid voluntarium possit conferre ieiunium. Oneratus venter ad vitia cor deponit, premit mentem ne supernam valeat pietatem sentire. Corpus, inquit, quod cor. & cæ. Surgam & ibo ad patrem meum. Iacebat qui dicit: Surgam. Intellexit lapsum, sensit ruinam, jacere se turpis luxuriæ respexit in lubrico. Et ideo exclamat: Surgam & ibo ad patrem meum. Qua spes qua fiducia? qua cōscientia? Qua spes illa qua pater est. Ego perdididi quod erat filij, ille quod patris est non amisit. Apud patrem non intercedit extraneus, intus est in patris pectore ipse qui interuenit & exorat affectus. Vrgentur patris viscera iterum filium per veniam genitura. Surgens uenit ad pa. f. Cum a longè esset. Quomodo longè est iste qui uenit? Quia nondum peruenit iste qui uenit. Venit ad pœnitentiam, sed nondum peruenit ad gratiam pristini. Venit ad domum patris, sed nondum peruenit ad gloriam vel habitus vel honoris.

Cum a longè esset, uidet eum pater suus. Pater vidit illum, ut ille patrem posset attendere. Patris visus, filij uenientis illustrauit aspectum, ut tota fugeretur obscuritas, quæ circumfusauerat de reatu. Non sunt tales tenebræ noctis, quales illæ

SUPER LVCAM.

sunt quæ de confusione veniunt peccatorum. Vidit illum a longe, & misericordia motus est. Mouetur misericordia, qui loco demoueri non potest. Accurrit non progressu corporis, sed pietatis affectu. Cecidit super collum eius, vt erigeret sic iacentem. Cecidit super col. eius, vt amoris onere onus tolleret peccatorum. Cecidit super col. eius, & osculatus est eum. Sic pater iudicat, sic emendat, sic peccati filio dat oscula non flagella. Delicta vis amoris non videt. Et ideo pater peccata filij redemit osculo, claudit amplexu, ne nudaret pater filij crimina, pater filium ne scedaret. Pater sic curat filij vulnera, ne cicatricem filio næuimve relinquat. Et accurrit & cecidit super col. e. & osculatus est eum. Rogo quis hic desperationis locus? quæ hic excusationis occasio? hic simulatio quæ timoris? Nisi fortè timetur occurfus, terret osculum, turbat amplexus, & capere ad vindictam non ad recipere veniam pater creditur, cum filium trahit manibus, claudit gremio, ligat lacertis. Sed hanc cogitationem debellatricem vitæ, salutis inimicam, auferunt quæ sequuntur. Dixit autem pater ad seruos suos: Citò proferte, & cæ. vsque. Perierat & inuentus est. His auditis adhuc moramur? adhuc non currimus ad patrem? Citò proferte stolam primam & anulum. Sustinuit filij crimina, qui non sustinuit nuditatem. Hinc est quòd à seruis ante voluit vestiri filium quam videri, vt soli patri nota esset nuditas: quia pater solus nuditatem filij videre non potest. Citò proferte stolam primam. Non dixit: Vnde venis? Vbi fuisti? Vbi sunt quæ tulisti? Quare tantam gloriam tanta turpitudine commutasti? Sed, Citò proferte stolam primam, & c. Videtis quia delicta non videt vis amoris? Tardam misericordiam pater nescit. Delicta qui discutit prodit. Et date anulum in manu eius. Paterna pietas contenta non est innocentiam reparare solam, nisi pristinum restituat & honorem. Et calceamenta in pedibus eius. Quam pauper rediit, qui diues abscesserat! de tota patris substantia calceamenta in pedibus non reportat. Date calceamenta in pedibus, ne vel in pede remaneret enormitas nuditatis, vt calceatus anterioris vitæ rediret ad cursum. Et adducite vitulum saginatum. Communis vitulus non sufficit, nisi primus. Vitulus pinguis testatur paternæ pinguedinem charitatis. Erat filius eius seruo in agro. Erat in agro terram percolens. se desertans, duritiam soluit cespiti-

tis, co-
mulos
reli co-
ros. In
non ca-
hæc in-
bus lat-

Quo

Sur
in mon-
gamitu-
& maci-
conditi-
tis, sed
iuri osè
inedia c-
mercen-
ad maio-
meum.
stendo
stular pr-
pl. q. d.
present-
posita el-
& recon-
Illa verò
Sponsus
sor est,

Cæ-
sa. col. e.
tardius v-
pisse. Sic
suz, qu-
quàm ip-
in natur-
in amor

ris,

ris, cordis prædurat affectum, sentes eradicat & gramina, stimulos inuidiæ non euellit. Sic in segete cupiditatis fructum zeli colligit & liuoris. Audiuit, inquit, symphoniam & choros. Inuidum fugat symphonia pietatis. O zeli timor! Duos non capit domus ampla germanos. Et quid mirum est? fecit hæc inuidia. Fecit vt mundi tota duobus esset angusta fratribus latitudo.

GILLEBERTVS.

Quòd multis indulgeat dominus, quibus tamen delectationis suæ copiam non indulget.

Surgam, & vadam ad patrem meum. Surgendum est ei qui in montana vult cum Maria conscendere. Prudenter ait, Surgam: iturus ad eum qui in cælis est patrem: sed nimis exilem & macilentam spem reposuerat in sinu suo, mercenariam conditionem patrem rogaturus. Modestè quidem pro meritis, sed de paternæ miserationis copia humiliter nimis & iniuriôsè sentiens, verè famelici dans in hoc animi iudiciû, & inedia confecti. Dicam, inquit, ei: Pater fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Nõ enim poterat ieiunam & macram spem ad maiora porrigere. Surgam, inquit, & vadam ad patrem meum. Ille de quærendo nil mouetur patre, tantùm de flectendo sollicitus: quæ autem sponsa est certa de gratia, postulat præsentiam tantum. Surgam, inquit, & cir. ci. per v. & pl. q. q. d. a. m. inuentionem sufficere reputans. Vide si non in præsentia hæc possit obseruari distinctio, quoniam patris exposita est & parata cunctis indulgentia: delitiæ verò fugaces, & reconditæ, & gaudentes latibulis. Ideo ille dicit, Vadam. Illa verò, Quæram. Denique & pater occurrit pœnitenti. Sponsus se subducit diligenti. Misericordia enim sui profusior est, delectatio parciore.

VVERRICVS.

De prodigo filio.

Cùm adhuc longè esset, vidit illum pater & mi. m. est, & ac ce. sa. col. e. & oscu. est e. Quantum hæc verba sonare videntur, X tardius videbatur patri filio veniam dedisse, quàm illi accepisse. Sic se tinabat absoluere reum à tormento conscientiæ suæ, quasi plus cruciaret misericordem compassio miseri, quàm ipsum miserum passio sui. Neque hoc dicimus, quòd in natura incommutabili humanos ponamus affectus, sed vt in amorem illius summæ bonitatis noster affectus dulcescat,

dum ipsam plus nos amare quam ipsi nos amemus ex similitudine discimus humana. Vide autem quomodo ubi abundauit delictum, superabundauit gratia Reus vix sperare poterat veniam. Iudex, imò non iam iudex, sed aduocatus cumulat gratiam. Citò, inquit, proferte stolam primam, &c. Verum vt hæc omnia præteream, s. stolam primam. i. sanctificationem spiritus qua baptizatus induitur, & pœnitens induitur, anulum fidei quo subariatur, calceamenta quibus ad calcanda serpentum venena munitur, vel ad euangelizandum præparatur, vitulum saginatum qui ei in altari immolatur, festiua illa gaudia quæ pro recepto indicta filio toto celebrantur cælo: vt hæc inquam omnia taceamus, & doctoribus tractanda seruemus, amplexus ille, & osculum pietatis paternæ, quid non habet gratiæ dulcedinis? quid non felicissimæ gaudi? quid non sanctissimæ voluptatis? Cecidit, inquit, super col. e. & osculatus est eum. Cum sic super eum affectabat, quid agebat amplectens & osculans, nisi illum tibi vel se ipsum illi insinuabat, se illi inspirabat, vt adhæredo sibi vnus secum feret spiritus, sicut adhærendo meretricibus vnum cum eis corpus fuerat effectus? Pater erat illi summæ misericordie, viscera tuæ miserationis non claudere miseris, in ipsa sua viscera eos trahit, suisque inserit membris. Quòd si tanta est gratia pœnitentium, quæ erit gloria regnantium? Si ista sunt solatia miserorum, quæ erant gaudia beatorum? Et qui hoc prærogat in via, quid seruat in patria? Vtique quod in cor hominis non ascendit, vt ei similes simus, & sit Deus omnia in omnibus. Iam verò tu beate peccator, licet non ideo beatus, quia peccator, sed quia pœnitens de peccato, quid tibi (rogo) animi erat inter amplexus patris & oscula, cum prope desperatum resouebat, cum cor mundum tibi innouans salutaris sui lætitiæ refundebat? Et quomodo, inquit, sermo explicabit quod mens non capit? Inenarrabiles gemitus & inexplicabiles sunt affectus, quos de incomprehensibili velut imprægnatus parturit animus. Angustum est eis cor humanum, vnde & scissum effundit scissum, & ardorem quem concipit, sed non capit, quibus potest modis lachrymis gemitus suspiriis evaporat ac digerit. Nunc quoque ad te reuersus, cum hinc abundantiam delicti tui, illinc superabundantiam gratiæ pensas, quid tibi parit cogitatio tuæ? Quid, inquit? Intolerabilis in meditatione

mea
 amor
 duri
 vel it
 rem i
 cultu
 stisim
 te sen
 mem
 nim it
 Nec
 ris in
 O
 quàm
 cibiles
 patret
 sed eti
 tum m
 nium
 fastigi
 sam pr
 tur. C
 defuer
 de se c
 Cum
 Cum
 vt ait b
 hospita
 culpis
 spiritib
 aperit,
 nez, esu
 spiti de
 nim ver
 saginat
 tuallum
 nitenti
 currit i
 cidit vi
 phonia

mea exardescit ignis, illinc dolore & pudore, hinc gaudio & amore. Non me hominem putarem, sed lapidem, si ita cordis duri existerem, ut me ipsum non dolerem vel erubescerem, vel ita nequam & ingrati, ut non totus in gaudium vel amorem illius patris liqueferem. Custodi igitur o felix peccator, custodi sollicitè ac vigilanter hunc spiritum tuum, hunc iustissimum humilitatis ac pietatis affectum, quo semper ita de te sentias in humilitate, de domino in bonitate, illud semper memoriter retinens, Pater iam non sum dignus &c. Nihil enim ita patrem promeretur, sicut huiusmodi vocis affectus. Nec melius te filium facies dignum, quàm si semper confitearis indignum.

De laude humilitatis.

O felix humilitas pœnitentium! O beata spes contentium! Y
quàm potens es apud omnipotentem! quàm facilè vincis inuincibilem! quàm citò tremendum iudicè conuertis in piissimum patrem! Deniq; humilitas non solum peccatores iustificat, sed etiam iustos consummat. Ipsa siquidem est omnium virtutum maxima, cùm tamen virtutè esse se nesciat. Ipsa ferè omnium radix & seminariū, fomes & incētiuū. Ipsa cumulus & fastigium, & custodia, & disciplina. Ab ipsa incipiunt, per ipsam proficiunt, in ipsa consummantur, per ipsam conseruantur. Cumque omnia ut virtutes sint tribuat, si qua earum defuerit, ipsa alterius defectum perficiens, dispendium illius de se compensat.

GILBERTVS.

Cum quanta pietatis familia pater occurrat filio reuertenti.

Cum adhuc longè esset, vidit illum pater s. &c. Mens sapientis, Z
ut ait beatus Ambrosius, hospitalis debet esse. Mens enim hospitalitatis officio fungitur, cùm delinquentium fratrum culpis compatitur. Habet hæc domus ministros suos, qui hospitibus seruiant. Pulsanti enim ianuam peregrino charitas aperit, intrantem hilaritas recipit, receptum affabilitas detinet, esurientem collatio pascit, fessò humilitas seruit. Hæc hospiti debentur, hæc reuertenti filio pater exsoluit. A longe enim venientem videt, occurrit, amplectitur, occidit vitulum saginatum, ordinat chorum, symphoniam tangit. Sic & spiritualium patrum pietas delinquentem discipulū, cùm per pœnitentiam redierit, longè venientem videt compatiendo, occurrit indulgendo, amplectitur, sibi familiarem faciendo, occidit vitulum saginatum, mortificationem prædicando, symphoniam tangit, morum concordiam & vnitatem edocendo.

Inuitat igitur pietas desperantem, inuitum charitas trahit, iratum misericordia pacificat, hilaritas securum reddit, affabilitas familiarem, familiaritas secretum aperit. Apertio secretorum amicitiam seruat. Morum concordia facit amicū proximo, humilitas Deo. Sed dum hæc sunt, timeo ne frater ille qui foris erat, superueniat & dicat: Pater tot annis seruius tibi &c. Reuera ille dicitur esse extra domum compassionis, qui nescit beneficium consolationis, qui tantum nouit increpare non obsecrare. Sic tamen temperanda est misericordia regētis, ne impunita remaneat culpa delinquentis. Sic quandoque spirituales patres quosdam recipiunt, quos fratres despiciunt, domum compassionis intrare dedignantur, & qui fratribus compati debuerunt, creduliores prælatis sunt. Quem perditam Christus ad caulas violenta manu non reduxit, sed humeris propriis impositam reportauit. Sed & angeli super vno peccatore pœnitentiam agente gaudent. Quid igitur? Concordant angelus & creator, dum cōuertitur peccator: & frater fratri dedignatur compati, cūm pater spiritualis misericorditer ignoscit filio delinquenti.

GALFRIDVS.

Explanatio lectionis de villico.

Cap. 16.

A



omo quidam erat diues qui habebat villicum &c.
 Diues erat, qui dixit, & facta sunt omnia. Diues, Quia meum est, inquit, aurum & argentum. Imò villissimum eius marsupium æream tantum monetam habens, præsens seculum est, quod expositum est etiam seruis & inimicis. Omnino autem incomparabiles eiusmodi opibus diuitiæ spirituales, & indeficientes thesauri. Villa est vita nostra: & dum terrenis actibus occupamur, in rure degimus, non in ciuitate. Nec te dominum æstimes huius villæ, sed villicum: non possessorem, sed custodem. Commissa est rationi tuæ, fidei tuæ, ex quo peruenisti ad annos discretionis, & dimissus es in manu consilij tui. Noli igitur esse securus. Veniet aliquando dominus villæ, & à suo exiget villico rationem. Caue igitur ne diuersis interim seruias vitijs, ne vel cogitationes habeas dissipatas. Alioquin dicet tibi Deus: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ. Misericors dominus futurum nobis iudicium non occultat. Bona domini dissipans: villicus rationem

ration
 reddet
 tum ef
 solacur
 facere
 gnām
 ciam
 primū
 vult fa
 ne, nih
 nec pro
 facult
 agro ad
 belco,
 scas int
 dum fo
 fuero à
 peres &
 miseric
 tendit
 res ipsi
 & pœ
 datoru
 tisfacti
 charita
 centum
 la trans
 cessabit
 Hic nu
 autem s
 visa n
 villa exc
 pacem
 tiam, &
 nario, y
 quit, qu
 quicqu
 maximu
 tum cho
 ta? Firm

rationem reddet, perdet villicationem. Sed quam rationem reddet homo vel de verbo ocioso quod sine ratione prolatum est? Felix quem sua in eiusmodi articulo conscientia cōsolatur! qui non dissimulauerit interim de cōmissis suis purā facere confessionem, suscipere paternam correptionem, dignam exhibere satisfactionem. Et ait seruus intra se: Quid faciam? quia dominus meus aufert à me villicationem. Nunc primum dominum recognoscit. Dominus est, licet ei quod vult facere, resistendi nulla facultas. Amissa autem villicatione, nihil post mortem ager deinceps homo pro arbitrio suo, nec promerendi tempus erit nec impetrandi, nec operandi facultas, nec vtilitas supplicandi. Fodere, ait, non valeo, vt in agro actionis thesaurum salutis inueniam. Mendicare erubescō, ne audiam. Ite potius ad vendentes. Igitur ne erubescas interim, dum adhuc vtilis est mendicatio: ne pigriteris, dum fodere vales. Scio, inquit, quid faciam: vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Vtinam sapieres & intelligeres, ac nouissima prouideres! Ad hoc enim misericors iudex iram minatur vt ignoscat, ad hoc arcum tendit vt parcat. Multos inuenire est in villa nostra debitores ipsius, sed duo sunt præcipui, per quos ego obedientiam & pœnitentiam arbitror designari. Debet obedientia mandatorum executionem, debet pœnitentia pro commissis satisfactionem. Cæterum obedientia nostra quicquid agat, si charitatem non habet, nihil est. de ea nanque dicitur, quod centum cados olei debeat, perfectam scilicet iucunditatem, quæ sola transit ad dexteram, ex hac vita scilicet ad futuram, quando fides cessabit, & scientia destruetur. Scribe, inquit, quinquaginta. Hic numerus ad septies septem solam adiicit vnitatem. Qui autem sunt septies septem, nisi vniuersaliter omnes? Hæc sunt vasa non pauca, in quæ præcipit Heliseus oleum mitti, sine vlla exceptione, cum omnibus hominibus quod ex nobis est pacem haberi, quibuscunque poterimus benevolentiam, gratiam, & misericordiam exhiberi. Sit etiam vnitatem cum septenario, vt ad vnum omnia colligat, vnā requirat. Scribe, inquit, quinquaginta. quasi dicat, habe hanc charitatem, & fac quicquid vis. Sufficit hoc obedientiæ, quia hoc est mandatum maximum. Pœnitentia triticum debet. i. cōtritionem: & centum choros. i. perfectionem. Quid autem est, Scribe octoginta? Firmiter tene, quicquid in hac vita minus feceris, exigen-

dum grauiter in futura . Hæc est octogesima qua purificatur mulier quæ fœminam parit . Et octoginta concubinæ quæ post filias Sion . i. virtutes angelicas , & sexaginta reginæ . i. perfectas animas , masculum parientes , Reginam vnicam laudant feliciter ascendentem . Nam adolescentulæ quæ omnino non pariunt , à numero & laudibus excluduntur . Quàm vtiliter sese instituit ad obedientiam , qui scribere admonet quinquaginta ! Sed & vehementer accendit ad penitentiam , si incessanter ei ratio suggerit . Scribe octoginta : vt studeat magis magna redimere paruo precio , quia non erit huic similis illa purgatio . Sic laudatur villicus iniquitatis , & prudentiores inveniuntur filij huius seculi in generatione , id est conuersione sua , filiis lucis , videlicet peccatores qui penitentia indigent .

De Lazaro & diuite .

B *Homo quidam erat diues , & induebatur purpura & bysso &c.* Nolite , ait dominus , iudicare secundum faciem , sed iustum iudicium iudicate . Quis enim nostrum hodie si videret hinc diuitem purpuratum , & illinc Lazarum hucerosum , non magis alterum beatificaret , non alteri potius inuideret ? Interroget quisque conscientiam suam , & post euangelici testimonij certissimam omnibus veritatem , si illum sic procedentē , istum videat sic iacentem , cui malit similis fieri , cuius sortem sibi potius cupiarē duobus . Omnes in sinu Abrahæ foueri Lazaro magis optamus , quàm in illis gehennalibus flammis cum diuite sepeliri . Et væ miseris ! nolimus ire , quò volumus peruenire . Sed & vix aliquis quem non libeat ire , quò peruenire nemo quem libeat . Scientes & prudentes in illam quam edimus & timemus flammam , mittimus manus , mittimus linguas , mittimus corpora simul & animas in gehennam , dum præsentia magis attendimus quàm futura . Lazarus iste mendicus , plenus hucerosibus , iacens ad diuitis ianuam , & terrenæ facultatis & corporeæ inops sanitatis , nec vilis saltem tugurij habitaculo tegebatur . Ad hæc autem & escæ desiderio , & eiusdem affligebatur inopia , & humano destitutus solatio sic iacebat , vt non esset qui eius nõ dico tergeret hucerosa vel curaret , sed qui saltem canes abigeret . Felix tamen quicquid sensus renunciet , quamlibet visus horreat , & carnalis reluctetur affectus ! Vero quidem iudicio verè felix . Contigit enim vt moreretur , & portaretur ab angelis in sinu Abrahæ .

Mortuus

Mort
tur ac
tim in
finist
dus e
nus
illi po
nen :
ad fin
tem c
cruci

H
in infer
perem
sic ex
grat t
perem
vt mo
porri
tantur
ma hu
uorum
multit
hæ . S
git , &
sed pa
stuit :
suas st
tur . E
fuit &
diuina
cam , c
pulis
in ipse
& solu
delem
immò
prepar

Mortuus est autem diues, & sepultus est in inferno. Videbatur ad dexteram domini stare dum viueret, sed moriens statim inuentus est ad sinistram. Videbatur & pauper positus ad sinistram, dum mul. ipliciter affligeretur, sed ad dextram factus est, dum in sinu Abrahæ portaretur. Sic cancellauit manus patriarcha Iacob, dum filios Ioseph benediceret. Itaque illi ponuntur ad dexteram, qui inter cæteros interim obtinent principatum, qui in hac vita prævalent & prosperantur, ad sinistram verò, qui in loco recumbunt nouissimo. Erit autem cum manibus cancellatis incipient & qui bona recipiunt cruciari, & consolari similiter qui mala.

PETRVS RAVENNAS.

De diuite & Lazaro.

Homo quidam erat diues, & induebatur &c. Usque Sepultus est in inferno En fratres quàm rerum lamentanda mutatio? Pauperem portant angeli, diuitem deglutit infernus. Quare ergo sic exequiarum pompa mentitur? In obsequium diuitis migrat tota ciuitas, cum funus effertur. Pauper vadit solus. Pauperem portat duorum miseratio baiulorum, nec quatuor vt mortuo, sed duo sub vno veste quasi proiciendo oneri portitores addicuntur inuiti. Merito mox ei officia deputantur angelica, cui tam crudeliter negata sunt ipsa extrema humanitatis. Funus diuitis antecedit lugubris turba feruorum. Feretrum pauperis præcedit angelorum psallentium multitudo. Sequitur: Et portaretur ab angelis in sinu Abrahæ. Sed cur Abraham sic ambit pauperem, diuitem sic refugit, & refutat? Nonne & ipse diues fuit? Reuera diues fuit, sed pauperi, non sibi: & opes non habere, sed prærogare gessit: magisque in sinu pauperis, quàm in horreis recondere suas studuit facultates. Sicut toto vitæ eius ordine perdoceatur. Extorris patria, domus nescius, ipse & domus omnium fuit & patria, sciens se non incubatorem, sed dispensatorem diuinæ positum largitatis. Et de eius hospitalitate quid dicam, cum ipsum Deum eius humanitas ad se inuitauit & compulit hospitari? Vnde & nunc parum se beatum credidit, si in ipsa superna gloria ab hospitalitatis pio cessaret officio, & solus donis fruereetur diuinis, qui hic humana bona crudelem se credidit, si vnquam cuiquam negaret. At iste diues immò diuitiarum captiuus, & ipsis censibus compeditus, in quo pietatis totus vtique & visus defecerat & auditus, non iam

personam, non pauperem. sed ipsam misericordiam despicit. Ad ianuam suam Lazaro sic iacente, purpura, bysso, epulis blandis, ferrea viscera crudelis animo nutrebat, quæ Deus humanæ salutis audis inquisitor emollire cupiens, non tam Lazarum quàm ipsum pietatis constatorium eius proiecit ad ianuam. Constatorium dixi, propter ferrea viscera. Censuræ autem magis ac magis diuiti adaugetur, sed ipse adamante durior. quicquid Deus pauperis propter alimoniam cumulabat in censuram, ille aut effundebat turpiter, aut crudeliter reponebat. Item vt non taceret, vt clamaret, fames pauperi adaugetur. Cupiens, inquit, saturari de micis, &c. At diues variis crapulatus ferculis indigeriam suam ructabat ad cælum, ne vocem pauperis æstuantis audiret. Item Deus quia obturatis auribus vnus oris, nil erat vox clamantis, ad aperiendum cor diuitis, totum corpus pauperis vulneribus aperit, vt in admonendum diuitem tot essent pauperis ora quot vulnera. Soluuntur viscera, hulcera producuntur, sanies effunditur, & tota pauperis caro componitur in scena pietatis: vt quem vox esurientis non mouerat, vel suspiria, dolores, gemitus, tota ærumnarum congeries commoueret. Sed diues superbo oculo, & insatiabili corde, hæc omnia & audire, & videre, & sentire contemnit. Sed & canes veniebant, & lingebant hulcera eius. Nouo modo humanitatis ordo mutatur, diues pauperem nec cadentibus de mensa micis pascit, & Lazarus pauper, quia alias non habebat, etiam de carnibus suis canibus humanus extitit. Verùm illi non ad morsum dentes, sed ad obsequium linguas sic producunt, vt in modum spogiarum non vexent vulnera, sed detergant. Diues, in canibus tuis famem pietas vicit, in te impietate saturitas nõ euicit. Pater Abraham miserere mei. Bene diceres, si Lazarus in sinu residens, ipsum pectus iudicis non teneret. Gratis rogat iudicem, quem sic innocens confessor accusat. Mitte Lazarum. Quò? Ad infernum de gremio patris, de folio sublimi ad profundissimum chaos, ad tormentorum stridorem de sancta quiete, & de tanto silentio beatorum. Et mitte Lazarum. Vt video, quod agit diues, non est nouelli doloris, sed liuoris antiqui, & zelo magis incenditur quàm gehenna. Est graue malis, est illis incendium non ferendum, quos aliquando habere contemptui videre felices. Quia crucior in hac flamma. Quid est diues? Ab æstu byssus non defendit? Purpura non resistit inferno?

infer
diues
mitat
ta est
sunt n
Laz
sua m
bat. 1

Me
dicant
stra li
nis, &
Ego i
lio, in
byssus
tur, qu
re, cla
dos, a
quàm
dicitur
brahæ
non p
pressa
modò
ris. E
Deus
ta, qu
nos a
cit, vt
rare. I
si lab
debit
sit, qu
iudici
præfe
crucia
bus c

inferno? Vt intingat extremum digiti sui in aquam. Puto diues quòd & aquam pauperi tu negasti. Vt intingat extremitatem digiti sui in aquam. Ergo iuxta te est aqua. Et si iuxta est, quare de proximo non praesumis? Quare? Quia vincitæ sunt manus meæ. Meritò diues, quia solutis in debilitatem Lazari manibus subuenire temptisti. Debet homo debilibus sua membra partiri, quæ Iob non dare, sed reddere se dicebat. Ego, inquit, oculus fui cæcis, & cæt.

BERNARDVS.

Quòd eos qui in praesenti bona sua receperint, æternus maneat cruciatus.

Memento fili quia recepisti bona, &c. Inuenire est multos qui dicant, Quid peccamus? Bona est omnis creatura Dei. Non stralicitè possidemus, nostris vtimur facultatibus, & rapinis, & latrociniiis abstinentes. Non pascetis in cruce coruos. Ego sanè diuitem illum, cuius Saluator meminit in euangelio, in nullo horum audio accusari. Induebatur purpura & bysso, quotidie splendide epulabatur. Si crudelitatis arguitur, quòd substantiam mundi habens, & videns fratrem ege- re, clausit viscera sua ab eo: quid Lazaros esurientes, nudos, ægros, & plus de iumentis, plus de equorum phaleris, quàm de istorum miseriis cogitantes? Sed ad tremendum iudiciũ Abrahamæ veniamus. Non enim Abrahamæ, sed Dei Abrahamæ sententia est, *Memento fili, &c.* Verum vtrunque est, non potest omnino negari, sententiam: quia paucis expressa totius negocij est, ille bona & iste mala recepit. Quid modò? Nunc autem, inquit, hic consolatur, tu verò cruciaris. Expergiscimini ebrij, & flete. Terribilis in iudiciis est Deus super filios hominum. Hæccine cruciatuum causa tota, quòd in hoc seculo bona recepit? Ipsa planè. Neque enim nos ad hoc de paradiso voluptatis animaduersio diuina eiecit, vt hîc alterum sibi paradysum adinuentio humana præpararet. Homo ad laborem natus, si non facit ad quod natus est, si laborem refugit, ad quod venit in mundum, quid respondebit ei qui misit eum, qui vt laboraret instituit? Memento, ait, quòd recepisti bona in vita tua. Si talis est finis, si tale est iudiciũ, vt extrema gaudij luctus occupet, nunquid non præferenda sunt in hoc seculo mala bonis? Cæterum si sic cruciandi sunt, qui in vita sua bona receperunt, & habentibus consolationem præsentem vè intentatur æternum, cum

sint aliqui iuxta sapientiam carnis scientes reprobare malum & eligere bonum : quis eorum poterit esse finis, si secundum multitudinem consolationum suarum, dolores obtinuerunt animas miserorū? Consequens enim videtur vt bona omnia & omnem seculi huius recipientes consolationem, nihilominus vniuersum vā, & vniuersi maneant cruciatus. Illi verò qui contrario ducti spiritu vitæ presentis, omnia bona respiciunt, & eligunt mala omnia, omnia quoque bona domini sui & omnem habituri sunt consolationem.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd oculus nisi cùm virtuti paruerit, nunquam debeat auolare.

Cap. 17.

E



Attendite vobis. Quòd ista tendit admonitio propter vsum? Attendite vobis. Vagus oculus, passivus intuitus, improbus aspectus suas non respicit ad ruinas, alienos currit & decurrit ad lapsus, sua caesus ad crimina, ad aliena errata præluceat, malorum suorum nescius, alienorum est accusator & testis, suumque tepidus ad reatum, ad alterius & innocentis flammatur & excandescit examen. Vobis igitur attendite, vt oculus animæ sit fenestra, mentis speculum, membrorum dux, non introitus vitiorum. Nam ideo in orbem fit aspectus, arctatur angustissimus in pupillam, quatenus moderante visu videat, non inuideat, præuideat, non præripiat.

Quòd fratris improbitas, phrenesi mentis ascribenda sit non personæ.

F *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum.* Increpa illum iudex, vt frater remitte, quia libertati charitas & terrorem comprimit, & suscitatur fratrem. Furit frater, ascribe ægritudinam, tu illum iuva vt frater. Nec furenti imputa commissum, sed febri, vt illius sanitas ad tuam gloriam recurat, illius venia tuum redundet ad præmium. Siquidem bona semper est venia, sed tunc dulcissima cùm debetur.

BERNARDVS.

G Quòd quædã sunt quæ facta habent meritum, nõ facta reatum. *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inuiles sumus.* Sunt quædam quæ constat non fieri sine gloria, posse tamen non fieri sine culpa. Ideòque digna esse præmiis si fiant, nec tamé suppliciiis si non fiant. Nam non tangere mulierem, meriti est non mediocris, & nullius tamen delicti

prop-

propria
illi ca.
capiat.
offensa
nant co
quæcun
quibus
feci fur
ligitis e
ne & E
omnia
tenti est
sponte
patis, li
riofis: e
pter in
ribus q
ricatio
temptu

Nõ
qui dare
hodie s
nunt, se
gratias
ter peti
nimur.
quod p
gratitu
ingrati
hac p
indigna
quitur
Quam
neat ha
sideram
teriora
transfo
que ve
confun

propriam amplecti coniugem. Istiusmodi sunt quæcunque illi ca. euangelico congruere possunt: Qui potest capere capiat. Et rursum quædam per contrarium, neglecta quidem offensam contrahunt, impleta gloriam non merentur, & damnant contemptorem, & actorem non glorificant. Talia sunt quæcunque diuinitus lege pub. imponuntur hominibus, sine quibus nec saluari queunt. Hinc illud apud Gentilem: Non feci furtum, non pasces in cruce coruos. Et in euang. Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & Ethnici faciunt hoc? Et vniuersaliter: Cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, &c. A celi dicat: Si solis contenti estis præceptis, & traditionibus impositæ legis, & non sponte etiam vos perfectionis consiliis & suasi onibus mancipatis, liberi quidem estis à debito, sed non pro merito gloriosi: euasistis pœnam, sed non acquisistis coronam. Eapropter in talibus generalis hæc regula teneatur, vt in difficilioribus quidem agendis obeditio gratior quam grauior præuaricatio iudicetur. Et in facilioribus minúsque onerosis contemptus perniciosior quàm actus gloriosior iudicetur.

Quantum malum sit ingratitude.

Nóme decem mandati sunt, & nouem vbi sunt? Non est inuentus **H**
qui daret gloriam Deo nisi hic alienigena. Multos videmus vsque hodie satis importunè petentes quod sibi deesse cognouerunt, sed paucos nouimus qui dignas super acceptis beneficiis gratias agere videantur. Nec est reprehensibile, quòd instanter petimus, sed petitioni negat effectum, quòd ingrati inuenimur. Et fortè etiam clementiæ esse videtur ingratis negare quod postulant, ne contingat nobis vt tantò grauius de ingratitude iudicemur, quantò magis accumulatis beneficiis ingrati probabimur extitisse. Ergo misericordiæ res est, in hac parte subtrahere misericordiam, quemadmodum iræ & indignationis, misericordiam exhibere. Eam sanè de qua loquitur dominus per Prophetam: Miscreamur impio, &c. Quam multos enim videmus & plangimus, qui, dummodo maneat habitus & tonsura, salua sibi omnia arbitrantur, non considerantes miseri, quemadmodum ingratitude vermis interiora corrodens, ob hoc tantum corticè eum quem vident transforare dissimulet, ne fortè recogitent & erubescat ipsaque verecondia emendentur! Qui sic interdum in nonnullis consumpta esse præsumit interiora vniuersa, vt non vereatur

ad ea quoque quæ fortis apparent venenatum producere cupit. Nisi fortè quos videmus apertè apostatate à Deo, repertè pessimos fieri arbitramur, & non magis paulatim defecisse, cum comederent alieni robur eorum & nescirent. Vides ergo non omnibus pròdesse, quòd à lepra secularis conuersationis, cuius peccata manifesta sunt, emundantur: sed nonnullis peius in occulto ingratitude hucus oriri, quòd tantò periculosius sit quantò interius. Et bene saluator in euangelio nouem illos vbi sunt quærit: quia longè à peccatoribus salus. Nec sine causa in nouenario inuenti sunt, qui non redeunt ad Saluatorem. In quo s. numero quaternarius quaternario iungitur, & est non bona commixtio corporeæ sensualitatis & euangelicæ traditionis. Quòd tunc fit, cum sic volumus euangelis obedire, vt quinque corporis sensus pariter oblectemus. Felix autem Samaritanus ille, qui cognouit se nil habere quòd non accepisset, & idcirco seruauit depositum, & cum gratiarum actione ad dominum est reuersus. Felix qui ad singula dona gratiæ redit ad eum, in quo est plenitudo gratiarum, cui dum prò acceptis non ingratos nos exhibemus, locum in nobis facimus gratiæ! Omnino enim nos sola à profectu conuersationis impedit ingratitude nostra, dum quodammodo perditum reputans, qui dedit quòd ingratus accepit, cauet sibi de cætero, ne tantò plura amittat, quantò plura conferat ingrato. Felix proinde qui se alienigenam reputans, etiam prò minimis quibusque beneficiis non minimas refert grates, gratuitum esse non dubitans, neque dissimulans, quòd alienigenæ impenditur, & ignoto. Nos autem miseri & miserabiles, cum iniurio dum adhuc nos alienigenas æstimamus, timorati satis & deuoti satis, & humiles inueniamur, tam facillè post modum obliuiscimur, quam gratuitum sit quòd accepimus, & præsumentes non bene de familiaritate Dei, non aduertimus quòd mereamur audire, Quoniam inimici hominis domestici eius. Facilius enim tunc offendimus eum, quasi non grauius tunc quæ à nobis admittuntur iudicanda nouerimus esse, cum legamus in Psal. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, &c. Itaque humiliemur magis ac magis sub potenti manu Dei, & ei non verbo aut lingua, sed opere & veritate nos gratos exhibeamus. Neque enim à nobis gratiarum dictionem, sed gratiarum actionem exigit dominus Deus noster.

Res
dium i
gaudiu
tame
quærit
rit, pa
dit qu
quod t
nil tuu
tibi re
reddesi
quod g
sine cer
nostra i
na, sunt
vnam o
lia com
tanquam
enim in
nec præ
dum gra
mo à no
aut vide
tenacium
consider
dam fidu
interim
bantur e
tu sunt
non hab
poris vni
vnum ca
Quib
quam sci
vel virtut
in corde.

GALFRIDVS.

Qualiter regnum Dei habemus in nobis.

Regnum Dei intra vos est. Verum est, si iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto inueniatur in nobis. Non enim omnne gaudium de regno Dei est, sed gaudium spirituale. A iustitia tamen est inchoandū. Hoc enim innuit qui dicebat: Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius. Iustitia pacem parturit, pax lætitiā spiritualem. Iustitia verò vnicuique reddit quod suum est. A teipso incipere libet. Redde ergo tibi quod tuum est. Puto autem si diligenter vniuersa scruteris, nil tuum inuenies aliud quàm peccatum, hoc tibi proprium tibi redde, in alterum nec refundas. Quid autem proximo reddes? Si sua illis omnia reddere velis, nihil in donis naturæ quod gratiæ filiis non communices. Non immeritò ergo nec sine certa ratione peccatum quis suum dicit, cætera omnia nostra inuicem dicimus, nemo sua. Quæcunque verò terrena, sunt terrigenis communicanda, & filiis hominum, quibus vnam omnibus terram dedit ab initio Deus. Porro spiritualia communicanda accepimus, in alterutrum administramus tanquam boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Siquis enim innotesceret nobis alienus ab hac gratia, nec orandum nec prædicandum ei, neq; quicquid deinceps esset impertendum gratiæ spiritualis. Sed certissimè innotesceret dixi, vt nemo à nobis temerè reprobis iudicetur ex his quæ creduntur aut videntur in eo. Quòd si illa naturæ societas crudelitatem tenacium hominum arguit hæc sanctorum communiõ, piè consideratibus, & amorem fraternitatis, & lætissimam quandam fiduciam parit, dum electorum omnium omnia, & nunc interim merita & præmia nihilominus in futuro per eam probantur esse etiam singulorū. Sicut enim in vno corpore multa sunt membra, nec eundem habent omnium actum, sed quem non habent in semetipsis, habet tamen in aliis per eiusdè corporis vnitatem: multò verius & expressius electorū omnium vnam caput, & vnum est corpus, & singuli inuicem membra.

CASSIANVS.

Quibus indiciis Dei regnum vel diaboli discernatur.

Regnum Dei intra vos est. Intra nos nihil aliud esse potest quam scientia aut ignoratio veritatis, & vel vitiorū amicitia vel virtutū. Per quæ aut diabolo aut Christo regnū paramus in corde. Cuius etiā regni qualitatē describit Apostolus ita

Q

dicens: Non est enim regnū Dei esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudiū in spiritu sancto. Itaq; si regnū Dei intra nos est, & ipsum regnū Dei iustitia, & pax, & gaudiū: ecōtrario illi qui in iniustitia, & discordia, & tristitia mortē operante versantur, in regno diaboli & in inferno ac morte sunt cōstituti. His enim iudiciis vel Dei vel diaboli discernitur regnum.

GALFRIDVS.

Quòd inter continua pericula iugiter sit orandum.

Cap. 18.

L



Portet semper orare, & nunquam deficere. Si hoc fidelibus vniuersis ex dōminica est admonitione sectandum, specialiter tamen monasticæ professioni noscitur conuenire. Ea siquidem Danielis persona significatur & nomine. Vir enim desideriorum, vir etiam orationum est. Et bene semper orat, qui bene semper optat sine intermissione. Efficacius enim apud Deum vota quam verba clamant. Et cōtinua cordis affectio, iugis oratio est. Felix Daniel aduersus quem occasio nulla nisi de lege Dei potuit inueniri. Felix qui maluit periculum mortis incurrere, quam ab oratione cessare. Quantò magis nos, quibus imminet mors dissimulantibus, orantibus promittitur vita, semper orare conuenit? Quid enim! Offendit in via iumentum cui infides, aut fortè qua veheris periclitatur nauicula, nunquid non diuinum prōcinus inelamas auxilium? Cesset oratio quotiens deest necessitas, quotiens nulum tibi imminet periculum, grauius etiā ipsa corporis morte periculum. Sed si nescis, Militia est vita hominis super terram, & continua colluctatio aduersus nequitias spirituales. Neque aliud fortè discrimen grauius potest aut periculosius inueniri, quam dissimulatio ipsa periculi. Nunquam igitur deest orandi necessitas, vbi nunquam est vera securitas.

GILBERTVS.

Quòd Pharisæus Deo displiceat placens sibi.

Duo homines ascenderunt in templum vt o. &c. Pharisæus bona sua enumerat, Publicanus sua crimina confitetur. Vnde & iustificatus præ illo descendit. Verè oratio verè humiliantia se, ipsas nubes penetrat. Vides quomodo ascendit odoramentum humilis orationis? Ascendit Pharisæus in templum vt oraret, sed orationis eius odor nesciuit ascendere. Dona gratiarum diuinitus sibi collata secum reputat, & quasi vnguenta recenset. Non sum, inquit, sicut cæteri hominum, raptores, iniusti,

iniusti, adulteri. Audi præ quibus vnũ se gloriatur. Gloria eius in confusione aliorum. Non magna gloria, magna tamen sibi videtur, ipsi redolet, non tamen super aromata, sed super sulphura exterorum. Ieiuno bis in sabbato. Pharissæ, tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Duo quidem in oratione tua non tam redolent quàm fortent, tumor & tepor. Tumor est in eo quòd Publicano improperas. Tepor quidem quòd nihil omnino rogas. Quomodo enim non tepebit oratio elationis vento & inanitate satiata? Pharissæ non oras, sed effers teipsum.

BERNARDVS.

Quòd deo non omnis gratiarum actio sit accepta.

Deus gratias ago tibi. Sciendum quòd non omnis gratiarum actio accepta est Deo, nisi quæ de cordis pudica & mera simplicitate procedit. Pudica, propter eos qui de malis suis actibus gloriantes Deo gratias dicere solent, quasi Deus in ore ipsorum letetur cum malefecerint, & exultet in rebus pessimis. Audiet qui huiusmodi est: Existimasti inique, &c. Mera, propter hypocritas: sicut fuit iste Parisæus, qui Deum de bonis quidem verbo tenus glorificantes, corde retinent quod ore præbuerant. Et quoniam dolose agunt in conspectu, inuenietur iniquitas eorum ad odium. Illi impiè sua Deo mala, isti bona fraudulenter intorquent sibi.

ISAAC.

Homilia secunda. De eo quòd dum aperitur oculus exterior, interior excæcatur.

Et erat verbum hoc absconditum ab eis. Fratres opera verba sunt, & omnia clamant, sed adhuc quid significent verba ista nescimus. Nescit enim homo vtrũ dignus sit amore an odio. De fine sermonis sententia pendet: Qualis inuenieris, talis iudicaberis. Rogandus es ergo Iesu bone, vt corã nobis signum aliquod facias, quo de dubiis certos reddas. Cum, inquit, appropinquasset Iesus Hiericho, cæcus quidam sedebat secus viam, &c. Hiericho luna dicitur. Cum igitur appropinquasset videns luna, cæcus appropinquauit soli. Ille tenebris, nam luna aliquas tenebras habet. Iste soli, qui totus lux est, & tenebre in eo non sunt vllæ. Itaque cæcus ad lumen respirat, cum videt Hiericho appropinquat. Cum interior homo non sit per inobedientiã superioris s. Dei, & obedientiam inferioris s. mulieris excæcatus est ad intelligentiam, exterior il-

luminatus est ad concupiscentiam. Cùm autem exterior infirmatur à concupiscentia, & eius appropinquat defectus, interior conualescit ad intelligentiam, & eius adducitur profectus. Exterior enim homo noster hominis terreni filius est, de terra est, de terra loquitur, terrenus terrena tractat, terrena meditatur, & in terrenis delectatur, ea videns & ea sapiens de quibus & in quibus oriündus. Interior verò quod olim poterat de creatore & suis oculis cernere, & pedibus adire, manu capere: nunc cæcus & debilis, sedens mendicat veritatis agnitionem à creatura, dum per ea quæ facta sunt factorem inquirat, proprii studij quasi clamore, aut dum foris quatit à magistro, quod gerit inscriptum à Deo.

PETRVS RAVENNAS.

De Zachæo publicano.

Cap. 19.
P



*P*æce dimidium bonorum meorum do pauperibus. Ille post mortem se credidit esse victurum, qui dimidium bonorum suorum futuram iam transmittit ad vitam. Et meritò. Quis enim militans non ad patriam mittit quicquid bellico sudore acquirit, vt adolescentiæ labores, senectus delitiosa compenset? Igitur & Christianus cui militare est id quod viuit in seculo, quomodo non cogitat vt pericula terrena cælestibus oculis consoletur? Sequitur: Et si cui aliquid fraude abstulit, reddo quadruplum. Qui de fraude Deo offert, commemorat crimina, non emendat: quia Deus in tali munere exuitur suorum non pauperum misericordias intuetur.

GALFRIDVS.

Explanatio lectionis, Cùm appropinquaret Iesus Hierusalem.

*Q*ùm appropinquaret Iesus Hierusalem, videns ciuitatem fleuit super illam. Quàm lapideum cor & verè ferreum pectus, quod non his lachrymis emollitur! O dignatio! O comparsio! O misericordia Saluatoris! Videns ciuitatē fleuit super eam. Videns inquam, & præuidēs perituram. Sed quare? Eò quòd non cognouit tempus visitationis suæ. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Ergo in vltionem sanguinis eius non immeritò deiecta est ciuitas sanguinum annos tamen, vt legimus, quadraginta expectata ad penitentiam, post tantum facinus, non compuncta. In vltionem sanguinis eius, qui super se & super filios suos, filij Hierusalem fuerat

fuerant increpati. Sicut dominum triginta denariis ad necem emerant, sic de ipsis, vt aiunt, vñdecies centena millia fame & gladio perierunt, & centum millia vñierunt. Væ mihi quem nec proprij consideratio, nec alieni cõpãssio periculi mouet ad lachrymas! Væ etiam duro cordi quod ad ruinam inimici vel fortè innocentis cuiusque lætatur! Benignus dominus super inimicos & iniquos suo perituros scelere lachrymatur & ait: Quia si cognouisses & tu. Animaduertite vocem lugentis, vocem singultientis, & sermonè quodammodo præcideris. Quid est enim, Si cognouisses & tu, nisi, secundum quod ait beatus Papa Gre. Mecum pariter feres? Quid est. Si cognouisses, nisi, Vtinam cognouisses? Et quidem in hac die tua ad pacem tibi. Dies Hierusalem, erat dies felicitatis & glorię: iuxta illud: Memèto domine filiorum Edom in die Hierusalem. Et in sua interim die quæ ad pacem illi erant, & ad transitoriam prosperitatem prospicere videbantur: sed abscondita erant ab oculis eius, quæ ventura in proximo, iam nunc à domino cernebantur. Venient, inquit, dies in te: non dies lætitię & iucunditatis, sed dies superuenient quos timere & præcœere vt debueras neglexisti. Cæterum si aduerteremus quæ sequuntur, quomodo cœpit Iesus eiicere vendètes & ementes de templo, mirum si non lugeremus, qui tam multos etiam nunc in ecclesia vendentes & ementes videmus. Liquet enim, quòd ob auaritiã maximè eorum qui in templo negociabantur, imminere ciuitatis excidia videbantur, quando post lachrymas & querelas illi potissimum sunt eiecti. Quid verò hodie nobis timendum est, si de similibus idem iudicium? Si sic dilexit dominus decorè domus illius, vbi irrationales victimæ cædebantur: si sic zelatus est pro ea, vt qui viderunt recordarentur verbi illius: Quia zelus domus tuę comedit me: quanto magis zelabitur pro domo sua, vbi corpus eius & sanguis offertur? Domus, inquit, mea, domus orationis vocabitur: vos autè fecistis illam speluncam latronũ. Venditoribus & emptoribus dicitur, quia in sanctuario Dei facta commercia, non quæcunque negocia, sed latrocinia reputantur. Cœpit igitur Iesus eiicere vendentes & ementes de templo. Eiicere cœpit, quia nondum eiicet, & certè timeo ne hodie paucos relinqueret, si vniuersos eiiceret. Sed profecto qui cœpit, ipse perficiet. Et fortè propter hoc maximè pauci inuenientur electi in multitudine vocatorũ, quòd vehementer

excreuerit venditorū numerus & emptorū. Eadem enim, nec
dissimilis vtrorunq; perditio. Nisi forte grauior nobis vide-
tur lepra Giezi, quā damnatio Simonis: & tolerabilior ane-
thematizatio Petri, quā interpretatio Helisei. Caterū eūdem
fit morb⁹ vterq; grauissimus, eō iā ambo perniciosiores, quōd
sibi cōiunctiores. Malè enim in malū proficit alter ex altero.
Et vtiq; nec Simon venditorē, nec Giezi inueniat emptorē!

HUGO DE FOILLETO.

Per quæ tria mens hominis, domus domini prophætur.
R Domus mea domus orationis vocabitur. Nos autem fecistis illam
spe. latronum. Fit mens hominis quandoque spelunca latro-
num, fit domus negociationis, fit prostibulum meretriciæ.
Fit spelunca latronum, quando aliquis inuidendo fratri suo,
vt detrahat insidiatur, & virtutum spoliatur indumentis. Fit
domus negociationis, quando pro his quæ agimus, humani
fauoris forum frequentamus, & ibidem vendentes datam
gratiam, & ementes vanam gloriam, laudem pro bono ope-
re quasi stulti mercatores recipimus. Fit meretricis prosti-
bulum, quando in thalamo castæ mentis, lupanar libidinis
delectationis erigitur.

GALFRIDVS.

Quòd mentis caput leuandum sit in aduersis, in
prosperis demittendum.

Cap. 21

S



Euate capita vestra, ecce appropinquabit redemptio ves-
stra. Non immeritò verbum illud ad inuitandos
nos, ad deuotionem vigiliæ dominicæ natiuitatis
assumitur, quod à domino tamen dictum non de
primò eius aduentu, sed de vltimo innuitur. Veniet enim iu-
rum, quia iam venit: sed non veniet vt iam venit. Sic veniet,
aiunt angeli, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum,
manifestus videlicet & non occultus. Nec modò aduentus
eius posterior à priore longè alius erit, sed ipsa rerum quali-
tas valde dissimilis. Siquidem turbulētissimo seculi tempore
veniet eius reparare statum, cuius pacatissimo tempore ve-
nit predicare contemptum. Occultum sese præbuit in seculi
gloria, sed manifestabitur in ruina. Væ qui apparere in pro-
speris, latere cupiunt in aduersis: nec caput demittunt inter
prospera humiles, nec leuant inter aduersa securi. His, in-
quit, fieri incipientibus, terræ sismoribus, confusione soni-
tus maris & fluctuum, signis in sole, & luna, & stellis, & ce-
lestibus

teris
vt mu-
lorum
lorum
tur ca-
ta, n-
igitur
curua
turna
nos p-
vt tra-
feris!
decep-
reced



profic-
Qu
propin-
Hic
est cau-
to præ-
& con-
hic est
tionis
tis vest-
firmatu-
sempit-
consec-
rem su-
uans h-
erat no-
Libera-
Hierul-

geris

teris quæ sequuntur, Leuate capita vestra. Non expectemus
 vt mundus nos obruat, qui necesse est ruat. Initia enim ma-
 lorum illorum præsentia iam scandala sunt. Immodè verò ma-
 lorum initia sunt præsentia blandimenta. Demittamus igitur
 capita, ne vanitatis aura nos rapiat. Leuemus etiam capi-
 ta, ne nos torrentis mergat vnda vel trahat. Leuandum est
 igitur caput, & resistendum his qui dicunt animæ nostræ: In-
 curuare, vt transeamus. Sic enim loquuntur tentationes diu-
 turnæ, improbæ, & violentæ, & quodammodo dicunt. Non
 nos poteris sustinere. Cede ad horam. Hoc enim melius tibi
 vt transeamus. Postea pœnitebis. Et quomodo illudunt mi-
 seris! Vbi enim miseræ animæ ipsa transeundi pollicitatione
 deceptæ & incuruatæ semel infederint, hærent firmiter, non
 recedunt.

BALDVINVS.

Quòd illis hoc sacramentum proficiat, qui
 imitantur exemplum.



De facite in meam commemorationem. Facite quod Cap. 22.
 ego facio, offerte quod ego offero. Sic viuite vt T
 ego doceo. Efficit hoc sacramentū in nobis, vt
 sicut Christus mortuus est pro nobis, ita & nos
 moriamur in Christo & pro Christo. Illis enim
 proficit hoc sacramentum, qui imitantur exemplum.

Quòd Christus in calice suo poculum nobis amatorium
 propinavit.

Hic est calix nouum testamentum. Ac si diceret, hic constituta
 est causa, & virtus, & ratio implendi quæ in nouo testamen-
 to præcepta sunt, & obtinendi quæ promissa sunt: hic est finis
 & consummatio legis, hic est plenitudo gratiæ & veritatis,
 hic est mysterium fidei, firmamentum spei, testimonium dile-
 ctionis meæ, exemplum obedientiæ vestræ, pignus hæredita-
 tis vestræ. Nouum enim testamentū est in meo sanguine cō-
 firmatum: nullūque ritu deinceps mutandum, vt sit legitimum
 sempiternum. Hic calix amatorium poculum est, quod nobis
 confecit arte quam ipse nouit. Cum hoc sanguine fuso amo-
 rem suum effudit, cum hoc infuso amorem suum infundit, la-
 uans nos à peccatis nostris in sanguine suo. Sic enim necesse
 erat nobis. Sanguine fœdatus, sanguine oportuit emundari.
 Libera me, inquit, propheta, de sanguine. Et in Ezech. ad
 Hierusalem dicitur: Transiens per te, vidi te conculcari in

fanguine tuo, dixi tibi, Viue.

Quam viuendi formam prælatis ecclesiæ Christus dedit.

X *Qui maior est vestrum, fiat sicut minor: & qui præest, sicut qui ministrat.* Forma apostolica hæc, dominatio interdicitur, interdicitur ministratio. Et adiungitur: Ego autem in medio vestrum sum tanquam qui ministrat. Quis se iam titulo hoc inglorium putet, quo se prior dominus gloriæ præsigniuit? O præclarum ministerium! quo non id gloriosius principatu? Si gloriari oportet, forma sanctorum præfigitur, Apostolorum proponitur gloria. Quis mihi tribuat similem hieri in gloria sanctorum? Felix qui dicere potuit, Plus omnibus laboraui! Gloria est, sed nil in ea inane, nil molle, nil resupinum. Si labor terret, merces inuitet. Vnusquisque enim mercedem accipiet secundum suum laborem.

GALFRIDVS.

Quòd carnis cura postponenda sit vt efficax habeatur.

Y *Qui habet sacculum, tollat similiter & peram.* Sacculum habet pecuniæ, qui diuinæ legis scientiam habet in corde. Peram habet, cui per eloquentiam quasi ad manum fuerint & in promptu verba doctrinæ. Nihil horum habentibus, nihil debeat. Quasi nec præmeditandum quid dicerent, adeò manifestè solus spiritus loquebatur in eis. Sed cessauit hoc signum sicut, &c. Nec tamè expediret vt doctrina cessaret. Propterea tollat qui habet, non negligat, non abscondat: quia forsitan sicut fides sine operibus, sic scientia mortua est in semetipsa. Imò verò qui nõ habet, vendat tunicam & emat gladium. Curam carnis postponat, & tradat eam ieiuniis, vigiliis, & variis afflictionibus: vt perinde detur ei sermo viuus & efficax, tãquam gladius biceps, timore & amore corda penetrans auditorum. Neq; enim eiusdem est vna probare & sententias, & lectionis amor amorem vitiorum carnis excludit, multis quoque simplicioribus abstinentiæ studium, libertatem simul & efficaciam noscitur contulisse sermonis, sicut disertorum etiã nonnullorum scientia à conscientia suffocatur.

HVGO DE S. VICTORE.

De duobus gladiis.

Z *Ecco duo gladij hic.* Vnus corporalis, qui secundum legem penam peccantibus irrogat. Alius spiritualis qui secundum euang. culpas feriens, homines sanat. Hi sunt duo nũmi quos misericors Samaritanus pro cura languidis adhibenda, prælatis

latis
tur v
ma a
mand
cepti
tur. I
rire d
hged
stus i
gina l
ad pe
Phara
bellu
nient
uium
etiam

Ind
cundi
transc
tur in
quibu
nes sup
Hec a
multit
fustibu
strz ill
tionis
fit. Cu
Id est
sumpsit

E

collati

latis commisit: vnus mōnetæ veteris, & alter nouæ: vt eman-
tur veteri medicamina quæ mordent, nouo quæ fouent. Pri-
ma ad purganda quæ putrida sunt. Secunda ad viua confir-
manda. Ista iunt duo debita, præcepti scilicet & voti. Debitum præ-
cepti quo doctrina impenditur. Voti quo exemplum forma-
tur. Hic est gladius spiritualis, quo prælati vitia hominum fe-
rire debent, quem illis Petrus reliquit, si tamen sui feruoris
heredes existunt. Videre igitur o pastores quid facitis: Chri-
stus in oculis vestris crucifigitur, & vos adhuc gladium in va-
gina habetis? Quid in passione Christi fecissetis, qui modò
ad percutiendum pigri estis? Fortè quia discubulistis ad ollas
Pharaonis, & saginam diligitis, pigrum vobis est surgere ad
bellum. Fortè quia lac & lanam, non oues diligitis, ideo ve-
niente lupo fugitis, & de ouibus non curatis. Saltem si lac o-
uium comeditis, carnes nolite comedere. Bonus enim pastor
etiam carnem suam ouibus suis edendam dedit.

CASSIANVS.

Quòd manifesto odio grauior sit simultas.

Iuda osculo filium hominis tradis. Sæpe ficta patientia ad ira-
cundiam quam sermo succendit, & atrocissimas verborum
transcendit iniurias maligna taciturnitas, leuissimæque toleran-
tur inimicorum vulnera, quàm irridentium blandimenta. De
quibus propriè dicitur per Prophetam: Molliti sunt sermo-
nes super oleum, & ipsi sunt iacula. Verba callidorum mollia.
Hæc autem feriunt in penetralia ventris. Nam & cum magna
multitudo ad comprehendendum dominum cum gladiis &
fustibus cum Iuda venisset, nemo tamen in auctorem vitæ no-
stræ illo cruentior extitit parricida, qui cunctos ficto saluta-
tionis honore præueniens, osculum subdolæ charitatis inges-
sit. Cui dominus: Iuda, inquit, osculo filium hominis tradis.
Id est amaritudo persecutionis atque odij; hoc tegimen as-
sumpsit, quo dulcedo veri amoris exprimitur.

BERNARDVS.

De malo detractionis.

Et facti sunt amici Herodes & Pilatus. Sunt non-
nulli qui ineunt familiaritatem ad maledicen-
dum, concordem ad discordiam. Conciliant in-
ter se inimicissimas amicitias, & pari consen-
taneæ malignitatis affectu celebratur odiosa
collatio. Torquentur in bonis sociorum suorum, malis pa-

Cap. 23.

B

scuntur. Videas ambulare seorsum, & sedere pariter, mōxque laxare procaces linguas in detestandum susurrum. Vna vni coniungitur, nec spiraculum incedit in eis, tanta est detrahendi libido, aut audiēdi detrahentem. Conuenientibus sic in vnum, non est iam dominicam cœnam manducare, sed magis propinare & bibere calicem dæmoniorum, dum importantibus linguis aliorum perditionis virus, aliorum aures intrantem mortem libenter excipiunt. De talibus habes in Psalmo: Detrahentem secretò proximo suo hunc persequer bar. Nec mirum, cū id præcipuè vitium charitatem qua Deusest, & quidem cæteris acrius videtur impugnare. Et vide quomodo omnis qui detrahit primò quidem se prodiū vacuum charitate. Deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi vt is cui detrahit, veniat in odium & contemptum ipsi apud quos detrahit? Ferit ergo charitatem in omnibus lingua maledica, & quantum in se est necat funditus & extinguit non solūm autem in præsentibus, sed in absentibus vniuersis, ad quos volans verbum fortè per eos qui præsentés sunt peruenire contigerit. Vides quàm faciliè & in breui ingentem multitudinem animarum velociter currens sermo tabe malitiæ huius inficere possit? Propterea dicit de talibus per os Dauid spiritus sanctus: Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, &c. Vtique tam veloces quàm velociter currit sermo. Vnus est qui loquitur, & vnum tantūm verbum profert: & tamen illud vnum verbum vno in momento multitudinis audientium dum aures inficit, animas interficit. Cor siquidem selle liuoris amarum, per linguæ instrumentum spargere non amara non potest: dicente domino: Ex abundantia cordis os loquitur.

De triplici genere detractionis.

C Sunt autem tres species pestis huius. Alij quidem nullè & apertè & irreuerenter vti in buccam venerit virus eorum detractionis. Alij quodam simulato verecundiæ succo conceptam malitiam quam retinere non possunt, obumbrare conantur. Videas alta præmitti suspiria, sicque quædam cum grauitate & tarditate, vultu mœsto, demissis superciliis, & voce plangenti egredi maledictionem. Et quidem tantò persuasibiliorem, quanto creditur ab iis qui audiunt corde contrito, & magis condolentis affectu, quam malitiosè proferri. Dolco, inquit, vehementer pro eo quòd diligebam cum

eum satis, & nunquam potui de hac re corrigere eum. Et alius: Mihi quidem bene cognitum erat, illud de illo per me nunquam innotuisset. At quoniam per alterum patefacta res est, veritatem negare non possum, dolens dico, reuera ita est. Et addit grande damnum. Nam alias quidem in plurimis valet, cæterum in hac parte (vt verum fatear) excusari nõ potest.

Quo sit ordine miserandum.

Filia Hierusalem nolite flere super me. Ordinem diligenter attende. Super vos primũ, deinde super filios vestros. Temetipsum attende, vt aliis noueris compati: & vt arguas in spiritu lenitatis, te ipsum considera, ne tu teneris.

Quod ineffabiliter humana malignitas misericordia Dei superatur.

Pater ignosce illis, &c. Vide opera domini quæ posuit prodigia super terram. Flagellis cæsus, spinis coronatus, clauis confossus, affixus patibulo, opprobriis saturatus, omnium tamen dolorum immemor ait: Pater ignosce illis. Hinc multa miseræ corporis, hinc multa misericordiæ cordis, hinc dolores, hinc miserationes, hinc oleũ exultationis, hinc guttũ sanguinis decurrentis in terram. Misericordiæ domini multa. Vincẽtne miseræ misericordias, an misericordiæ miserias superabant? Vincant misericordiæ tuæ antiquæ domine. Vincat sapientia malitiam. Magna illorum iniquitas, sed nõ quid maior pietas tua domine? Multum per omnem modum. Nunquid reddetur, inquit, pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Planè foderunt impatientiæ foueam, occasiones indignationes plurimas ministrantes. Sed quid eorum fouea ad abyssum mansuetudinis tuæ? Retribuentes mala pro bonis foueam fodiunt: sed charitas non irritatur, non præcipitatur, non excedit, non in foueam ruit: Absit vt muscæ morituræ exterminent suauitatem vnguenti quod de tuo corpore fuit: quia apud sinum tuum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Muscæ morituræ miseræ sunt, muscæ morituræ blasphemiæ sunt, muscæ morituræ exultationes & insultationes, quas tibi reddit generatio praua & exasperans. Tu autẽ quid in ipsa eleuatione manuum tuarũ, cum iam sacrificium matutinum in holocaustum vespertinũ transirot, in ipsa inquam virtute incensi quod cælos accendebat, terram operiebat, inferos aspergebat, clamas: Pater

SVPER LVCAM.

Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt? O quàm multis es domine ad ignoscendum! O quàm longè sunt cogitationes meæ à cogitationibus vestris! Mira res. Ille clamat Ignosce, Iudæi Crucifige. Molliti sunt sermones e. su. o. & isti sunt iacula. O Iudæi lapides estis, sed lapidem percutitis molliorem, de quo resonat tinnitus pietatis, & ebullit oleum charitatis. Quomodo potabis nos domine, desiderantes te torrente voluptatis tuæ, qui sic perfundis crucifigentes te oleo misericordiæ tuæ?

GALFRIDVS.

Quòdficut lignum mortem, sic & lignum crucis vitam contulit vniuersis.

F *Erat autem superscriptio scripta super il. lit. Hebraicè, Græcè, & Latinè. Scriptus est olim titulus crucis literis Hebraicè, Græcè, & Latinè: quòd vnum hoc lignum salutem omnibus ministraret, quibus illa quondam transgressionis arbor damnationem mortis intulerat. Nunc autem vbi est lingua tertia, lingua videlicet Hebræorum? nunquid non Christum exaltauit pater, vt omnis lingua confiteatur illum? Heu Hebræa hodie lingua à laude conditoris sola silet, quæ tuas aliquando sonare laudes domine solebat! Impletum est quòd dictum fuerat de pueris Hebræorum: Si ipsi tacuerint, lapides clamabunt.*

ERNALDVS.

Quanta latronis confessio contineat officia pietatis.

G *Neque tu times Deum quòd in eadem damnatione es? Et nos quidem digna recipimus, hic verò nihil mali gessit. Memento mei domine dum veneris in regnum tuum. Credit latro & confitetur, testis est innocentie Christi. Increpat maledicum, nec sibi parcit, sed tantum accusator est sui. Seipsum aduersum se sententie seueritate prolata prosequitur. Neque tu, inquit, times Deum? Deum non crubescit fateri, quem ex inuidia non ex merito nouerat crucifigi. Multa igitur pietatis officia simul complectitur, credit, timet, compungitur & pœnitet, confitetur & prædicat, amat, confidit & orat. Fide illuminatur, timore subditur, compunctione mollitur, pœnitentia concutitur, confessione purgatur, dilectione dilatatur, prædicatione zelatur, confidentia sperat, oratione impetrat. Ibi ergo philosophatur & prædicat & fatetur, vbi non tantum dissugiunt & tremunt Apostoli, sed ipsi maligni spiritus*

tus iam impositi sibi freni saluaria masticates pes antiquum organum suum linguam scæmineam nitebantur colligationes illas impietatis dissoluere. Scientes, quia fortis armatus hoc ancipiti gladio erateos de diu possessio huius mundi atrio eiekturus.

D R O G O .

Quòd per latronem in cruce, primus Adam mysticè designetur.

Nos quidem digna factis recipimus. Redi ad cor præuaricator **H** Adam, & vide vbi & quomodo te requisit & inuenit nouus Adam. Ostendit tibi in corpore suo ignominias animæ tuæ. Non satis fuit quòd per colaphos, & flagella, & noua irrisorum genera, post te fugientem clamitans, & miserans percurrit: sed vsque ad nouissimum crucis supplicium iam iam essentem consecutus, inuenit & apprehendit. Quis enim **L**atro ille, nisi Adam fuit, qui ex quo primum in paradiso sui ipsius homicidium perpetravit, tandiu à Christo fugit reus, & abscondit se, donec in crucis articulo nouissimè cõsumptus & comprehensus, fugere & latere ultra non potuit, sed culpam suam confessus est & pœnam libenter amplexus? Nos quidem, inquit, digna fare. Hic autem quid fecit? O Adâ quàm serò in hæc verba prorupisti! non iam deambulat in paradiso dominus, sed in patibulo pro te figitur, clavis configitur, lancea perforatur.

B E R N A R D V S .

Vnde supra.

Latro de cruce clamat dicens: Memento mei domine, dum veneris in regnum tuum. Ergo ille per supplicium vadit ad regnum? Quis indicauit tibi quoniam oporteat pati Christum, & sic intrare in regnum suum? Mira res. Videte quàm occlusa sit fides, quàm lynceos oculos habeat!

Quòd præsentis vitæ tribulatio requiem mereatur.

Memento mei domine, dum veneris in regnum tuum. Via vitæ est **K** tribulatio præsens, via gloriæ, via regni, secundum quod clamat latro de cruce: Memento mei domine & c. Euntem enim in regno vidit, quem, cum peruenisset, sui memorem fore rogauit. Peruenit ergo & ipse. Et si vis nosse quàm compedio-
sa via, eadem die meruit cum domino esse in paradiso.

D R O G O .

Quàm humilis, quàm fidelis fuerit latronis confessio.

Memento mei domine, dum v. i. r. t. O magna fides! ô spes! ô **L**

charitas! Orat pro futuris non præsentibus: non vult de cæ-
ce deponi, sed in regno Christi reponi. Quid enim aliud est
dicere, quàm cupio dissolui, & esse cum Christo? Nescio quid
Paulus magis isto latrone cupierit. Memêto mei. O cor con-
tritum & humiliatum! Quid minus vel humilior orare potuit,
quàm sui memor esse? Memento mei. Cuius mei? mei inquam
tam indigni, tam peccatoris.

PETRVS RAVENNAS.

Quare mulieres Apostolis circa curam mortui sol-
licitudine præferantur.

Cap. 24.
M



*N*a sabbati veniunt ad monumentum mulieres per-
tantes aromata quæ p. Vna sabbati. Benè vnâ;
quia resurrectionis dies alteram nescit, lucis
æternæ mater, noctis tempus ignorat. Perpe-
tuus, dies perpetuus illucescit. Et intrantes
sepulchrum, non inuenerunt corpus Iesu.
Quid est quòd Apostoli sepulchrum non vistant, cum mu-
lieres tam auidè, tam intrepidè sepulchri inuadunt tristitiam,
constanter dominum quærunt, commorantur? Fratres, mulier
prima causa mali, via mortis, sepulchri titulus, lamenti mate-
ria fuit tota. Et ob hoc cæteræ nascuntur lachrymis, manci-
pantur mæroribus, & in lamentis tantum fortes sunt, quan-
tum viribus inueniuntur infirmæ. Hinc est quòd lachrymis
arma vincunt, lamentis totam virorum fortitudinem fran-
gunt. Non est ergo mirum, si ad lachrymas, ad sepulchrum,
ad obsequium dominici corporis fœminæ ardentes Apo-
stolis hîc videntur, vbi mulier prima currit ad lachrymas,
quia prima cucurrit ad lapsû. Nec est hic preposterus ordo,
sed mysticus. Non enim præponuntur Apostolis fœminæ,
sed ad maiora seruantur. Fœminæ obsequium Christi sus-
cipiunt, Apostoli passiones: illæ portant aromata, hi flagel-
la: illæ intrant sepulchrum, hi carcerem: illæ festinant ad ob-
sequium, hi peruolant ad catenas. Verùm quòd Apostoli re-
surrexissent dominum, mulieribus nunciantibus, aut non cre-
didissent, aut deliramenta iudicasse referuntur, grauitè nemo
arguat. Decipi non potest, qui non est facilis auditor: igna-
uus miles est, qui post exemplum inuenitur incautus. Peritia
non segnities est, cum sensim miles veteranus incedit. Sic A-
dam nouus citò cedit, dum citò credit, At veteranus Petrus
fœminam non facilè audit, sed vt veteranus deliberat, ne vt
puer

puer i
Fa
app
pient
tem n
videre
stendi
sum &
ambu
gentia
tim su
gius in
platio
uit, no
perier
retine
do mu
nem e
sa ani
platio
les do
do pre
tation
mus. I
lantis
funda
lante
tur, c
tix ip
sapien
platio
quant
tellig
Qua
Et
suis app

puer incurrat.

RICARDVS DE S. VICTO.

Quòd dum in carne viuitur, quasi in facie peregrina veritas appareat contemplanti.

Fallum est cum fabularentur, & secum quærent, & ipse Iesus N) appropinquans ibat cum illis. Quid est Christum, hoc est Dei sapientiam, in peregrina specie præsentem habere, nisi veritatem non in sua simplicitate, sed per speculum in ænigmate videre? Extra domum autem & quasi in itinere hæc visio ostenditur: quia sublimium contemplatio per mentis excessum & velut transitu videtur. Quasi duo sunt qui exeuntes & ambulantes eiusmodi conspiciunt, quando ratio & intelligentia modum excedentes humanum furtim quidem & rapitum sublimium spectacula percurrunt. Tunc dominus longius ire se fingit, nec tamen penitus recedit, quando contemplationis gratiam quam misericorditer impendere consuevit, non minus vtiliter ad tempus subtrahit, vt melius per experientiam doceatur cum quanta auiditate requiri debeat & retineri. Manere autem & ad eos intrare compellitur, quando multa precum instantia, amissa gratia reparatur, vt visionem exterius oblatam introrsum trahat, & per excessum visa animus ad seipsum reuersus memoriter retineat, & cõtemplationis gratiam de cetero familiarius possideat. Cibos quales dominus amat, & quibus delectari solet apponimus, quando pro recuperatione vel accumulatione gratiæ in voce exultationis & confessionis laudamus, benedicimus, honoramus. In vice, inquit, exultationis & confessionis sonus epulantis. Panis coram nobis à domino frangitur, quando profunda mysteriorum mystica interpretatione ipsòque reuelante cognoscuntur. Ex panis fractione dominus cognoscitur, quando ex infusione gratiæ & illuminatione conscientiæ ipsius præsentia declaratur. Dominus autem qui & Dei sapientia, ab oculis intuentium euanescit, quando ex contemplatione & admiratione diuinæ sapientiæ animo innotescit, quantum eius incomprehensibilitas omnem humanam intelligentiam excedit.

VVERRICVS.

Quantus profectus sit in cõmunis obseruantia disciplinæ.

Et factum est dum fabularentur, & secum quærent, & ipse Iesus appro. ibat cum illis. Audiant & gaudeant qui in viis iustitiæ

ambulant. Audiant inquam, quia non solum inhærentes studio contemplationis Iesus dignatur & occurſu & manifestatione ſui. Nam & mulieribus à monumento redeuntibus occurrere, & duobus euntibus in emaus apparere dignatus eſt. Agnoſcit (ni fallor) experientia quorundam noſtrum, quia ſapè Ieſus quem quaſierunt velut ad monumentum, ad memorias altarium, Nec inuenerunt, inſperatus occurrit eis in via laborum. Tunc nimirum acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, quorum ſ. pedes non tenuerat pigritia præ deſiderio eius. Noli ergo tu frater nimis parcere pedibus tuis à viis obedientiæ, & diſcurſibus operum: quando quidem Ieſus non pepercit pedibus ſuis propter te, etiã à clauorum dolore, & adhuc eorundem amplexu & osculo pedum, non grauat laborẽ remunerare aut releuare pedum tuorum. Nam & illud quantæ conſolationis erit, ſi ſe tibi viã comitem adiunxerit, mirãque delectatione ſuã ſermocinationis etiã ſenſum tibi laboris ademerit, aperiens tibi ſenſum, vt intelligas ſcripturas, quas fortãſſe domi ſedens legebas & non intelligebas?

BERNARDVS.

Quòd Deus præſentiam ſuã ſubtrahit, vt auidius requiratur.

P *Finxit ſe Ieſus longius ire.* Non quia hoc volebat, ſed cupiebat audire, Mane nobiſcum, quoniam adueſperauit. Et alia vice ſuper mare ambulans, cum Apoſtoli laborarent in remigando, quaſi volens præterire eos, ne tunc quidem illud volebat, ſed magis probare fidem & elicere precem. Ergo iſtiuſmodi piam ſimulationem, imò ſalutarem diſpenſationem, quam tunc corporaliter verbum corpus interdum exhibuit, non ceſſat identidem verbum ſpiritus modo ſuo ſpiritali cum deuota ſibi anima ſedulò acſtitare. Præteriens teneri vult abiens reuocari. Neque enim hoc irreuocabile verbum. Ideo enim quãdoquẽ ſubtrahit ſe, vt auidius reuocetur, reuocatus fortius teneatur. It & redit pro beneplacito ſuo. Et ire quidem illi diſpenſatorium eſt, redire autem ſemper voluntarium, vtrũque verò plenum iudicij. At penes ipſum horum ratio eſt.

Cantica ſine titulo.

Quòd tria facere debeat cognitor veritatis.

Q *Et eadem hæc a reuerſi ſunt in Hieruſalem.* Cognito Ieſu ſtatim diſcipuli

disci
runt.
ſtinat
cogn
ſanct
iam

S E



Qu
gna à L
potest
vniuer
In puf
de pote
amor,
bonom
ſum & p
Ad que
eſt, non
Quòd v

discipuli Hierusalem adeunt, consortia discipulorum requirunt, & quem in fractione panis agnouerant, annunciaré festinant. Vbi salutare patet mysterium, vt deuotus veritatis cognitor, & amator pacis Deo placita custodiam exerceat, sancta fratrum consortia diligit, & bona quæ scientia & vitam tenuit, ad ædificationem multorum prædicare non negligat.

Finitur euangelium Lucae.

SEQVITVR EVANGELIUM IOANNIS.

HUGO DE S. VICTO.

Quare dicatur filius verbum patris.



Eus erat verbum. Sic verbum cordis cor est. De corde verbum exit, & non est aliud quàm ipsum cor. Sic verbum Dei non potest aliud esse quàm Deus. Sapientia est verbum cordis, quæ de corde nascitur, & ab eo non separatur, & est vna sapientia. Sic Deus sapientia est, & est vna sapientia Deus, & sapientia sua.

Cap. 1.
R

BERNARDVS.

Quanta sanctis à domino potestas & gloria sit collata.

Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Magna à Deo gloria, magna nobis est collata potestas. An non potestas filiorum Dei est ista, quando etiam nobis seruiunt vniuersa? Sed fortè dicat aliquis vestrum, Quid hoc ad me? In pusillanimitate cordis sui talia meditetur. Gloriantur de potestate filiorum Dei, in quibus filialis erga eum feruet amor, viget affectus, & præsumant omnia sibi cooperari in bonum, qui Deum diligunt in veritate. Ego verò mendicium & pauper, carens affectu filiali, expers dignæ deuotionis. Ad quem ego: Affectus iste quem quæris pax est, in patria est, non in via.

Quòd verbū Dei sequendo quàm legendo melius teneatur.

R r

T *Verbum caro factum est.* Qui Christum apprehendere cupit, citius illum sequendo quam legendo apprehendere potest. Quid quaeris ô homo verbum in verbo, quod iam caro factum, praesto est oculis? Iam de latibulo prophetarum egressus est ad oculos piscatorum Iam de monte vmbroso & condenso tanquam sponsus de thalamo profiliuit in campum euangelij. Iam qui habet aures audiendi, audiat illum clamantem: Qui sitit, veniat, & bibat.

V V E R R I C V S.

Quòd is quem Christi non lætificat natiuitas, vel impius vel reprobus iudicatur.

V *Verbum caro factum est.* Quia Deus non poterat nobis loqui quasi spiritualibus, sed quali carnalibus, verbum eius caro factum est, vt non solum audire, sed & videre possit omnis caro quod os domini loquutum est. Et quia in sapientia sua nõ cognouit mundus sapientiam Dei, dignatione ineffabili eadem sapientia Dei se stultitiam fecit, vt quilibet idiotis vel hebetibus se discibilem præberet, & per stultitiam prædicationis saluos faceret credentes Non solum autem visibile & tractabile, sed etiã gustabile & odorabile nobis verbum Dei factum est. Quippe quod per omnes vias sensuum aditum sibi ad misericordiam quaesierit, quatenus sicut per sensus mors intrauerat, sic per eosdem rediret & vita. Quòd ergo verbum caro factum est, nobis qui toti sumus caro, factum est, vt qui antea verbum Dei poteramus audire tantum, iam carnem factum, & videre possimus, & gustare, omnesq; sensus in testimonium auditus conuocare, quatenus omnes sensus nostri, consensu vno & vna voce confiteantur: Sicut audiuidimus, sic vidimus. Incomparabiliter tamen amplius nunc concessum est visui, quam vnquam fuerat auditui: cum modò videatur quod Deus est, & antea magnum haberetur audire verbum quodcunque ex Deo est. Et verbum quidem quod ex Deo, est, vidi aliquãdo cum tædio audiri: sed verbum quod Deus, nunquid poterit nisi cum gaudio videri? In me primùm sententiam feram, quia verbum quod Deus est, cum se mihi in natiuitate sua videndum præbeat in eo quòd sum, si non me lætificat, impius sum: si non ædificat, reprobus sum.

B E R N A R D V S.

De triplici gratia Dei.

X *Et de plenitudine eius nos o. accepimus. g. pro gratia.* Ex his verbis

bis in
nam
mur,
per q
confu
tum
est: L
reliqu
ternæ

Den
dit, &
Propt
manife
nifeste
cum. I
occul
des qu
gnora

Eccc
bos co
morbu
peccat
inde et
tum è
purgat
mouat
ris eius

Eccc
ta mun
peccati
constat
tergat c

Eccc

bis innuitur quòd triplicem gratiam diuinitus accepimus. Vnam qua conuertimur, aliam qua in tentationibus adiuuamur, tertiam qua probati remuneramur. Prima nos inuitat per quam vocamur, secunda prouehit qua iustificamur, tertia consummat qua glorificamur. Et prima quidem beneplacitum est, secunda meritum, tertia præmium. De prima dictum est: De plenitudine eius omnes nos accepimus. De duabus reliquis dictum est: Et gratiam pro gratia, id est munera æternæ gloriæ pro merito temporalis militiæ.

HUGO DE S. VICTO.

Quòd meritum sit fidei non videre quod credit.

Deum nemo vidit unquam. Tamen fides quod non vidit credit, & ex hoc meritum fidei constat, non vidisse & credere. Propterea Deus à principio nec totus humanæ conscientiæ manifestus esse voluit, nec totus absconditus: ne si totus manifestus esset, fides non haberet meritum, nec infidelitas locum. Infidelitas enim de manifesto conuinceretur, & fides de occulto non exerceretur. Si verò totus absconditus esset, fides quidem ad scientiam non adiuuaretur, & infidelitas de ignorantia excusaretur.

BERNARDVS.

Quòd Christus non morbos corporis venit tollere, sed peccata.

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Non dicit morbos corporis, non molestias carnis, sed peccatum, quod est morbus animæ & corruptio mentis. Ecce, inquit, qui tollit peccata mundi. Vnde? Vtique à manu, ab oculo, à collo, deinde etiam à carne ipsa cui altius infixum est. Tollit peccatum è manibus, commissà peccata delens. Tollit ab oculo, purgans cordis intentionem. Tollit à collo, violentam remouans dominationem, sicut scriptum est: Sceptrum exactoris eius superasti.

Vnde supra.

Ecce agnus Dei. Agnus sine macula, agnus qui tollit peccata mundi. Quis enim peccata melius tolleret, quam is in quò peccatum non cadit? Iste sine dubio me lauare potest, quem constat inquinatum non esse. Hæc manus opertum luto detergat oculum meum, quæ sola sine puluere est.

Quid spolia significant agni Dei.

Ecce agnus Dei, ec. qui tol. p. m. Iste agnus tam mitis quam

Rr ij

magnus lacte suo nos potat, carne cibatur, lana facit indumentum, præparat ornamentum. Lac agni, est doctrina suavis, expressa de vberibus duorum testamentorum, quasi duobus digitis, id est stylo & ingenio sanctorum doctorum. Caro agni, est mortis eius memoria, ad altare in sacramento quotidie replicata. Cuius similitudini complantamur, simul vtre resurrectioni coniungamur. Lana qua fit indumentum, quo qui indutus est absconditur, significat humilitatem in qua latuimus, & à seculo recognosci refugimus. Pelle mortificatio carnis intelligitur, quæ absque graui dolore ab agno non accipitur. Hanc in seipso Christus ieiuniis, vigiliis, & alii carnis suæ afflictionibus ad vltimum per passionem crucis ostendit. Hæc pellis in die resurrectionis cum stigmate vulnerum oculis videntium offertur.

PETRVS DAMIA.

Quòd malus minister effectum non minuat sacramenti.

C *Hic est qui baptizat.* Quia quisquis baptizandi exhibeat ministerium, ille tamen operatur virtutis intimæ sacramentum. Illud siquidem cœlestis patriæ munus de marsupio extrinsecus satagentis, sed de thesauro profertur inuisibiliter prædentis. Nam & si fur ille sit qui seminat, terra tamen Deo auctore vitæ germina frugibus administrat. Licet sordida sit manus aut leprosa quæ plantat, mûdus certè fructus decerpit, cum ad maturitatis plenitudinem peruenitur. Ex adulterina sæpè coniugio pulchra soboles nascitur, & ex obscœna voluntate parentum spectabilis oritur species liberorum.

BERNARDVS.

Quòd meritò sit misericors, quæ fontem misericordiæ parturiuit.

Cap. 2.

D



Esiciente vino, dixit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Compassa est enim eorum verecundia, sicut misericors, sicut benignissima. Quid de fonte pietatis procederet nisi pietas? Quid mirum, si pietatem exhibent viscera pietatis? Nonne qui pomum in manu sua tenuerit dimidia die, reliqua diei parte pomi seruabit odorem? Quantum ergo viscera illa virtus pietatis affecit, in quibus nouem mensibus requieuit? Nà & ante repleuit mentem quàm ventrem: & cum processit ex vtero, ab animo non recessit. Durior fortasse & austerior videri posset responsio domini: sed nouerat ille cui loqueretur,

str, & quis loqueretur illa non ignorabat. Denique vt scias quomodo respōsum ipsum acceperit, aut quantum de filij benignitate præsumserit, ait ministris: Quæcunque præceperit vobis, facite.

Quòd in verbo virginis fides & modestia commendatur.

Vinum non habent. Quàm breuiter & quàm reuerenter suggestis, vnde piè sollicita fuit, Disce ergo homo in matre domini magnam in mirabilibus fidem habere, & in magna fide verecundiã retinere. Disce verecundiã decora fidem, reprimere præsumptionem. Ipsa enim pietatis æstus, pudoris temperans vmbra, conceptam precis fiduciam verecundè suppressit, non frontosè accessit, non palam loquuta est, vt audacter coram omnibus diceret: Obsecro fili, deficit vinum, constantur conuiuiæ, confunditur sponsus, ostende quid possis. Sed licet hæc aut multò plura pectus æstus, feruens loqueretur affectus, priuatim tamen potentem pia filium mater adiuit, non potentiam tentans, sed voluntatem explorans. Vinum, inquit, non habent. Quid modestius? Quid fidelius? Non defuit pietatis fides, voci grauitas, efficacia voto.

GILBERTVS.

Quòd facile fides impetret, quam verecundia comitatur.

Vinum non habent. Humanum recogitate morem in rogando. Nōne apud miseratorem alicuius commemorare miseriam, ipsum rogare est? Efficax petitio est, modesta suggestio. Oppressi infirma exponere, fortunæ infelicitatem, insolentiam hostium, hæc inquam exponere in aure potentis, quid aliud est quàm ipsum verecunda quadam prece ad auxiliandum inflectere? Quot in locis apud Psal. hunc precis modum inuenies? In euangelio inquit Maria ad Iesum: Vinum non habent. Non precatur dominum, nec imperat filio, defectum tantùm vini nunciasse contenta. Cum beneficis & ad liberalitatem propensis ita agendum est. Non enim est gratia violenter exprimenda, sed proponenda occasio.

BERNARDVS.

Quòd exemplo Christi conuersos ad dominum, parentum cura non debeat occupare.

Quid mihi & tibi est mulier? Quem non moueat hæc responsio, quam benignissimæ matri suæ ac sanctissimæ dominus respondit? Quid tibi & illi est domine quæris, nōne quod filio & matri? Quid ad illam pertines quæris, cum tu sis

R r iij

benedictus fructus vultus eius immaculati . nonne ipsa est
 quæ saluo pudore concepit , & sine corruptione te peperit?
 Nunc ergo domine quid molestus es illi , dicens : Quid mihi
 & tibi est ? Multum per omnem modum . Sed manifestè iam
 video quòd non velut indignans aut confundere volens vir-
 ginis matris teneram verecundiam , dixeris hæc , cum venien-
 tibus ad te iuxta matris præcepta ministris , nihil cunctatus
 facias quod illa suggessit . Vt quid ergo hoc fecit ? Vtique
 propter nos : vt conuersos ad dominum iam non sollicitè
 carnalium cura parentum , & necessitudines illæ non impe-
 dianc exercitium spirituale . Quandiu enim de mundo sumus ,
 debitores nos esse constat parentibus . At postquam reli-
 quimus nosmetipsos , multò magis ab eorum sollicitudine li-
 beri sumus .

Quòd multiplices egent purificatione multipli-
 citer inquinati .

H *Erant autem ibi lapideæ hydræ sex positæ .* Has nunc hydras
 purificandis veris Iudæis non litera sed spiritu necesse ha-
 bemus imponere , vel magis appositas demonstrare . Quia
 enim nondum peruenit ecclesia ad perfectam purificatio-
 nem , quando eam sibi Christus exhibebit gloriosam , non
 habentem maculam aut rugam , aut aliquid huiusmodi : mul-
 tis interim purificationibus opus habet , quatenus sicut a-
 bundat peccatum , abundet & indulgentia . Sicut multipli-
 catur miseria , sic & misericordia : nisi quòd non sicut deli-
 ctum , ita & donum . Gratia enim non solùm peccata lauat ,
 sed merita donat . Sex igitur hydræ positæ sunt his qui post
 baptismum in peccata labuntur . De his enim loquimur , quia
 de his sumus . Exuimus tunicam veterem , sed heu peius re-
 induimus eam . Sicut ergo quod alius inquinauerat , lauit al-
 ius : sic inquinatos à nobis , opus est lauari & à nobis . Ali-
 qua lauit aqua , quos culpa inquinauerat aliena . Nec tamen
 sic alienam dixerim , vt negem nostram , alioquin nec inqui-
 naret . Sed aliena est , quia in Adam omnes nescientes pec-
 cauimus . Nostra , quia etiam in alio , nos tamen peccauimus , &
 nobis iusto Dei iudicio imputatur , licet occulto . Verunta-
 men vt iam non sit quod causeris ô homo , contra inobe-
 dientiam Adæ datur tibi obedientia Christi , vt si gratis vz-
 pandatus es , gratis etiam redimaris . Si nesciens in Adam
 peristi , nesciens viuificaris in Christo . Nunc autem inqui-
 natus

natus culpa propria, propria nihilominus aqua mandaberis, ab illo tamen & per illum qui solus est purgationem faciens peccatorum.

De sex hydriis.

Prima igitur hydria, & prima purgatio in compunctio-
 est, de qua legimus: Quoniam in quacunque hora ingemue-
 rit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Se-
 cunda verò, confessio est. Omnia siquidè in confessione la-
 vantur. Tertia, eleemosynarū largitio. de qua: Date eleemo-
 syas, & omnia munda sunt vobis. Quarta, remissio iniuriarū,
 secundū quod orantes dicimus: Dimitte nobis debita nostra,
 sicut, &c. Quinta, afflictio corporis. vnde & oramus vt per
 mundi abstinentiā Deo canamus gloriā. Sexta est obedientia
 præceptorū. iuxta illud: Vos mundi estis propter sermonem
 quem loquutus sum vobis. Hæ sunt sex hydriæ positæ in pu-
 rificatione nostram. Quæ vacuæ sunt & plenæ vento, si pro
 inani gloria obseruentur. Aqua replentur, si timore Dei cu-
 stodiantur, quoniā timor fons vitæ. Aqua inquā timor domi-
 ni est, etsi minus sapida, sed optimè refrigerās animam noxiis
 desiderijs æstuantē. Aqua est quæ iacula inimici ignea possit
 extinguere. Sed diuina virtute aqua mutatur in vinū, quando
 perfecta charitas foris mittit timorē. Dicuntur autē lapideæ
 hydriæ, non tam propter durtiā, quàm propter stabilitatem.
 Quid mensuræ significent hydriarum.

Capiemus singule, &c. Dux metretæ, duplex timor, ne fortè **K**
 trudi in gehennā, ne fortè ab æterna vita contingat excludi.
 Sed quia de cōtingenti futuro sunt ista, & sibi blandiri potest
 anima dicens: Postquā aliquandiu in voluptatibus tuis vixe-
 ris, ages pœnitentiā: nec ista iam cariturus, nec periturus in-
 ita: bonū est adhiberi & tertium, qui vtiq; spiritualibus no-
 tus est, eò vtilior quò de præsentī. Timent enim qui nouerūt
 spiritualem cibum nequando fraudentur eo. Cibo siquidem
 forti egent, qui manum miserunt ad fortia. Viuant de paleis
 Aegypti, qui deseruiūt in operibus luti & lateris. Nobis for-
 tior est cibus necessarius, quoniā nobis grandis restat via, vt
 ambulemus in fortitudine cibi illius. Ipse est panis viuus, pa-
 nis quotidianus, panis angelorū. Hoc est centuplū quod no-
 bis promissum est. Sicut enim mercenariis & cibus datur in
 opere, & merces reseruatur in fine: sic Dominus vitā æternā
 reddet, & centuplum interim repromittit & exhibet. Quid

ergo mirum, si perdere timuit hanc gratiam, qui iam consecutus est eam? Hæc est metreta tertia, quam sub disunctione signanter posuit, eò quòd non omnium sit, quia nec omnibus centuplum repromissum, sed solis qui omnia reliquerit.

Quòd sponsæ non copula, sed præparatio per euangelicas nuptias designatur.

L Audistis hodie miraculum factum in nuptiis, initiũ signorum domini: cuius historia satis admirabilis est, sed significatio est amplius delectabilis. Magnum enim diuinæ maiestatis indicium fuit, ad nutum domini aquas in vinum cõueri. Sed est alia multò melior mutatio dexteræ excelsi. Omnes enim nos ad spirituales nuptias vocati sumus, in quibus utique sponsus est Christus, sponsa est eius ecclesia. Iam enim desponsata est illi, iam nuptiarum prandium celebratur. Nam cœna in cœlo & in aula æterna paratur. Veruntamen nunquid illic vinum deficiet? Absit. Paratum est illis nuptiis flumen vini. Hic verò nonnunquã vinum deficit, gratia scilicet deuotionis, & seruator charitatis. Quotiens exoro matrem misericordix, plus lachrymosas querimonias vestras vt suggerat suo benignissimo Iesu, quoniam vinum non habetis.

Aliter, de sex hydriis.

M Erant, ait Euangelista, *hydria sex posita s. p. v.* Patet non plenitudinem, sed præparationem esse vbi opus est purificatione. Desponsationis ergo nuptiæ istæ sunt non copulationis. Nunc abluitur sponsa, nunc purificatur, vt in cœlestibus nuptiis sponso Christo sine ruga & macula præsentetur. Ego sex hydrias istas, sex arbitror obseruantias esse, quas ad purificanda corda contentium sancti patres nostri instituerunt. Prima hydria est cõtinentia castitatis, qua diluitur quod ante luxuria inquinauit. Secunda ieiunium, vt quod maculauerat crapula, abstinentia mundet. Tertia est labor manuum, vt sordes quas per ociositatem cõtraximus, labore manuum diluantur. Quarta est obseruantia vigiliarum, vt nocte surgentes ad con. do. non bonas noctes præteriti temporis redimamus. Quinta est silentium, custos s. religionis, in quo erit fortitudo nostra. Sexta hydria disciplina est, qua non nostro sed alieno iuramento arbitrio, vt deleatur quicquid indiscipline viuendo deliquimus.

Quòd prælati timorem domini subditis incutiant vt charitas subsequatur.

Implete hydrias aqua. Mira res : ministri solliciti sunt de N
vini penuria, & dominus iubet impleri hydrias aqua : illi de
poculis cogitant, & dominus iubet vt vasa purificationis im-
pleant. Sic, sic suspiranti Iacob ad Rachelis amplexus Lia à
patre supponitur. Prælati hoc præcipitur, qui ministri Chri-
sti sunt, vt aqua hydrias impleant, quotiens deest vinum: ac si
dicatur: Illi devotionē desiderāt, vinum requirunt, feruorem
flagitant, sed nondū venit hora mea. Implete hydrias aqua,
Iucutate metum, & spiritu timoris non tam vasa quam corda
replete: quia vt ad charitatē veniant, initiandi sunt à timore.
Interdum enim cōtingit vt hydriæ istæ plenæ sint, sed vene-
no quod est invidia, murmur, rancor, & detractio. Et propter
hoc ne fortè ista subintrent, dum vinum deest, iubentur præ-
lati hydrias aqua implere, vt obseruentur mandata domini
in timore, donec veniente charitate foras timor mittatur.

Quòd aquarum tria genera Christus in suo nobis cor-
pore consecrauit.

Implete hydrias aqua. Omnes ad nuptias agni vocati su- Q
mus, & in conspectu eius vacuos apparere non licet. Sed nos
pauperes sumus, & vinum non habemus, hoc est martyrimum.
At ille: Implete hydrias aqua. Ergo aqua susciperetur, si
attulerimus eam? Vtique suscipietur. Nam & ipsam Chri-
stus nobis apposuit. Accipe ergo triplicem aquam quam tibi
saluator apposuit. Plorat super Lazarum & super Hierusa-
lem, & hæc est aqua prima. Sudat imminente iam passionis
hora, & hæc est aqua secunda: non ab oculis tantum, sed à
toto corpore manans: sicut scriptum est: Et factus est sudor
eius sicut guttæ sanguinis. Tertia aqua est de. in ter. quæ de
latere eius vnà cum sanguine emanauit. Et tu ergo primam
habet, si rigas lachrymis tuis conscientiæ stratum, & dolore
compunctiōnis præteritorum diluis maculas peccatorum.
Secundam habes, si in sudore vultus tui vesceris pane tuo, &
labore poenitentiae corpus tuum castigas, & restringis con-
cupiscentiæ flammam. Est autem sanguinei coloris, siue pro-
pter laborem, siue propter ipsum qui extinguit concupiscenti-
æ ignem. Iam verò si proficere potes vsque ad deuotionis
gratiam, potaberis aqua sapientiæ salutaris, & spiritus Chri-
sti qui super mel dulcis est, fiet in te fons aquæ salientis in vi-
tam æternam. Et nota hanc esse aquam quæ procedit de la-
tere dormientis, & sine omni molestia fluit. Oportet enim

iam mortuū esse mundo, qui in hac voluerit gratia delectari, Ergo vt breuiter repetā, prima à præteritis delictis abluit conscientiā, secunda, vt futura caueas, extinguit concupiscentiā, tertia, si ad eam peruenire potueris, potat animam sitientem.

H V G O.

De sex hydriis & myste. nuptia.

P *Implete hydrias aqua.* Galilæa interpretatur transmigratio. Vita ergo præsens, Galilæa est transnigrans de præsentibus ad futura. In Galilæa nuptiæ sunt: quia in transitu temporis fructificatur copula permanens dilectionis ecclesie ad Christum, animæ ad Deum. Sex hydrias, sex ætates vel in mundo vel in homine intelligimus: quæ aquis implentur, quia iudicio plenus est mundus. Iudicia tua abyssus multa. In omnibus enim operibus Dei nihil fit sine causa. Sed quando dicere non potest homo: Iudicia tua iucunda: nondū aqua in vinum conuersa est. Deficiente vetere vino, hydria aqua implentur: quia cū in vita hominis carnales delectationes deficiunt, diuinæ consolationes succedunt. Quæ quidem iustis minus saporis conferunt, proficientibus amplius dulcescunt: quia tunc aquæ in vinum conuertuntur, quando in mente hominis opus Dei quod laboranti primum non sapit, per spiritualem intelligentiam illuminato dulcescit.

De duplici dilectione, Dei scilicet & mundi.

Q *Omnis homo primò bonum vinum ponit, &c.* Inter amorem huius mundi & amorem Dei hæc est differentia: quòd amor mundi in principio dulcis videtur, sed finem habet amarum. Amor Dei ab amaritudine incipit, sed vltima eius plena sunt dulcedine. vnde & dicitur: Omnis homo primò bonum vinum ponit, &c. Omnis nanque homo, id est carnalis, primum bonum vinum ponit: quia in sua delectatione falsam quandam dulcedinem sentit. Sed postquam furor mali desiderij mentem inebriauit, tunc quod deterius est propinat: quia spina conscientie superueniens mentem quam prius falso delectabat, grauitè cruciat. Sed sponsus noster postremo vinum bonum porrigit, dum mentem quam sui dulcedine amoris replere disponit, quadam prius tribulationum compunctione amaricari sinit, vt post gustum amaritudinis auidius bibatur suauissimum poculum charitatis. Et hoc est primum signum quod facit Iesus co. d. f. & credunt in eum: quia inde peccator & pœnitens primum de misericordia Dei fiduciam

duciam habere incipit, quòd post longa mœroris tœdia Spiritus sancti consolatione cor suum releuari sentit.

GALFRIDVS.

De quatuor modis generationum.



Portet nos nasci denuo. Expauit Nicodemus, & admiratione percussus est, audiens à Salvatore quòd denuo nasci homines oporteret. Sed oportet nasci denuo, & donec tres & quatuor nati fuerint, non perueniēt ad plenitudinem status sui. Est enim prima nostra generatio tam corrupta, vt nec secunda illam nec tertia satis expiet, donec tandem quarta succedat. Prima quippe natiuitas est, commune cunctis hominibus vitæ carnalis initium. Secunda est, cum per fidem & sacramenta ad conuersionem ipsi fidei & sacramentis idoneam regenerantur in Christo. Tertia natiuitas est, quādo iam expiati per pœnitentiam dimittuntur in pace, & ab hac mortalitate transeunt in regionem viuorum. Ad hanc natiuitatem sanctorum natalitia pertinent, quæ solenniter celebrantur. Quarta deinde in resurrectione mortuorum est futura natiuitas, & forsitan ipsa est quarta generatio, in qua semen Abrahamæ reuersurum in terram promissionis ei legitur in visione promissum.

Quòd tria sint locorum genera.

Spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde venit, aut quò vadit. Vnde venit spiritus, aut quò vadit? Sicut enim inuisibilis est, ita & locus eius. Locus alius vniuersalis, alius particularis, alius singularis. Locus vniuersalis est, qui omnia continet. Locus particularis; quædam continet, & non omnia. Locus singularis est, qui sic aliquid continet, vt nihil aliud continere possit. Locus vniuersalis Deus est: de quo Apostolus ait: Quoniam ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia. Et dominus de ipso: Ego sum via, veritas, & vita. Et Apostolus de domino: In ipso mouemur & sumus. Sumus in veritate, mouemur in via, viuimus in vita. Locus particularis est ecclesia, locus singularis est beata virgo Maria, de qua dicitur ad Moysen: Locus in quo stas terra sancta est. Quis est ergo locus vnde venit spiritus sanctus? Profectò Deus pater est. Venit enim spiritus sanctus de patre & filio. Sed quò venit? In Apostolos in Hierusalem con-

Cap. 3.

R

S

gregatos in superiora cœnaculi. Ecce locus. Ecce vnde venit spiritus sanctus & vbi. Quod autem dicimus spiritum sanctum venire vel descendere, non localiter intelligendum est: quia spiritus sanctus illocalis & incircumscriptus est & incommutabilis. Sed quia præsentiam suam inuisibilem quibusdam signis visibilibus demonstravit, dicitur quia venit.

A I L R E D V S .

Quòd à quatuor locis in homines spiritus sanctus adueniat.

T *Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis: sed n. v. r. a. q. v.*
 Scis quando venit, quia non sinit ignorare, cum spirare iam cessat. Sed nescis vnde veniat, aut quò vadat. Vnde venit aut quò vadit spiritus, qui replet orbem terrarum? Neque ab ipso vox ista aliena est: Cœlum & terram ego impleo: & tamen venit, & nescis vnde veniat: & vadit, & nescis quò vadat. Nescis certè vnde veniat, an à secretatio misericordiae, an à tribunali iustitiæ, an ex abyfso iudiciorum, an ex thesauris scientiæ. Cum enim vt excitet torpentem vel compungat peccantem, vt consoletur afflictum, quasi ex cubiculo misericordiae dicitur processisse. Quando verò vt bene operantem spiritualis compunctionis suavitate remunerat, ex iustitiæ eum sede ad nos dicimus descendisse. At vbi illorum mentibus salutarem inspirat affectum, quibus omnia cooperantur in malum, qui ingrati beneficiis seruantur suppliciis, quibus & bonum & malum simul sunt, ad tormentum eum ex abyfso iudiciorum aduenisse non dubites. Si verò ea causa venire dignatur, vt mens huiusmodi visitatione purgata ad rimanda diuinæ secreta scientiæ luminosior apertiorque habeatur, quasi ex scientiarum thesauris eum exisse confides. Sed nescis vnde veniat, cum nescias vtrum amore an odio dignus sis. Et vtrum misericordiam præroget, an mercedem restituat, an exerceat iudicium scire non possis. Nescis & quò vadat, vtrum videlicet è vicino subsistat post modicum reuersus, an longius eat post multū temporis reiturus, an offensus recedat nunquam denuò reuersurus.

B E R N A R D V S .

Quòd exemplo Christi, vt ascendamus, prius descendere debeamus.

Nemo

Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo, filius hominis **V**
qui est in cælo. Dominus noster Iesus Christus volens nos docere quomodo in cælum ascenderemus, fecit quod docuit, ascendit in cælum. Et quia ascendere non poterat, nisi prius descenderet, assumpsit humanam naturam, in qua & ascendere posset & descendere. Descendit itaque quò inferius nõ decuit. Ascendit quò celsius non potuit. Ipsùmque descensum egit fortiter, quia Dei virtus erat: ascensum disposuit suaviter, quia Dei sapientia erat. Descendit autem, non cecidit: quia qui cadit, sine gradu ruit. Qui autem descendit, gradatim pedem pònit. Sunt ergo gradus in descendendo, lunè & in ascendendo. Et in descendendo primus quidem gradus est à summo cælo vsque ad carnem, secundus vsque ad crucem tertius vsque ad mortem. Ecce quousque descendit. Vidimus descensum, videamus & ascensum. Sed & ille quoque triplex est, & eius primus gradus gloria resurrectionis, secundus potestas iudicij, tertius confessus ad dexteram patris. De morte meruit resurrectionem, de cruce iudicis potestatem. Ut quoniam in illa iniustè iudicatus est, de illa iustam obtineret iudicis censuram. Ipsam verò serui formam id est carnè in qua passus & mortuus est, resuscitatà euexit super omnes cælos, & super omnes angelorum choros vsque ad dexteram patris. Quid hæc dispositione suauius? vbi mors absorbetur in victoria, vbi ignominia crucis vertitur in gloriã, vbi ipsa carnis humilitas ex hoc mundo transit ad patrem? Sic per incarnationis suæ mysterium descendit & ascendit dominus, relinquens nobis exemplum vt sequamur vestigia eius. Sumamus & nos de mysterio eius moribus nostris exemplũ. Descendamus per viam humilitatis. Ponaturque nobis primus eius gradus. i. primus profectus nolle dominari. Secundus velle subijci. Tertius in ipsa subiectione quassibet contumelias & iniurias illatas æquanimiter pati.

GALFRIDVS.

Quòd in nobis crescat Deus, cum ea quæ ad carnis curam pertinent minuantur.

Hoc gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minus. **X**
 O beate Ioannes, quàm dissimile est gaudium tuum à gaudio carnalium! Tu gaudes, quia decrescis, & Saluator crescit: quidam gaudent, quia ipsi crescunt, & alij decrescant. Decrescat igitur homo, crescat Deus. i. decrescant

hominis vitia & peccata, vt crescant Dei virtutes & munera. Cùm enim crescunt, saluator crescit non in se sed in nobis. Hoc spirituale gaudium significat mel syluestre quod Ioannes edebat. Mel enim quasi domesticum est carnalis delectatio. Syluestre verò & omnino remotum, gaudere de spiritualibus & æternis.

HUGO DE S. VICTORE.

Quòd ante intelligibilem ætatem nec malum ad culpam nec bonum ad meritum reputatur.

Cap. 4.
Y

Quinqve viros habuisti, & nunc quem habes non es vir tuus. Quinque viri quibus anima rationalis primum legitime copulatur, sunt quinque corporis sensus, secundum quos prima ætas vitæ humanæ sine rationis discretionem gubernatur. Secundum quorum scilicet affectus sensuum incedere, si illi ætati non natura sed vitium esset, nequaquam illi sensus viri sed adulteri potius appellati fuissent. Cùm verò ad annos discretionis peruenerit, si relicta veritate errorè sequatur, ipse error tunc non ei maritus sed adulter appellatur. Quod autem prius secundum solum motum sensuum incedens operatur, nec malum ei ad culpam, nec bonum ad meritum reputatur.

GALFRIDVS.

Quòd nunc per pœnitentiam sanari negligit, in posterum non valebit.

Cap. 5.
Z

Zet autem Hierosolymis probatica piscina quæ cogitatur. Et c. Mens nostra velut quædam piscina cogitationum, velut aquarum collectio quinque porticus habet, scilicet corporis sensus, in quibus iacet, cum sit hora surgendi, multitudo languentium, cæcorum qui nesciunt bona agere, claudorum qui nequeunt, aridorum qui nolunt, humorem gratiæ non habentes, expectantium aquæ motum, quæ mouebitur omnibus, sed quibusdam serò mouebitur. Aqua profunda sensus in corde viri. Qui per angelum domini movetur, cùm diuinitus cogitatio nostra timore concutitur. Et qui primus immergitur, sanatur. Et qui perfectè in hac vita compungitur, saluus erit. Non similiter autem meretur qui postea venerit: qui post mortem, etsi pœnitentia erit, sed iam fructuosa non erit.

H V G O.

Quid per aquæ motum, quid per quinque porticus designetur.

Angelus Domini s. t. em. descendebat in piscinam, &c. Piscina **A**
 est sensualitas nostra: quinque porticus, sunt quinque corporis sensus. In his multitudo languentium iacet: quia dū quinque corporis sensibus corruptionem peccati contrahimus, quasi in quinque porticibus languidi iacemus. Sed angelus domini s. t. d. in p. Et mouebatur aqua. quia dū diuina inspiratio peccatorem intus tangit, illicō terrore iudicij carnalis conscientia conturbatur. Et quicumque post motum aquæ in piscinam descendebat, sanus fit à quacunque teneatur infirmitate: quia diuina gratia peccator præuentus, si verè se ad penitentiam humiliat, & seipsum districtè puniendo diiudicat, de quantilibet graui delicto veniam promeretur.

G I L L E B E R T V S.

Quòd sancta collatio & vulnera curet animæ, & eam vulneret charitate.

Mouebatur aqua, & sanabatur vnus. Non est exigua sanctæ collationis vtilitas. verbo & qui charitatis est languor generatur, & qui infirmitatis curatur. Nouit Centurio vim medicæ efficacem in verbo. Ideo dicit: Dic tantum verbo. Bonum est si dicantur verba, sed nihilominus bonum est si scribātur. Volat enim irreuocabile verbum, nisi scripto ligetur. Deniq; si verbum medendi vim habet cū dicitur, cur non habet cū legitur? Si bona curatio, cur dicis, Non curetur hoc modo languor meus? Hoc est dicere: Qui primò audit verbi vtilitatem capiat, ad posteros & longè positos non pertingat. Hoc medicamento qui primus acceperit, conualescat æger: virtutem eius post illum præsentiat nullus. In piscina illa post aquæ motum sanabatur vnus: sed in vno illo signata est charitas, non singularitas. Post primum curatum, nō est dictum de piscina illa: Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea, aquæ salutaris nec vestigium maneat. Bonus aquæ motus disputatio & exagitatio sacræ scripturæ. Bene enim mouetur, cū prudenti ventilatione ad spiritualem promouetur intellectum. Bene mouetur, cū eius discussione auditor promouetur. Sed tamen non est passim omnibus hæc permittēda licentia. Nec aquæ motus sanabat, nisi cū angelus descēdens tempore suo mouisset eam. Ille utiq; angelus, cuius labia cu-

SVPER IOANNEM.

stodiunt scientiam, & à cuius ore exquirenda est scientia legis. Ergo, quod quidem fatendum est, magna texendi verbi salutaris utilitas. Sed cum alicui hoc opus permittitur, vel magis cum exigitur ab eo,

BERNARDVS.

Quòd vsque in finem æquanimiter debemus pro Deo ferre corporis passiones.

- C** *Tolle grabatum tuum, & ambula.* Grabatum, corpus nostrum est, in quo prius languidi iacemus, seruiantes desideriis & concupiscentiis nostris. Nunc portamus illud, cum spiritui cogimus obedire. Et mortuum nostrum portamus, quia corpus mortuum est propter peccatum. Ambulamus tamè, non curimus, quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Ambulamus etiam in domum nostram. In quam domum in matrem omnium. Quia sepulcrum eò, domus eò, in æternum. Qui sub hoc onere ambulamus, posito eo, quid putatis, quomodo curremus, quomodo volabim⁹? Felix interim qui passiones corporis sui propter iustitiam ordinat! Ut quicquid patitur, propter Dei filium patiatur: quatenus & à corde tollatur marmuratio, & in ore versetur gratiarum actio & vox laudis.

Quòd mutuatum lumen minimè perseueret.

- D** *Erat Ioannes lucerna ardens & lucens.* Est tantum lucere vanum, tantum ardere parum, ardere & lucere perfectum. Sapiens permanet ut sol, ait scriptura: stultus autem ut luna mutatur. Quia enim splendet luna sine feruore, modò plena, modò exigua, modò nulla videtur. Mutuatum siquidem lumen nunquam in eodem permanet statu, sed crescit, deficit, extenuatur, ad nihilatur, & penitus non comparere. Sic sic qui conscientias suas in alienis labiis posuerunt, modò magni, modò parui, modò nulli, secundum quod adulantium linguis vel vituperare placuerint vel laudare. At verò solis splendor igneus est, & cum feruet acrius, etiam oculis lucidior exhibetur. Sic sapientis ardor internus foris lucet, & si non datur utrunque, curat semper ardere magis, ut patet suus qui videt in abscondito reddat ei. Væ ei qui luxit tantum. Qui enim iudicat nos dominus est, qui ab omnibus feruorem exigit, splendorem non ita. Ignem veni mittere in terram. Et quid volo nisi ut ardeat? Hoc est commune mandatum, hoc exigitur ab vniuersis, & nulla si deesse contigerit admittitur excusatio. Cæterum singulariter

ter ap
ram l
quibu
rum.
vehem
lesti
poter
psus è
rursus
vt ab e
lucern

ardens
ex sple
sed mag
spiritu
sit Ioan
tror in
hemerit
quodan
ximos c
vt pauc
dens ad
catorum
reccion

E

nec secu
mentum
adulation
deaceis,
inter ore

ter

ter apostolis & apostolicis viris dicitur: Luceat lux vestra cōtam hominibus . Nimirum tanquam vehementer accensis, quibus non timeatur à flatu quolibet aut impulsione ventorum . Erat Ioannes lucerna ardens & lucens . Verè ardens & vehementer accensus, quem sic præoccupauerat flamma cœlestis, vt iam Christi sentiret aduentum, qui necdum sentire poterat vel seipsum . Nimirum nouus ille ignis qui recens lapsus è cœlo per os Gabriëlis in aurem intrauerat virginis, & rursum per os virginis & matris aurem intrauit ad paruulum, vt ab ea hora vas electionis suæ spiritus sanctus impleret, & lucernam Christo domino pararet.

Quòd triplicem feruorem Ioannes habuit
& splendorem.

Ille, inquit, erat lucerna ardens & lucens. Non ait lucens & ardens: quia Ioannis ex feruore splendor, non feruor prodiit ex splendore . Sunt enim qui non eò lucent quia ferueant, sed magis feruent vt luceant . At isti non feruent charitatis spiritu, sed studio vanitatis . Vultis nosse quemadmodum arsit Ioannes & luxit? Ego in eo triplicem vtrunque posse arbitror inueniri, & ardorem s. & splendorem . Arsit in seipso, vehementi austeritate conuersationis . Erga Christum intimo quodam & pleno feruore deuotionis . Erga peccantes proximis constantia liberæ increpationis . Luxit nihilominus, vt paucis dixerim, exemplo, digito, verbo, & seipsum ostendens ad imitationem, & luminare maius quod latebat ad peccatorum remissionem, ipsas quoq; tenebras nostras ad correctionem.

A D A M D E P E R S E .

Quid per quinque panes hordeaceos
mysticè figuretur.

St puer vnus qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces . Fratres, panibus hordeaceis pascimur, si Iesum in deserto sequuti sumus . Desertum, est vita claustralium, quam nec mundi cōcupiscentia calcet, nec ambitio tumultuosa frequentat, nec seculi luxus humectat . Desertū rectè dicitur, vbi nec frumentum mundanæ suauitatis, nec vinum erroris, nec oleum adulationis nascitur . Quid autè intelligimus in panibus hordeaceis, nisi lachrymas pœnitentiæ & compunctionis, quæ inter ordinis obseruantias & instituta vitæ claustralis effun-

Cap. 6.

F

duntur? Has lachrymas panes appellat, qui ait: Fuerunt mihi lachrymæ mer panes die ac nocte. Hos panes hordeaceos facit ordo deuotè seruatus. Nam & hordeum ab ordine dicitur, quia sicut hordeum habet austeritatem in esu, sic ordo in vfu seruandi difficultatem. In spica etiam hordei quibusdè ordinibus grana disponuntur. vnde & hordeum dicitur. Qui igitur in conualle lachrymarum inter obseruantias ordinis suis se lachrymis consolatur, quasi panibus hordeaceis pascitur. Hi panes produuntur propter quinque partitam carnis illecebram quæ defletur. In quinque enim corporis sensibus Deum offendimus Defectus itaque nostros per peccata sensuum reficimus panibus lachrymarum.

De duobus piseibus.

G Et ne ad perfectionem conuiuij pices deesse causeris, duos pices, spem accipe & timorem. Vtrunque piscem in suo fonte piscaberis. Piscem timoris in lachrymis compunctionis, quas generat formido incendij sempiterni. Piscem spem in lachrymis deuotionis, quas creat amor & desiderium celestis regni.

BERNARDVS.

Quòd à patre ad filium nisi voluntarij non trahuntur.

H Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum. Quantoscunq; trahere vel compellere videatur benignus pater ad salutem, qui omnes vult saluos fieri, nullum tamen iudicat salute dignum, quem ante non probauerit voluntarium. Hoc quippe intendit, cum terret aut percutit, vt faciat voluntarios, non saluet inuitos. Quatenus dum de malo in bonum mutat, voluntatem transferat, non auferat libertatem. Quanquam tamen non semper inuiti trahimur. Nec enim cæcus aut seffus eò tristatur cum trahitur. Et Paulus ad manus tractus est Damascum vtique non inuitus. Trahi denique spiritualiter volebat, qui & hoc ipsum magnopere flagitabat in Canticis: Trahe me post te.

Quòd pœnitentiam agere, sit Christi carnem spiritualiter manducare.

I Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sic loquebatur dominus de pœnitentia, sed in figura tanquam his quibus non erat datum nosse mysterium regni Dei. Quid enim est manducare carnem eius, & bibere sanguinem, nisi communicare

pal.

passionibus eius, & eam conuersationem imitari quam gessit in carne? Vnde & hoc designat illabatum illud altaris sacramentum, vbi dominicum corpus accipimus: vt sicut videtur illa panis forma in nos intrare, sic nouerimus per eam quam in terris habuerit conuersationem, ipsum intrare in nos ad habitandum per fidem in cordibus nostris. Cum enim iustitia ingreditur, ille ingreditur qui factus est nobis à Deo patre iustitia.

PETRVS DAMIA.

Quantum Christiano expediat Christi sumere sacramenta.

Qui manducat meam carnem, &c. Corpus Christi & sanguinem etiã ore carnis suscipere perutile est. Terretur enim aduersarius, cum Christiani labia Christi videt cruore rubeta. Agnoscit enim præsto suæ perditionis iudicium, & diuine victoriae qua captiuatus est & obtritus non tolerat instrumentum.

BERNARDVS.

Quid sit carnem spiritualiter manducare.

Durus est hic sermo. Hoc nobis solent homines respondere I seculares, cum eis agere pœnitentiam suademus. Durus, inquit, hic sermo. Hoc est quod in euangelio legimus: Loquebatur dominus de pœnitentia ipsa, sed in figura, tanquam eis quibus nõ erat datum nõsse mysterium regni Dei. Cumque audirent dicentem: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & bi. c. s. dixerunt: Durus est hic sermo, & abierunt retrorsum: Quid autem est manducare eius carnem, & bibere sanguinem, nisi communicare passionibus eius, & eam conuersationem imitari quam gessit in carne? Sed & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Sed tamen adhuc dicunt nobis multi: Durus est hic sermo. Ergo durum est momentaneum hoc & leue tribu, quod supramodum in sublimi, et. g. p. opera in nobis? Durum est breuissimo & leuissimo labore cruciatus illos & tormenta redimere, quæ nullus terminus finiat, nullus sufficiat animus cogitare? Durum vobis videtur eum dicitur, Agite pœnitentiam? Erratis: sed audituri estis aliquando asperum verbum, sermonem durum, auditionem malam: Ite maledicti, &c.

Quod aliter reprobis, aliter electis sapiat

verbum Dei.

M *Durus est hic sermo.* Prædicante aliquando Salvatore, & sub mysterio edendi corporis sui ad communicandum passionibus suis admonente discipulos, fuerunt qui dicerent: Durus est hic sermo. Abeuntibus autè illis, inquisiti Apostoli & ipsi vellent abire: Domine, inquit, ad què ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Vidésne quàm diuersa videtur de verbo Dei sententia diuersorum? Valde enim contraria sunt: Durus sermo, & Verba vitæ. Idem cibus apponitur, sed non idem sapere videtur vtrisq; Nec verò cessat vsq; hodie partis vtriusque successio: inuenire est etiam nunc in ecclesia, quibus manifestum est, quia verba quæ Iesus loquitur, spiritus & vita sunt: ideòq; sequuntur illù quocunq; ierit. Aliis durus videtur sermo Iesu, nec possunt audire eù, ignorantes quòd diffusa sit gratia in labiis eius. Inde est quòd pergunt miseri miseram querere consolationem. Non sic impij, non sic, cum intonerit sermo durus & verbum asperum: *Ite maledicti, &c.*

V V E R R I C V S.

Quòd sermonem Dei durum faciat nobis
duritia cordis.

N *Durus est hic sermo.* Esto, durus est: nunquid non verus est lapis durus est, nunquid non preciosus est? Quare autem veritas dura est tibi, nisi propter duritiam cordis tui? Si cor tibi pietate mollesceret, plus tibi soliditas veritatis quàm vanitas mendacij vel oleum adulationis placeret. Durus est, aiebant, hic sermo: quia quasi lapis virtus erat probatio sapientia. Ideòque non sunt demorati proiicere eam, & retro abire. Nec ob aliud preciosum & electum à Deo lapidem reprobauerunt, nisi quia durum putauerunt. Et erat quidè petra Christus, sed virtute non duritia. Erat petra, sed quæ conuerti posset in stagna aquarum, vbi mollia & humilia quibus influeret inuenit corda fidelium.

B E R N A R D V S.

Quòd animæ vita iustitia nomenetur.

O *Caro non prodest quicquam, spiritus est qui viuificat.* Quid est Qui viuificat? Cum enim mors animæ peccatum sit: Anima quippe quæ peccauerit ipsa morietur: vita eius sine dubio iustitia est: quoniam iustus ex fide viuít. Iustus autem quis est, nisi qui amanti se Deo vicem rependit amoris? Quod nõ sit, nisi reuelante spiritu per fidem homini æternum Dei propositum super sua salute futura. Quæ sanè reuelatio, nõ est aliud quàm

quàm infusio gratiæ spiritualis, per quam dum facta carnis mortificantur, homo ad regnū preparatur, quod caro & sanguis non possident, simul accipiens in vno spiritu, & vnum se præsumat amatum, & vnum redimet ne gratis amatus sit.

Quòd oratio fidelis à domino non spernatur.

Nolue iudicare secundum faciem, s. i. i. iu. Quid est iustum iudicium, nisi iudicium fidei qua iustus ex fide viuunt? Ergò iudicium fidei sequere, & non experimentum tuum: quia fides quidem verax, sed experimentum fallax. Quæ autem est veritas fidei, nisi quod promittit ipse filius Dei? Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis. Nemo vestrum paruipendat orationem suam, dico enim vobis, quia is quem oramus, non paruipendit eam. Priusquam egressa sit ab ore nostro, ipse eam scribi iubet in libro suo: & vnum è duobus indubitanter sperare possumus, quia aut dabit quod petimus, aut quod nobis nouit utilius.

V V E R R I C V S.

Quam prodiga sit trinitas quæ se nostram effuderit in salutem.

Et quis sitit, veniat & bibat. O affluens liberalitas Dei! O indeficiens largitas bonitatis diuinæ! Spiritum cuius primitias dedit Apostolis, offert vniuersis thesaurum suum, fontem aquæ viuæ aperit tam hominibus quàm iumentis, tantam quæ & ipse omnibus sapientibus & insipientibus debitor sit. Parum erat patri tradidisse filium vt redimeret seruum, nisi daret & spiritum sanctum quo seruum adoptaret in filium. Dedit filium in precium redemptionis, dedit spiritum in priuilegium adoptionis, se denique totum seruat hereditatem adoptatis. O Deum (si fas est dici) prodigum sui præ desiderio hominis! An non prodigum, qui non solum sua sed & seipsum impendit, vt hominem recuperaret non tam sibi quàm homini ipsi? An non prodigum, qui sicut proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: sic nec spiritui sancto pepercit, vt ita loquar, sed noua & mira largitate super omnem carnem effudit illum? Multum quidem effusus sui prodigus ille filius, qui tam patrimonium quàm seipsum donauit meretricibus: sed multò effusior pater in recuperationem perditii filij, quàm ille in perditionem sui. Si tamen vlla debet esse comparatio gratiæ & pecuniæ, spiritus & carnis, hominis & Dei. Clamat nanque

& dicit: Omnes sitientes venite ad aquas. Ecce personas non accipit, conditiones non discernit, merita non requirit, tantum sitire quos nouit, venire velit. Gratia quippe non admittit fastidientes: sed sicut esurientes implet bonis, sic diuites dimittit inanes. O fastidium, tineæ cordium, rubigo mentium, læguor pessimus animarum, qui abominari facis bonum Dei verbum, contemhere cœleste donum, fastidire manna propter ollas carniū.

FERNARDVS.

Quòd in liberatione adulteræ veritas & misericordia commendentur.

Cap. 8.
R



*I*esus autem inclinans se, &c. Deprehensam in adulterio mulierem indulgentia redemptoris absoluit. Magna misericordia: in lege mandauit Moyses huiusmodi lapidare. A iunt de peccatrice peccatores, de adultera Pharisæi. Iesus autem inclinans se deorsum ad misericordiam flexus. Neq; enim Iudaici cordis erat. Digito scribebat, non tamen in lapide, sed in terra. Neque hoc tantum semel, sed hic quoque duplex scriptura, sicut apud Moysen tabulæ duæ. Et fortè veritatem & gratiam scribens, & iterum scribens terræ impressisse videtur, secundum quod Apostolus ait: Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Considera an videri possit de tabula veritatis legisse vnde refelleret Pharisæos. Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat. Verbum quidem abbreviatum, sed viuum, & efficax, & penetrabilius gladio accipiti. Quàm grauitè enim ad verbum hoc saxeæ corda transfossa, quàm vehemèter hoc vno lapillo contritæ sunt lapideæ frontes, rubor confusionis, & clandestinus probauit abscessus! Meruit quidem adultera lapidari, sed is punire gestiãt, qui dignus non est etiam ipse puniri. Alioquin ipse sibi viciniõr à se incipiat. In se prius sententiam ferat, exerceatque vindictam hæc veritas. Cæterum adhuc minus est. Et si accusatores refellit hæc veritas, sed re necdum absoluit. Scribat iterum, scribat gratiam, legat & adiudicamus: Nemo te cõdempnauit mulier? Nemo domine. Neq; ego te condemno. Vade, & amplius noli peccare. O vox misericordiæ! O auditus lætitiæ salutaris! Auditã fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speraui domine. Sola nempe spes

spes
dia n
lius v
quan
dam S
culu
nec ti
est, ne
tat in
dia pe
que in
in sola
cia à se
miseri
est don
in nob
& mise
lita, m
qui in
Comp
patieta
gis, cu
caput r
ditis ca
inuria


Iesu
libri vi
Tertius
tur in e
homin
Christo
est ratio
dininæ
est corr
ruptus,
non tam
ptas. Ser

spes apud te miserationis obtinet locum, & oleum misericordiae nisi in vase fiducia non reponis. Si est infidelis fiducia, folius vtiq; maledictionis capax, cum scilicet in spe peccamus quanquam nec fiducia illa dicenda sit, sed insensibilitas quaedam & dissimulatio perniciofa. Quae enim fiducia quae periculum non attendit? Aut quod tibi timoris remedium, vbi nec timor sentitur, nec materia ipsa timoris? Fiducia solatiū est, nec eget ille solatio qui lætatur cum malè fecerit, & exultat in rebus pessimis. Scrutemur proinde vias nostras, & studia periculæque omnia vigili intentione p̄sēmus: dicat quisque in pauore suo: Vadam ad patrem meum: vt iam non nisi in sola Dei misericordia respiremus. Hæc vera hominis fiducia à se deficientis, & innitentis Deo suo. Hæc est fiducia cui misericordia non negatur: sicut ait Propheta: Beneplacitum est domino super timentes eum. Hæc parua suppetit nobis, in nobis quidem timoris, in ipso autem causa fiducia. Suavis & misericors est, copiosæ misericordiae, præstabilis super malitia, multus ad ignoscendum. Credamus saltem vel inimicis, qui in eo nil aliud vnde calūniam struerent inuenerunt. Compatietur, aiunt, peccatrici, nec sibi oblatam vllatenus patietur occidi. Tenebitur itaque manifestus aduersarius legis, cum absoluerit lege dannaram. In vestrum ô Pharisei caput tota vestræ malignitatis adinuentio retoquetur: diffiditis causæ, qui iudicium subterfugitis. Nam illa quidem sine iniuria legis absoluitur, quæ sine accusatore relinquitur.

HUGO DE FOILLETO.

De quatuor libris vitæ.

Iesus inclinans se de digito scribebat in terram. Quatuor sunt S libri vitæ. Vnus scriptus fuit in paradiso. Alius in deserto. Tertius in templo. Quartus scriptus ab æterno, adhuc habetur in cœlesti claustro. Primus scriptus est à Deo in corde hominis, Secundus à Moysè in tabulis lapideis. Tertius à Christo in terra. Quartus in præsentia diuina. Primus liber est rationis. Secundus correctionis. Tertius gratiæ. Quartus diuinæ sapientiæ. Liber qui in paradiso scriptus est, ibidem est corruptus, nec emendatus. Secundus multotiens est corruptus, & multotiens emendatus. Tertius à Iudæis accusatus, non tamen à Deo reprobatus. Quartus nunquam est corruptus. Semper idem permanet, nec vllius mēdacij maculam in



se habet. Cū aliquis cogitat quid agere debeat, & hoc ratiōnabiliter disponit, quasi in libro rationis legit. Cū verò peccat, & correctus pœnitet, quasi in libro correctionis legendo studet. Si autem accusatus ab aliquo audiat à magistro: Vbi sunt qui te accusabant? Vade & noli amplius peccare: legit in libro gratiæ. Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terram. Habes nunc scriptorem libri & titulum, habes pennam & calamum, habes etiam pergamenum. Inclinatio est miserantis Dei condescensio. Scriptor est Iesus, id est Saluator. Concurreunt hæc omnia, vt qui se inclinat saluet, quatenus qui condescendit salutem præstet. Titulus in hoc opere. Incipit liber gratiæ. Non enim præcesserant merita, vt dimitterentur peccata, sed dimittuntur præcedente gratia. Penna vel calamus est Dei digitus, id est benignitas sancti spiritus: hoc calamo scribuntur tabulæ Moysi. Pergamenum est terra, id est corda terrenis desideriis plena, desiccata à sanguine & pilis, id est superfluitate & carnalibus desideriis. Libri materia est pœnitentia, sententia de misericordia.

PETRVS LOMB.

De triplici libertate.

T Si vos filius liberavit &c. Triplex est libertas, naturæ, gratiæ, & gloriæ. Libertas naturæ, est libertas à necessitate. Libertas gratiæ dicitur à peccato: quia per ipsam consequimur veniam peccatorum, sub quorum iugo quasi serui tenebamur. Libertas gloriæ, est illa quæ ab omni corruptione liberat. Libertas itaque naturæ naturam nobilitat, libertas gratiæ reconciliat, libertas gloriæ sublimat.

GALFRIDVS.

Cap. 8.

V



Vos ex patre diabolo estis. Pater impiorum dicitur diabolus, non natura sed imitatione. Duobus autem modis fiunt aliqui filij diaboli: lege conceptionis, & lege imitationis. Et primi quidem filij iræ, alij autem diffidentia nominantur quatuor modis fiunt aliqui filij Dei: Prædestinatione: vocatione, iustificatione, manifestatione. Vnde Apostolus, Quos prædestinavit conformes fieri &c. Est autem prædestinatio non existentium, vocatio aduersantium, iustificatio peccantium, magnificatio peruenientium. Ex his quatuor vnum est in Deo solo, tria & in Deo & in nobis. Prædestinatio

uo

tio nostra in solo Deo est: tria reliqua in nobis sunt, quæ sunt effectus prædestinationis, non causa. Prædestinatio namque est gratiæ præparatio, cuius effectus gratiæ appositio.

GALFRIDVS.

Quòd per fidem & opera humani cordis cæcitas illustretur.



Ille homo qui dicitur Iesus lutum mihi fecit de sputo, & unxit oculos meos. O collyrium efficax! O suauiſſimam & ſalutiferam vnctionem! Alioquin ex appoſitione luti cæcari poterat ſi videret. Sed non ex eo luto quod ex ſputo factum eſt ſaluatoris. Nam ſaliua domini admix-

Cap. 9.

X

ta pulueri, ſapientia Dei eſt vnita carni. Hoc non modò mūdiſſimum, ſed mundantiſſimum lutum. Et tamen verè lutum, ſed purius longè quàm cælum. Hoc lutum oculis cordis apponitur, dum firmiter creditur, piè colitur, fideliter adoratur. Et ne fides ſine operibus mortua reprobetur, lauandus & illuminandus ad aquas Siloë mittitur: qui eadem vnctione linuntur, vt per eadem currat ad imitationem, poſt ſacraméta ſalutis ad exemplum properet Saluatoris. Neque enim ſufficit vnctio, ſi contemnatur ablutio: ſicut ſine vnctione, nulla poſſet aqua diluere tenebras cordium, maculas delictorum.

Quòd conſideratio cœleſtium, obliuionè pariat terrenorū. *In iudiciū ego in hunc mundum ve. vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiunt. Vident & cæci fiunt, qui dum viſibilia ſola reſpiciunt, ad inuiſibilia bona contemplationis oculum non attollunt. Illi verò non vident vt videant, qui inuiſibilem amore deuincti, nunquam ad rerum viſibilem ſpeciem, affectum ſuæ conſiderationis inclinant: vt tantò perinde ſpiritualium deſideriorum efficiantur compotes, quantò ſe ſtudioſius ſeruant corpore claritatis expertes.*

Y

BALDVINVS.

Quòd nemo debeat eſſe ſcrutator temerarius
circa ſecreta domini.

Si cæci eſſetis, peccatum non habetis ſed quoniam dicitis Quiſi videmus, peccatum veſtrum manet. Bona cæcitas eſt in ſeipſo magna non videre, & quæ ſcire non licet, piè ignorare. Propter ea in cœleſtibus myſteriis, & diuinis ſacramentis, omnis impia dubitatio à corde noſtro procul pellenda eſt, omnis curioſa inquiſitio compoſcenda eſt, vt fides quæ habet veritatis conſcientiam, habeat etiam piam ignorantiam. Incom-

Z

prehensibilis enim Dei sapientia, inter angustias humane rationis coarctari non potest. In hoc autem sacramento humana ratio sub pietate fidei humilianda est. Ita enim oportuit, & ordo nostræ reparationis hoc exigebat: vt imago Dei, quæ per superbiam rationis deformata est, in ipso sacramento redemptionis nostræ per humilitatē rationis debeat reformari.

V V E R R I C V S .

Qui se non humiliauerit, per ostium humile non intrabit.

Cap. 10.

A



Co sum ostium. Ait hoc paruulus ille qui natus est nobis. Nisi ergo incuruetur altitudo virorum, eos huius humilitas non admittit. Ideo nimirum concassabit capita in terra multorum, & qui elati accedunt, repulsi capite eliso cadere retrorsum. Quid enim? adhuc tu superbis terra & cinis, postquam Deus factus est humilis? Adhuc tu magnus es in oculis tuis, postquam Deus factus est paruus in oculis tuis? Ille semetipsum exinaniuit, vt penè videretur nihil, sine quo factum est nihil: & tu in immensum extolleris & insularis, exultans te aliquid esse cum verè nihil sis?

A D A M D E P E R S E .

Quæ octo conueniant pastoris officio.

B *Ego sum pastor bonus.* Octo sunt in quibus officium boni pastoris disponitur. Ad hoc enim vt sit pastor humilis, utilis, & fidelis, debet habere panem in pera, canē in fune, baculum cum virga, cornu cū fistula. Panis est verbū Dei. Pera est memoria verbi. Canis est zelus pastoris: quia zelare habet pro domo domini sui, & deterrere lupos piis latrariibus sanctæ prædicationis, & indefessæ orationis. Funis quo canis tenetur, moderamē zelantis, & discretio quia zelus pastoris spiritu pietatis & sciētīę tēperatur. Ne fortè (sicut ait Apostolus) zelum Dei habeat, sed nō secundū scientiam. Baculus est pie exhortationis cōsolatio, quā sustentet & cōsoletur pusillanimes, ne in tēpore tribulationis deficiant. Virga est potestatis auctoritas, quæ corripit inquietos, ne de impunitate audaciā sumant. Cornu cuius sono terribili ad belli conflictum milites animantur, est terribilis gehennæ comminatio qua Christi milites contra vitiorum mollitiem spiritu fortitudinis accinguntur. Fistula quæ dulcius canit, æternæ dulcedinis suauitatem designat. Quam subditorum auribus fidelis pastor dulciter ac frequenter inculcat. Dicit ergo: Ego sum pastor bonus

bonus

Bon
quib
ne! G
glier
non se
gregi
si eni
floris
grege
grege
nus ta
minus
stultus
& in d
pastor
aut de
vilia t
quem
ni imp
gendu
tiam n
dum se
& ia &
dilexi
Felix g
admor
pace, c
quam
monte
vel gau



bonus. Pastor in verbo gratiæ. Bonus in exemplo vitæ.

GALFRIDVS.

Quanti periculi sit oues à boni pastoris motis dissentire.

Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Felices oues quibus fuerit pastor bonus! Felix pastor cui fuerint oues bonæ! Graue periculum si abducit oues pastoris perfidia, si negligentia patitur euagari. Sed grauis lucta, si pastorem ouis non sequitur, si recalcitrat, si non audit. Expedi sanè, expedi gregi pio vel sequi quem habet, vel quærere quem sequatur. Si enim ille sequi cogitur, id peruersum. Audiuit culpæ pastoris incumbere, quicquid pater familiæ utilitatis minus in grege poterit inuenire. Sic medius inter patrem familiæ & gregem pastor anxius, neutrum quidem vellet offendere, minus tamen eum quem minus oportet. Ferire timet, & minæ minus timentur. Dura sunt verba, & ad verba non corrigitur stultus. Sed quotidie nobis, ait grex inquietus, noua iubetur, & in dies alia atque alia refecantur. Nimirum caulas instruit pastor, vallum reparat decidentem. Et tamen si inducit lupos, aut deducit ad noxia gramina, non adhæreas illi. Alioquin si vilia tibi sed minus grata prouideat, ne mireris. Nouit enim quem timeat, cui reddere habet rationem. Sed væ præsumptioni imprudentium! Ouium gregem inexpertus & ignarus regendum suscipere non timet. Animarum curam arripiunt etiam non vocati. Quasi verò non sit & custodia difficilior, dum sese ipsi abducere & seducere nouerint greges hominû: & iactura grauior, dum de singulis exigit rationem, qui sic suas dilexit oues, vt voluntariam pro eis sustinuerit passionem. Felix grex cuius pastor sic vigilat in custodia, vt diuinitus admoneatur de pascua vberi, de præsepio pleno, de iustitia, & pace, & gaudio spiritali, in quibus est regnum. Dei! Ipsa est quam suscipiunt pastores gregibus. iuxta illud: Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiâ. Neque enim vel pax, vel gaudium, vel iustitia ipsa secuta gregi, si aliter offeratur.

PETRVS RAVENNAS.

De suscitatione Lazari.

Domine ecce quem amas infirmatur. Sic dicentes affectum pulsant, interpellant amorem, necessitatem necessitudine gestiunt submouere. Lazarus mortuus est, & gaudio. Hoc est amasse. Cap. 11.

Gaudebat Christus, quia mœror mortis vertendus mox erat in resurrectionis gaudium. Et gaudens propter vos. Quare propter vos? quia in morte & resurrectione Lazari figura tota mortis & resurrectionis dominicæ pingebatur. Et quod erat secuturum mox in domino, iam præcedebat in seruo. Et gaudeo propter vos vt credatis. Necesse enim fuit vt cum Lazaro & discipulorum fidēs confurgeret, quæ in morte Lazari fuerat consepulta. Vt credatis, quia non eram ibi. Et erat locus vbi non erat Christus? Erat ibi Christus Deus, non homo Christus. Dicebat itaque quod non erat ibi, hoc est in morte, in sepulcro, in inferno: vbi per me & meam mortem potestas tota mortis est subruenda.

Sequitur: *Domine si fuisses hic, frater meus non esset mortuus.* Immò si in paradiso tu mulier non fuisses. Tu enim quaesisti lachrymas, tu inuenisti gemitus, tu mortem gulæ precio comparasti.

Sequitur: *Ego sum resurrectio & vita, &c.* vsque *Ego credidi quia tu es filius Dei viuis.* Qui ad Lazarum venerat, quid sic occupatur in Martham? Quid? Vt ante ista in fide susurgeret, quàm ille resuscitaretur in carne. Vnde merito illi currit pro morte, quæ cucurrit ad mortem. Martha autem, inquit, vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi. Festinat ergo mulier ad veniam, quæ festinauit ad culpam. Ad redemptorem piū peruenit seductor pessimus, quam præuenit. Resurrectionem quærit, quæ quæsiuit ruinam. Et ipsa quæ viro mortem attulit, vt vitam viro referat hæc anhelat. Hinc est quod Christus mulierem sustinet, mulieri immoratur, & hæc primùm suscipit, quam primam suasor decepit. Ac ne multis, perisset mulier, si ante ad virum Christus dominus peruenisset. Hinc est quod per mulierem nascitur Christus dominus, hinc est quod virum mulier semper ventris sui suscitavit de sepulcro, vt doloribus reuocet quem depulit blandimentis, vt fastidio repararet, quem perdidit manducando. Denique vbi Martha confessã est Christum, & pia confessione quicquid fuit culpæ in persona mulieris deleuit, mittitur ad Mariam: quia sine Maria nec fugari mors, nec vita poterat reparari.

E *Iesus vt vidit Mariam plorantem fremuit spiritu.* Quare flet Christus? Certè ipse est qui dixerat, Lazarus mortuus est. Et gaudeo. De quo gaudet mortuus, ipsum cum resuscitat

lamenta-

lamenta
produ
viscera
oculi
non de
tus et
est mo
tu, & t
solum
quitur
pat. ho
suis e
ritus, v
indulge
minata
fret inf
minem
fraus ce
pacitas
ter cui
rem no
fecerit e
for, an
Tunc T
ad supe
ris facit
re. Sicut
lucuerat

Domini
fides, q
bere pot
vum por
& nunc
Dabit ti
spondit
fidei in
Venit, in

lamentatur? Verùm hoc habet natura corporis humani, vt producat lachrymas vis gaudij, vis mœroris. Quotiens enim viscera aut lætitiæ aut tristitiæ nimio ardentur impulsu, oculi in lachrymas mox erumpunt. Hinc est quòd Christus non dolore mortis, sed illius rec ordatione lætitiæ lachrymatus est dicens voce magna. Qua voce? Illa voce qua omnes est mortuos perpetuam suscitaturus ad vitam. Fremuit spiritu, & tota se viscerum commotione conturbat: quia adhuc solum Lazarum & non omnes iam mortuos suscitabat. Sequitur: Vbi posuistis eum? Cùm hoc dicit, mulieres increpat. hoc est: Quem ego in paradiso posui, ecce vbi vos posuistis eum. Et fremens venit ad monumentum. Fremit spiritus, vt caro viuescat. Fremit vita, vt mors fugetur. Fremit indulgentia, ne sententia contradicat. Fremit rursus, vt geminatae resurrectionis, mentis scilicet & corporis, demonstraret insignia. Erat, inquit, spelunca. Spelunca planè vbi hominem diaboli latrocinium collocavit. Spelunca vbi vitam fraus condidit mulieris. Spelunca vbi Dei plasma mortis rapacitas includebat. Domine iam fœtet. Mulier, & quod fœtet cuius est? Non sentires fœtorem, si in paradiso suasorem noluisses audire. Iam fœtet. Quod perditori fœtet, non fœtet creatori. Iam fœtet. Quod horret alieni operis euerfor, amator sui operis non abhorret. Lazare veni foras. Tunc Tartarus ligatis manibus & pedibus Lazarum reulit ad superna, timens & tremens, ne dum soluit, ne dum moras facit, ne dum tardius refert vnum, omnes cogereetur afferre. Sicque factus est viuorum relator, qui raptor esse confueerat mortuorum.

BERNARDVS.

Quòd facile fides impetret, quam veracundia comitatur.

Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Magna fides, qua credidit dominum mortem sua præsentia prohibere potuisse. Modò autem quid? Absit vt quem credit vitam potuisse seruare, dubitet posse mortuum suscitare. Sed & nunc, inquit, scio, quia quæcunque poposceris à Deo, Dabit tibi Deus. Denique quærenti vbi posuissent eum, respondit: Veni, & vide. Quare? O Martha, magna nobis tuæ fidei insignia tribuis! Sed quomodo cum tanta fide diffidis? Veni, inquit, & vide. Cur si non desperas, non addis, Et re-

fuscita? Si autem desperas, cur magistrum sine causa fatigasti? An fortè fides aliquando recipit, quod oratio non præsumit? Denique appropinquantem cadaueri prohibes, & dicis: Domine iam fœtèt, quatruiduanus est. O sanctæ mulieres, Christi familiares, si fratrem vestrum amatis, cur eius misericordiam non flagitatis, de cuius potentia dubitare, de cuius pietate dissidere non potestis? Respondent: Sic melius tanquam non orantes oramus, sic efficacius quasi dissidentes dissidimus. Exhibemus fidem, perhibemus affectum, scit ipse quid desideremus. Scimus quidem quia omnia potest: sed hoc tam grande miraculum, tam nouum, tam inauditum, & si eius subest potètiæ, multum tamen excèdit omnia merita humilitatis nostræ: Sufficit nobis potentia locum, pietati dedisse occasionem. Malentes patienter expectare quid velit, quàm imprudenter quærere quod forsitan nolit. Denique quod nostris meritis deest, verecundia fortè supplebit. Simili etiã forma si contigerit aliquem de nostris fratribus in anima mori, quandiu adhuc inter nos erit, pulsabo meis, & ego qualiscunque peccator, pulsabo & fratrum precibus saluatorem. Si reuixerit, lucrati erimus eum. Si verò non meremur exaudiri, vbi iam tolerare viuos vel à viuis tolerari non poterit, sed incipiet offerri, semper quidem feliciter gemo, sed iam non ita fidenter oro. Non apertè audeo dicere, Veni domine & resuscita mortuum nostrum: corde tamen suspenso tremulus intus clamo, Si fortè, si fortè, si fortè desiderium pauperum exaudiat dominus, &c. Et illud: Nunquid mortuis facies mirabilia? Et de quatruiduano: Nunquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam, &c. Mortuus verò est qui peccata sua defendit. Iam verò effereat quasi ad sepulcrum, scilicet in libertatem peccandi, cum expellis à consortio monasterij. Demùm autem quatruiduanus dicitur, cum per peccandi consuetudinem sepelitur. Huiusmodi autem etiam à communibus orationibus sese excludunt, absit tamen vt à nostris affectibus excludantur. Viderint tamen in quanto periculo sint, pro quibus ecclesia palam orare non audeat, quæ fidenter pro Iudæis, pro hæreticis, pro Gentilibus orat. Cùm enim in parasceue nominatim oretur pro quibuslibet malis, nulla tamen sit mentio de excommunicatis.

Omni
 morte in
 ad vit
 condit
 scitur o
 mortem
 tior en
 bis ing
 set hic
 gratus.
 ret ad
 seruare
 cognit
 qui &
 dit. Et
 auctori

Iesus
 tentia l
 angelor
 tatem i
 Samuel
 oculos,
 quas P
 horæ m

Dom
 lum, v
 niam.
 minis f
 consue
 dit vng
 que pu

PETRVS RAVENNAS.

Bona quàm sint bona, nisi malorum cognitione nescimus.

Omnis qui credit in me, non morietur in aeternum, sed transiet à morte in vitam. Quomodo non morietur, si à morte transiet ad vitam? Moritur ergo, quia moritur omnis qui nascitur conditione mortali. Sed vivit & in aeternum omnis qui nascitur de generatione vitali. Sed dico: Qui potuit auferre mortem, quare hominem voluit transire per mortem? Gravior enim medicus qui anticipat morbos, quàm qui in morbis ingerit seram & non sine dolore medicinam. Iudæi fuisse hic medicus Christus, si medico aegrotus non fuisset ingratus. Ille & vitam dedit, & hominem ne ad mortem veniret admonuit. Sed ille qui aduersa non senserat, prospera seruare nesciuit. Bona quàm sint bona, scire nisi malorum cognitione non possumus. Ergo magnificabitur Christus, qui & ante inhabitam vitam dedit, & perditam modò redidit. Et homo plus gnarus erit, sibi cautior erit, plus gratus auctori.

RADVLPHVS.

Quòd humanæ lachrymæ fontem lætitiæ lachrymis fluere coegerunt.

Iesus videns Mariam plorantem lachrymatus est. O vis! o potentia lachrymarum, quæ cæli ac terræ dominum eum qui angelorum hominumque lætitiæ est, ad lachrymandi humilitatem infirmitatemque deposuerunt! Lachrymæ sunt quæ Samuelis ortum impetrauerunt, quæ aperuerunt Tobie oculos, & à nuru eius demonium excluserunt. Ipsæ sunt per quas Petri negatio & Mariæ Magdalene crimina sub vnius horæ momento deleta sunt.

GILBERTVS.

Quòd peccatum remissum à domino, nemo debeat retractare.

Domine iam factet, quatruiduanus est, &c. Reuolue euangelium, vbique Iesum inuenies & citum & copiosum ad veniam. Nam etsi quatruiduanus mortuus est, & publicati criminis fama iam factet, vbi Iesus euocat & educit de tumultu consuetudinis prauæ, vbi Iesus soluit & remissionis effundit vnguentum, statim à facie eius fugit omnis factet antiquæ putredinis. Quis enim retractabit quod non imputat

dominus? Quis tenebit errata quæ ipse remittit? Non potest malè olere quod ipse abolet. Domine, inquit Martha, iam fœtet. Erras Martha, Iesus non tam fugit fœtida, quàm solet ipse fœtorem fugare. Exemplum dedit ecclesiæ suæ, vt quemadmodum ipse fecit, ita & nos inuicem faciamus: hæc illi reliquit vnguenta. Quam desperantes semetiplos tradidissent immunditiæ omni & auaritiæ, omniumque vitiorum præcipites se dedissent in gurgitem, si non medicaminis huius traherentur odore. Tribularer, inquit, si nescirem misericordias domini. Misericordias in capite, misericordias in corpore eius quod est ecclesia. Bonum est mihi misericordiam ministrare, sed melius misereri. Misericordiam quam debes ex loco, ex animo solue. Exprime in te Christi affectum, cois vicem & officium suscepisti. Minister es eius qui diues est in misericordia, noli in alieno prædurus inueniri. Erogæ conseruis tuis vnguenti huius mensuram in tempore. Si in alieno infideles estis, quid vestrum est? quis dabit vobis? Affectus tuus sit: nam domini est effectus veniæ.

GALFRIDVS.

Quòd anima nisi perdita fuerit propter Deum, minimè conseruetur.

Cap. 12.
K



Isi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Quia a. a. s. p. d. In his verbis consequentia minor esse videtur, dum frumentum etiam non mortificetur, vel solum manere dicitur. Anima autem perdita

non solet sola seruari. Et iuxta literam quædam (vt arbitror) admonitio est à minori. Vt si frumentum quis seminat, quod tamen poterat non seminatum seruari, sed nequaquam multiplicari, multò magis animam seminet, quæ non potest nisi seminata seruari. Sec hoc, inquit, triticum quod videmus, manet quidem ad tempus, sed non manet in longum, nisi seminando fuerit renouatum. Propterea congruè satis super hoc verbo quidam ait de domino: Se autem dicebat. Ille enim verè solus mansisset, nisi mortuus cecidisset in terram. Nos autem nec soli manebimus, sed non commorimur. Vnde etiam euidentius ait: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Ad hoc pertinet quod sapiens ait: Ad mensam magnam sede, at. ac. quæ tibi apponis sciens: quia ta. o. te. pri. Ait ergo: Si quis

Si quis
ministra
tam su
qui v

Qu
sue pe
quam
nimir
tius,
gistri
volupt
poris

Qu
quint
preu
quint
nec d
qui ma
se à te
stroru
bat Pe
incred
non a
in sine
Talibu
nua er
militat
tur. H
sequat
illic sit
nis, ma

D
Nun
silenti
judicat

Si quis mihi ministrat, me sequatur. Talia præparans & ministrans, qualia prius à me ministrata videntur. Ministret vitam suam, ministret etiam si necesse fuerit mortem suam, vt qui viuit, iam non sibi viuat, sed Deo.

BERNARDVS.

Quòd perdenda sit vel martyrio vita, vel pœnitentia carnis.

Qui amat animam suam, perdet eam. Perdere autem dixit sine ponendo, vt martyr, siue affligendo, vt pœnitens. Quamquam genus martyrij est spiritu facta carnis mortificare, illo nimirum quo membra cæduntur ferro, horrore quidem mitius, sed diuturnitate molestius. Vidésne hac sententia magistri carnis sapientiam condemnari, per quam aut in luxum voluptatis defluitur, aut ipsa quoque bona valetudo corporis vltra quàm oportet appetitur?

De quatuor generibus hominum.

Qui mihi ministrat, me sequatur. Quidam sunt qui non sequuntur Christum, sed fugiunt: alij non sequuntur, sed præeunt: nonnulli sequuntur, sed non assequuntur: alij sequuntur, & consequuntur. Non sequuntur, sed fugiunt, qui nec dum peccare desistunt. de quibus scriptum est: Omnis qui malè agit, odit lucem. Et propheta: Ecce qui elongant se à te, peribunt. Non sequuntur, sed præeunt, qui magistrorum sententiis suas præferunt. Quorum imaginem tenebat Petrus, cum pro salute nostra volentem pati dominum increparet dicens: Absit hoc à te domine. Sequuntur, sed non assequuntur, qui segniter ac remisse agunt, vel vsque in finem non perseuerantes de medio itinere reuertuntur. Talibus dicit Apostolus: Remissas manus & dissoluta genua erigite, &c. Sequuntur, & consequuntur, qui viam humilitatis eius deuoto mentis affectu perseueranter imitantur. Huiusmodi loquitur dominus: Qui mihi ministrat, me sequatur, id est me imitetur. Quo fructu? vt vbi sum ego, illic sit & minister meus. Fructus itaque huiusmodi imitationis, mansio est aternæ beatitudinis.

ADAM DE PERSE.

De triplici silentio & quadruplici iudicio mundi.

Nunc iudicium est mundi, &c. Nunc, id est dum medium silentium tenetur, dum iustitia custoditur, mundus merito iudicatur. Est enim primum silentium, cum primum nasci-

Et

mur filij iræ, tam cognitione verbi, quàm gratia sacramenti carentes. Secundum & medium est, cum cognitionem verbi & sacramenti percipimus in nouitate vitæ ambulantes. Tertium in regeneratione erit, cum veteris hominis omni antiquitate deposita plenè extiterimus innocentes. Dum ergo medium silentium tenetur, mundus iudicatur. Iudicis enim animus eo maxime tempore debet in reum sententiam iudicij aut dictare, aut ferre, quo imperturbatum & quietum se sentiens feruet æquitatis amore. Hinc est quòd iudicibus dicitur: Erudimini qui iudicatis terram. Erudiri quippe debet iudex ecclesiasticus, quid, & quando, & quomodo debeat iudicare. Quid, nisi mundum? Quando, nisi cum in silentio & quiete se habet? Quomodo autem debet iudicare, nisi in quiete, vt per omnia discretionis amicus velit vbique modum mensuramque tenere? Quadrupliciter itaque iudicandus est mundus. debet enim contemni, calcari, abieci, deuitari. Contemni, quia vanus, calcari, quia sordidus: abieci, quia malignus: vitari, quia ruinosus, ne amatorem suum ipsa ruina inuoluat.

GALFRIDVS.

Quomodo Christus exaltatus omnia ad se trahat.

○ *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Licet hæc verba de ascensione domini congruè possint intelligi, de sua tamen passione euangelista testante dicebat. Sed mirum fuit quòd intellexerunt eum Iudæi, vnde & responderunt: Nos audiuius ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis: O. e. si. ho. Non eos docuit infusa sapientia, sed stimolata conscientia: & dicere eum intelligebant, quod ipsi facere disponebant. Ecce, inquit, totus mundus post eum vadit. Et illud: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Audiens hæc in spiritu Esaias clamabat: Quiescite ab homine cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus reputatus est ipse. Ac si dicat: Dimittite illum, quia si exaltatus fuerit vt intenditis, multò magis omnia trahet ad seipsum. Quænam omnia? Cælestia simul & terrestria. Cælestia sunt beatitudo & sanctitas. Terrena, culpa & pœna. Sicut etiam cælici ciues perpetuam obtinent sanctitatem & felicitatem, sic proprium nihil possidet homo, nisi peccatum & ipsius pœnam peccati. Mediator autem Dei & hominum sanctitatem & culpam in seipso per pœnitentiam

copul-

copul
nostr
Vniu
quan
eius fo
pœn
& fœ
pœna
quand
Trahi
non se
mò qu
& Ioan
rumpi
rete p
præde
bit, q
futuri.
multip
summa
Quinq
dionis
les filij
perfect
vniaris
sic trah
doloru
rum, n

Tra
dem se
rapti.
& expe
tur exc
nulla li
gratia
domini
trahere
gressu:
qui mar

copulauit, cum perferens peccata nostra super lignum, & nostram poenitentiam agens in sua sanctitate permansit. Vniuit etiam per patientiam, felicitatem & poenam: quia quantum non fuerit dolor sicut dolor eius, in nullo tamen est eius felicitas minorata. In nobis etiam quadam connexione poenitentia culpam & sanctitatem sociat, patientia poenam & felicitatem. Illa enim culpam sanctificat, hæc beatificat poenam. Tractum est rete, sed ante resurrectionem scissum, quando multi recesserunt ab electis, quia non erant ab eis. Trahit illud Simon, sed opus est Iacobo & Ioanne: quia non sufficit obedientia, nisi patientia suffragetur. Quæ primo quidem non sine difficultate Iacobum perinde exhibet & Ioannem. Post resurrectionem verò trahitur rete, nec rumpitur: quia nemo est deinceps exiturus. Trahitur inquam rete plenum magnis piscibus. quia quos Deus præsciuit, & prædestinauit, vocauit, iustificauit: tunc omnes magnificabit, quando etiam omnes centum quinquaginta tres sunt futuri. Centenarius numerus ex denario constat per seipsum multiplicato. Sic complebitur centenarius, quando pro consummatione decalogi, denarij merces operariis impendetur. Quinquagenarius autem iubilei est numerus, id est resurrectionis, & cum ad futum redit hæreditas possessorem, & exules filij Euzæ reducuntur ad patriam. Ternarius numerus ad perfectionem trinitatis respicit, vt in charitate non fistat vnari proximo, & ambo pariter adhæreatis Deo. Felix qui sic trahitur, nec retinaculis alijs retinetur, nec clavis scandalorum affixus huic seculo, nec irretitus vinculis peccatorum, nec visco noxiæ delectationis adhærens!

Quot modis electos dominus ad se trahat.

Trahit igitur Christus, sed aliter atque aliter. Quem quidem sequuntur reptantes, euntes, currentes, volantes, & rapti. Reptat poenitentia. Vadit obedientia. Currit libera & expedita perfectio. Volat piæ deuotionis affectus. Rapi- tur excessus sacræ contemplationis. In cæteris enim nonnulla liberi arbitrij cooperatio, in eiusmodi raptu tota solius gratiæ operatio est. Reptans Maria Megdalena trahebatur dominicis prostrata vestigijs: nec minus erat mirabile intus trahere eam, quàm suscipere foris. Ambulabat, communi gressu: sed inuitatus ad cursum tristitia præoccupatus est, qui mandata quidem seruauerat à iuuentute sua, sed cõsiliium

perfectiōnis de relinquendis omnibus non admisit. Currebant alacres & expediti posito gibbo cameli, qui venditis omnibus, precia ante pedes Apostolorum in commune distribuenda ponebant. Volabant Apostoli, dum gaudentes ibant à conspectu concilij, quòd digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Raptus est Paulus; & audiuit quæ non licuit homini loqui.

Aliter de eodem.

- Q** Reptant, qui super fidei fundamentum ligna, scænum, stipulamque ædificant. Vadunt, qui operibus pietatis insistant. Currunt, qui spiritualibus desideriis anhelantes ad gaudia æterna contendunt. Volant & euolant animæ sanctæ corporeis nexibus absolutæ: nam in tuba nouissima rapiemus omnes in obuiam Christo in aëra.

GILBERTVS.

Quòd Christi passionis contemplatio ad se rapiat animum contemplantis.

- R** *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Omnia quæ in te sunt Iesu bone, quandam habent alliciendi efficaciam, & cogitantes sollicitant in affectum. Sed ad omnia non possumus omnes attingere. Sublimia solis sublimibus sunt, humilia omnibus. Quæ maior humilitas quam exaltari in cruce? Et de hac ait: *Cum exaltatus fuero à terra, &c.* Efficax ad trahendum humilitas ista. Quid mirum? Quis non ad simplicem cogitatum huius rei stupore & ecstasi repletur? Cuius non affectum fides hæc exhauriat, & infatuet, & reddat insufficientem? Facilis est ad contemplandum locus, sed fecundus ad gratiam.

ADAM DE PERSE.

- S** Quòd Christi lucra impediatur negligentia prælatorum.
Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Fidelis pastor in ecclesia, terræ secundum aliquam similitudinem comparatur. Terra enim suo pondere subsistit, quæque sibi superimposita firmitate stabili gerit, sui fecunditate homines & animantia pascit. Sic nimirum prælatus in ecclesia, & propriæ auctoritatis pondere nititur, & subiectorum infirmantium mores portat dum compatitur, & fecunditatem doctrinæ cœlestis spiritualibus & carnalibus discretionem congrua opportunus elargitur. Ab huiusmodi terra Christus exaltatur, cum de prælati vita & doctrina Christi ecclesia honor-

honor
& qu
teneb
trah
quam
Chri
ille su
hunc
Chri



respon
quod
bus ple
tineat
lanand
pedes
Cuius
munda
puluer
aliqua
quam
offend
pendat
ei dilu
eis nec
benter
ineuita
deratus
tidie pr
fentia
& grau
ter, &

honoratur. Sed heu terra hæc ferè vbique inanis & vacua, & quibusdam sic obuoluta tenebris, vt non tam terra quàm tenebrosus iudicetur abyssus. Quid enim Christus ad se non traheret, si non retraheret peruersitas prælatorum? Quis inquam Christum nõ sequeretur in ecclesia, si pastores ecclesiæ Christum in suis moribus & ministeriis exaltarent? Sed quod ille sursum trahit, isti quãtum in ipsis est, malè viuendo retrahunt: & qui Christũ portare, Christo fructificare debuerãt, Christo magis insultare quàm Christum exaltare noscuntur.

BERNARDVS.

Quid pedum ablutio contineat sacramenti.

S *I non lauro te, non habebis partem mecum.* Aliquid latet in pedum lauacro quod necessarium est ad salutem, quãdo sine eo nec ipse Petrus partem haberet in regno Christi & Dei. Vide enim si non expauit Petrus ad tantæ comminationis terrificum verbum, si non agnouit salutare esse mysterium, cum respondit: Domine non tantum pedes, &c. Et vnde scimus quod ad diluenda peccata quę non sunt ad mortem, & à quibus plenè cauere non possumus ante mortẽ, ablutio ista pertinet? Ex eo planè quod offerenti manus & caput pariter ad lauandum, responsum est: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet. Lotus enim est, qui grauiora peccata non habet. Cuius caput. i. intentio, & manus. i. operatio, & conuersatio munda est. Sed pedes qui sunt affectiones animę, dum in hoc puluere gradimur, ex toto mundi esse non possunt, quando aliquando vanitati, aliquando voluptati, aut curiositati plusquam oporteret cedat animus, vel ad horam. In multis enim offendimus omnes. Veruntamen nemo cõtemnat aut paruipendat. Impossibile est enim cum eis saluari, impossibile est ea dilui nisi per Christum, & à Christo. Nec ideo tamen pro eis necesse est nimis esse sollicitos: ignoscet facilè, immò libenter, si modò nos agnoscamus. In huiusmodi quoque quasi inuitabilibus, & negligentia culpabilis est, & timor immeritatus. Hinc est quod in oratione quam ipse instituit, quotidie pro peccatis illis voluit nos orare. Sicut enim concupiscentiam ad humiliandos nos adhuc patitur viuere in nobis, & grauius affligere nos, vt sentiamus quod nobis gratia præstet, & semper ad illius auxilium recurramus: sic & de mino-

Cap. 13.
T

SVPER IOANNE M.

ribus istis peccatis pia dispensatione nobiscum agitur, vt non penitus auferantur, sed in illis nos exerceat Deus: & cum minima cauere non possumus, certi sumus quòd in nostris viribus maiora superamus, semperque timorati & omnino solliciti sumus, quomodo eius gratiam non amittamus, quam nobis tam multipliciter necessariam esse sentimus.

PETRVS LOMBARDVS.

Quòd à nobis sint quatuor diligenda.

V *Mandatum nouum de vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.*
 Quatuor nobis diligenda, catholica proponit doctrina. Vnum quod supra nos, id est Deum. Alterum quod nos sumus. Tertium quod iuxta nos est, id est proximum. Quartum quod infra nos est, id est corpus: magisque animam proximi, quam corpus nostrum diligere debemus.

BERNARDVS.

Quòd dupliciter intelligatur, Ego sum via, veritas, & vita.

Cap. 14.
X



*E*go sum via, veritas, & vita. Viam dicit humilitatem, quæ ducit ad veritatem. Altera labor, altera fructus arboris est. Vnde sciam, inquit, quòd ibi de humilitate loquutus sit, cum indeterminatè dixerit, Ego sum via? Audi apertius: Discite, inquit, à me, quia mitis sum, & humilis corde. Se ergo proponit humilitatis exemplum, mansuetudinis formam. Si imitatis eum, non ambulatis in tenebris, sed habes lumen vitæ. Quid est lumen vitæ, nisi veritas quæ illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, ostendit vbi vera sit vita? Ideo cum dixisset: Ego sum via & veritas: subdidit, Et vita. Ac si diceret: Ego sum via quæ ad veritatem duco. Ego sum veritas quæ veritatem promitto. Ego sum vita quam do. Hæc est enim vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Vel sic, quasi tu dicas: Viam considero, id est humilitatem. Fructum desidero, id est veritatem. Sed quid si tantus est labor viæ, vt ad optatum lucrum non possim venire? Respondet: Ego sum via, id est viaticum quo sustentaris in via. Clamat igitur errantibus & viam ignorantibus, Ego sum via: dubitantibus & non credentibus, Ego sum veritas: iam ascendentibus sed lassescèntibus, Ego sum vita.

ADAM DE PERSE.

Quòd quasi ignis in lampade, sit in sanctorum cordibus amor Christi.

Domina

Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Hæc verba Y
beati Philippi sunt, qui os lampadis interpretatur. Ait ergo:
Domine ostende nobis patrem. Ac si dicat: Lampas sum qui-
dem domine, sed tu scirpus es. Nunc extende digitum tuum
infundendo in me spiritus sancti oleum, & ostende mihi pa-
trem, mittens in ossibus meis ignem. Diuinitas quippe ignis
est, qui tunc in lampade puri cordis accenditur, cum plenè
Deus cognoscitur. Quòd non fit, nisi cum puritas cordis ac-
cenditur de amore redemptoris & fide.

GALFRIDVS.

Quòd ideo in carne Christus apparuit, vt ad diui-
nitatis intuitum nostri cordis ocu-
lum præpararet.

Qui diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligam illum & Z
manifestabo ei meipsum. Nisi magnum aliquid & votis omni-
bus appetendum dominus in illa apparitione seruaret, non
tanquam munus eximium suo promittere dilectori, quòd
eum ipse diligeret, & ostēderet ei seipsum. Hoc etiam consi-
derandum est, quòd hoc ipsum discipulis loquebatur, qui se-
ipsum pollicebatur ostendere. Itaque nec omnino latebat,
qui videri poterat & audiri: nec se penitus ostendebat, eum in
finem suo hoc promitteret dilectori. Miseri quibus illa appa-
ritio ad illam summam atque perfectam præparatio quædam
non fuerit, vt paulatim diuinæ luci assuefactus oculus cor-
dis, in illa tanta coruscatione non cæcutiat, aut caliget. Idem
enim vtrobique, sed non eodem modo apparere credendus
est. Nihil ergo mirum, si seipsum ostendere promittebat. De-
nique ad eò sol iustitiæ carnis nube teòus apparuit, vt osten-
deret eum stella de cælo. Et intantum suæ lucis radios ab-
sconderat, vt eius apparitionis lucerna etiam pararetur.

BERNARDVS.

Quomodo fructuosè sermo Dei sit seruandus.

Si quis diligit me, sermonem meum serua. &c. Vbi sunt seruandus A
di sermones Dei? Sicut ait Propheta: In corde meo abscon-
di eloquia tua, &c. Sed quomodo in corde seruandi? An suf-
ficit sola eos seruare memoria? At verò sic seruanti diceret
Apostolus: Quoniam scientia inflat. Denique & memoriam
facile delet obliuio. Sic igitur serua sermonem Dei, quo-
modo melius potes seruare cibum corporis tui. Nam & ille
panis viuus est, & cibus mentis. Panis terrenus dum in arca

Tt iiii

est, potest à fure tolli, à mure corrodi, vetustate corrumpi. Vbi verò comederis eum, quid horum times? Hoc modo custodi verbum Dei. Beati enim qui custodiunt illud. Ergo traiciatur in viscera quedam animæ tuæ, transeat in affectiones tuas & in mores tuos. Comede bonum, & delectabitur in crassitudine anima tua. Si sic verbum Dei seruaueris, haud dubium quin ab eo seruêris. Veniet enim ad te filius cum patre,

De charitate Christi nimia.

Cap. 15.

B



Maiorem charitatem nemo habet, quàm ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Tu maiorem habuisti domine Iesu ponens eam pro inimicis. Cum enim adhuc iniqui essemus, per mortem tuam & tibi reconciliati sumus & patri. Quanam ergo videbitur vel esse, vel fuisse, vel fore huic similis charitati? Vir

pro iusto quis moritur: tu pro iniustis passus es, moriens propter delicta nostra, qui venisti iustificare gratis peccatores, seruos facere fratres, captiuos cohæredes, exules reges. Nec sanè aliud aliquid patientiam & humilitatem hanc æquè illustrat, quàm quòd tradidit in mortem animam suam, & peccata multorum tulit, etiam pro transgressoribus rogans vt non perirent.

BALDVINVS.

Quòd charitas de Deo faciat quicquid velit.

Maiorem charitatem nemo habet, &c. Hæc Christi charitas, in morte Christi violentior fuit, quàm Iudæorum iniquitas: nec potuit iniquitas, nisi quantum permisit charitas. Iudas Christum vel Iudæus morti tradidit, & hoc ex maligna iniquitate. Tradidit pater filium, tradidit & se filius, & hoc ex charitate: nec traditionis rea est charitas, sed innocens est etiam in morte Christi. Soli enim charitati licet quicquid libet, & impunè. Sola Deum cogere potest quasi imperiosa. Hæc de cælo Deum deposuit, hæc in cruce posuit, hæc tam innocenter quàm salubriter sanguinem Christi fudit in remissionem peccatorum. Ergo gratiarum actio tota pro salute mundi charitati debetur: quæ ita nos vrget violentia suæ rationis, vt par sit nos tantum Christum diligere, quantum Iudæus potuit odisse. Humanum fortè dico propter infirmitatem cordis nostri. Indignus est enim amici nomine, qui minus

nus di
caton
non r
quis p
amor

Qu
Si n
vent. N
ferit E
de con
uenire
dientia
Quon
cato su



ponuer
subtra
para n
hæc ita
illecebr
peccat
que bor
quam q
in carn
visitati
spiritus
verbi c
rat om
diuinu
tus mil
Thom
lorum

nus diligit quàm inimicus odit. Indignus est remissione peccatorum, qui sic amanti, vicissitudinem amoris redamando non reddit: sed qualem potest, ne dicam parem. Nam parem quis potest? Non sit nobis preciosior sanguis proprius quàm amor Christi.

BERNARDVS.

Quòd ignorantia contemptum soleat excusare.

Si non venissem, & loquutus eis non fuisset, peccatum non haberent. Non dicit similiter, Et loquutus non fuisset, sed interserit Eis: ostèdendens sine dubio non antè censeri inexcusabiles de contemptu, quam ad ipsorum vsque missio notitiam perveniret. Nam si loquutus quidem fuisset, sed non eis, inobedientiæ culpam ignorantia excusaret: nunc autem inquit, Quoniam loquutus sum eis, excusationem nõ habent de peccato suo.

Quòd carnis illecebris spiritualis consolatione non miscetur.



Isi ego abiero, paracletus non veniet. Grande mysterium. Quid est enim, Nisi ego abiero, paracletus non veniet? Itàne inuisa paracletico Christi præsentia? Aut cõtubernium dominicæ carnis spiritus sanctus horrebat, quæ nec concipi quidem nisi eo superueniente

Cap. 16.
E

potuerit? Sed hoc est quod dicit: nisi carnis præsentia vestris subtrahatur aspectibus, spiritualis gratiæ plenitudinem occupata non admittit, non recipit animus, non capit affectus. Si hæc ita sunt, audeat quis de cætero phantasticis quibusdam illecebris deditus, sectans lenocinia carnis suæ, carnis utique peccatricis, genitæ in peccatis, assuetæ peccatis, in qua denique bonum non est, illum expectare paracletum. Audeat inquam qui huic sterquilinio semper inhæret, qui carnem fouet, in carne seminat, carnem sapit, illam consolationem supernæ visitationis, torrètem voluptatis illum, illam sperare gratiam spiritus vehementis, quam ut ipsa veritas testatur, nec cù ipsa verbi carne suscipere Apostoli meruerunt vel potuerunt. Errat omnino si quis cœlestem illam dulcedinem cineri huic, diuinum illud balsamum huic veneno, charismata illa spiritus misceri posse huiusmodi illecebris arbitratur. Falleris Thoma sancte, falleris, si videre dominum speras, ab Apostolorum collegio separatus. Non amat veritas angulos, non ei

SVPER IOANNEM.

diuersoria placent, disciplina communi, communi vita, communibus studiis delectatur. Vsq̄uequo miser diuerticula eaptas, & consolationes propriæ voluntatis tanto labore queritas, tanto rubore mendicis? Sed quid faciam, inquis? Elice ancillam & filium eius, &c. Nulla est enim conuentio veritati & vanitati, luci ac tenebris, spiritui & carni, igni & tepiditati.

HVGO DE S. VICTORE.

Quòd & mala præterita, & collatam nobis gratiam debeamus iugiter meminisse.

F *Mulier cum parit, tristitiam habet, &c.* Duo sunt quæ nobis semper sapere debent: & mala videlicet quæ euasimus, & gratia Dei quam consequuti sumus. Mens etenim stulta, cum malorum delectationum laborem non meminit, easdem iterare non metuit. Hæc sicut mulier cum angustia pariendo premittur, carnalem voluptatem abominatur. Sed cum memoria doloris à mente recesserit, quia quantus admixtus sit ei dolor non recolit, carnis iterum illecebras concupiscit. Nam si bene memoriæ saperet dolor, qui malam delectationem sequitur, non tanta auiditate ad eorum experientiam raperetur. Ipsa quocumque gratia accepta si menti fortiter inhæreret, nos à conditoris iniuriâ vel sola verecundia coerceret.

GALFRIDVS.

Quòd non petit in nomine domini, qui temporalia postulat non æterna.

G *Vsq̄ue modò non petistis quicquam in nomine meo.* In quo nomine? Ego sum, inquit, qui sum. Non ergo petunt in hoc nomine, qui transeuntia non manentia, temporalia appetunt non æterna, nec videretur temporaliter ad Apostolos, sed ad omnes homines generaliter dictum. Siquidem prior ille populus patrum terrena petiit & accepit. Neque id mirum. Cælestia enim necdum poterant adipisci, necdum fuerat vox clamantis audita: Appropinquabit regnum cælorum: vel, Regnum cælorum vim patitur: vel, Video cælos apertos. Quidni etiam terrena peterent, dum terrenas adhuc victimas immolarent? In cælestibus autem sacrificiis, iam rebus inhiare terrenis, quàm indignum, quàm sacrilegum, quàm peruersum.

PETRVS LOMBARDVS.

Quid sit esse cum domino.

Pater



*P*ater quos dedisti mihi, volo, vt vbi ego sum, & illi sint mecum. Nō simpliciter ait: Vt vbi ego sum, & illi sint: quia mali sunt vbi ipse est, qui nusquam deest: sed non sunt cū eo: quia non ei per voluntatem cohærent. Boni verò sunt vbi ipse est, quia eius obediunt voluntati.

Cap. 17.
H

HVGO DE S. VICTORE.

De his qui perfunctoriè Christum quærunt.

*P*etrus interrogauit Iesum: Quid est veritas? Et statim ingressus est pratorium. Fecit ergo quæstionem, & non expectauit solutionem. Sic multi transitorio feruore cōuersi ad Deum, vera bona desiderare incipiunt, sed eadem mentis mutabilitate iterum ad transitoria effusi, effectū in mentis proposito non persistunt.

Cap. 18.
I

GILLEBERTVS.

Quòd Christus magis horreat linguæ stimulos
quàm spinarum.



*M*ulieres plebsentes spineam coronam imposuerunt capiti eius. Noli æmulari in malignantibus. Neque zelaueris eos qui spineam capiti regis nostri imposuere coronam. Tale diadema non honorem, sed horrorem adducit. Horret Christus magis asperitatem morum, linguę stimulos, quam spinarum aculeos.

Cap. 19.
K

In his præsertim qui in silentij vocati sunt simplicitatem, in charitatis negotium, in otij quietem, in humilitatis scholam, in subiectionis votum, in vinculum vnitatis. Sed non est bonum vinculum, quando sibi inutud confederantur, & in aliorum obrectationum dexteris conferunt Iudeorum more dicentes: Tollamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris. Vos autem æmulamini pacis bonum in bono semper. Nam & coronæ species quoddam vnitatis præfert indicium.

BERNARDVS.

Cur Christus crucis ignominiam & processionis
gloriam copulauit.

Tolle, tolle, crucifige eum. Dominus Iesus processionem habere voluit ad mortem veniens, vt amarior esset passio, quàm processio præcessisset. Ab eodem enim populo, eodem loco,

L

eodem tempore, paucis diebus interpositis, primò cum tanto triumpho susceptus est, postea crucifixus. O quàm dissimile est, Tolle tolle crucifige eum: & Benedictus qui venit in nomine do. os. in ex. Quàm dissimile, Rex Israël: & Non habemus regem nisi Cæsarem! Quàm dissimiles rami virentes & crux, flores & spinæ! cui prius prosternebantur vestimenta aliena, ecce suis exuitur, & fors mittitur super ea. Væ tibi amaritudo peccatorum meorum, propter quæ soluenda tanta amaritudo necessaria erat.

D R O G O .

M Quòd Christus in crucis stipite iugiter inuepitur. *Et crucifixerunt eum in Caluarie loco.* Circuire possum celum & terram, & omnia quæ in eis sunt, & nunquam te inuenio bone Iesu, nisi tantum in cruce: ibi dormis, ibi pascis, ibi cubas in meridie Sed vbi crucifixus es? In Caluarie loco. Beatus verè locus in quo crucifigitur. Bona caluities quæ tali veste vestitur. Ad hanc caluiciem Heliseus tendebat. Ascende calue, ascende calue. Vide si non caluus est & nollet Heliseus. Filius, inquit, hominis non habet vbi caput reclinet. Caluus est, quia regnum eius nō est de hoc mundo. Caluus est, quia discipuli eius relicto eo sugerunt. Decinet nūc dominus verticem filiarum Sion, & faciat ibi Caluarie locum, vt ibi figatur Christi crux, vbi superbia locauerat sibi sedem.

B E R N A R D V S .

N *Erat autem tunica inconsutilis &c.* Tunicam istam quæ non diuiditur, sed sorte prouenit, ego diuinam reor esse imaginem, quæ nimirum non assuta, sed insita ipsique impressa naturæ diuidi scindique non potest. Ad imaginem enim & similitudinem Dei factus est homo, in imagine arbitrij libertatem, virtutes habens in similitudine. Et similitudo quidem perit. Veruntamen in imagine pertransiit homo. Imago quidem in gehenna ipsa vri poterit non exuri, ardere sed non deleri. Hæc ergo non scinditur, sed sorte prouenit. Et quocunque perueniat anima, ibi erit simul & ipsa. Nam similitudo non sic. Sed aut manet in bono aut si peccauerit anima, mutatur miserabiliter iumentis insipientibus similata.

V V E R R I C V S .

Quòd Christi mater ab eius consecratu nullis periculis potuit deterreri.

Stabat

Stabant iuxta crucem domini Maria mater eius &c. Planè mater: quia nec in terrore mortis filiū deserebat. Quomodo enim morie terri poterat cuius charitas fortis vt mors, imò fortior quàm mors erat? Planè iuxta crucem Iesu stabat, cuius mentem dolor crucis simul crucifigebat: suamque ipsius animam tam multiplex pertransibat gladius, quantis confossum corpus filij cernebat vulneribus.

ERNALDVS.

Quòd pro salute nostra Iesus carnem, Maria spiritum immolauit.

Stabant iuxta crucem Iesu mater eius &c. Vbi sunt misericordiae tuae antiquae domine? Quid differs? Iam venit hora, mater tua coram te est, & Ioannes quem diligis. Latroni loqueris, & matri non loqueris? Intuetur te illa benedicta in mulieribus, & fixis in te oculis vulnera tuā materna pietate cōsiderat. Et licet non ignoret quid boni conferat mundo passio tua, tamen parentis affectu commoritur, & pectus maternum inumanitate doloris arctatur. Suspirat intrinsecus, & erumpentes reuocat lachrymas, & eò ampliùs anxietas intumescit, quò egredi prohibetur, & per luctus lamentaque dissoluitur. Denique formido imperabat dolori silentium, & cingentium Iudeorum torui in ea oculi illos turbines suffocabant. Verùm illa tentarum procellarum falsuginem ebibebat, & quod difficillimum erat, moriebatur & mori non poterat, & clauso tanti doloris tormento intrinsecus, alium vultum exhibebat. Nec poterat ex facie colligi crux illa animae & patibulum spiritus, in quo erat hostia viuus beneplacens Deo, & holocaustam medullatum, quod cum ipsa incenderet, tantum conscientiae ministerio utebatur. Christus ergo carnem, Maria spiritum immolabat. Et sic vnum erat quod diuersa exhibebat officia, quod pater bonus, quod filius pius, quod sancta mater intendebat, quod in commune elaborabat dilecto te patre propitiante. Filius ad pectus matris, pater ad filij crucem & vulnera respiciebat. Vnde & securum accessum habet iam homo ad Deum, vbi mediatorem causae suae filium habet ante patrem, & ante filium matrè. Christus nudato latere patri ostendit latus & vulnera, Maria filio pectus & vbera: nec potest vllò modo esse repulsa, vbi cōcurrunt & perorant omnium linguā disertius hæc clementiæ monumeta. Maria ergo pro salute mundi obsecrat, filius impetrat, pater condonat.

G A I -

GALFRIDVS.

Quare Ioannes filius matris virginis appellatur.

Q *Mulier ecce filius tuus &c.* Quodammodo Ioannes virginis matris in virginitate filius fuit: cuius illa si non carnem, carnis tamen integritatem edidit, & illum si non hominem, tamen virginem genuit. Cæterum quàm multos hodie parit sanctissima illa fœcundissimaque virginitas. Quàm felix eiusmodi generatio, suo equidem modulo fœcunda simul & incorrupta posteritas!

ERNALDVS.

Quæ sit quadriga qua deferamur ad cœlum.

R *Mulier ecce filius tuus.* Præsens erat & Ioannes, cui & dicitur: Ecce mater tua. Non est passus Christus vt Iudaica rabies in sanctuarium suum prophanam mitteret manum, vel aliqua infestatione violaretur templum illud spiritus sancti. Positus est fidelis edituus ad tanti thesauri custodiam. Discipulus qui in cœna dominica cervicali sibi in pectore magistri aptauerat, ecce iterum alio priuilegio honoratur, & post illud reclinatorium, in quo viderat, in principio erat verbû, & verbum erat apud Deum, officina illa in qua verbum caro factum est, diligenter ei à filio commendatur. Petro cõmendatur ecclesia, illi Maria: illi tumultuosa negocia, huic negocia, sed quæta: illi atria & vestibulum, & altaria sanguinum, huic commendatur altare in sensu, & sancta sanctorum. Ad culmen ministerij sui nullus secum admittitur, solus illi assisit propitiatorio, solus illud vas aureum continens manna, illud diuine legis scrinium pontifex destinatus obseruat. Iam ergo quadrigam qua currendum est ad patriam intueor, vt per matrem ad filium, per filium verò attingere possit pœnitentis affectus ad patrem. Et in hoc ferculo quo nos ab hoc seculo euehit, tu beate Ioannes sis colûna argentea, mater ascensus purpureus, filius media charitas, reclinatoriû aureum, visio patris in decore suo, & æternæ pacis iucunda tranquillitas.

DROGO.

Quòd Christus in cruce, nostra vulnera non propria sentiebat.

S *Sitio.* Domine quid sitis? Ergo ne plus cruciat sitis quàm crux? De cruce siles, & de siti clamas. *Sitio.* Quid? Vestram fidem, vestram salutem, vestram gaudium. Plus animarum vestrarum quàm corporis mei cruciatus me tenet. Et si nō mei,

saltem

saltem miseremini vestri.

BALDVINVS.

Quòd latronum crurifragium & in bonum accipitur & in malum.

Venerunt milites, & primi quidem latronis crura fregerunt, & al- **T**
terius qui crucifixus est cum eo. Fractio crurum in latrone malo, & blasphemò, animòque fracto, geminà potest indicare fractionem in malis, corporum scilicet & animorù. Fractio crurum in latrone pœnitente, & confitente, indicare potest fractionem corporum in iustis, quorù corpora permittit Deus conteri, & occidi, & ossa confringi, & dissipari. Vnde est illa vox martyrum: Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. Crura Christi infracta indicant inuincibilem ipsius & membrorum eius constantiam, Vnde & de sponso dicitur: Crura eius columnæ marmoræ.

HVGO DE S. VICTO.

Quòd desiderium etiã bonum debet discretione cõsiliij castigari.

V *irabant duo simul &c.* Duobus istis discipulis **Cap. 26.**
 qui simul quidem currunt, sed non simul perueniunt, duæ affectiones animæ figurantur, desiderium s. & consilium. Nam quid est quòd discipuli audita resurrectione ad monumentum currunt, nisi quòd animus cum gloriam resurrectionis audit, passionem appetit imitari? Et quid est quòd ille alter discipulus præcurrit citius Petro, nisi quòd amore saluatoris succens, plus per desiderium currimus, quàm per consiliu præsumamus? Prius ergo per desiderium ad monumentum venimus, sed visis linteaminibus ante consiliu intrare nõ præsumimus. Hoc est quodãmodo visis linteaminibus subsistere, visis difficultatibus passionu se ad ferendum imparem iudicare. Sed postquam consilium posterius veniens prius intrauerit, tunc & desiderium sequitur, quia postquam mens deliberat in illo confidendum esse qui prior vicit, tunc amor in omnibus per spem diuini auxiliij ad tolerantiam animatur. Iam iamq; intrepidus ingreditur monumentu: quia tantò se ad mortem efficit paratiorè, quantò citius didicit per resurrectionem sui capitis vitæ esse introitu mortem carnis. Quòd autè ingressi monumentu sudarium quod erat super caput Iesu, à cæteris linteaminibus separatù inueniunt, quid aliud significat, nisi quòd nos qui peccatores sumus, eisi mortè pro eius amore

valemus perpeti, scimus tamen quòd nostra mors morti eius qui sine peccato passus est, non valeat cœquari. Nec inconuenienter alacritas, & feruor amoris per Ioannem iuniorem exprimitur. Per Petrum verò senem & tardum grauitas & miora consilij figuratur. Quòd si cui videtur per Petrum qui plus amauit, desiderium debere significari, ad præsens nihil attinet: quia in præsentem nil agitur qualis Petrus in mète fuerit, sed quid exteriori significauerit actione. Signum occultum esse non debet: quia quod per se occultum est, occulta prodere non potest.

GALFRIDVS.

X Quomodo Maria quæsiuit dominum & inuenit.
Mulier quid ploras? Quem quaris? Beatæ lachrymæ quas tantus consolator abstergit! Fleuerat prius hæc mulier, & fluebat illi irriguum inferius, cum dimissa sunt ei peccata multa. Flebat autè, vt opinor, vberius & suauius de superiori irriguo, & prima vidit resurgentis Dei de morte triumphum. Merito proinde duos vidisse angelos, ad caput vnum, & ad pedes alterum perhibetur. Nam & ad pedes domini vnguetum fudebat, & ad caput & ad pedes aliquando fluebat. Et nunc flebat ad caput. Fleuerat enim prius suam cõfusionem, sed nunc flebat dominicam passionem. Denique currens ad Apostolos, Tulerunt, inquit, dominum meum de monumento. Et ad angelos, Tulerunt dominum meum. Ad hortulanum verò, illi enim dicebat cui de se credebat: Domine, inquit, si tu sustulisti eum. Felix anima quæ apud dominum inuenit gratiam! Felix quæ gratiæ sese non reddit ingratam! Quid enim gratiæ nõ debetur? Multum diligit, cui multum dimittitur. Sed nec parum diligit, cui non parum tribuitur. Ecce enim etiam sanctimoniale præstitit. Ille de corruptione surrexit. Plus debet utiq; domino, qui plus habet à domino, si tamen nihil habet quod nõ acceperit. Igitur Apostolis ipsis & Apostolorum maximis redeuntibus à monumento. Maria stabat ad monumentum foris plorans. Stabat foris, quia intus dominicum corpus nõ esse iam viderat. Stabat plorans, quia quid aliud ageret, quid offerret aliud non habebat. Stabat ad monumentum, quia vbi eum alibi quæreret nesciebat. Clausa ferebat aromata foris quæ comparauerat. Fluebant in lachrymis aromata pij pectoris, & pro guttis sanguinis, quas ille in passione sudauerat, lachrymarum imbres ista fundebat. Inclinauit se & prospexit in

In mō
 terat
 nune
 put, &
 perfiti
 offer
 dum
 sed mō
 metum
 cordis
 Non n
 septem
 runt d
 modō
 inueni
 monum
 Tuler
 quitur
 grans,
 quequ
 niet an
 deuoti
 fuit eo
 retro
 hortula
 Scire se
 quærat
 ris, sed
 cordis,
 si dicen
 quem
 Q
 stulisti
 seruand
 statim v
 tunc co
 non lon
 posuera
 glucient
 tam, hor

In monumento, visura saltem vbi fuisset, quādo scire non poterat vbi esset. Et meritò duos angelos vidit, quæ sola ad monumentum stans duos discipulos vicit: meritò vnum ad caput, & vnum ad pedes vidit, quæ in eo quod piè cœpit, piè perstitit & permansit. Qui dicunt ei: Mulier quid ploras? Sic offerre incipiunt verba solatiij, sed lachrymas magis excitant dum solantur. Siquidem velut ebria, sed amore, sed desiderio, sed mœrore, non mero, nullum capit ex angelica vel visione metum, vel allocutione solatium. Denique ex abundantia cordis loquuta est: Quia tulerunt, inquit, dominum meum. Non mouetur ad angelos duos mulier sola. Credo nec ad septem, si septem fuissent. Sanè ad Apostolos dixerat: Tulerunt dominum: cum quibus optabat habere communem, non modò eius dominationem, sed laborem quærendi, & de ipsa inueniendi difficultate mœrorem. Nunc verò regressis illis à monumento, quid illi restat quæ sola remansit, nisi vt dicat, Tulerunt dominum meum &c? Dum autem ad angelos loquitur, inter loquendum retro cœueritur. O desiderium flagrans, & violentia impatientis amoris! Et tu bone Iesu vsquequo tollis animam eius? Transiit vigiles: quando inueniet amans anima quæ requirit? Trãsiit inquam, vigiles, quia deuotione vicit Apostolos. Angelos quoq; præuenit. Transiit eos, cum eorum nec visione, nec alloquutione contenta retro: sum conuersa est, & dominum vidit: sed tamen credidit hortulanū, qui dixit illi: Mulier quid ploras? Quem quæris? Scire se indicat, quia aliquem quærat, interrogando quem quærat. Non enim ei dicitur Quid quæris, aut Quid quæris, sed Quem quæris. Nihil ergo mirum, qui tetigit venam cordis, si ei cordis intima responderūt: nihil inquam mirum, si dicenti Quem quæris, responsum est: Si tu sustulisti eum quem quæro, quem me quærere ipse nosti.

Quid autem vobis cogitasse videtur, vt diceret: Si tu sustulisti eum, dicito mihi, & ego eum tollam? Nunquid eum si seruandum sibi tulisse putabat, tam faciliè sibi indicandum statim vt tolleret æstimabat? Sed hæc erat (ni fallor) illius tunc cogitatio mulieris, propter diei festi reuerentiam, quòd non longè esset hortus à loco patibuli: in monumento hoc posuerant eum, mœrore suo liquantes eulicem, & camelum glutientes. Et nunc vt rediit tempus operandi, heu me miseram, hortulanus iste præuenit! Purgauit hortum vt primam

licuit, nec in eius monumento voluit dimittere corpus crucifixi. Pietatem præcurrit impietas, & quod solùm poterant, de monumento etiã mortuum abiecerunt. Hæc igitur & his similia cogitavit, & ait, Domine si tu sustulisti eum &c. Non te ei deinceps oportebit admouere manus, tantum dixito mihi vbi posuisti eum: non mihi ille licet fragili mulieri erit tam grauis vt tibi non odore, non onere, non horrore. Ait illi Iesus: Maria. Vox dilecti mei. Quid mirum, si protinus quæ diligebat agnouit? Agnoscere se indicauit, & agnitus est: vocauit eam, & illa respondit, Rabbi: quod interpretatur magister. Sed Maria dum abiectum querit, inuenit gloriosum: dum plorat despectum, mortuum, & sepultum, imò & sepultura ipsa vt videbatur indignum, adorat susceptatum, agnoscit dominum & magistrum.

Quod quibusdam Christus hortolani, peregrini, spiritus vicem gerat.

- Z** *ol* *Conuersa Maria vidit dominum &c.* Hortolanum esse credidit hæc mulier quem videbat. Eundem eadem die discipuli qui pergebant in Emaus peregrinum, Apostoli spiritum estimabant. At ille iam hortulum campo mutare ceperat & dicebat: Ego flos campi. Ex angustiis enim synagoga ad latitudinem orbis terræ, id est de hortulo Iudæorum ad sylvas. Gentium pertransibat. Interim autem conuersis ad se peccatoribus speciem exhibet hortolani, extirpando vitia, & inferendo virtutes; prauos eradicando mores, & cogitationes noxias dissipando, plantando, & propagando salubres. Inde genæ ecclesiarum, religiosæ videlicet congregationes sanctorum, arcola dicuntur aromatum, arefactis humoribus carnalium voluptatum, à pigmentariis quidem consistæ, sed illius hortolani beneficio & gratia fructuosæ. Ceterum si fugientes elongauerunt discipuli eius, vt eligant magis abiecti esse in domo eius, quàm habitare in tabernaculis peccatorum, vt peregrinari doceat, ipse quoque pariter graditur & sese exhibet peregrinum, cuius facundia pro vehiculo fit in via, nec modò ferat, & sustentet, sed accendat & inflammet, vt dicant: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis &c. Beati qui sic proficiunt, & proficiuntur in Emaus, abiectum scilicet populum, præferentes thesauris Aegypti, improprium Christi, vt per eum mundus illis, & ipsi mundo sint crucifixi. Siquidem, Nemo militans Deo, implicat

impli
vilitat
& per
ragio
vri in
rum
inter
quicu
sicc
non m
re secu
ritu ch
rum pe
culi hu
viuit m

Si tr
affectu
ne, in q
eum de
cis? Pu
ria dile
eam to
tas cor
tima m
que de
potest.

Qu
Noli
tia est:
ria, noli
tas &c.
parem.
bitur an
Noli m
Cantico

Implicat se negotiis secularibus, sed omni abiectioe, omni vilitate & extremitate contentus est. Cæterum longè fortius & perfectius est in ipsius seculi medio ab ipsius cauere contagio, & in ipsis quoque negotiis non turbari, in igne non vri in puluere non fœdari. Sed ad hæc quis idoneus? Nimirum qui adhæret Deo, vnus spiritus est, & tanquam lilium inter spinas non tam dolet sanè quàm redolet. Magnus ille quicumque est, qui in carne non ambulat, sed in spiritu, & sicco vestigio super aquas graditur, & domino sustentante non mergitur. Nimirum longè amplius est spiritualiter calcare seculum, quàm prudenter fugere: prodesse pluribus in spiritu charitatis, quàm in timore Dei abesse velle ab iis quorum possit obesse conuictus. Itaque magnus est qui intra seculi huius tumultus, irreprehensibilis, vel saltem venialiter viuuit maior qui extra, maximus qui supra.

BERNARDVS.

Quòd vires corporis ardens affectio non metitur.

Si tu sustulisti eum &c. Considera quàm vebementissimo affectu beata hæc mulier diligebat Christum regem. Domine, inquit, si tu sustulisti eum. Quem cum Maria? quem cum, cum de nullo feceris mentionem? Ad quem relationem facis? Putasne quòd in omnibus cordibus versetur ita memoria dilecti tui, sicut in consistorio cordis tui? Et ego, inquit, eum tollam. Mira res, hominem perfectæ ætatis, virum cuius corpori vix centum libræ sufficiunt vnguetorum, tenerima mulier portabis & tolles! Ardens & affecta loquutio, quæ de puritate amoris infusa promittit quod implere non potest. Nihil enim amanti difficile esse uidetur.

Quòd ibi quærat gloria, vbi vanitas non subrepat.

Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem. Verbum gloriæ est: nempe filius sapiens, gloria patris. Noli ergo, ait gloria, noli me tangere: noli interim quærete gloriam, fuge potius & vide omnino ne me tetigeris, donec perueniatur ad patrem, vbi sit gloriatio iam securus: ibi illi in domino laudabitur anima mea. Nunquid non videtur audisse dicentem: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem, quæ in Cantico clamat: Fuge dilecte mi, fuge?

Quòd fides percipit, quod manus vel oculus non meretur.

C *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem.* Merito carnem rediuuam verbi tangere prohibetur mulier carnaliter sapiens, plus tribuens oculo quàm oraculo, id est carnis sensui quàm verbo Dei. Quem enim mortuum vidit, resurrecturum non credidit, cum tamen hoc promiserit ipse. Denique non quieuit oculus, vsque dum satiatus esset visus, quoniam non erat consolatio fidei, nec Dei rata promissio. Nonne cælum & terra, & quicquid carnis oculus attingere potest, antè habent transire & perire, quàm iota vnum esse vnus apex ex omnibus quæ loquutus est Deus? Et tamen cessauit à fletu in visu oculi, quæ noluit consolari in verbo domini, pluris habens experimentum quàm fidem. At experimentum fallax. Mittitur ergo ad certio rem fidei cognitionem, quæ apprehendit quod sensus nescit, experimentum non inuenit. Noli me tangere, inquit: hoc est, dissuesce huic seducibili sensui, innittere verbo, fidei assuesce. Fides nescit falli. Fides inuisibilia comprehendens sensus penuriam non sentit. Denique transgreditur fines etiam rationis humane, naturæ vsum, experientie terminos. Quid interrogas oculum, ad quod non sufficit? Et manus quid explorare conatur quod supra ipsam est? Minus est quicquid ille vel illa renunciet. Sanè fides pronunciet de me, quæ maiestati nil minuat. Disce id habere certius, id tutius sequi, quod illa suscipit. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Quasi verò cum iam ascenderit, tunc tangi ab ea velit ut possit. Et vti que poterit, sed affectu, non manu: voto, oculo, fide, non sensibus.

GALFRIDVS.

Quòd Christus secundum carnem factus est frater noster, vt nos secundum spiritum faceret fratres suos.

D *Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum &c.* Ac si dicat: Vel nunc cognoscant etiam, qui licet repudiatur, & relictus tempore passionis, non diffidetur, aut abiicit eos in die gloriæ & honoris, neque vlla ita claudicat ex patre fraternitas. Qui enim pro eis ex homine matre sum genitus, etiam eos in adoptione Dei patris admisi. Pater meus pater eorum, Deus meus Deus eorum est. Et quanuis ad distinctionem referatur quod dicitur, Patrem meum & patrem vestrum: aliter enim & aliter est pater eius &

& nol
non e
imprim
mus ad
meret.
bus e
duit,
fieri vi
Felix c
seipsum
cundum
spiritu

Q
Gauj
tior lux
accepti
ego mi
quia no
charitat
Sicut m
benis,
famis, ac
renda o
erabile
mentibu

Thom
quando v
gelicæ h
caur, c
scia. Ver
datione.
est testis
toris: Be
culis nol
si piè sap

& noster: in eiusdem tamen verbis intelligi potest forsitan non ea sola discretio, sed certius exprimens, & altius cordis imprimens inculcatio. Alioquin si patrem meum dixisset, minus adhuc propter se dictum pusillanimitas humana præsumeret. Nunc autem, quibus nobis gratulandum vobis, quibus est gaudiis exultandum, quòd carnem nostram sibi induit, qui suum nobis spiritum collaturus aduenit, & filius fieri virginis dignatus est, qui nos filios Dei patris efficeret? Felix cognatio, mira communio, mira verinque dignatio, & seipsum ad nos inclinantis, & eleuantis nos ad seipsum. Secundum carnem factus est frater noster, vt nos secundum spiritum faceret fratres suos.

P E T R V S R A V E N N A S .

Quòd Apostolos ad mortem, vincula, & carceres mittat charitas, non pietas.

Causi sunt discipuli viso domino. Quantum post tenebras gratior lux est, & serenitas post tempestatis obscura, tantum est acceptius gaudium post mœrorem. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Missi sermo non minorat filium, sed declarat: quia non mittentis potestatem hinc, sed missi voluit intelligi charitatem, cum dicit: Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Sicut misit me dominus, sed pater: sic ego non auctoritate iubentis, sed toto diligentis affectu, mitto vos ad tolerantiam famis, ad onera vinculorum, ad squalorem carceris, ad perferenda omnia genera pœnarum, ad subleuandum cunctis execrabile mortis iugum. Quæ omnia vtique charitas humanis mentibus imperat, non potestas.

G A L F R I D V S .

Explanatio lectionis euangelicæ, Thomas vnus de duodecim.

Thomas vnus de duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Multiplex est si diligenter aduertimus euangelicæ huius vtilitas lectionis. Primum quidem fides ædificatur, cuius nobis in illa & veritas simul & vtilitas innotescit. Veritas probatione discipuli, vtilitas domini commendatione. Nobis siquidem ille explorator tam curiosus factus est testis fidelis, nos illa nihilominus sententia respicit saluatoris: Beati qui non viderunt & crediderunt. Quod enim oculis nostris non vidimus, vt perinde fides habeat meritum, si pie sapimus, huius nobis Apostoli oculis vidisse videmur,

palpasse manibus, digitis attrectasse, ne quod suspicionis incertum subeat. Denique eadem nos etiam leſio simul & instruit ignorantes, & dissimulantes sollicitat, & pusillanimes consolatur, & arguit indignantes. Neque enim credendus est vnus discipulus iste præ cæteris omnibus vsque adeo meriti fuisse minoris, vt solus ipse visione domini iudicaretur indignus. Sed non vidit eum, quia non erat cum aliis quando venit Iesus. Quid dicis singularitatis amator? Communia loca, communia opera, communes orationes, communem victum, communes obseruantias, quid fastidis? Quid amas diuersoria, quid tantopere diuerticula captas? Christus noster in medio terræ operatus est salutem nostram. Christus mortuus est vt Dei filios congregaret in vnum. Christus nascens locum non habuit in diuersorio. Christus moriens duobus aliis crucifixis hincinde ipse fuit medius. Christus resurgens stetit in medio discipulorum. Thomas autem non erat cum eis. Et certè ego illum tunc ab eodem sacro cœtu noluerim abduxisse. Quid enim non habuisse videtur rediens & audiens à discipulis, Vidimus dominum? Ex quanta credimus æmulatione, ex quanto desiderio illam prorumpit in vocem: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum &c. non credam? Sectemur igitur communem vitam, communem regulam diligamus, cõmunia instituta, & maiorum æmulemur exempla. Non simus ex his quæ separant semetipsos, animales spiritum non habentes, dominum non videntes. Alioquin quisquis es qui caularis quòd omnes qui in circuitu tuo visitans dominus à te transeat procul, considera diligentius & inuenies (nisi fallor) quocunq; modo te non esse cum cæteris, qui non cum cæteris eum vides. Certus esto quòd sepius ille venit, sed te non inuenit inter eos. Tu verò quem fortè visitat. Deus, noli tibi tribuere, nec quasi propriis ascribere meritis quòd sanctæ fraternitatis gratia percepisti, finalias, vbi te separaueris, quoquo modo non te sequetur spiritus, qui non nisi super quietum & humilem requiescit. Non te sequitur spiritus vitæ à cæterorum vnanimitate diuisum, non magis quàm humana anima membrum corporis viuificare pergit, quòd à cæteris sit præcisum. Non te sequitur Christus in dispersionem tuam, qui nisi colligere consuevit. Vbi, inquit, duo vel tres cõgregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Vides quia mediū amat, visitat cõgregatos?

Caveant;

Cau
legis
lor,
P
Veni
cifi
qui
bat,
fis.
vnan
mod
pheta
milit
Qua
nem
iam p
manu
dixer
te loc
tanqu
ab ill
vana
& ob
(vt a
video
ne: q
tar, &
semp
Affer
hoc d
cunq
mor e
benig
rum?
tis, di
enim
conu
crepar
mum
Nisi v

Caueant dispersi, paueant dispersores. Denique de sapientia legis, ipsa dicente: Delitiæ meæ cum filiis hominum. Ni fallor, plurali numero voluit intelligi plurium vnitatem.

Post dies octo iterum erant discipuli intus, & Thomas cum eis. **G**
Venit Iesus ianuis clausis & ait: Pax vobis. Verus nanque pacificus ipse est. Quòd si Christus in pace complacet sibi, qui in pace natus, pacem attulit suscitatus: qui pacem turbat, nunquid non est antichristus? Venit Iesus ianuis clausis. Non excludunt parietes Christum, si vnitas illum & vnanimitas congregationis admittit: ingreditur liberè, dummodo ibi nouerit locum suum. Illum vtique de quo Propheta: Factus est, inquit, in pace locus eius. Vt enim præmisit Euangelista, Erant discipuli intus, Thomas cum eis. Qua enim ratione posset auelli? Prioris absentia pœnitentiam gerens, ni fallor, iam cæteris adhærebat, vt non facillè iam pateretur abesse. Dixit ergo dominus Thomæ: Mitte manum tuam. Deprehensus es ô Apostole. Cuncta tibi quæ dixeras replicantur. Quicquid fueras pridie velut de absente loquutus, ecce totum tibi proponit. Heu mihi domine, tanquam non sint omnia nuda & aperta oculis tuis, meos ab illis infideliter & insipienter auertens indigna cogito, vana loquor, operor praua! Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas. At ego miser sicut lepus (vt aiunt) dumetis caput infigens, dum videntem me non video, me quoque reputo non videri. Quàm beatus domine: qui sub tuo testimonio semper agit, loquitur, meditat, & viuit, immò verò qui sub tuo testimonio se viuere semper attendit! Nam sub tuo testimonio nemo non viuit. Affer, inquit, manum tuam, & mitte in latus meum. Quis hoc dicit? Christus vtique resurgens ex mortuis. Quantuncunque turbata fuerit anima mea, huius misericordiæ memor ero. Quare peribimus, quare desperabimus, quibus tam benignus est dominus, tam dignâter vota præueniēs paruulorum? Sed non sufficiat solatium capere tam gratuitæ pietatis, dignationis & mansuetudinis imitemur exemplum. Quis enim nostrum si sic loquutus fuisset, sic illum discipulum conuenisset? Nonne sic potius nostra illum animositas increpationibus duris obrueret, iniuriis lacefferet, blasphemium argueret, sacrilegium increparet? Eia quid dixisti? Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam

manum meam in latus eius, non credam. Tu manum tuam in latus eius? Cuius tuam, & cuius eius? Tunc dominicum denuò latus aperies? Tunc iterum manus estodies saluatoris? Et dixisti: Nisi fecero hoc, non credam. Scilicet hoc curandum magnopere id omnimodis providendum, Nisi fecero hoc, non credam. Grauisimum s. damnum, irreparabilisque iactura: quasi verò vel tota mundi fabrica non credente te solueretur, vel angelorum curia turbaretur, vel ei patris confessio negaretur, vel intolerabile quippiam proveniret. Quàm longè alia via progreditur, qui loquitur in Propheta: Non enim viæ meæ viæ vestræ, &c. Quid ergo? Mitte, ait, manum tuam, & cognosce loca clavorum, &c. Ac si euidentius dicat: Cùm quidem sic statuisti, sic animum obfirmasti, vt aliter omnino non credas, mitte manum, vt vel sic credas, & noli esse incredulus, sed fidelis. Quid autem mirum, si mira continuò deuotione idem discipulus exclamauit, Dominus meus & Deus meus? Non erat iam quod de eius diuinitate, quod de veritate resurrectionis aliquatenus hæsitaret, quem nec arcerent claustra, nec secreta laterent.

Quàm modestè dominus Thomam increpauit.

H Ego autem super his aliquatenus moueor. Quid enim agimus? Itane semper pusillanimes consolabimur, & patientes erimus ad omnes, vt omittamus quod de corripiendis inquietis Apostolus monet, imò etiam rogat in domino? Non expedit quidem: cæterùm si non desipimus, in hoc vel maxime modum seruabimus, & obseruabimus horam. Denique si aduertimus quod in præsentī sequitur lectiōe, congrua nobis præscribitur forma etiam huius rei. Siquidem respondit ei Iesus, haut dubium quin discipulo consentit. Quia vidisti me, credidisti. Beati qui non viderunt & crediderunt. Corruptio est: neque enim oportebat vt non aliquatenus corripere, sed quàm moderata, quàm opportuna corruptio, quàm denique & apud discipulum efficax, & tali digna magistro.

Quòd ob humilitatis custodiam Christus in nobis remanere peccatorum patitur cicatrices.

I *Infer digitum tuum huc, & cognosce loca clavorum, & u. e. i. s. f.* Sicut in corpore suo Christus retinuit cicatrices certa quadam dispensatione, sic in nostris etiam animabus cicatrices pati-

patitu
torum
proxi
præte
ritate
coro
metui
Væ se
lamer
vina p
& non
ces. In
scant
bonu
perue
ample
mò qu
ne gra
adum
tum ta
que id
subrep
fæder

C
Dom
oracul
fidem a
passer
los suo
trepid

F

patitur residere saluator. Siquidem ex recordatione peccatorum suorum magis magisque sibi quisque vilescit, erga proximum mitescit, dulcescit ei saluator suus, iniquitatem præteritam execratur, præsentem amplectitur gratiam, securitatem futuræ beatitudinis amplius concupiscit. Si misericordiam Christi non diligis, si veritatem & seueritatem non metuis vltionis, reprobus est sensus tuus & inimicus Deo. Væ semel, & væ iterum! Cantatur nobis, & non saltamus: lamentamur, & nemo qui plangat. Commendatur nobis diuina pietas, bonitas, benignitas, dulcedo incomparabilis, & non amplectimur, sed dissimulamus, & renuimus infelices. Irruunt super nos comminationum eius tonitrua, coruscant fulmina plena horroris, & ecce bonum dicimus Deum, bonum sentimus, ne indignatio ebibat spiritum nostrum. En peruersitatem! Si non est tam misericors Deus, cur ipse non amplecteris bonitatem? Væ mihi misero! quàm vereor, immò quàm vereri ipse debueram, quæ interim leuia reputo, ne grauissima reputet Deus! Enimvero sensum magis quàm actum æstimat. Et vt quidam sanctorum ait, Nullum peccatum tam veniale, quod non fiat criminale dum placet. Neque id de transitoria delectatione credendum, quæ interdum subrepat etiam perfectis: sed de stabili quadam animi conseruatione, proposito & consensu.

BERNARDVS.

Quòd de Christi vulneribus fons ortus est veritatis.

Dominus meus, & Deus meus. Vnde hoc reportatum est **K** oraculum, nisi ex foraminibus petræ? Bona foramina quæ fidem astruunt resurrectionis, & Christi diuinitatem. In his passer inuenit sibi domum, & turtur nidum vbi ponat pullos suos. In his columba se tutatur, & circunuolitantem intrepida intuetur accipitrem.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd oculus mentis exacuat vis amoris.

Discipulus quem diligebat Iesus, dicit, *Dominus* **Cap. 21.**
est. Primus qui diligitur videt: quia semper amoris oculus acutius intuetur, & semper viuacius qui diligitur sentit. Petrus vt audiuit. Quæ res Petri sic tardauerat mentem, vt ab alio audiret dominum, qui ceteris consueuerat nunciare? Sed tar-



dius dominum suum videbat, qui vocem facillè ancillæ suffrantis audiuit. Petrus vt audiuit, tunica præcinxit se, et misit se in mare. Verè mirum: qui in mari nudus est, in mare se demergit indutus. Sed innocentia nunquam nuda est, et reatus semper refugit ad velamè. Denique sic Adam vt nuda Petrus post culpam suam gestit tegere nuditatem: quia antequam utique fuerant ante culpam sancta nuditate vestiti. Misit se in mare, vt esset primus in reditu, qui acceperat in ordine principatum. Tunica se præcinxit, qui præcingendus erat martyrij passione.

BERNARDVS.

Quòd cæteris Apostolis nauiculæ singulæ, Petro maris vniuersitas sit commissa.

M Sciens Petrus quia dominus est, misit se in mare. Alij autem nauigio venerunt. Quid istud? Nempe signum singularis possessionis Petri, per quod non vnã nauem vt cæteri quique suam, sed seculum ipsum suscepit gubernandum. Mare enim seculum est, naues ecclesiæ. Inde est quòd altera vice instar domini gradens super aquas vnicum se Christi vicarium designauit, qui non vni populo sed cunctis præesse deberet. Ita cum quisq; habeat suam, ei vnã commissa est grandissima nauis. Facta est omnibus, ipsa vniuersalis ecclesia toto orbe diffusa. Vnde & dicebat dominus: Si diligis me Petre, pasce oues meas. Quas? Illius vel illius ciuitatis, aut regionis, aut regni? Oues meas, inquit. Cui non planum non designasse aliquas, sed assignasse omnes? Nihil excipitur, vbi distinguitur nihil. Et fortè præsentibus cæteri discipuli erant, cum committens vni, vnitatem omnibus commendaret in vno grege & vno pastore. iuxta illud: Vna est columba mea, formosa mea, perfecta mea. Vbi enim vnitas, ibi perfectio. reliqui numeri perfectionem non habent, sed diuisionem, recedentes ab vnitare. Inde est quòd aliqui singuli singulas sortiti sunt plebes scientes sacramentum. Denique Iacobus qui videbatur columna ecclesiæ, vnã est contentus Hierosolyma, Petro vniuersitatem cedens. Palestræ verò ibi positus, suscitare semen defuncti fratris vbi occisus est ille: nam dictus est frater domini.

Qualis pastor esse debeat, & qualiter pascere gregem domini.

N Petre amas me, &c. Non ociose totiens repetitum est, Pe-

tre amas me, in commiffione ouium. Acfi dicat dominus: Nifi me ames, & valdè perfectèque ames, hoc est plusquam tua, plusquam tuos, plusquam te, non te intromittas de ouibus meis, pro quibus sanguinem meum fudi. Terribilis sermo. Propterea attendite vobis pastores ecclesiæ & precioso deposito quod vobis creditum est. Ciuitas est, vigilate ad custodiam & concordiam. Sponsa est, studete ornatui. Oues sunt, intendite pastui. Et hæc tria ad trinam illam domini pertinent sciscitationem. Porrò custodia ciuitatis vt sit sufficiens trifaria erit: A vi tyrannorum, à fraude hæreticorum, à tentationibus dæmonum. Sponsæ verò ornatu in bonis operibus, moribus, ordinibus. At pastus ouium communiter quidem in pascuis scripturarum tanquã in hæreditate domini. Sed est distinctio in illis. Nam sunt mandata quæ duris & carnalibus imponuntur ex lege, vitæ & disciplinæ. Et sunt holera dispensationis, quæ infirmis & pusillis corde respectu misericordiæ apponuntur. Et sunt consiliorû solida fortiq; præcepta, quæ ex intimis sapientiæ proponuntur sanis, & qui exercitatos habet sensus ad discretionem boni & mali. Paruulis autem tanquam anniculis adhortationis lac potus datur non esca. Adhuc boni sollicitiq; pastores impinguare pecus non cessant bonis exemplis, & suis magis quàm alienis. Nam si alienis tantum, ignominia est illis, & pecus non ita proficit. Si enim apposuerit Moysis mansuetudinem, patientiam Iob, misericordiam Samuelis, Dauid sanctitatem, & cætera huiusmodi, immitis autem sit, & impatiens, & immisericors, & minimè sanctus, sermo minus sapidè veniet ei, & oues minus avidè capient. Bonus autem pastor hoc quoque curabit, vt habeat in semetipso sal, sciens quia sermo sale conditus, quantum placuerit ad gratiam, tantum proficiet ad salutem.

Vt tamen eadem paulò expressius designemus, ad solam ciuitatis custodiam, vt quantum satis est procuretur, opus viro forti, spiritali, fideli. Forti, ad propulsandas iniurias: spiritali, ad deprehendendas insidias: fideli, qui non quæ sua sunt quærat. Porrò ad mores honestandos & corrigendos, quod ad decorem pertinet sponsæ, necessaria est cum multa diligentia disciplinæ censura. Ferueat ergo necesse est zelo illo quo accensus erat qui dicebat: Aemulor vos Dei æmulatione, & cæt. Nam quomodo in pascua scripturarum educet greges dominicos pastor idiota? Et si doctus

SVPER IOANNEM.

& non bonus fuerit, verendum ne non tam nutriat doctrina verbi, quàm noceat vita sterili. Temerè itaque hoc onus subitur absque scientia pariter & vita laudabili.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd nunquam ouis, discipulus, & aegrotus, caulas, scientiam, sanitatem, si sibi relictis fuerint, consequentur.

P *Alius te cinget, & ducet te quòd tu non vis.* Nunquam ouis ad caulas peruenit, si pro suo libitu peruagetur. Nūquam scientiam discipulus poterit obtinere, si totus pro sua voluntate contenderit. Aegrotus quoque nunquam poterit recipere sanitatem, si pro suo curatus fuerit arbitrio.

Finiuntur Euangelia.

SEQVVTVR APOSTO-
LORVM ACTA.

ODO DE MORIM.

Cur ad consolandos Apostolos duo tantum
angeli descenderunt.

Cap. I.



*H*ec duo viri assiterunt iuxta illos in vestibus albis. Mirum & inquisitione dignum videtur, cur tam pauci missi sunt, cur tam pauca loquuti, cum & rei dignitas attestantium posceret multitudinem, & Apostolorum desolatio non modica consolatione indigeret. Nato domino angelorum chorus canebat, Gloria in excelsis

Deo. Ascendente eo nisi duo apparere. Dicamus causam. Sed causam fortasse deuotioni potius seruiētem quàm rationi. Ascendente domino, & nouam in cœlis speciem naturæ ingerente, superna illa curia admirata, festiuo apparatu exiit ei obuiam, & canticis spiritualibus laudes cecinit triumphanti. Fortasse idcirco tam pauci venere, ne tam festis decessent solennis

solenniis. Et qui venere, regressu celeri nouis se gaudiis sociarunt.

BERNARDVS.

Quòd status, transmigratio, aspectus in cœlum in Apostolis commendetur.

Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? Verba hæc Rangelorum ad Apostolos tria præclara innuunt, quæ & ipsorum fidei insinuant veritatem, & morum continent honestatem: quæ sunt, transmigrare, stare, aspicere. Transmigratio triplex est. Primum quidem transmigramus carne, per baptismi mysterium ab originali peccato. Secundò transmigramus opere, per pœnitentiæ remedium ab actuali peccato. Tertio transmigramus mente, per veritatis intellectum ab erroris vitio. Stare, est in nullam partem declinare. Quî status velut quadrus lapis inuenitur quadriformis, id est superius amando cœlestia, inferius contemnendo terrena, à dextris vilipendendo prospera, à sinistris æquanimiter sustinendo contraria. In cœlum quoque tribus modis aspiciamus: per foramen, per fenestram, per ostium. Ad foramen pertinet compunctio, ad fenestram deuotio, ad ostium contemplatio. In hac Iesus à nobis assumitur, quia semper in nobis habitat per fidem. Transit in qualemcumq; licet per speculum & in enigmate, speciem. Qui sic venit quemadmodum vadit: quia cum aliud sit opus, aliud fructus operis, eadem tamen & intentio incommutabilis desuper manantis veritatis. Vel aliter. Qui nos saluat noster Iesus, est salutaris operis effectus. Hic assumitur in cœlum, quâdo (sicut scriptum est) opera sanctorum veniunt in memoriam ante Deum: & redit, quando reddit unicuique secundum opera sua. Quòd assumitur in nube, diuinam protectionem intellige, quæ protegit vndique opera sanctorum ab incursum tentationum. Vel nubes est ipsorum circumspectio sedula, quæ si defuerit, minus sunt opera salutaria.

Quòd ad trinam virtutem exemplum apostolicum nos inuitat.

Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione, &c. Exspectabant siquidem cœlestem consolationem, cuius acceperant repromissionem. Laudabili magnanimitate pusillus grex pastoris solatio destitutus, minimè tamen dubitans quin illi cura esset de eis, sed paternam pro eis gereret sollicitudi-

nem, deuotis pulsabat supplicationibus cœlum, certus quod penetrarent illud iustorum orationes, nec pauperum preces spernerentur à domino, aut sine copiosa benedictione redirent. Sed nec sine longanimitate persistebant indeficientes, iuxta illud propheticum. Si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet & non tardabit. Porrò vnanimitas legitur euidenter expressa, quòd hæc sola ditini spiritus charismata mereatur. Neque enim est Deus dissensionis, sed pacis. Neque habitare facit nisi vnus moris in domo. Iure igitur preparationem cordis eorum audiuit auris diuina: nec ab expectatione sua confudit eos, qui & magnanimes, & longanimes, & vnanimis essent. Certissima nanque hæc testimonia sunt fidei, spei, & charitatis. Et quidem euidenter spes longanimitatem, vnanimis charitas operatur. Nunquid non fides quoque magnanimum facit? Facit, & sola. Quis enim sine fide præsumitur, non est illa animi solida magnitudo, sed ventosa quædam inflatio & tumor inanis. Amitemur & nos triplicem hanc præparationem, si desideramus supereffluentem mensuram spiritus obtinere. Euidens fuit magnanimitas in conuersione nostra, sit etiam in consummatione longanimitas, sit vnanimis in conuersatione. Huiusmodi siquidem animabus cœlestis illa Hierusalem desiderat instaurari, quibus nec fidei magnitudo desit in suscipiendo onere Christi, nec longitudo spei in persistendo, nec charitatis iunctura, quod est vinculum perfectionis.

Quòd Iudas nec cœlo nec terra recipi dignus fuit.
T *Iudas abiit in locum suum.* Pulchrè omnino in aère crepuit medius, aëriarum collega potestatum, vt pote quem veri Dei & veri pariter hominis, qui de cœlo venisset operaturus salutem in medio terre, proditorem, nec cœlum reciperet, nec terra sustineret.

Quòd vinum de vera vite fustum Apostolos inebriauit.

Cap. 2.

V



*V*omodo hi ebrij sunt, càm hora diei tertia sit? Verè ebrij erant Apostoli, sed nò eo vino quo ab incredulis ebrij credebantur. Planè inquam ebrij, sed vino nouo, quod veteres vites non merentur accipere, nec continere valerent. Hoc nouum vinum vera illa vitis fuderat de excelso lætificans cor, non statum mentis euentis, vinum

vinum
 piente
 in cœ
 vtribu
 apoth
 vinu
 rigena
 Sic igit
 ra in te
 carne
 minus
 comm
 stolos
 set que
 nibus
 non ve
 non ha
 vadam
 granlla

conter
 grotu
 nebant
 di, qua

E

vinum germinans virgines, non apostatare faciens etiam sapientes. Nouum vinum, sed habitantium super terram. Nam in cœlis quidem olim iam copiosissimè redundabat, non in vitibus, nec in testeis vasis, sed cella vinaria, in spiritualibus apothecis. Fluebat per vicos & plateas omnes ciuitatis illius vinum, in quo lætitia cordis non carnis luxuria est. Nam terrigenæ & filij hominum vinum huiusmodi non habebant. Sic igitur cœlum quidem vino proprio utebatur, quod terra interim nesciebat. Sed ne ipsa quidem terra penitus inops, carne Christi gloriabatur, cuius præsentiam cœlum nihilominus stiebat. Quidni fidelissimum fieret gratissimumque commercium inter cœlum & terram, inter angelos & Apostolos, vt exhiberetur illis caro Christi, istis vinum cœli: essetque in terra spiritus, caro in cœlis, ac deinceps omnia omnibus communia in æternum? Nisi, inquit, abiero, paraclætus non veniet. Hoc est dicere: Si non dederitis quod amatis, non habebitis quod desideratis. Expedit igitur vobis vt ego vadam, vos quoque de terra ad cœlum, de carne ad spiritum translauiurus.

BALDVINVS.

Quòd non sit sacerdotis euangelici pecuniam possidere.

Argentum & aurum non est mihi. Digna vox Cap. 3.
 principatu principis Apostolorum, principis X
 ecclesie. Quid Petro & auro? Nonne Petrus dixit: Nos reliquimus omnia, quid ergo erit nobis? De mercede querenti nõ aurum repromittitur vel argentum. Hæc enim contemnebat, quia in gloria egentium superbiebat. Vnde & agrorum precia ad pedes ipsius, ac cæterorum à fidelibus ponebantur. Meritoque ante pedes, quasi pedibus conculcanda, quæ indignum erat vel manibus atrectari.

BERNARDVS.

Quòd Christum persequitur, qui corpus eius, id est ecclesiam impugnarit.

Et subito circumfulsit eum lux de celo. O verè inestimabilis diuinæ dignatio pietatis? Illustrat Cap. 9.
 cœlesti fulgore vel aforis, intus adhuc luminis incapacem. Lucis & vocis testimonia credibilia facta sunt nimis, nec dubitare est de verita-

te quæ se per vtrasque ingerit, oculorum scilicet auriâque fenestras.

Sante Saule quid me persequeris? Verè deprehensus est Saulus. Non est dissimulandi locus, non est facultas vlla negandi. In manibus sunt epistolæ crudelissimæ legationis, auctoritatis execrandæ, potestatis iniquæ. Quid me persequeris? An non persequeretur Christum, qui Christi membra trucidabat in terris? An verò persequuti sunt Christum, qui sacratissimum illud corpus crucis affixere patibulo: & non persequeretur eum, qui aduersus corpus eius, quod est ecclesia, odio furebat iniquo? Denique si proprium sanguinem dedit in pretium redemptionis animarum, non tibi videtur ab eo grauiorem sustinere persecutionem, qui suggestionem maliuola, exemplo pernicioso, scandali occasione, auerit ab eo animas quas redemit, quàm à Iudæo qui sanguinem illum fudit? Agnoscite dilectissimi, expauescite consortia eorum qui salutem impediunt animarum. Horrendum profus sacrilegium, quod & ipsorum videtur excedere facinus, qui domino maiestatis manus sacrilegas iniecerunt. Videbatur cessasse iam persecutionis tempus, sed vt pallam factum est, nunquam deest persecutio christiano, sed neque Christo. Et nunc quod grauius est, ipsi Christum persequuntur, qui ab eo christiani dicuntur. Coniurasse videtur contra te Deus, vniuersitas populi christiani à minimo vsque ad maximum. A planta pedis vsque ad verticem capitis non est sanitas in illa.

Quòd à suis rectoribus ecclesia spiritualiter impugnetur.

Z *Egressa est iniquitas à senioribus iudicibus vicariis tuis, qui videntur regere populum tuum.* Non est iam dicere, Sicut populus, sic sacerdos: quia nec sic populus vt sacerdos. Heu heu domine Deus, ipsi sunt in persecutione tui primi, qui videntur in ecclesia tua primatum diligere, gerere principatum. Arcem Sion occupauerunt, apprehenderunt munitiones, & vniuersam deinceps liberè & potestatiuè tradunt incendio ciuitatem. Misera eorum conuersatio, plebis tuæ subuersio est. Atque vtinam nunc sola hac parte nocerent. Nunc autem dati sunt sacri gradus in occasionem turpis lucri, & questum existimant pietatem. Copiosissimæ quidem pietatis inueniuntur in suscipienda imò accipienda animarum cura, sed hæc apud eos cura minor, & de anima-

tum salute nouissima est cogitatio. Iniquè agunt etiam cæteri contra Christum, multisque sunt nostris temporibus antichristi. Hæc videt Christus & silet. Hæc saluator patitur & dissimulat. Propterea dissimulemus nos necesse est, & sileamus maximè de prælatis nostris, magistris ecclesiarum.

Quod Christum persequitur, qui salutem impedit animarum.

Quid me persequeris, Vereor ne quis fortè sit in nobis domini persequutor: quia manifesta docuit ratio impedire salutem, esse persequi saluatorem. Quas ego de salute anime mee fratri illi gratias agere possum, qui mihi propinat detractionis fraternæ venenum? Merito detractores Deo odibiles describuntur tanquam persequutores. Quid & is qui exemplo suo ad remissius agendum cæteros prouocat, aut singularitate turbat, aut inquietat curiositate, aut impatientia & murmuratione molestat, aut quocunque modo contristat spiritum Dei qui in eis est? Nonne & hic manifestè persequitur Christum? Vt ergo persequutorum & nominum & crimen longè sit semper à nobis, benignos semper & imites exhibeamus nos, inuicem supportantes in omni patientia, ad id quod melius & perfectius est alterutrum prouocantes.

Saule Saule quid me persequeris? Et ille: Quis es domine? Hinc profectò datur intelligi, quòd verè circumfusa erat illi claritas, non infusa. Audiebat domini vocem, sed faciem non videbat, quoniam erudiebatur ad fidem. Et vt ipse postea docuit, fides ex auditu est. Quis est? inquit. Ignotum persequebatur, & ideo consequutus est misericordiam. Discite ex hoc iustum iudicem Deum non modò quid fiat, sed etiam quo animo fiat considerare. Et cauet deinceps ne quis parua reputet, cum quanlibet parua scienter delinquere conuincatur. Nemo dicat in corde suo: Leuia sunt ista, non curo conuincere, nò est magnum si in his maneam venialibus minimisque peccatis. Hæc enim est impœnitentia, hæc blasphemia in spiritum sanctum, blasphemia irremissibilis. Paulus blasphemus fuit, sed non in spiritum sanctum, quia ignorans fecit in incredulitate. Quis es, inquit, domine? Et dominus ad eum: Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris. Ego saluator quem tu persequendo peris.

Quæ sit forma veræ obedientiæ.

C At ille: Domine quid me vis facere? Hæc planè perfectæ conuersionis est forma. O verbum breue, sed plenum, sed viuum, sed efficax! Quàm pauci inueniuntur in hac perfectæ obedientiæ forma, qui suam ita abiecerunt voluntatem, vt non quid ipsi, sed quid velit dominus omni hora requirant! Sequitur: Et dominus ad illum: Surge & ingredere ciuitatem, ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. O sapientia suauiter vniuersa disponens! Eum cui tu loqueris erudiendum de voluntate tua mittis ad hominem, vt socialis vitæ commendetur vtilitas, & edocuius per hominem discat & ipse secundum datam sibi gratiam hominibus seruire. Sequitur: Apertissque oculis nihil videbar, &c. Felix cæcitas qua malè quondam illuminati in præuersione, tandem in conuersione salubriter oculi excæcatur! Sanè quòd triduo Paulus sine cibo manet persistens in oratione, ad eos maximè pertinet, qui nouiter læculo abrenunciantes, necdum in cœlesti consolatione respirant. Sustineant ergo & ipsi dominum in omni patientia, orent sine intermissione, quærentes, petentes, pulsantes, quia exaudiet eos pater cœlestis in tempore oportuno. Eandem iubetur Ananias manus imponere Saulo, sed tæquam bene eruditus non continuò acquiescit. Vide enim si nõ etiam Paulus ipse doctrinam hanc tradit discipulo: Neminis, inquiens, citò manus imponas. Vidit, ait dominus, virum imponentem sibi manum vt visum reciperet. Paulus cum hoc vidisset, non continuò illuminatus est, sed expectauit Ananias manum, quem venturum in somnis præuidit.

D Ne magistri præsumant fieri, qui discipuli non fuerunt. Hæc dico, quia vereor ne fortè quis sit inter nos qui solo se somnio præsumat illuminatum esse, nec iam æquanimiter patiaturs ad manum trahi, sed doctorem sese profiteatur alienum. Cui enim necdum administrationis cura iniuncta est, nec credita dispensatio, necdum præceptum vt videat, & prouideat iis qui apertos oculos habentes nihil vident: quis hoc præsumere tentat, nisi qui meditatur inania, & quasi somnia vana sectatur?

CASSIANVS.

Quòd Deus ob humilitatis gratiam hominem doceri velit ab homine.

Surge & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Vbi sunt qui suo viuere arbitrio, suo consilio regi in ipsis maximè iniuis suæ conuersionis præsumunt? Ecce Paulum Apostolum per semetipsum vocans & alloquens Christus, cum posset ei viam perfectionis referare confestim, dirigere ad Ananiam maluit, & ab eo iubet viam veritatis agnoscere, dicens: Surge & ingredere ciuitatem, &c. Mitit itaque istum ad seniorem, eumque illius potius doctrina quam sua censer institui, ne scilicet quod rectè gestum fuisset in Paulo, posteris malum præsumptionis præberet exemplū, dum vnusquisque sibimet periuaderet simili modo se quoque debere Dei solius magisterio atque doctrina potius quam seniorum institutione formari.

RICARDVS.

De duabus catenis quibus à diabolo mens
hominis ligatur.



Rat Petrus in carcere vinculus catenis duabus.

Cap. 12.

F

Vultis scire quæ sint huiusmodi vincula, quæ soleant mentes etiam meritis sublimes, quandoque grauius irretire? Modò sordida titillatione caro inflàmatur. Modò sœda cogitatione animus sordidatur. Quasi ergo carcerales tenebras incurrimus, quando his concupiscentiæ nexibus irretiti confusionis nostræ caliginem declinare volumus, nec valeamus. Sed illa sanè mens diuinæ consolationis reuelationem meretur, quæ non tam propria corporis sui ignauia, quam alienæ malignitatis proteruita, has confusionis suæ tenebras patitur. Eiusmodi autem sancta anima ad diuinæ legationis aduentum eripitur, quando ex diuinæ inspirationis gratia & reuelationis luce ab oppressione suæ ponderè releuatur. Felix Petrus, qui non solum meruit ab angelo eripi, verum ereptus etiam angelum sequi. Puto quòd non omnes qui ab angelo eripiuntur, angelica etiam vestigia comitantur.

BERNARDVS.

Quòd non sit dignus festiuitatis requie, qui in vigilia noluerit laborare.

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum.
In huius rei sacramentum sanctorum solennia ieiuniis peruenimus, quòd scilicet tribulatio præsens sit via festiui-

Cap. 14.

G

tatis æternæ. Indignus quippe solenni læticia est, qui statuti
vigilia abstinentiam non obseruat. Si renuis affligere animi
tuam in vigilia, indignus iure censeris requie & exultatione
festiua. Est autem vniuersum præsentis penitentia tempus
vigilia quædam sollemnitatis magnæ & æterni sabbati quæ
præstolamur. Nec causaberis vigiliam longiorem, si æterni-
tatem festiuitatis attendas. Licet enim habere preparationem
soleant solennia diurnam, illa cum æterna sit, non exigit ta-
men æternam.

BERNARDVS.

Quòd sensualitas animæ nomine designetur.

Cap. 20.
H



Non facio animam meam preciosiorem quam me.
Optimus æstimator rerum, qui nihil tibi
præferendum existimat! Quàm multi saluti
propria vilissimam modicamque pecuniam
prætulerunt! Paulus nec animam. Ergo differ-
rentiam facis inter te & animam tuam? Pre-
denter quidem tu tibi plaris es quàm quidvis tuum. Sed quo-
modo non anima tua tu? Arbitror quòd quia Paulus iam in
spiritu ambularet & mente cõsentiret legi dei, quia bona est
idcirco hanc ipsam mētem suam tanquã principale, ac supre-
mum quiddam sui, dignum duxerit suũ potius quàm suæ
iuspiam rei nomine designare. Reliquum verò quod eandem
naturæ esse inferioris, & inferiori perinde vilioris quo essentia
quod est corpus inhære, non modò officio, viuificandi ac
sensificandi, sed fouendi, nutriendique desiderio: hoc inquam
sensuale atque carnale appellatione sui homo spiritalis in-
dignum iudicans, inter sua magis censuit deputandum, quam
se personaliter exprimendum per illud. Cùm medico, inquit,
excellētius quod in me est, in quo & sto per gratiã Dei, men-
tem rationemque intellige. Cùm loquor animam meam, nec
inferius accipe quod carni animando vides, accommodatum
imò & vincitum in concupiscentia. Id me fuisse sed iam non
esse agnosco, quia non secundum carnem ambulo, sed secun-
dum spiritum. Viuo ego, iam non ego, secundum carnem non
ego, secundum mentem ego. Hanc ergo animam suam Paulus
spernebat præ se, paratus perdere eam, iuxta consiliũ do-
mini. Tu quoque si propriam deseras voluntatem, si corporis
voluptatem, probabis te Pauli imitatorum, qui non facias a-
nimam tuam preciosiorem te ipso.

Hic

Hic arguuntur monachi ciborum differ-
rentias obseruantes.

Quid vos dicitis obseruatores ciborum, morum negle-
tores? Hypocrita & sequaces eius docent animas saluas fa-
cere in hoc mundo, Christus & eius discipuli perdere. Quem
de duobus sequi magistrum eligitis? At manifestum se facit qui
sic disputat: hoc oculis, illud capiti, hoc pectori vel stom-
acho. Legumina, ait alter, ventosa sunt. Caseus stomachum
grauat, lac capiti nocet. Potum aquæ non sustinet pectus.
Caulis nutriunt melancholiam. Choleram porri accendunt.
Visces de stagno vel de lutosa aqua mæx non congruunt
complexioni. Quale est hoc vt in totis fluuiis, agris, hortis,
cellariis vix possit reperiri quod comedas? Puta te quæso
monachum esse non medicum: nec de complexione iudican-
dam, sed de professione. Num in euangelio legisti has diffe-
rentias ciborum? Aut in Prophetis, aut in literis Apostolorum?
Caro & sanguis profectò reuelauit tibi hanc sapientiam, non
spiritus patris. Epicurus atque Hippocrates: alter corporis
voluptatem, alter bonam habitudinẽ profert: meus magister
vtriusque rei contemptum prædicat.

BALDVINVS.

In quibus versari debeat conuersatio
sacerdotum.

Attendite vobis & vniuerso gregi. Primùm vobis, dein-
de gregi. Habenda est ratio salutis propriæ iis qui nego-
tium procurant salutis alienæ. Castigatis moribus decet nos
tuere, quibus credita est censura moralis disciplinæ. A se
debent incipere, quos primùm oportet pro se rationem
reddere. Attendite, inquit, vobis. Attendite quid estis se-
cundum naturam infirmæ conditionis, quid secundum fun-
ctionem iniunctæ legationis, quid secundum potestatem ac-
ceptæ dignitatis, quid secundum humilitatem debitæ ser-
uitutis. Attendite quid estis cum aliis, quid propter alios,
quid denique intra alios. Cum aliis quid estis, nisi homines
similes aliis, passibiles, in peccatis concepti, moriendi neces-
sitate cõstricti? Tales enim decet esse pontifices, qui norunt
esse comparsibiles, eò quòd sint & ipsi passibiles. Ergo quia
homines estis, infirmi estis secundum naturam infirmæ con-
ditionis. Secundum functionem iniunctæ legationis, pro-
pter alios, angeli pacis estis, in quibus Deus posuit verbum

reconciliationis, vt cum Apostolo dicere possitis: Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo reconciliari Deo. Si autem angeli estis, in cœlis est conuersatio vestra. Non enim in carne, sed in spiritu, sicut administratorij spiritus in mi. propter eos qui hæ. ca. sal. Misisti autem à Deo qui facit angelos suos s. & mi. s. ig. vr. Vnde & vos discipulorum corda vrere & illuminare debetis, vt calore igniti eloquij pariter ardeant, & à calore eius non se abscondant. Mali verò sacerdotes cum boni angeli non sint, malis angelis rectius comparantur, qui de cœlo lapsi in veritate non steterunt, & honorem dignitatis angelicæ perdidierunt. Ne ergo & vos cadatis attendite: quia non solum angeli estis propter alios, sed & dij estis supra alios. Et hoc secundum dignitatem acceptæ potestatis. Potestas vestra de cœlo est, & ex Deo. Quis enim potest peccata dimittere nisi solus Deus? Et vobis tamen data est potestas dimittendi peccata. Quia Deus deorum locutus est & dixit: Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. In hac autem potestate vestra Deus semper repræsentatur à vobis in terra, vt per vestrum ministerium semper præsens sit quærentibus eum, non solum præsentia maiestatis, sed & repræsentatione suæ auctoritatis. Attendite quantus honor illi debeatur à vobis, qui tam honorabile nomen dedit vobis. In hoc enim nomine timendi istis & honorandi. Timendi vt iudices, honorandi vt patres. Timendi pro potestate, honorandi pro sanctitate. Si cui vestrum sanctitas deest, quod absit, timeat ille quoniam iudex est. Timeat ille quoniam stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicans, nouit enim qui sunt eius. Nam qui amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & primas salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi, qui sunt mercenarij, qui sunt fures & latrones, qui non intrant per ostium, qui sunt nummularij, qui vendunt columbas in templo, qui sunt canes muti, qui sunt operarij mali, totum hoc genus deorum inter falsos deos computandum videtur. Simulachra enim sacerdotum sunt, & sicut imagines deorum aut idola abominationum in templo. Quemadmodum vnus veri Dei cultus per idololatriam idolo indebitè exhibetur, ita honorem diis. i. sanctis sacerdotibus debi- tum indebitè sibi vsurpant, qui sibi sumunt honorem non

voci-

vocitat
tem vest
tis. Si v
num loc
produce
Ecce q
tam im
ad cœlos
quod &
Dei seme
dij estis.
te: vt int
infirmi p
& ego no
piscopos
strum sec
rigere in
preparatu
cium præ
que iudici
fides se
Deo per c
est in his e
ponit man
nim vestra
iustitiæ sig

EPIS

Qu



amore

vocitati à Deo tanquam Aaron. Attendite iterum humilitatem vestram & seruitutis necessitatem, & quid infra alios estis. Si vultis audire, dicat Propheta quid estis, qui ad dominum loquens ait: De fructu operum tuorum satiabitur terra producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum. Ecce quid estis, iumenta & seruitus hominum de tam alto in tantum deuoluti estis. sicut scriptum est: Ascendunt vsque ad cœlos, & desc. vsque ad a. Hoc igitur sentite in vobis quod & in Christo Iesu. Cùm enim esset ille Deus, in forma Dei semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Et vos dii estis. Exinaniuite vosmetipsos, & seruilem formam accipite: vt interdum efficiamini sicut homines propter homines, infirmi propter infirmos, sicut ille qui dicit: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Sequitur: Vos posuit spiritus sanctus episcopos regere Ecclesiam Dei. Hoc est enim officium vestrum secundum geminum regendi modum, dirigere & corrigere in iustitia & iudicio. His enim virtutibus sedes Dei præparatur, aut corrigitur. sicut scriptum est: Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Per vestram iustitiam vestrumque iudicium præparanda est sedes Dei in his qui nondum sensibiles se Deo seffori præbuerunt hoc est, in his qui nondum Deo per obedientiam subiecti esse cœperunt. Præparanda est in his etiam qui lapsi sunt vt erigantur: quia dominus supponit manum suam. Ad vos omnium oculi respiciunt. vita enim vestra speculum est sanctitatis, honestatis exemplum, & iustitiæ signaculum.

EPISTOLA BEATI PAVLI AD ROMANOS.

BERNARDVS.

Quòd philosophi non tam salubria quàm subtilia sint sectati.

Deus illis reuelauit. Nec adiunxit, Per spiritum Cap. I.
 suum. quia impiæ mentes contentæ sapientia
 quæ inflat, illam quæ ædificat nescierunt. Reuelatio enim quæ per spiritum sanctum fit, nõ
 solum illustrat ad agnitionem, sed & accendit
 ad amorem: dicente Paulo: Charitas Dei diffusa est in cor-

dibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Denique ipse Apostolus dicat per quid cognouerunt. Per ea, inquit, quæ facta sunt intellecta &c. Vnde constat quòd nec perfectè cognouerunt, quem minimè dilexerunt. Si enim integrè cognouissent, bonitatem quæ pro eorum redemptione in carne nasci & mori voluit, non ignorarent. Sed audi quid eis de eo reuelatum fuerit: Sempiterna virtus eius & diuinitas. Vides quia quod sublimitatis, quod maiestatis est, in præsumptione spiritus non Dei, sed sui rimati sunt? Quòd autem mitis sit & humilis corde non intellexerunt. Nec mirum: quia caput eorum Beemoth nihil humile, sed omne sublime videt.

Quòd vera sapientia illuminat pariter & inflammat.

L *Et obscuratū est insipiens cor eorum.* Sol nō omnes quibus lucet etiam calefacit. Sic sapientia cunctos quos docet quid faciendum sit, non etiam accendit ad faciendum. Aliud est diuitias multas scire, & aliud possidere. Nec notitia diuitem facit, sed possessio. Sic aliud nosse Deum, & aliud timere. Nec notitia sapientem, sed timor facit qui afficit. Tūc sapientem dixeris quem sua scientia inflat? Quis illos sapientes dicat, nisi insipientissimus, qui cū cognouissent Deum, non tāquam Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: Et benè initium sapientia timor domini: quia tunc primū Deus animæ sapit, cū eam afficit ad timendum, non cū instituit ad sciendum Times Dei iustitiam, times potentiam: & sapit tibi iustus & potens Deus, quia timor sapor est. Porrò sapor sapientem facit, sicut scientia scientem, sicut diuitia diuitem. Quid ergo prior locus tantū præparat ad sapientiam? Preparatio rerum cognitio est. Vetū hanc facilè sequitur electionis tumor, si non reprimat timor. Vt meritò dicatur Initium sapientia, qui se pesti insipientia primus opponit. Ibi itaque accessus quidam est ad sapientiam, hic ingressus.

BALDVINVS.

Quòd auaritia spreto Deo coli faciat creaturam.

M *Qui mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in si. cor. ho.* Hoc avari faciunt, qui auaritiam sectantes postposita imagine Dei, amant & colunt imaginem nummi, cuius precium in errore & stulta hominum opinione consistit. Quid enim sunt argentum & aurum publicæ monetæ caractere signata, nisi quædam

quædam
Hi sunt
e, tota an
confidis,



is est ha
medullitu
gnis non
mare. Am
gnis non
semper at
rum trans
fimatione
tū, cūm

Per v
fecit m
is nonnu
mens non
non redig
et vnus c
tam vnue
hanc muna
lio damna
substantia
est fumus o
rius amara
naturam, f
Et per pec
hominum g
ne stirpis
quidem pe

quædam simulachra regnum & opera manuum hominum?
 Hi sunt o auare, hi sunt Dei tui, quos toto corde, tota men-
 te, tota anima diligis, quos præcipuo honore colis, in quibus
 confidis, in quibus totam spem in omni necessitate ponis.

Quòd charitas in alterum semper tendat.



*Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spi-
 ritum sanctum qui datus est nobis. Charitas quæ
 per gratiam in nobis est, aliquo modo repre-
 sentat nobis qualis sit illa incomprehensibili-
 lis charitas quæ Deus est, cuius natura siue
 charitas siue benignitas est. Natura charita-
 tis est hæc, sicut intimo quodam sensu ipsius charitatis nobis
 medullitus intimatur, & amare & velle amari. Sicut enim i-
 gnis non potest non ardere sic & charitas non potest non a-
 mare. Amor enim ignis est, & amare hoc est ardere. Et sicut
 ignis non se continet intra se, sed in hoc moueri videtur vt
 semper attingat quæ incendat: sic & amor se semper in alte-
 rum transfert, & bonorum suorum requirit participem. Ac-
 cimatione enim charitatis omne bonum pulchrius eluce-
 scit, cum in commune deducitur quantum decet.*

Cap. 5.
 N

PETRVS RAVENNAS.

Quòd genus humanum mors deuoret ore.

*Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per
 peccatum mors. Si ex Niniuitis singularis populi & vnus vr-
 bes nonnunquam homines diu lamentati sunt discrimen, quæ
 mens non totis tenebris obscuretur, quos oculos in fontes
 non redigat, quando vnus lapsus extitit ruina cunctorum,
 & vnus culpa omnium defluxit ad pœnam, ac parentis vi-
 tium vniuerso generi ferale exitium præparauit? Intrauit in
 hunc mundum. Miraris enim posteris obfuisse, qui facinore
 suo damnauerit mundum? Peccatum autem nec natura nec
 substantia est, sed accidens: & hoc est peccatum nature, quod
 est fumus oculis, quod febris corpori, quod dulcissimis fon-
 tibus amara falsedo. Vtique purus & lucidus est oculus per
 naturam, sed per fumi conturbatur & obscuratur iniuriam.
 Ita per peccatum mors. O crudelis fera, & non vno capite in
 hominum genus sæuire contenta, quam videmus tota huma-
 ne stirpis germina tam preciosa deuorentem trino ore! Si
 quidem peccatum capit, mors deuorat, deglutit infernus. Et*

Ita in omnes homines pertransit, O dura hæreditas! O crudelis! O miseri quibus nec adipisci libuit, nec renuntiare licuit nos hæredes! Et ne hoc iniustum forsitan videatur, respondetur: Quia omnes per vnum. Nunquid non in semine tota arbor? Vitium ergo seminis, vitium est totius arboris.

Quòd lex peccati vulnus aperuit, non sanauit.

P Lex subintravit vt abundaret delictum. Venit lex quæ & vulnus proderet, & tandem vetusto languori supernum aduenire medicum nunciaret. Venit lex quæ mandatorum fomentis in curæ produceret, quòd in altū malè letaliter sruiebat. Venit lex vt gladio præceptorum apostema longi temporis aperiret, & collectam diu saniem salutaris subinde sequeretur effusio: nec tamen per se aut vulnus claudere, aut ægritudini perfectam valebat reddere sanitatem. Et ideo sequitur: Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Ac si diceret: Vbi dilatatum est vulnus, supereffusa est sanitas.

Quòd periculosior sit infirmitas quæ patitur reciduum.

Cap. 6.

Q



Vid ergo dicemus? Permanebimus in peccato vt gratia abundet? Si prona est delinquentibus pietas, si futura bona malis præsentibus acquiruntur: quid nobis virtutum iter arduum, quid inter malos iugis seruandæ innocentia cruciatus? Augeantur humana facinora, vt bonitas cœlestis exuberet. Ad hoc ipse respondet Apostolus: Absit. Siquidem vt medicus non

vulneri, sed curæ proficit & salutis: ita & Deus non peccato, sed homini largitus est gratiam. Nec ad multiplicanda, sed ad delenda delicta imbrem suæ pietatis effudit. Igitur inimicus est curæ, qui semper curari æstuat, nec vnquam desiderat persanari. Fugienda est ista dementia. Recidua enim letalis est sapius ægritudo.

RICARDVS.

Quòd sit nouitas nullis passionibus subiacere.

R In nouitate vitæ ambulemus. Ad illatam iniuriam hilarescere, obiectam contumeliam non erubescere, de tribulatione gaudere. Nonne hoc est in nouitate ambulare, & secundum aliquem modum seipsum impassibilem ostendere, & suis passionibus non subiacere?

BAEDVINVS.

Detriplici homine, & triplici cruce.

Vas

Vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, ut ulterius non seruiat peccato. Ego sum vetus homo mortificatus, homo terrenus portans imaginem terreni. Homo carnalis vanundatus sub peccato. Homo animalis non percipiens ea quæ sunt spiritus Dei. Homo reus mortis & cruce dignus. Nec vna tantum cruce, alia enim crux debetur terreno, alia carnali, alia animali. Et ego vnus homo omnes isti, & omnes isti in me vno, & omnes cogitationes eorum aduersum me in malum.

De homine terreno.

Homo terrenus vetus homo est. Cœpit enim à diebus antiquis, à diebus præuaricationis Adæ. Huius imaginem portant, qui terrena sapiunt, qui solum cogitant quæ sunt mundi, qui nimis amant terrenam substantiam, & terrenam gloriam, quorum conuersatio in terra est non in cælis. Non enim respiciunt cælum, sed oculos suos statuunt declinare in terram. Lingunt & comedunt omnibus diebus vitæ suæ, conglutinatorum est in terra venter eorum. Semper intrant in inferiora terræ, donec deglutiantur à terra, sicut Dathan & Abiron. Homo huiusmodi, amicus mundi est. vnde & inimicus Dei constituitur. Hic est enim qui contra Christum clamabat dicens: Tolle, tolle, crucifige eum. Terreni nempe erant qui dicebant: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. Nondum inuidia terreni hominis contra Christum quieuit. Persequitur enim Christum in nobis, ne viuat Christus in nobis. Si quis ergo Christi est, armet se zelo vindictæ contra persecutorem Christi. Clamemus ad alterutrum pro Christo contra inimicum Christi Sed quam accusationem afferemus aduersus hominem hunc? Ecce homo qui non ponit Deum adiutorem suum, sed sperat in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua. Tolle, tolle, crucifige eum. Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Sic fecit, sic fiat ei. Crucifigatur. Dignus est cruce & reus est mortis.

De cruce hominis terreni.

Quenam, inquis, est crux hominis istius? Aestimo quod contemptus mundi. Quæ quidem crux quasi ex duobus lignis aptatur, contemptu scilicet terrenæ substantiæ, & contemptu terrenæ gloriæ. Totus ergo extendatur in cruce, in longum & in latum. In contemptu terrenæ gloriæ, hoc est in voluntaria

vilitate, extendatur altitudo eius : in contemptu terrenæ substantiæ, hoc est in voluntaria paupertate, extendatur latitudo eius.

De homine carnali.

X Est alia crux in qua appendendus est homo carnalis. Homo iste amat vinum & pinguia, ocium & securitatem, indui purpura & bysso, quotidie splendide epulari. Quæcunque desiderant oculi eius, non negantur eis. Omnia desideria sua in impetum voluptatis relaxat. Quis autem sit finis huius hominis, in parabola de diuite & Lazaro declaratur. Mortuus est, inquit, diues, & sepultus est in inferno. Melius est ergo nobis huiusmodi hominem morti tradere in interitum carnis, quam cum ipso trahi in puteum interius. Mortificanda est itaque caro nostra & crucifigenda, vt destruat corpus peccati, iuxta vocem prophetæ dicentis ad dominum: *Confige timore tuo carnes meas.*

De cruce carnalis hominis.

Y Quoniam verò ad carnalem hominem dictum est: Tu verò odisti disciplinam: nulla dignior crux inuenitur quàm austeritas regularis disciplinæ, qua crucifigitur carnalis homo, cui cruciatus est disciplina quam odit. Hæc crux ex legibus abstinentiæ & continentiæ quasi ex duobus lignis extruitur. Abstinentia enim gulam temperat, & lex continentiæ in omnibus sensibus mentis & corporis luxum frænati & in his est omnis carnalis homo.

De animali homine.

Z Animalis autem homo quis sit Apostolus declarat dicens: Animalis homo non percipit ea quæ sunt Dei. Carnalis homo à terreno homine amoris proprietate differre videtur. Amat enim ille terram, hic amat opera carnis. Animalis autem homo vel sensu vel affectu cognoscitur. Animalis est sensu, qui non sapit ea quæ sunt spiritus Dei. Animalis est affectu, cui non sapiunt ea quæ sunt spiritus Dei. Qui animalis est sensu, ignorat & errat, in tenebris ambulat, nescit quò vadat. Qui animalis est affectu, sine affectione est, diuini amoris affectum in se non sentit.

De cruce hominis animalis.

A Crux igitur huius hominis est æmulatio Dei secundum scientiam. Scientia enim & æmulatio arma sunt militiæ nostræ non carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitio.

gitionu
altitud
& in ca
quium
dinem a
altitud
alitud
lat. Alti
tatem re
itudo v
enim per
udo ver
ritatis. S
sed non
habent,
cruis sta
& scienti
uoca disc

ra des
corpus pe
pus pecc
consentit
& filius pe
tia quasi p
cum conc
iustificatur

Q
ad lapsu
nosse felic
tum ignis
ad menter

ditionum, quibus nos armamus destruentes cōsilia & omnem
 altitudinem extollentem se aduersus omnem scientiam Dei,
 & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obse-
 quium Christi. Aduertere est in his verbis Apostoli, altitu-
 dinem aduersus scientiam Dei extolli. Quæ est autem hæc
 altitudo, nisi de qua dicitur: Noli altum sapere? Hæc est
 altitudo animalis hominis, qui in vanitate sensus sui ambu-
 lat. Altitudo autem crucis scientia Dei est, quæ in captiui-
 tatem redigit omnem intellectum in obsequium Christi. La-
 titudo verò animalis hominis, est animalis affectus. Vagatur
 enim per illicita in via lata quæ ducit ad perditionem. Lati-
 tudo verò crucis, est affectus deuotionis in latitudinem cha-
 ritatis. Sunt autem nonnulli qui æmulationem Dei habent,
 sed non secundum scientiam Dei. Alij autem scientiam Dei
 habent, & non æmulationem. Verùm vt ex duobus lignis
 crucis statura compingatur, iungenda est scientiæ æmulatio,
 & scientia æmulationi, ne fit indiscreta deuotio, vel inde-
 cora discretio.

Sequitur:

vt destruat corpus peccati, vt vltra non seruiat peccato. Si per **B**
 corpus peccati rectè intelligitur consensus peccati, tunc cor-
 pus peccati verè destruitur, eum tentari concupiscentiæ non
 consentitur. Carnalis autem homo quasi homo peccati est
 & filius perditionis, habens corpus peccati: cui concupiscen-
 tia quasi pro animâ est, & consensus quasi pro corpore. Et
 cum concupiscentiæ plenè consentitur, quasi corpus peccati
 viuificatur, & iam peccato seruitur.

P E T R V S.

Quòd lex peccati sit occasio non peccatum.



Eccatum non cognoui nisi per legem. Ac si di-
 cat: Aurum avaritia non est, sed avaritiam
 non cognoui nisi per aurum. Vinū ebriet-
 tas non est, sed ebrietatem non cognoui
 nisi per vinum. Pulchritudo corporis non
 est concupiscentia, sed formæ decus. For-
 mæ concupiscentia me rapuit & perduxit

Cap. 7.

C

ad lapsum. Peccatum non cognoui nisi per legem. Vitia non
 nosse felicitatis est, nosse periculi, vicisset virtutis. Quòd
 enim ignis aridæ segeti, hoc vitia copori sunt humano. Nam
 ad mentem & sensus peruenerint, inextinguibile gignitur

& exhalatur incendium: & nisi iudex cœlestis corda rigauerit, omne robur cordis & corporis redigitur in fauillam,

BALDVINVS.

Quòd carnis motus canum latratibus & latrunculis comparetur.

D *Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* Sic sunt indisciplinati motus in corde vel in corpore nostro, sicut latratus canis, qui molestus est viatoribus magis latratu quàm morsu. Latratus quidem molesti sunt & suspecti, sed morsus noxij: & latratus valent ad custodiam & cautelam. Nam interdum pro nobis latrant, & non semper contra nos, Deo ita dispensante vt cautè ambulemus, vt ad vigilandum excitemur, ne vnquam per securitatem obdormiamus in morte. Quòd si canes latrant circa domum, nunquid ideo non in pace custoditur domus? Et si contradictio aliqua est in carne nostra, non solum rationi, sed etiam voluntati nostrę contraria: nunquid ideo non possidemus terram? Imò possidemus, licet nondum omnino vt volumus, sed vt pro tempore possumus. Et in regno pacis latrunculi inueniuntur. Sed deprehensi comprehensi suspenduntur, aut aliis supplicis addicuntur.

BERNARDVS.

E *Scio quia non habitat in me bonum.* Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras si vitia putas emortua, & non magis oppressa. Velis nolis, intra fines tuos habitat lebezæus, subiugari potest, non exterminari. Scio, inquit Apostolus, quia non habitat in me bonum. Parum est, & malè esse fateatur. At it: Non quod volo, hoc ago, sed quod odi, ipsum facio. Si autem quod odi, illud facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Deniq; medium vitiorum, virtus tenet. Ac perinde sedula eget non solum putatione sed etiam circuncisione. Alioquin verendū ne vndique illabentibus imò arrodentibus vitiis illa dum nescis paulatim elanguet: aut si superereuerint, suffocetur. Vnde in tanto discrimine consilium est obseruare diligenter, & mox vt renascentium capita apparebunt, prompta seueritate succidere. Non potest virtus cum vitiis pariter crescere. Ergo vt illa vigeat, ista crescere non sinantur. Tolle superflua, & salubria crescunt. Vtilitati accedit quicquid cupiditati demis.

Quòd

Quòd boni dicendi sunt, qui mente seruiunt legi Dei.

Scio quia in me non est bonum. Discernit quod dicit in se, in carne sua interpretans, propter contradictoriam legem quæ in ea est. Nam habet legem in mente, eaque melior. An non lex Dei bona? Quòd si malus est propter legem malam, quomodo non propter bonam bonus? Lex Dei eius in mente ipsius, atque ita in mente vt sit & mentis. Testis ipse est. Inuenio, ait, aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Nunquid suum dixerit quod carnis suæ est, & non suum quod mentis suæ est? Quòd magis suum sit fateatur ipse, cum malum quod in carne est, à ita se alienum censet vt dicat: Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Et ideo fortè signanter aliam dixerit legem inuentam in membris suis, quòd alienam hanc & quasi aduentitiam reputaret. Vnde Paulus non iam malus est propter malum quod in carne habet, sed bonus propter bonum quod in mente habet. An non bonus qui consentit legi Dei quoniam bona est? Quòd si seruit legi peccati, carne hoc facit non mente.

Quòd velle bonum habeamus à Domino, velle simpliciter à natura.

Velle adiacet mihi, &c. Velle inest nobis ex libero arbitrio, non etiam posse quod volumus. Non dico velle bonum, aut velle malum, sed tantum velle. Velle enim bonum, profectus est, velle malum, defectus, velle verò simpliciter, ipsum est quod vel proficit vel deficit. Porro vt esset ipsum creans, gratia fecit, vt proficiat, saluans gratia fecit, vt deficiat, ipsum se deiecit. Itaque liberum arbitrium nos facit volentes, gratia beneuolos. Sicut enim aliud est timere simpliciter, aliud timere Deum, aliud amare, aliud amare Deum: nam timere & amare simpliciter prolata, naturales sunt affectiones: cum additamento, virtutes: sic aliud velle, & aliud bonum velle. Simples nanque affectiones naturaliter insunt nobis, quasi ex nobis: additamenta, ex gratia. Quod ergo creatio donat, gratia ordinat, vt nil aliud sint virtutes, quàm ordinatæ affectiones. A Deo enim velle, sicut & timere & amare, accepimus in conditione naturæ, vt essemus aliqua creatura. Velle autem bonum, quomodo & timere & amare Deum, accipimus in visitatione gratiæ, vt simus Dei creatura. Creati quippe quodammodo nostri in

liberam voluntatem, quasi Dei efficitur per bonam voluntatem. Porro bonam qui liberam facit, & ad hoc bonam vt simus initium aliquod creaturæ eius: quia expedit nobis magis omnino non fuisse, quàm nostros permanere. Nam qui voluerunt sui esse, vtique sicut dijscientes bonum & malum, facti sunt non tantum iam sui, sed & diaboli. Itaque libera voluntas nos facit nostros: mala, diaboli: bona, Dei. Cæterum siue Dei simus, siue diaboli, non tamen similiter destinamus esse & nostri. Manet enim vtrobiue libertas arbitrij, perquam maneat & causa meriti. Sanè diabolo nostra nos voluntas mancipat, non potestas eius. Deo subiicit eius gratia, non nostra voluntas.

HVGO DE S. VICTORE.

Quod Dei non viuunt spiritu, quem eius eloquium non accendit.

Cap. 8.
H



*Q*ui spiritum Christi non habet, hic non est eius. Spiritum Christi non habet, qui verba Christi audiendo non ardet. Spiritus enim sanctus in linguis igneis apparuit.

In quibus quisque carni debeat vel non debeat obedire.

P Fratres debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Debitores sumus carni, vt eam cohibeamus ab iniquitate, exerceamus in virtute, & sustentemus in infirmitate. Sed debitores ei non sumus, vt secundum illam viuamus, id est, vt quod horret fugiamus, & quod diligit appetamus. Sic enim nec à malo declinaremus, nec bonum aliquando faceremus.

BERNARDVS.

De triplici libertate.

K Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Triplex est libertas. Est enim libertas à peccato, libertas à miseria, libertas à necessitate. Prima naturæ. Secunda gratiæ. Tertia vitæ vel gloriæ. Primò nanque in liberam voluntatem & voluntariam libertatem conditi sumus nobili Dei creatura. Secundò reformamur in innocentiam noua in Christo creatura. Tertiò sublimamur in gloriam perfecta in spiritu creatura. Prima libertas habet plurimum honoris. Secunda virtutis. Tertia cumulum iucunditatis. Ex prima præstamus cæteris animantibus. In secunda

eunda carnem : Mortem in tertia superamus. Solus autem Christus inter omnes filios Adam libertatem sibi vendicat à peccato. Sed & libertatem à miseria habuit potètia non actu. Nemo quippe tollebat animam eius, sed ipse ponebat eam. Eroblatus est, sed quia voluit. Sicut & natus ex muliere, sicut & factus sub lege. Fuit ergo & ipse sub lege miseriæ, sed quia voluit, vt liber inter miseros & peccatores vtrunque iugum fraternis à ceruicibus amoueret.

Quomodo sanctis etiam mala cooperentur in bonum.

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Non te terreat quòd audisti nomen sanctitatis. Quòd non secundum meritum sed secundum propositum, non secundum affectionem, sed secundum intentionem sanctos vocat. Et tu ergo si posueris in corde tuo declinare à malo, & facere bonum, tenere quòd accepisti, & proficere semper in melius: sed & siquid aliquando minus rectè egeris, vt est humana fragilitas, non in eo perillere, sed pœnitere & corrigere quantum potes: eris sine dubio sanctus, sed cui interim clamare necesse sit: Custodi animam meam quia sanctus sum. Vis ergo nosse quemadmodum huiusmodi sanctis omnia cooperantur in bonum? Non curio modò per singula, inimici nostri sunt iudices. Si enim ipsi pro nobis, quomodo non omnia simul cum illis? Porro nobis duplex aduersatur hostium genus, malum scilicet duplex, quòd facimus & quòd patimur, culpa scilicet & pœna. Itaque cum sit vtraque contraria, erit vtraque pro nobis si volumus: vt pœna quidem à culpa liberet, & aduersus pœnam adiuuet culpa. Ecce enim compungimur in cordibus nostris, & in tribuli conscientiæ super delictis præteritis. Sed delinit conscientiam, & corrodentium dentes peccatorum conterens reducit spem veniæ pœnitentiæ ista & voluntaria pœna quam patimur. Non solam autem præterita, sed & futura repellit. Nam & tentantia propulsat vitia, & nonnulla sic perimit, vt aut raro aut nunquam venenatum audeant erigere caput. Sic pœna pro nobis facit aduersus culpam, vt vel omnino non sit, aut minor sit pœna. Culpa etiam agit vt aut non sit, aut minor sit pœna. Qui enim perfectè senserit peccati pœnam & animæ læsionem exteriorem, aut ex toto non senserit, aut parum sentiet pœnam, nec reputabit laborem quò

nouerit peccata deleri præterita, futura caueri. Sicut nec sanctus Dauid conuultantis serui reputauit iniurias, memor filij persequentis.

Quòd bonus sit comes bono spiritui, corpus hominis.
M *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Verum id profectò, nam & ipsum corpus quod animam dicitur aggravare, vide quomodo animæ diligenti Deum cooperetur in bonum. Valet enim illi corpus suum infirmum, valet mortuum, valet resuscitatum. Primò ad fructum pœnitentiæ. Secundò ad requiem. Tertiò consummationem. Meritò sine illo perfici non vult, quod in omni statu in bonum sibi subuenire persequitur. Bonus planè fidusque comes caro spiritui bono, quæ ipsum aut si onerat iuuat, aut si non iuuat exonerat, aut certè iuuat, & minimè onerat. Primus status laboriosus, sed fructuosus. Secundus ociosus, sed non fastidiosus. Tertius etiam gloriosus.

GALFRIDVS.

Quòd electis non solùm bona, sed etiam mala proficiant ad salutem.

N *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Non enim bona tantùm, sed etiam mala bonis proficiunt ad salutem. Quidni possint? Absit vt vincat malitia sapientiam. Et cum multi etiam bonis in sui perniciem abutantur, bene malis vtentes nonnulli inveniuntur. Bene itaque vtitur bonis quæ facit, qui rectè offerens, rectè etiam diuidit, solam in his omnibus quæ rectè egerit quærens salutem propriam, proximorum ædificationem, gloriam Dei. Iustitiæ est hoc, quod suum est cuique reddere. Bene vtitur bonis, qui recipit ea in timore & in gratiarum actione, & necessitatis consideratione beneficia sumit actoris. Temperantiæ hoc, quæ & ipsa secunda species est virtutis. Bene vtitur malis quæ fecerit, qui exinde non modò humilior intra conscientiam suam, sed etiam seruentior ad agendam pœnitentiam, & sollicitior fuerit ad cautelam. Bene vtitur malis quæ patitur, qui eorum breuitatem, leuitatem, utilitatem semper attendit. Et horum quidem duorum, prudentiæ alterum est, alterum fortitudinis.

CASSIANVS.

Quòd mens perfecti debeat bifformes euentus variiformi constantia superare.

Scimus

Scimus
 Omnia
 si. Vbi
 rum sic
 firmis p
 ti. Ne
 sis. Eiu
 ius & m
 ur, ne
 elidi po
 terdum
 rima ve
 libus m
 felicitat
 mens vi
 iusque n
 cedens p
 in se tan
 culo ref
 te persist
 unum si
 semper c
 ad quali
 gauri nu
 Qu



Securius
 nem pos



Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Omnia inquam, siue mors, siue vita, siue prospera, siue aduersa. Vbi que qui Deum diligit, inuenit occasionem salutis. Verum sicut de perfectis ac sapientibus hoc dicitur, ita de infirmis pronunciat ac stultis, omnia aduersari viro insipienti. Nec prosperis enim rebus proficit, nec emendatur aduersis. Eiusdem nanque virtutis est tristitia fortiter superare, cuius & moderari secunda. Et cum qui in vno eorum superatur, neutrum sufferre certissimum est. Facilius tamen quis elidi potest prosperis quam aduersis. Hæc enim inuitos interdum retinent atque humiliant, & compunctione saluberrima vel minus peccare faciunt vel emendant. Illa verò mollibus mentem ac perniciosis extollentia blandimētis, securos felicitatis suæ prouentu, ruina maiore prosternunt. Proinde mens viri iusti non debet esse similis cæræ vel alterius cuiusque materiæ mollioris, quæ semper characteri signantium cedens pro eius forma atque imagine figuratur. Quamquam in se tandiu retinet, donec alio rursus superimpresso signaculo reformetur. Atque ita fiat vt nunquam in sua qualitate persistat. Quin potius debet esse velut quoddam adamantinum signatorium, vt inuolabilem mensuram figuram sui semper custodiens characteris, vniuersa quæ incurrerint sibi ad qualitatem sui status signet atque formet, ipsa verò insigari nullis incurfibus possit.

Quod securus optat interire pro Christo, qui nouit neminem posse mori pro Christo.



Præbam anathema fieri à Christo pro fratribus meis. Cap. 2.

Vas electionis, charitatis repletus affectu, etiam anathema optat fieri à Christo, dummodo ei familia multiplex acquiratur, & ad gloriam sui patris, salus totius Israeliticæ plebis accrescat. Securus enim optat interire pro Christo, qui nouit neminem posse mori pro vita.

B. ERNARDVS.

Quod in corde compunctio dominus inuenitur. *Repe est verbum in ore tuo & in corde tuo.* Non te oportet ò homo maria transfretare, non penetrare nubes; non grandis tibi ostenditur via, vsque ad temetipsum occurre Deo tuo, vsque ad cordis compunctionem & confessionem oris



Cap. 10.

occurre, saltem ex eas de sterquilinio miseræ conscientia, quoniam indignum est illuc actorem pietatis intrare.

Quòd seruorum Christi fides & confessio sit ornatus.

R Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Iustitia in corde, panis in domo est. Et beati qui esuriunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Sit ergo iustitia in corde tuo. Et iustitia quæ ex fide est. hæc enim sola habet gloriam apud Deum. Sit etiam in ore cōfessio ad salutem. Confessionem inquam & decorem induere, quam maximè stolam in ministris suis Christus acceptat.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd nihil desit homini qui Deum habet.

S Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Magnum per hoc fidei nostræ videmus esse compendium, quando inter cor & linguam salutis humanæ versatur & geritur sacramentum. Habes homo vnde credere debeas. Corde creditur ad iustitiam. Habes vnde debeas confiteri. Ore autem confessio fit ad salutem. Et quid dicam? Totum in se habet homo qui Deum habet. Deum verò habet, qui eum suum credit & confitetur actorem. Et quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: sanctificate corda, mundate labia, iustificate linguam, vt vox fidei baiula de pectore toto sanctitatis procedat exemplo.

BERNARDVS.

Quòd in conspecta mundi fabrica, Dei potentia, sapientia, benignitas commendentur.

Cap. II.
T



X quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Tria in magno huius mundi opere cogitare debemus, videlicet quid sit, quomodo sit, ad quid sit constitutus. Et in esse quidem rerum inæstimabilis potentia commendatur, quòd tam multa, tam magna, tam multipliciter, tam magnificè sunt creata. In mundo autem sapientia singularis elucet, quòd hæc quidem sursum, hæc verò deorsum, hæc in medio ordinatissimè sint locata. Si verò ad quid factus sit mediteris, occurrit tam utilis benignitas, tam benigna utilitas, quæ etiam ingrattissimos quoque multitudine & magnitudine beneficiorum possit obruere. Potentissimè siquidem ex nihilo omnia, sapientissimè omnia pulchra, benignissimè vtilia sua creata.

Quòd

Quòd Christo qui se pro nobis obtulit, nosmet-
iplos rependere debeamus.



Offerentes hostiam viuam, Deo placentem. Cap. 12. V

Quid offeremus, aut quid retribuemus

Christo pro omnibus quæ retribuit no-

bis? Ille pro nobis obtulit hostiam præ-

ciosiorè quam habuit, qua nimirum præ-

ciosior esse non potuit. Et nos ergo fa-

ciamus quod possumus, optimum quod

habemus offerentes illi, quod sumus utique nosmetipsi. Quis

mihî tribuat ut oblationem meam dignetur maiestas tanta

suscipere? Duo minuta habeo, corpus & animam meam.

Vitam hæc perfectè tibi Deus possim in sacrificium laudis

offerre! Longè enim utilius mihî est ut offerar tibi, quàm ut

deserar mihî ipsi. nam ad me ipsum anima mea conturbatur.

Frater, morituro domino Iudæus mortuas hostias offere-

bat. Sed iam nunc Viuo ego dicit dominus, nolo mortem

peccatoris, sed magis ut conuertatur & viuat. Non vult do-

minus mortem meam, & non libenter offero ei vitam meam?

Hæc est enim placabilis hostia, hostia Deo placens, hostia

riua. Sed in oblatione domini tres fuisse leguntur, & in hæc

quoque tria à domino requiruntur. Fuit in ea oblatione Io-

soph sponsus matris domini, cuius filius putabatur: fuit &

ipsa virgo mater, & puer qui offerebatur. Sit ergo & in obla-

tione nostra constantia virilis, sit continentia carnis, sit con-

scientia humilis, sit inquam in proposito perseverandi ani-

mus virilis, sit in continètia castitas virginalis sit in còscien-

tia simplicitas & humilitas puerilis.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd dandi sit avidus, qui ut largiatur exorat.

Obsecro vos per misericordiam Dei. Mira pietas quæ ut lar- X

gatur exorat. Hic nanque beatus Apostolus non humana

precans, sed diuina conferens sic precatur: Obsecro vos, &c.

Medicus austeram remedia cum recipere persuadet ægrotos,

per precibus, non compellit imperio, sciens infirmitatis non

voluntatis esse quòd salutaria respuit, quotiens profutura

compellit infirmus. Et filium pater non potestate, sed amore ad

rigorem pertrahit disciplinæ. Sed quare non per virtutem

Dei aut gloriam precatur Apostolus, sed tantum per miseri-

cordiam Dei? Quare? Quia per ipsam solam & crimen pet-

sequutoris euasit, & apostolatus tanti adeptus est dignitatem. Sicut ipse fatetur dicens: Qui prius fui blasphemator & persequutor, sed misericordiam consequutus sum.

Quas hostias. Christianus sacerdos debeat immolare. **Y** *Ut exhibeatis corpora vestra.* Apostolus sic rogando omnes homines ad sacerdotale fastigium iam prouexit. Ut exhibeatis corpora vestra, hostiam viuam. O inauditum Christiani pontificatus officium, quando homo ipse sibi est & hostia & sacerdos! Mirum planè sacrificium, ut corpus sine corpore, sanguis sine sanguine offeratur. Sed hoc sacrificium, Christi descendit ex forma, qui corpus suum pro vita seculi vitaliter immolauit. Et verè corpus suum fecit hostiam viuam, qui uiuit occisus. Hinc martyres morte nascuntur, siue vitam inchoant, & in cœlo lucent qui in terris putabantur extincti. Et tu igitur induere sanctitatis stola, præcingere balteo castitatis. Sic in velamento capitis tui Christus, crux in frontis tui munimine perseueret. Pectori tuo appone diuinę scientię sacramentum, in odore thymiamę semper orationis accende. Atripe gladium spiritus. Altare cor tuum pone, & sic corpus tuum admoue Dei securus ad victimam. Deus fidem non mortem querit, votum non sanguinem sitit. Placatur voluntate non nec. Sic igitur fiet corpus tuum hostia viuam, si nullo peccati iaculo fuerit sauciatur. Non enim potest mori, qui in tali gladio meretur occidi. Sanctam, Deo placentem. Quantum enim immaculata uictima placat Deum, tantum si maculata fuerit exacerbat. Rationabile sit obsequium uestrum. Obsequium ratione uigens, feruor est, quod non ratione frænatur. Quis enim non uocatus ad aulae regalis se proripit seruitutem? Quis sine titulo militari militem se ausus est profiteri? Quis sine dignitatis infulis, nomen dignitatis inuadit? Hinc siquidem Saul tumens regali vertice, dum putat sibi de sacerdotio quid licere, regnum quod acceperat altaribus temeratur amisit. Hinc Iudæus dum legem sine legis ratione excolit, legis interimit autorem.

BERNARDVS.

Quod id prius discendum sit, quod uicinius est saluti. **Z** *Dico autem per gratiam quę data est mihi omnibus qui sunt inter uos, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Non prohibet sapere, sed plus sapere quam oportet. Quid est sapere ad sobrietatem? Vigilantissimè obseruare quid scire magis priusue oporteat. Tempus enim breue

breue est. Est autem quod in se est, omnis scientia bona, quæ tamen veritate subnixa sit. Sed tu qui cum timore & tremore tuam operari salutem pro temporis breuitate festinas, ea scire prius ampliùsque curato, quæ senseris viciniora saluti. Nonne medici corporum medicinæ portionem definiunt, eligere in sumendis cibis quid prius, quid posterius, & ad quem modum quidque sumi oporteat? Nam etsi bonos constat esse cibos quòd eos Deus creauit: tu tamen si in sumendo modum, & ordinem non obserues, ipsos tibi reddis planè non bonos. Ergo quod dico de cibis, hoc sentite & de scientiis.

PETRVS RAVENNAS.

Quòd sit etiam in scientia modus discretionis.

Non plus sapere quàm oportet sapere. Omnium quidem **A** ciborum sal salubre est condimentum, si mensura non desit. Alioquin si sine modo, & ipsum perit, & quod salierit, perdit. Amaricat enim nimietas quod poterat sapere mensura. Sic qui in nobis est sensus, si modum teneat, dat saporem; intellectum parit, cor dilatat, auget ingenium, maturat discenda, audienda componit, fitque sibi dulcis & degustantibus tota dulcedinis plenitudo. Et planè erit ille melleus sensus, qui ore proferat nil amarum. Ad hoc enim inuitat Apollolus cum ait: Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.

BERNARDVS.

Quòd sanctorum est gaudere cum gaudentibus, & lugentibus collagere.

Caudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. O quàm bre- **B** uis sermunculo totius religionis depinxit insigne! Quàm eleganti clausula proposuit pietatem, æquitatem statuit, submouit inuidiam! His vberibus mater ecclesia lactat proficentes, perfectos nutrit. Faceffat hinc secularis plausus, infamia & lætitia mundialis abscedat. Quia non est gaudere impijs, dicit dominus. Nunquid illorum os gaudio impleri vultis, qui lætantur cum malefecerint? Nunquid qui veliuntur purpura & bysso, gaudium & lætitiã obtinebunt? Absit vt in terra suauiter viuentium, gaudiorum inueniatur neceria, cum tantis alternationibus tota mundi facies immutetur, & eleuatus allidatur & respiret allisus. Sed est gaudium continua sibi iucunditate firmissimum, quod perfectus ani-

mus de secura sibi conscientia pollicetur. Mens enim ab huius mundi aspergine purè pressèque deterfa, & in diuine contemplationis acumen totum desiderij sibi figens affectum, gaudens gaudet in domino. Talis anima minas aspernatur, nescit timorem, spem falsam eludit, & omnium scandalorum immunis, in pace in idipsum dormiens requiescit.

Quæ debeant esse verba prælatorum.

Caudete cum gaudentibus, flete cum fletibus. Materni breuiter exprimuntur affectus: quia nec dolere paruuli, nec valere queunt absque illa quæ genuit. Vtrobique eam necesse est suis conformari visceribus. Hæc debent esse verba prælatorum quibus suos subditos lætent, congratulatio scilicet & comparsio. Et congratulatio quidem exhortationis, comparsio verò consolationis lac fundit. Porro utraque speciem vberum cœlitus irrorari pio pectori suo spiritalis mater toties sentit, quoties visitatione spiritus sancti illustratur. Videas eam mox plenis vberibus paruulis incubare lætandis. Et ex vno quidem consolatoria, ex altero verò exhortatoria vberius ministrare, prout singulis expedire videbit. Verbi causa: si quem fortè ex iis quos genuit in euangelio, apprehendit aliqua tentatione concussum, & non posse iam ferre vim tentationis, quomodo condoletur? quomodo mulcet? quomodo plangit? quomodo consolatur? quot argumenta pietatis mox reperit, quibus erigar desolatum? E contrario, si promptum, si laacrem, si bene proficientem cognouerit, exultat, aggreditur salutaribus monitis accendit amplius, instruit in quibus potest vt perseveret, vtque in melius proficiat exhortatur. Omnibus se conformat, omnium in se transfert affectus, matrem se probat non minus deficientium quàm proficientium. Quantos hodie secus affectos videmus de iis qui animas regere susceperunt? Quòd enim sine mirabili gemitu dicendum non est, Christi opprobria, sputa, flagella, clauos, lanceam, crucem, & mortem, hæc omnia in fornace auaritiæ conflant, & profligunt in acquisitione turpis quæstus, & precium vniuersitatis suis marsupiis includere festinant, hoc sanè solo à Iuda Scariothe differentes, quòd ille horum omne emolumentum denariorum numero compensauit, illi voraciori lucrorum ingluuie pecunias exigunt infinitas. Animarum nec casus reputatur, nec salus. Non sunt profe-

do ma
incrass
ritione
ra & no
tibus.

Qu

Mul
bra. Vn
bra & i
mutuam
liar aute
tencia.
modo o
sibi vide
sibi tant
negotium
hæat & p
lingua si
tentiæ &
mar: Qu
licitum e
sa? Non
donata,
dum lese
accidit, al
dictæ arm
quali rea
compun
lam cura
ne ipsa o
ignoscatur
sio studio
lud quod
gladium
aut timori
opponit,
dum capin
parcit ipsa

80

& matres, qui cum sint de crucifixi patrimonio nimium incrassati, impinguati, dilatati, non compatiuntur super contritione Ioseph. Qui mater est, non dissimulat, habet vbera & non vacua. Gaudet cum gaudentibus, flet cum flentibus.

BALDVINVS.

Quòd membra sibi inuicem seruiant, sibi profint.

Multi quidem vnum corpus sumus, alter alterius membra. Vnus autem spiritus totum corpus nostrum per membra & iuncturas & compages eorum viuificat, pacemque mutuam conciliat, in qua vnitas ipsa conseruatur. Conciliat autem in mutuis obsequiis membrorum mutuæque patientia. Attendite & videte quæ singula sunt propria, quomodo communi vtilitati deseruiunt. Oculus non tantum sibi videt, sed & pedes dirigit in gressibus eorum. Os non sibi tantum comedit, nec stomachus digerit, sed commune negotium geritur, & quod toti corpori nutriendo & sufficiat & proficiat: ore sumitur stomacho digeritur. Nonne lingua si qua pars corporis lædatur, quasi affectum compatientis & vocem patientis assumens, contra lædentem clamat: Quid me lædis? Nonne cor de communi vtilitate sollicitum consilia disponit apud se ita & pro aliis, sicut & pro se? Nonne manus ad ministrandum nata, & ad seruiendum donata, vt quotidiana docet experientia, ad obsequium pedum sese humiliant? Quòd si manus, vt casu nonnunquam accidit, ab altera vulneretur: nunquid quæ læsa est, zelo vindictæ armatur, & percussa repercutit? Nonne illa quæ læsa quasi reatus sui conscientia, & quasi dolore poenitentia compuncta, velut satisfactionis nomine, sorori læsæ medellam curationis quam optimam potest, adhibere festinat? Nonne ipsa obsequij humilitate pro venia supplicat, & vt sibi agnoscat orat? Nonne deuota sedulitate, & suæ benignitatis studio omnem malignitatis suspicionem excusat? Est & aliud quod nos edificare possit. Si præsenferit oculus minacem gladium in caput ferendum vibrari, mox quasi inconsultè, aut timoris, aut furoris calore manus se interponit, & gladio opponit, aut etiam occurrit, & in suum periculum festinat, cum capiti metuit, sibi non metuit, & vt parcat capiti, non parcit ipsa sibi. Quò quæso nos trahunt hæc exempla, nisi ad

mutuam patientiam, mutuam humilitatem, mutuam charitatem? Nonne deus scripsit legē amoris in nobis, quæ nos erudiat de nobis? Sed qui legem dedit, det nobis & benedictionem. Amen.

BERNARDVS.

Quòd bona sint coram Deo & hominibus prouidenda.

E *Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.* Docet nos Apostolus bona etiam coram hominibus prouidere. Sed inter hæc notandum, quòd si in hæc parte vt assolet, minus opera nostra profecerit, sit iam nobis pro nimio, vt ab homine iudicemur. Non quòd eatenus id oporteat parui pendere, vt non debeat quis secundum Deum & in timore eius, vel declinare, vel compescere scandala proximorum: sed quòd vbi necesse est alterum fieri è duobus, melius sit vt scandalum oriatur, quàm veritas relinquatur. Nam est veritas ipsa quæ Christus est, causantibus Pharisæis quòd peccatores reciperet, pessimis licet hominibus rationem reddere non neglexit, quorum tamen iudiciis, vt peccatores ab iiceret, minimè acquieuit.

CASSIANVS.

Quòd omni cedat iniuriæ mens, quam charitas emolliuit.

F *Non vos defendentes charissimi, sed date locum iræ.* Id est nequaquam ad vindictam iracundia cogente tendatis, sed date locum iræ. Hoc est, non sint corda vestra sic impatientiæ ac pusillanimitatis angustiis coarctata, vt violentam commotionis procellam cum irruerit sustinere non possint. Sed dilatamini in cordibus vestris suscipientes aduersos iracundiæ fluctus in illis extentis sinibus charitatis, quæ omnia suffert, omnia sustinet. Et ita mens nostra amplitudine longanimitatis ac patientiæ dilatata habeant in se consiliorum salutares recessus, in quibus receptus quodammodo atque diffusus terribimus iracundiæ fumus protinus euanescat. Date locum iræ, aut cedendo locum, vel permittendo nocere. Vel certè ita damus locum iræ, quotiens commotioni alterius humili atque tranquilla mente succumbimus, & quodammodo dignos nos qualibet iniuria profitentes impatientiæ obsequimur seruienti. Caterum ij qui ita sensum apostolicæ perfectionis inclinant, vt locum iræ illos dare existiment, qui ab

ira.

irascen
abscind

F

dios soli
lectio ali
vt quicq
omnia fa

Fra
verbis no
ter horat
dices, qu
hora est
tem mor
Nec puta
nimo dixi
qui in vlt
minuare
litorius.
us indiff
fratio sua
tertio tor
is obliuio
pelit ratio
mationem
sturos. Pr
ut hostiis
in quo ei
in quo sap
incongru
sum orta
dendus. E

irascendo discedunt, videntur mihi discessione fomitem non
abscindere, sed nutrire.

BERNARDVS.

Quòd ex charitate sint omnia facienda.

Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Non voluit Apostolus vt alia quælibet debita negarentur, cum alibi dicat: Cui honorem, honorem, &c. in hunc modum. Sed vt plenius intelligas quid in vtroque senserit vel mouerit, vide quemadmodum inter radios solis minora quælibet luminaria videntur. Sic ergo dilectio alia quæuis debita superans, quasi sola regnet in nobis, vt quicquid debetur cæteris, sibi vendicet, & ex dilectione omnia faciamus.

Cap. 13.
G

GALFRIDVS.

De quinque somni generibus.

Fratres scientes quia hora est iam nos de somno surgere. In his verbis notandum est quòd non simpliciter tempus sed signanter horam nominat Apostolus, quanuis habeant quidam codices, quod notandum magis videtur: Scientes tempus quia hora est iam nos de somno surgere. Horam dicens, innuit breuem moram, & sic omnem dilationis amputat occasionem. Nec putandum quòd Apostolus horam esse surgendi de somno dixit naturali. Quinque enim species somni, præter eam qui in vltu omnibus esse cognoscitur, diuina nobis videtur inuare scriptura. Primus speculatorius. Secundus dissimulatio. Tertius reprehensibilis. Quartus damnabilis. Quintus indifferens & communis est omni carni. In primo delictio suauitatis. In secundo vmbra est dissimulationis. In tertio torpor negligentia. In quarto mortifera quædam mentis obliuio interioris hominis claudit oculos, & vigorem sepe rationis. Quintus terrenorum actuum habet consummationem. Similiter colligit, dissimiliter aliquando resurrecturos. Primum nobis commendasse videtur sopor qui oblati hostiis in Abraham legitur irruisse. Sed & somnus Iacob, in quo ei visio spiritualis apparuit, & ille forsitan Salomonis, in quo sapientiam petiit & accepit. Ad secundum verò non incongruè referatur, quòd in grauisima tempestate propter ipsam orta Ionas iacuit sopore deprehensus fortè deprehendus. Euidentiùs ad eiusmodi somnū pertinuit, quòd ven-

H

tis sc̄uientibus & mari intumescente præceptor nihil eis præ
 cipiens dormiebat in nauī. Ad tertium somnum pertinuit,
 quòd Noë temulentus, nudatus & irrisus, demum expege
 factus erubuit. In quarto forsitan somno dormiens Loth
 liarum maculatus est incestu. Sifara soporatus clauo taber
 naculi tempora transforatus occubuit, capite truncatus in
 teriit Holophernes. Ad quintum omnes nos oportet esse pa
 ratos: quia quales nos exceperit, tales est redditurus, & diu
 no exhibiturus iudicio. De quo dominus archisynagogi si
 liam suscitaturus dicebat: Non est mortua puella, sed dor
 mit. Sic & Lazarum amicum suum dormire dicebat. Et pri
 mus eius testis Stephanus inter saxa frementium & furen
 tium populorum feliciter obdormiuit in domino. Primus
 Abraham in sopore suo super his quæ circa generationem
 suam mox futura disponebantur edoctus, illam nobis specu
 lationem commendat quæ circa sensus solet allegoricos oc
 cupari, ad temporalem statum ecclesiæ pertinentes. Visio
 sancti Iacob anagogica fuit, dum ascendentes & descenden
 tes angelos intuebatur, & dominum innixum scalæ. Salo
 mon verò ad regendū populū Dei, sapientiam magis cognos
 citur accepisse moralem. Similiter Ionas in secundo genere
 dissimulabat transgressionē suam Sāpson, fortitudinē, Chri
 stus auctoritatem. Sed deprehenditur qui peccatum dissimu
 lat, & meritum suum cogitur aliquotiens manifestare qui ce
 lat, & exercet officij potestatem, qui dispensatoriè sustine
 bat. In genere tertio somnus Noë, somnus ostiaræ, som
 nus adolescentis qui Paulo prædicante cecidit, & expirauit.
 Hæc nobis innuunt quòd iste minus cauet negligentiam in
 operibus suis, ille minus prouidet sibi commissis, alius parum
 intendit sui sermonibus præceptoris. Dum enim sic dor
 miunt homines, zizania in medio tritici superfeminat inimi
 cus. In quarto genere somnus Loth, Sifaræ, Holophernis,
 alios per ignorantiam, alios per hypocrisim, alios per intem
 peratiam obdormire in morte designat. Et in iis quidā quòd
 grauius peccent nesciunt ignorātes, sciunt sed nesciuntur si
 mulantes, sciuntur & sciunt improbi, & impudentes. Væ
 miseris! ignorantia nostra quandoque damnabilis est. Væ
 peccata voluntaria & scienter commissa merentur vt in alia
 incidamus crimina etiam ignorātes. Quòd si timendū nobis
 est ab incognitis (iuxta illud, Delicta quis intelligit?) quid
 de

de iis fa
 ria, quæ
 cetero p
 dencia e
 est. Nam
 tes dis
 videntur
 sumno
 nos con
 quatuor
 ra est iam
 finis nur
 ne occup
 discedat
 Netarde
 nra pari
 hora surg
 Duobus
 indulgen
 cui tota a
 est & ab i
 tino alio
 dam defe
 ret ad spe
 nus in op
 ratione re
 quid fors
 hora est, v
 decurere
 nostra salu
 quibus se
 tem susce
 scilicet vic
 se salutis &
 dei, & salu
 in his verb
 appropinq
 not ad eun
 tio sunt ce
 tat, alio qu

de iis facimus, quæ nos in illa præcipitant? Meticulosa scientia, quod peccati causa, & peccati pœna, peccatum est. De cætero periculosa hypocrisis, periculosa nihilominus impudentia est, nec occultare peccatum, nec prædicare consilij est. Nam & simulata æquitas, duplex est iniquitas, & iniquitas dissimulata fit multiplex. Quinto genere omnes dormire videntur mortui, sicut omnes sunt resurrecturi. Illo nobis somno quando sit dormiendum, multò magis considerare nos conuenit, quàm quando surgendum. Nam ad reliqua quatuor forsitan poterit pertinere quod Apostolus ait: Hora est iam nos de somno surgere. Et duobus quidem nouissimis nunquam expedit indulgere, nunquam differre qui fuerint occupati in illis. Hora est quantuncunque monetur vt discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. Ne tardes conuerti ad dominum, ignorans quid superueniatur pariat dies. Ab hoc somno mortis nunquam non est hora surgendi. Hora surgendi est, quia breuis mora viuendi. Duobus autem primis generibus dormitionis aliquo modo indulgendum, si tamen dicendum quòd indulgeatur primo, cui tota auiditate potius incubendum. Surgendum tamen est & ab illis, vt quod fuerit dissimulatum, tempore opportuno aliquando debeat exhiberi, & ad operationem interdem descendere non detractet, cui fuerit datum vt ascendet ad speculationem. Veruntamen ne tunc quidem dum manus in opere obedientiæ est, mens à sacra meditatione & oratione recedat. Iam de secundo genere dormitionum, si quid forsitan occultandum humana verecundia persuasit, hora est, vt excutere somnolentiam, discutere conscientiam, decutere verecundiam debeamus. Nunc enim propior est nostra salus quàm cum credidimus. Videtur autem Romanis quibus scribebat Apostolus, persuadere à maiori, vt si fidem susceperant, cum abessent longius à salute, quod difficilius videbatur, multò magis nunc sectarentur opera fidei & salutis & vigilantius exercerentur tanquam domesticis fidei, & saluti propinquiores. Nobis autem considerandū est in his verbis Apostoli, quòd exurgentibus in occursum suū appropinquat dominus cum salute, & qui mane vigillaue- rint ad eum, inuenient eum. Prope est dominus his qui reser- uo sunt corde. Prope est salus, cum insensibiles esse desine- unt, alioquin si obturauerint aures, si frontes obdurauerint,

si obfirmaverint animos, si lapidea corda prætulerint, longè à peccatoribus salus.

I Prima à salute recessio fastidium est languentis animæ, eùm omnem escam abominans appropinquat ad portas mortis, languet oratio, friget deuotio, displicet lectio, horret etiam solitudo, excidit charitas, grauis videtur sobrietas, castitas insuauis, paupertas anixa, silentium triste, seruilis obedientia, humilitas vilis. Ex hoc iam quædam fascinatio nugacitatis de cubiculo negligentie in plateas curiositatis expellit, & seipsam ignorans anima ad pascendos hædos egreditur. Nec deesse pericula poterunt inprovidè discurrenti per ardua montium, per prærupta rupium, per aspera veprium, per profunda paludum, per torrentium concaua, per condensa sylvarum. Hostilibus insuper nexibus irretitum cõditio seruilis excipiet, nec facultas suppetet resistendi. Quòdque miserius est, nec pigebit miserie, nec confusionis tantæ pudebit. Vnde etiam spe reparationis adempta, eousque demum perueniet in profunda malorũ, vt contemnens ineat fœdus cum morte ne parata supplicia audiens expauescat. Alioquin iustificari poterat, si non foret sine timore. Ceterùm si non modò à iudiciis Dei timuerit, sed in spe veniæ pietatis intima respirauerit, sed dolore simul apposito conscientia reatum suum considerans erubuerit, tentationi restiterit, consulte pericula declinauerit, effusum prius animum ad intelligentiam recollegerit, inter vitia & virtutes palato conualecente sapienter discreuerit, proculdubio saluus erit.

K Hæc autem omnia vnus atque idem spiritus operatur, vnicus in essentia, multiplex in effectu. Inde est quòd spiritus sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ & pietatis, & timoris domini perhibetur. In his septem donis tanquam septem dietis acceditur ad salutem, sicut recedatur totidem vitis à salute.

L Primum est fastidium boni. Secundum curiositas. Tertium consideratio. Quartum inertia. Quintum negligentia. Sextum desperatio. Septimum obstinatio animi & contemptus. Cæterùm inter folia tanta verborum poterit fructus aliquis inueniri, si quisque sollicita consideratione pensauerit quonam potissimum somni genere dormiat, qualiter surgat, à salute quo gradu distet, quantum illi appropiet, vel ab ea fortè recedat.

Quòd

Nox
bat Apo
ta cæli
men, v
Quanto
densa n
mors, n
tunc exi
magis qu
aurora &
super ter
ri suæ p
factio ab
& sentim
tim vbiq
quantum
per omne
isque in
num per
modo, in
gnabitur
statio, vr
tum depe
nabitur d
cessua v
ly emalis
dit & r
Qu
Nox
per ten b
quit) ope
Nam qui
sue ebrij
lemus, &
nem cuiu
In reneb
sapientem

Quòd non sit meridies, donec ad lucis plenitudinem perueniatur.

Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Quando hoc dicitur? Quando sol reuersus ab inferis iam se ad aliam partem sustulerat, significans tunc esse adhuc modicum lumen, vt appropinquasse quàm venisse diem dicere maluerit. Quis magis cum adhuc similitudo carnis peccati instar densæ nobis operiret auroram, ita vt Christo nec amara mors, nec crux probrosa defuerit? Quis magis inquam tunc exigua tenuisque admodum lux fuit, & quæ de auroræ magis quàm de solis prodire præsentia videretur? Erat ergo aurora & ipsa subobscura satis tota illa Christi conuersatio super terram, vsque dum occumbens & rursus exoriens solani sui præsentia lumine clariori fugauit auroram, & manifesto absorpta est nox in victoria. Ex tunc eleuatus est sol, & sensim diffundens suos radios super terram, cœpit paulatim vbique clarior apparere feruidiorque sentiri. Verùm quantumlibet incalescat, multiplicet, & dilatet radios suos per omne huius mortalitatis curriculum (erit enim nobiscum usque in consummationem seculi) non tamen ad meridianum perueniet lumen, nec in illa sui plenitudine videbitur modo, in qua videndus est postea ab iis quos hac visione dignabitur. O verè meridies, plenitudo feruoris & lucis, solis statio, umbrarum exterminatio, deficcatio paludum, fetorum depulsio! O perenne solstitium, quando iam non inclinabitur dies! O lumen meridianum! O vernalis temperies! O æstiuæ venustas! O autumnalis vbertas! O quies & feruor hyemalis! Aut certè si hoc magis probas, sola tunc hyems abiit & recessit.

Quòd perfecta religio sit, arma lucis induere, & opera reiicere tenebrarum.

Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & audiamur arma lucis &c. Abiiciamus inquit opera tenebrarum, id est somnolentiam & ebrietatem. Nam qui dormiunt, nocte dormiunt. Et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt, vt tanquam in die non dormitemus, sed ambulamus, & hoc quidem honestè, non temulentè. Vides hominem cuius omne opus bonum, dormitat anima præ tædio? In tenebris est vsque adhuc. Vides inebriatum absinthio, sapientem plusquam oportet: cuius nec oculus visu, nec au-

ris satiatur auditu, qui pecuniam aut simile aliquid diligenter non satiatur, longam instar hydropici sitim bibens? Filius noctis est & tenebrarum. Nec facile separantur hæc duo. In desideriis est omnis ociosus, id est in ebrietate omnis somnolentus. Excutiamus ergo soporem & ebrietatem, id est negligentiam & cupiditatem. In his enim duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ, quæ sunt, Declina à malo, & fac bonum.

HUGO DE S. VICTO.

Quòd Christo debeat indui Christianus.

O *Induimus dominum Iesum Christum.* Formam Christi, similitudinem Christi, hanc indue, assume, conformare, commentire. Sursum & deorsum pergit sapientia, à fine vsque ad finem. Sursum maiestate, deorsum humilitate. Si altitudinem respicis, nemo est Christo sublimior. Si deiectionem, nemo humilior. Vide quantum descendit humilitate. Filius erat, & factus est seruus: & accepit non solum conditionem serui, ut subesset, sed & mali serui, ut vapularet. Et amplius, ut solberet per pœnam, quod non rapuerat per culpam. Quis sic gloriari potest? Quis sic humiliari? Vsque ad imum humiliatus, vsque ad summum exaltatus. Descende post Christum humilitate infima patiendo. Ascende post Christum, charitate summa appetendo. Perge cum ipso, ut crescas in ipso. Imitari potes, non æquare.

BERNARDVS.

Quòd Dei regnum in voluptatibus non consistit.

Cap. 14.
P



Non est regnum Dei esca & potus &c. Solet Apostolus in verbis esse brevis, in sententiis copiosus. Tam signanter vniuersa depromit, & sic intonat spiritu & virtute, ut in serie ordinem, in sensu plenitudinem, in vtroque connectionem mirabiliter extendat. Non est inquit, regnū Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Quid ad hoc dicitis vos gulosi, quorum Deus venter est, quorum omnes vsus aut in ventre, aut sub ventre qui, ut ait alter Apostolus, in luxuriis enutritis corda & corpora vestra? Audite, audire, quia esca ventri, & venter esis. Deus autem & hunc & has destruet. O delicate qui deliciis & vitiis es circumfusus atque confusus, confusionem expectas & mortem: non est regnum Dei esca & potus, non pura

para & byssus: quia diues ille vtroque circumflus in puncto ad inferna descendit. Quid ergo? Iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Attendis & intendis, quia gaudium in fine est. Sic fatui filij Adam præcipiti salta iustitiam transilientes & pacem, rem finalem in principium conuertere & peruertere vultis? Nemo enim est qui gaudere non velit. Non stabit, & non erit illud: quia sicut non est pax impiis, sic nec gaudere impiis, dicit dominus. Non sic impij, nō sic: sed prius est iustitiam facere, pacem inquirere, & sic demum apprehendere gaudium, imò à gaudio comprehendere. Sic conuentus ille angelicus prius iustitiam fecit, cūm stetit in veritate, & veritatis deseruit desertorem. Post hæc illa pace firmati sunt quæ exuperat omnem sensum. Quia cūm diuersis honorum primatibus ambiantur, nullus est qui murmuret, qui inuideat nullus.

Quòd per iustitiam & pacem ad verum gaudium peruenitur.

Non est regnum Dei esca & potus. Exhibent angeli iustitiam Deo, pacem inter se, gaudium sibi. Sic & tu homo, noli prius rapere quod tuum est, & iustitiam quam Deo, & pacem quam proximo debes, contemnere. Iustitia virtus est qua redditur unicuique quod suum est. Tu non solum iustitiam, sed multas & multiplices iustitias debes deo. Quicquid enim es, quicquid potes, debes creanti, redimenti, vocanti. Sed cūm iustitiam feceris, fac & pacem. Si recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid aduersum te, sis humilis ad veniam petendam: si tu aduersus illum, sis facilis ad dandam. Et sic omnia membra erunt in pace. Sic enim ad duo ista, charitatem scilicet & humilitatem parati, non poterimus omnino dissentionem sentire. Dicite, inquit, à me, quia mitis sum & humilis corde. Meis, quod pertinet ad charitatem, quæ scilicet patiens est, benigna est. Humilis, quod ad ipsam verbi pertinet proprietatem. Sic procedentibus erit gaudium in spiritu sancto. Loquar quod expertus noui. Nunquid non orantibus nobis per unquam omnia viscerum succutiuntur occulta ad memoriam gaudij illius quod est in Hierusalem, & lachrymarum vultus meditantium superfundit? O si duraret! Si obliuisceris tuam Hierusalem, obliuioni detur dextera mea. Adhærent lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Si non proposueris Hierusalem, in principio lætitiæ meæ. Verè in principio lætitiæ, quia finis illic repositus est. Principium e-

nim gaudij illius quod hic quandoq; sentimus, stilla est, guttula est de flumine illo descendens, cuius impetus letificat civitatem Dei. Quando veniet tempus vt perennibus gaudiis in ipso diuinitatis fonte profundius immergamur, vbi vnda ad vnam sine intercapedine & interpolatione continuetur? Eia ergo, eia ergo huic felici ternario feliciter insistamus, vt per iustitiam & pacem ad gaudium veniamus.

EPISTOLA PRIOR AD
CORINTHIOS.

BERNARDVS.

Quòd nobis Christi non minus profuit infirmitas quàm potestas.

Cap. i.
R



*Q*uod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Totum nobis de Christo valuit, totum salutiferum, totumque necessarium fuit. Nec minus profuit infirmitas quàm maiestas. Quia etsi ex deitatis potentia peccati iugum iubendo submouit, ex carnis tamen infirmitate mortis iura moriendo concussit. Sed & illa eius stultitia per quã ei placuit

saluum facere mundum, vt mundi confutaret sapientiam, confunderet sapientes: quòd videlicet cùm in forma Dei esset, Deo æqualis, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: quòd diues cùm esset, propter nos egenus factus est, de magno paruus, de celso humilis, infirmus de potente, & cætera quæ passus est voluntate non necessitate, hæc ipsius quædam stultitia, nõnne nobis fuit via prudentiæ, iustitiæ forma, sanctitatis exemplum? Mors igitur à morte, vita ab errore, à peccato gratia liberauit.

GALFRIDVS.

Quomodo Christus factus sit nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.

S Christus factus est nobis à Deo patre sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Igitur cui placent hæc, non placere illi non potest: & qui hæc amat, illum nequit non amare. Factus est

est nobis sapientia, vt expectata futurae gloriae praemia per ipsius gratiam prelibemus. Iustitia, quod ipse sit qui operatur in nobis & velle, & operari, & perficere pro bona voluntate. Sanctificatio, vt peccata quae odimus, eius ope & opere declinemus. Redemptio, vt per ipsum ab aeternis, quae peccando meruimus, suppliciis eruamur.

Quod latro praedicta quatuor in cruce habuerit.

Qui factus est nobis à Deo patre sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Hæc quatuor vnusquisque nostrum debet habere in se: sanctificationem in contritione cordis, sapientiam in confessione oris, iustitiam in sanctificatione operis, redemptionem in consummatione virtutis. Qui enim perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Hæc quatuor habuit latro qui in cruce Christum confessus est. Habuit sapientiam: quia per fidem illuminatus, tunc Christum Deum esse cognouit, quando eum omnes discipuli reliquerunt. Habuit iustitiam: quia alterum latronem blasphemantem per charitatem corripuit, & seipsum per pœnitentiam accusauit, & Christi innocentiam fideliter praedicauit. Hanc enim triplicem portionem iustitiæ sonant verba latronis. Ait enim ad alterum: Nec tu times Deum, qui in eadem damnatione est? Ecce correptio per pietatem erga proximum. Et nōs quidem iuste (inquit) nam digna factis recipimus. Ecce cognitio culpe per pœnitentiam. Hic verò nihil mali gessit. Ecce praedicatio innocentiae Christi. Habuit sanctificationem: quia per fidem & dilectionem Christum orauit: dicens: Memento mei domine dum veneris in regnum tuum. Habuit participationem redemptionis: sicut dominus ait: Amen dico tibi, quia hodie mecum eris in paradiso.

BERNARDVS.

Quod superna non verbo docentur, sed spiritu reuelantur.



Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum.

Quae supra sunt, non verbo docentur, sed spiritu reuelantur. Verum quod sermo non explicat, oratio expetat, mereatur vita, puritas assequatur. Sanè eorum admonitus quae supra se sunt, non te existimes mitti à me suspicere solem, lunam, stellas, non ipsum firmamentum, non aquas quae super caelos sunt. Ista enim omnia etsi supra loco

Zz ij

Capitulum
V

precio tamē infrā, sunt & dignitate naturā. sunt enim corpora: nostra portio spiritus est: quocirca superius quippiam frustra quærimus, quod nō sit spiritus. Porrò spiritus est Deus, sunt & angeli sancti, & hi supra nos: sed Deus natura, angeli gratia superiores sunt. Vnum siquidem nostri & angeli optimum ratio est: Deus verò non sui aliquid optimum habet, vnde optimum totus.

Quòd spiritualis non appetitum sequatur, sed iudicium rationis.

X *Spiritualis homo omnia diiudicat, & ipse à nemine iudicatur.* Hæc talis omne opus suum trina quadam consideratione præueniet. Primum quidem an liceat, deinde an deceat, postremò an expediat. Nam etsi constet in Christiana philosophia, non decere nisi quòd licet, non expedire nisi quòd decet & licet, non continuò tamen quòd licet, decere aut expedire consequens erit. Non enim minus deiecti quàm elati animi est, veluti rationis expertem non pro ratione, sed prohibitu agere: nec iudicio agi, sed appetitu. Quis tam bestiale?

PETRVS RAVENNAS.

Quòd prædicator pro capacitate audientium, verbum suum debet moderari.

Cap. 3.
Y



Lac vobis potum dedi, non escam. Debet prædicator non quid ipsum dicere, sed quid subditos audire deceat, attendere diligenter, & paruulis impendere debitæ nutritionis obsequia, & blandimentis magis cõgna quàm peritiæ verba depromere: non quadrare, sed liquare sermones, & eos adhuc teneris faucibus in modum lactis effundere. dicente Apostolo: Lac (inquit) vobis potum dedi &c. Mutare voces, amare varios affectus. Et quid plurimè mente, lingua, corpore, imbecilibus paruulorum motibus occupari.

GILBERTVS.

Quòd prudens prædicator pro captu audientium verbum facit.

Z *Tanquam paruulus in Christo lac vobis potum dedi, non escam.* Utinam istud attendant qui facturi in conueniu fratrum sermonum student magis alta quàm apta dicere, facientes apud infirmas intelligentias miraculum sui, non ipsorum salutem operantes. Erubescunt humilia & plana docere, ne sola hæc scissæ videantur. Erubescunt vbera habere, nudare mam-

mam,

mam, lactare paruulos. Quid istud est? Ideòne confedisti in medio, cathedram tenens, vt scientiam iactes? an vt teneram subditorum lactes infantiam? Subtilia texis: artem qui audiunt, mirantur, eloquentiam laudant. Benè quidem, tamen si gratiam sentiunt, si te disputante audientium mouetur affectus, intellectus instruitur. alioquin quid ad præsens negotium peregrina quædam adducere quæ auscultantes non capiunt? Magna eloquentiæ laus est, causam quam susceperis aptè exequi, ad eius commodum cuncta referre, suscepto inservire negotio. Nusquam eloquentiæ tuæ euidentius dabis signum, quàm si humilem materiam exequaris ornatè, & sermone temperamento attollas quæ per se iacere videbantur. Nec tam debes attendere quæ dicere deceat hominem literarum, quàm quæ debeant audire quos instruis. Quid enim inde consequuntur, si ambules in magnis, & in mirabilibus, non dico super te, sed super eos qui assident? Sublimia loquens, sed non in tempore, quid aliud affectare videtur, quàm vt dicatur de se quod dictum est de Saluatore: Nunquam sic loquutus est homo? Ascendisti cathedrâ vt alios ædifices, non vt teipsum inlites: vt impleas, non vt exinanius teipsum, nisi eodem modo quo se Saluator exinaniuit formam serui accipiens, vt nos carnis suæ lacte nutrirer in salutem. Bonus imitator magistri Paulus, vbera non occultat, sed habere se iactat. Tanquam paruulis, inquit, in Christo &c. Ipse nouit cui mensam parat, & quibus vbera nõ occultet, sed habere se iactet. Tanquam paruulis, inquit, in Christo &c. Ipse nouit cui mensam parat, & quibus vbera porigat.

GALFRIDVS.

Quòd nec negligentes, nec refugas Christus saluet.

Dei enim adiutores sumus. Coadiutores esse debemus nostri Saluatoris in opere nostræ salutis: alioquin omnia quidem potest ipse, sed inuitos & negligentes saluare, regnare facere refugas, perfidos & pusillanimes omnino non potest: nisi quia facere potest ex inuitis voluntarios, ex negligentibus studiosos, saluos ex perditis, suos ex alienis, ex pauidis perfidisque magnanimitate robustos.

HVGO DE S. VICTO.

Quòd super fundamentum Christum diuersa ædificiorum genera construantur.

B Si quis autem super ædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos &c. Triplex est amor, Dei, mundi, peccati. Quidam enim solum Deum amant: & hi super ædificant aurum, argentum, lapidem preciosum. In auro intellectum, in argento eloquium, in lapide precioso opus incorruptum. Quidam præter Deum aliud amant, plus tamen Deum: & hi super ædificant lignum, fœnum, stipulam. In lignis affectum cognationis. In fœno, possessionis. In stipula, familiaritatis. In quibus omnibus etiam peccatū non est, est tamē peccati occasio. Quidam contra Deum aliquid amant: & hi non super ædificant, sed fundamentum destruunt: quia amor Dei esse in corde non potest, ubi non est vel solus vel summus.

GALFRIDVS.

Quomodo diuersi fundamento fidei super ædificant vitia vel virtutes.

C Alius ædificat super fundamentum hoc lignum, fœnum, stipulam. Stipula leuitatem, fœnum carnalitatem, lignum rigidam impuritatem designat. Nam & inobedientia prima in ligno commissa ad idem pertinere videtur. Super ædificat fundamēto lignum, fœnum, stipulam, qui licet in professione sua stabilis perseueret, aut in propria voluntate rigidior, aut mollior circa carnem, aut in actu vel in gestu leuior inuenitur. Argentum ad eloquium benefonans, aurum ad internam animi sapientiam, lapides preciosi ad bonos pertinent mores. Possunt etiam per aurum opera bona, per argentum eloquia bona, per lapidem preciosum animi virtutes intelligi.

BERNARDVS.

Quòd stultum sit in acceptis, tanquam ex se habitis gloriari.

Cap. 4.


D



Vid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Non ait simpliciter quid gloriaris, sed addit quasi non acceperis: vt asserat reprehensibilem nō qui in habitis, sed qui tanquam in non acceptis gloriatur. Meritò vana gloria nuncupatur huiusmodi, veritatis nimirum solido carens fundamēto. Veram enim gloriā ab hac ita discerne. Qui gloriatur, in domino gloriatur, hæc est in veritate. Veritas quippe Dominus est.

Vtru-

Vtru
ipso
niter



nem,
uam g
scienti
ueniat
omnis
ferment
mor, e
peranti
Nec al
quodan
Oportet
tionem
per sati

Epul
Aposto
quadrag
tus est e
verò tu
igitur &
tuus fue
non tre
&ambo
reit. Si
tem rep
comedat
libus. S
lastra i

Vtrunque ergo scias necesse est, vt quid sis, & quòd à te ipso non sis, ne aut omnino videlicet non glories, aut inaniter glories.

GALFRIDVS.

Quomodo peccati fermentum debeat expurgari.



*P*urgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, &c. Si de peccato repropitiato securum esse sapiens dehortatur, quale erit de perpetrato, & vtrum adhuc repropitiato nescientem, esse securum? Fratres vetus offensa nouam aliquando recipit talionem, nouum ingerit vetus plaga dolorem, vetus culpa nouum gignit confusionem. Quis es igitur quem peccati conscientia remorder? Rade fortius conscientiam, ne quid inueniatur veteris inhæsisse fermenti: & corrumpatur tua omnis quanlibet azima, quanlibet noua conspersio. Huius fermenti, peccati scilicet, secundum virtutis species quatuor, quadrifaria debet esse purgatio. Prima siquidem temperantia frænât præcipitem: iuxta illud: Peccasti, quiesce. Nec aliter dicitur sanè purgare fermentum, nisi quòd illud quodammodo cohibet ne vltius ferueat, & exerescat. Oportet autem vt deinceps istud radat iustitia per compunctionem, prudentia lauet per confessionem, fortitudo tergat per satisfactionem.

Quomodo pascha domini edendum sit.

*E*pulemur in azimis sinceritatis & veritatis. Inuitat nos F Apostolus ad paschale conuiuium. Opportunè quidem, post quadragesimale ieiunium. Cùm ieiunasset, esurire dignatus est etiam Saluator, & ei sanè angeli ministrarunt: nobis verò suum mittit Apostolum, vt nobis ministret. Epulari igitur & gaudere nos conuenit, quia dominus noster mortuus fuerat, & reuixit. Vicit athleta meus, & quomodo non trepidiem? Pugnabant duo, fortis impegit in fortem, &ambo pariter corruerunt. Planè ita est. Sed fortior resurrexit. Surrexit dominus de sepulcro, superauit hostem, patrem repropitiavit. Attendamus igitur ad pacificam hostiam, comedamus carnes agni cum azimo pane, & lactucis agrestibus. Siquidem caro est in veritate, panis in specie, agrestis laetitia in passionis commemoratione.

PETRVS DAMIA.

Quòd synceras manus esse oporteat quæ Christi
baiulant sacramenta.

Cap. 6.
G



Vi adhaeret meretrici, vnum corpus efficitur. Cur
ô sacerdos qui sacrum dare, hoc est sacrificium Deo debes offerre, temetipsum prius maligno spiritui non vereris victimam immolare? Fornicans enim, à membris Christi abscinderis, & corpus meretricis efficeris, Apostolo testante, qui ait: Qui adhæret meretrici, &c. Quid tibi cum corpore, qui per carnis illecebrosæ luxuriam membrum factus es Antichristi? Quæ epim conuentio lucis ad tenebras? Si igitur redemptor noster tantopere dilexit floridi pudoris integritatem, vt non modò de virgineo vtero nasceretur, sed etiam à nutricia virgine tractaretur, & hoc cum adhuc vagiret in cunis: à quibus nunc obsecro tractari vult corpus suum, cum iam immensus regnat in cœlis? Si mundis attingi manibus volebat in præsepio positus, quantam corpori suo nunc vult adesse munditiam, iam in paternæ maiestatis gloria sublimatus?

GILBERTVS.

Quòd Christum desidiosus non tam portare quam
molestè trahere videatur.

H *Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* Qui dicit hoc, portari à nobis vult Christum. Sed gloriose, non cum tacido, non cum murmure, non cum indignatione, & fluctuante proposito. Denique portari non trahi. Trahit cui onerosus est Christus, onerosa castitas, onerosa humiliatio, obedientia grauis, pauperies sordet. Deformiter portas qui sic conuersaris. Fascis quidem grandis tibi videtur fides, & pietas ponderosa: non potes dicere, Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Quid? Fœnum tibi videtur fides tua, sub cuius onere sic sedes, sic gemis, sic murmuras, quomodo plaustrum stridet onustum scœno. Non est fœnum Christus, sed flos est, sed fructus est, sed lignum vitæ est, lignum quod dat fructum suum in tempore suo: & tu non vis tempus expectare? Beati qui vefcuntur tempore suo.

HVGO DE S. VICTORE.

Quòd faciendum non sit, quod sine culpa nequeat consummari.

Bonum est homini mulierem non tangere. Quod sine culpa fieri non potest, faciendum non est. Arguere vis fratrem tuum? Vide si potes sine culpa. Quid est sine culpa? Purè, pacificè, sine malitia, sine ira. alioquin si irasceris, cum irascentem reprehendis, cadis in vitium quod damnas, & testis cõtra te efficeris. Si talis est, dimitte, noli tangere, ne tibi dicatur, *Medice cura teipsum.* Ille quidem increpandus est, sed à te non est.

BERNARDVS.

Quòd non sit charitati contrarium, si peruersus à iustorum collegio separetur.

Infidelis si discedit, discedat. Auferatur malus, ne malos generet. Neque enim potest arbor mala fructus facere nisi malos. Abscindatur vt ovis morbida à grege, vt putridum membrum à corpore, qui iam se nouerit haberi tanquam ethnicum & publicanum. Et ne timueris esse contra charitatem, si vnus scandalum multorum recompensaueris pace. Quippe qui sua fortè malitia fratrum cohabitantium turbare facillè poterat vnanimitatem. Melius est enim vt pereat paus quàm vnitas.

HILDEBERTVS.

Quantis præconiis virginitas honoretur.

De virginibus præceptum Domini non habeo: consilium autem habeo. Virginitas curarum est silentium, pax carnis, vitiorum redemptio, principatus virtutum. Virginitas contenta paruo, sollicita est pro natura, non ambitiosa pro matrona. Damni virginitatis sicut nulla est reformatio, sic omnis recompensatio inferior. Impar mercimonium est breuem quædam iactura comparare perenni. Minus sibi prouidet, quisquis gratiæ virginitatis aliud anteponeat. Incomparabili comparantur precio, quo fur sollicitetur vt asportet, dominus vt seruet. Nescit à quanta hæreditate decedit, quisquis vt hæredes relinquat, similitudinem angelorum deponit. Nunquid non intelligis sabbatum consilij, non præcepti? Sabbatum quo feriatur ab opere carnis caro, quod sapit quiddam supra carnem caro. Virginitas angelicam redolens conuersionem cantat canticum nouum, quod nemo potest dicere præter eos qui cum mulieribus non coinquinati sequuntur ægnum quocunq; ierit. Quippe quibus fuit cum Chri-

sto quoddam virginitatis participium, quoddam est & in premio consortium. Sub hoc autem sponso fecunditatem non impedit integritas, nec famulante concupiscentia filij generantur. Beata nimirum sponsa, cuius pudor dum concipere non deperit, dum generat non laborat. Beatissimus etiam sponsus, cui nisi cohæreat nulla virgo est, nulla casta nisi eum diligit, nulla libera nisi ei seruiat. Eius prole nihil vitius, cum qua nulla propagatur mortalitas. Eius dote nihil vtilius, in qua sufficientiam comitatur æternitas.

BERNARDVS.

Quòd ex modo sciendi improbatur scientia vel probatur.

Cap. 8.
M



Vi se putat aliquid scire, nondum scit quando o.e. sci. Non probat Apostolus multa scientem, si sciendi modum nescierit. Fructum enim & vtilitatem scientiæ in modo sciendi constituit. Quid ergo dicit modum sciendi? Quid, nisi vt scis quo ordine, quo studio quo sine qua- que nosse oporteat? Quo ordine, vt id prius quod maturius ad salutem. Quo studio, vt id ardentius quod vehementius ad amorem. Quo sine, vt non ad inanem gloriam aut curiositatem aut aliquid simile, sed tantum ad ædificationem tui & proximi. Sunt nanque qui scire volunt eo sine tantum vt sciant, & turpis curiositas est. Et sunt qui scire volunt vt sciatur ipsi, & turpis vanitas est. Qui professio non euadent subsannantem satyricum, & dicentem: Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Et sunt item qui scire volunt, vt scientiam suam vendant, verbi causa, pro pecunia & honoribus, & turpis quæstus est. Sed sunt qui scire volunt vt ædificent, & charitas est. Et item qui scire volunt vt ædificentur, & prudentia est. Horum omnium scilicet ultimi duo non inveniuntur in abusione scientiæ. Quippe qui ad hoc volunt intelligere vt bene faciant. Reliqui omnes audiant: Scienti bonum & non facienti, peccatum est illi. Ac si per similitudinem dicant: Sumentis cibum & non digerenti, perniciosum est ei. Cibus siquidem indigestus, & qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores, & corrumpit corpus, non nutrit. Ita & multa scientiæ ingesta stomacho animæ qui est memoria, si decocta igne chari-

charitatis non fuerit, & sic per quosdam actus animæ mo-
 res scilicet atque actus transfusa atque digesta, quatenus
 ipsa de bonis quæ nouerit vita attestante de moribus bona
 efficiatur: nõnne illa scientia reputabitur in peccatum, tan-
 quam cibus onerosus in prauos noxiõsque humores? Ma-
 lus humor peccatum, mali humores prauis moribus. An non
 inflationes & tortiones sustinebit qui huiusmodi est, sciens
 scilicet bonum & non faciens? An non responsum mortis
 & damnationis habebit totiens in semetipso, quotiens in
 mentem venerit sermo quem dixit Iesus: Quia seruus sciens
 voluntatem domini sui & non faciens, dignè plagis vapu-
 labit multis? Vides ergo quàm verum sit quoniam scientia
 inflat? Volo proinde animam primò scire seipsam, quòd
 hoc populet ratio & vtilitatis & ordinis. Ordinis, quia
 quod nos sumus, primum est nobis. Vtilitatis, quia talis
 scientia non inflat sed humiliat, & est quædam præparatio
 ad edificandum. Nisi enim super stabile fundamentum spi-
 rituale ædificium stare non potest. Porrò se ad humiliandum
 nihil inuenire anima viuacius potest, quàm si se in veritate
 inuenit tantum, non dissimulet, non sit in spiritu eius do-
 lus. Nam quomodo non humiliabitur in hac vera cognitio-
 ne sui, cum se perceperit oneratam peccatis? mole huius
 mortalis corporis aggrauatam? terrenis intricatam curis?
 carnalium desideriorum fæce infectam, cæcam, curuam, in-
 firmam, implicitam multis erroribus? Expositam mille peri-
 culis? mille timoribus trepidam? mille difficultatibus an-
 xiam? mille suspicionibus obnoxiam? mille necessitatibus
 onerosam? procliuem ad vitia? inualidam ad virtutes? Vnde
 hinc iam extollentia oculorum? Vnde leuare caput? Nõnne
 magis conuertetur in ærumna sua, dum cõfigitur spina? Con-
 uertetur ad lachrymas, ad planctus, ad gemitus. Conuerte-
 tur ad dominum, & temperabit mox amaram visionem sui
 iera Dei. Cui & dico: Ad meipsum anima mea conturbata
 dep. m. e. t. Nec medioeris Dei visio pium & deprecabilem
 speriri. Sicut reuera benignus & misericors est & placabilis
 super malicia. Cuius natura bonitas. Cuius proprium est
 misereri semper & parcere. Tali itaque experimento & or-
 dine salubriter innotescit Deus, cum prius se homo nouerit
 in necessitate positum, & clamabit ad dominum, & exau-
 det eum. Et dicet. Eruiam te & ho. me Et sic gradus erit ad

cognitionem Dei, tui cognitio. Et ex imagine eius qui in te renouatur. Ipse videbitur. Et vide quam necessaria sit vtraque cognitio ad salutem. Nam si ignoras, non habebis timorem Dei in te, non humilitatem. Nemo igitur absque cognitione sui saluatur, qui tamen ætatem habeat ac facultatem cognoscēdi. Quod propter paruulos loquor & fatuos, quorum alia est ratio. Quod si Deum ignoras, non potes amare quem nescias, aut habere quem non amaueris. Noueris proinde te vt Deum timeas, Deum, vt ipsum diligas. In altero initiaris ad sapientiam, in altero consummaris. Cetera indifferentia sunt, nec salutem si sciuntur, nec damnationem si nesciuntur habentia. Nec tamen dico contemnendam aut negligendam scientiam literarum, quæ ornat animam, & erudit, vt possit etiam & alios erudire.

GALFRIDVS.

Quod ad superna festinet, qui veram scientiam vult habere.

N *Si quis existimat aliquid scire, nondum nouit quomodo e. t. f.*
 Qui verò negligit in hac vita doceri, cum fatuus iure virginibus est ignorandus ignorans. Scire vultis quid docturus sit doctor bonus in vita æterna? Et ego vellem. Sed nō est huius loci, huius temporis, minus autem huius doctoris: ad æternitatem properet, qui doceri desiderat: ad illum doctorem venire festinet, illum apprehendere studeat, cui omnes erant docibiles, & cui sponsa loquitur dicens: Ibi docebis me. Et dabo tibi poculum ex vino condito. Ex maximis enim donis erit collatio illa scientiæ.

V. V. ERICVS.

Quod calicem dæmonum bibat, qui fraternis detractionibus ebriatur.

O *Non potestis calicem domini bibere, & calicem demoniorum.*
 Non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmonum. An non tibi videtur non modò potatus, sed & inebriatus calice dæmoniorum, qui libidinis, iræ, impatientiæ, aut similibus raptatur furore passionum? Ergo vt loquar de iis quæ iam magis in vsu quam in crimine sunt, puto quod ille mensæ dæmoniorum particeps sit, & pascens eos pascatur ab eis, cuius os abundat malitia, & lingua concinnat dolor, sedens aduersus fratres suos loquitur, & aduersus filium matris suæ ponit scandalum, qui etiam si non detrahit libenter detra-

detrabit
 dissolu
 lucatus
 admittit



dem est
 det dom
 forma ex
 num gre

Qu

Qu
 libit. N
 quequa
 te iustus
 domini,
 culum au
 dicitum er
 quia mag
 dicans co
 & in seru
 te graui
 meatus.
 tedrus pa



detra-

dehærentem audit, qui scurrilitate stultiloquij cachinnantes dissoluit. Videat ergo qui eiusmodi est, an dignum sit, vt volutus velut in cruore immolato, & sordibus dæmonū, mox admittatur ad mensam Christi & angelorum.

GALFRIDVS.

Quòd subiectos ædificent magistrorum opera plus quàm verba.



Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Pastores & prælati quibus incumbit pascere gregem Dei, estote eorum forma, vt vobis ipsi conformari debeant, non vos ipsi. Sic omnino decet & expedit, vt pastoris boni dum lingua reticet, opus clamet. Vberima siquidem est pascua gregum, vita pastorum. Quia tamen intus videt dominus gregis, & maximè interiora remunerat, sit hæc forma ex animo, vt ædificet gregem qualitas actionis, dominum gregis intentio pura lætificet.

BALDVINVS.

Quòd corpus Christi indignè sumere, sit non Saluatorem sed iudicem manducare.

Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Non dicit non dignè, sed indignè. Quis enim vltroque dignus? vel quis dignè accipiat quantuncunque sit iustus, quantuncunque sit perfectus? Magis est dignatio domini, quàm dignitas serui. At cum iniustus accipit, periculum augent indignitas peccatoris & indignatio iudicis. Iudicium enim sibi manducat. Quare iudicium sibi manducat, quia magis iudicem quàm Saluatorem manducat, non diuidens corpus Christi. Proinde Paulus corpus suum castigat, in seruitutem redigit ne reprobus efficiatur. Quo suo metu grauisimè pauitancia corda nostra percutit, vt amplius timeamus. Quid enim faciet virgula deserti, vbi contremiscit cæcus paradisi?

BERNARDVS.

De effectu gemino charitatis.



Charitas patiens est, benigna est. Charitas patiens est, sufficit. Charitas benigna est, cumulus est. Noli vinci à malo, charitas abundans est. Sed vince in bono malum, superabundans. Non enim sola patientia, sed etiam benignitas Dei

Cap. 13.
R

Iudæos ad penitentiam adduxit. Quia benigna charitas eorum quos tolerat amat, & amat tam ardentem. Patiens charitas dissimulat, expectat, sustinet delinquentem: sed benigna trahit, adducit, conuerti facit ab errore viæ suæ, denique cooperat multitudinem peccatorum.

GILBERTVS.

Quòd furti sit, virtutem proximi vel detractioe corrodere, vel silentio sepelire.

S *Charitas non inflatur, non est ambitiosa.* Non enim charitas bonum singulare aut si habet amat, aut si non habet optat. Non vult aliis præcellere, sed ipsum magis habere bonum. Multi vnde inflentur non habent, sed inflare scitis optant vt habeant. Denique charitas quæ non quærit quæ sua sunt, quomodo poterit quod est alienum decerpere? Quid tu inuidia alienum vis corrumpere bonum? Nunquid tibi adicies quod ab alieno decerpis? Ita forsitan, sed si corporalis aliquid pecuniæ subtrahas. Non ergo in claustralibus rapacitatis huiusmodi vitium vereor. Est subtilius quoddam rapacitatis genus inuide? Quid enim? Rapacitatem non putas, si pecuniæ parcis, famam decerpis? Aliena si corrodat bona, quid inde tibi accrescit? Euidenti forsitan veritate alienæ virtutis conteruntur in ore tuo dentes, quos ad derogandum paraueras. Non audes corrodere, non tamen potes collaudare. Sed nunquid non ideo rapis? Grauis rapacitas, cum veram alterius gloriam etsi mendacio non corrumpis, silentio tamen sepelis. Vis audire in sola etiam affirmatione rapacitatem? Non rapinam, inquit Apostolus, arbitratus est esse se æqualem Deo. Inuidiam animam non potest intrare æstimatio boni de bonis alienis. Non vult enim intelligere quòd alius bene agat. Vt quid istud? nisi quòd liuor dum priuatam semper excellentiam cogitat, alienam obscurat? Charitas autem non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, & (vt sic dicam) super inæqualitate, congaudet autem veritati. Priuatum non cogitat, medio quodam & conlætatur. Quæ sua sunt non quærit, sed quæ Iesu Christi. Eius in omnibus gloriam vel amat vel optat. Communis est Christus, mediator enim est: & ideo eius non sunt quæ media non sunt, sed in partem se restringunt. Quid tu liuor Christum vis in partem contrahere? Auaram vis esse gratiam spiritus, cuius circa te solum optas beneficia

restrin-

restringi? Diues est in omnes, & tu diminuere tentas affluen-
 tiam gratiæ, & immensitatem redigere ad minutias? Aemuli
 cordis auaras dedignatur Christus angustias, nescit æmu-
 latione tua eius bonitas detineri. Proflua est: non tuo so-
 li, sed vicinis etiam se vasis eius oleum infundit. Facit il-
 la mutuo tibi sint. Erunt autem, si communi fueris bono
 lætatus.

BERNARDVS.

Quòd non charitatis sed stultitiæ sit, eum qui sibi
 non sufficit, aliis prouidere.

Charitas non quærit quæ sua sunt. Sunt quidam qui tantæ **T**
 sunt charitatis, vt ante loqui quàm audire parati sint, & prom-
 pti docere quod non didicerunt, & aliis præesse gestientes
 quæ seipso regere nesciunt. Ego nullum ad salutem pietatis
 gradum illi præponendum existimo, de quo sapiens ait: Mi-
 serere animæ tuæ placens Deo. Quòd si non habeo nisi pa-
 rum olei quo vngar, putas tibi debeo dare, & remanere in-
 tuis? Seruo illud mihi, & omnino nisi ad iusionem prophæ-
 tæ non profero. Sed charitas, inquit, non quærit quæ sua
 sunt. Et tu scis quamobrem non quærit quæ sua sunt? Quia
 non desunt. Quisnam quærat quod habet? charitas quæ sua
 sunt, id est propriæ salutis necessaria nunquam non habet: nec
 modò habet, sed abundat. Vult abundare sibi, vt possit &
 omnibus: seruat sibi quantum sufficiat, vt nulli deficiat. Alio-
 quin si plena est, perfecta non est. Cæterum tu frater, cui fir-
 ma facis propria salus nõdum est, cui charitas adhuc aut nul-
 la est, aut ad eò tenera atque arundinea, quatenus omni statu
 cedat, omni credat spiritui, omni circumferatur doctrinæ ven-
 tuimò cui tanta est charitas, vt ultra mandatum diligas pro-
 ximum tuum plusquam teipsum, & rursus tantilla, vt contra
 mandatum fauore liquefeat, pauore deficiat, perturbetur tri-
 stitia, auaritia contrahatur, protrahatur ambitione, suspitio-
 nibus inquietetur, conuitiis exagitetur, curis euisceretur, ho-
 noribus tumeat, liuore tabescat. Tu inquam ita in propriis
 teipsum sentiens, quam dementia quæso aliena curare aut
 tuis aut acquiescis? Sed audi quid consulat cauta vigilsque
 charitas: Non quòd aliis sit, inquit, remissio, nobis autem
 tribulatio, sed ex æqualitate. Noli nimium esse iustus, suffi-
 ciat vt diligas proximum tanquam teipsum. Hoc quippe est
 æqualitate.

Quòd genus prophetiæ sit terrena despicere,
& amare cœlestia.

V *Ex parte enim cognoscimus & ex parte prophetamus.* Quid est quòd veritas ait: Lex & prophete vsque ad Ioannem: cum iste nõ sit aduersarius, sed discipulus, qui dicit: Ex parte prophetamus? Cessauit ergo prophetia, quia iam cognoscimus, necdum tamẽ tota cessauit, quia adhuc ex parte. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Siquidem ante Ioannem qui fuerunt prophete, vtrunque aduentum domini prophetabant, & quasi neutra adhuc pars saluta in notitia, sed vtraque in prophetia erat. Sed quomodo adhuc ex parte prophetamus? Nempe iuxta Apostolum, non considerare quæ videntur, sine dubio prophetare est: ambulare in spiritu, quæ sursum sunt quærere, ex fide viuere, obliuisci quæ retro sunt, & in anteriora extendi, ex magna parte prophetare est. Sic prophete olim quasi non inter homines sui temporis erant, sed virtute & impetu quodam spiritus dies illos transilientes exultabant vt viderent diem domini. Et ridebant, & lætabantur in ea.

GALFRIDVS.

X *Quid in electis fides, spes, charitas operentur.*
Nunc autem manent fides, spes, charitas, &c. Harum est charitas maior, neutra tamẽ reliquarum non magna. Fides mundat, spes saluat, charitas in nobis Deum, & nos facit esse in Deo. His studere, sapere est: in his proficere, salutis ascensus. Primum itaque fidei gradum ad confessionis mysterium referamus. Secundum ad studium inquisitionis. Tertium ad contemplationis excessum. Primus conuenit etiam idiotis, & vasa templi non nisi inuoluta gestantibus. Secundus discretis. Tertius spiritualibus & perfectis. Gradus spei sunt, vt propter peccatũ nemo desperet, vt propter spem nemo peccet, vt ceteras spes vniuersas spes beata disperdat & dissipet. Gradus charitatis, vt amor Dei præferatur voluptatibus huius vitæ, & necessitatibus, & etiam ipsi vitæ. Sũmus hic gradus, quòd maiorem hac dilectionem nemo habeat, quàm vt animam suam ponat pro amicis suis.

AILREDVS.

Quòd quatuor officia virtutum, virtutum virtus
charitas obtineat.

Y *Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior au-*

S
tem hor
fessio vo
pugnari
sint, sic
facigare
fecta
strum
nostrum
tuor illa
tia, nisi
te, quæ
fide incl
quia qui
spes erit
restat qu
principa
Quòd

loquitur
num vocer
inspiration
eius reuere
uocem, si
num visum
laris loqu
iniqui fabu
non vt com
hæc sunt v
ter in sensu
pœcunctati
eruditio
etor affect
ficetur, pri
tus, vt in

non horum est charitas. Cæteræ virtutes sunt nobis aut quasi fello vehiculum, aut quasi viatori viaticum, aut quasi arma pugnantis. At charitas, quæ licet vt aliæ virtutes, virtutes sint, sit oportet in omnibus, specialius tamen ipsa, & requies fatigato, & viatori mansio, & plena lux peruenienti, & perfecta corona victori. Quid enim est fides, nisi vehiculum nostrum quo ad patriam vehimur? Quid spes, nisi viaticum nostrum quo in huius vitæ miseris sustentamur? Quid quatuor illæ virtutes, temperantia, prudentia, fortitudo, iustitia, nisi arma sunt nostra quibus pugnamus? At vbi charitate, quæ in Dei visione perficitur, illis duntaxat quibus hic in fide inchoatur, mens fuerit plenius absorpta, nec fides erit. quia qui cernitur & amatur, non est opus vt credatur. Nec spes erit: quia brachiis charitatis Deum amplectenti nihil restat quod speretur. In his ergo omnibus charitas obtinet principatum.

GALFRIDVS.

Quòd sint quinque verba quæ loquitur nobis Deus.

Cap. I. 4.



*V*olo in ecclesia quinque verba in sensu meo loqui **Z**
vt alios instruam, quàm decem millia verborum
in lingua. Efficacior est doctrina operis
quam sermonis. Illa enim quinario sensu
corporis exhibet, quod solo ore ista pro-
nunciat. Attamen in vtraque Deus est qui
loquitur nobis, siue per opera, siue per scripta, siue per huma-
nam vocem, siue per naturalem rationem, siue per internam
inspiracionem. In omnibus igitur & per omnia verbum
Dei reuerenter & diligenter audiendum est: attendamus ad
vocem, si ad faciem aspiramus. Efficacior interim auditus
quam visus, & huic vitæ magis necessarius. Potes cum vo-
lueris loqui ei, & ipsum pariter audire loquentem. Narrant
aliqui fabulationes, sed non vt lex tua, non vt reprehensio,
non vt comminatio, non vt promissio, nō vt consolatio tua,
hec sunt verba quinque quæ vtinam nobis dominus loqua-
tur in sensu. Vtinam docenti legem respōdeamus studiosam
preconfectionem, interrogantes sollicitè de viis æternis. In
te eruditur animus, in reliquis quatuor quadripartitus mo-
ratur affectus. Initium à dolore: nam & omnis homo cum
nascitur, primùm dolet. Et bene, quia inde nos initiari voluit
Deus, vt in gaudio consummemur. Melius est enim vt tri-

stitia vertatur in gaudium, quàm extrema gaudij luctus occupet. Arguit, cum scelera mea & delicta ostendit mihi. Respondet autem huiusmodi voci confessio humilis & contritio pœnitentiæ. Alioquin sequitur vox comminationis, dignam intentans impœnitentibus pœnam. Hinc autem timor & tremor venerunt super me. & dixi: Misere mei. Promittit autem pœnitentibus præmia vitæ æternæ, cui desiderij pœnitentiæ respondet. Ultima est cōsolatio, cui debetur in gaudio gratiarum actio & vox laudis. Sola hæc in futuro locum habebit, & de primitiis spiritus interim initianda, sine fine in fine complenda.

PETRVS RAVENNAS.

Cur Apostolus se nominet abortiuum.

Cap. 15.

A

M

Illi autem minimo tanquam abortiuo. Merito se Paulus tanquam abortiuum nuncupat, & miratur se fuisse natum, qui nouit se nulla tempora conceptionis pertulisse. Nanque hostis adhuc ipse cum caderet extrinsecus sanctæ matris uterum, & in ipso ortu pignora veneranda collideret, repente sanctum mutatur in germen, qui ipsius germinis fuerat fortissimus persecutor.

BERNARDVS.

Quod à prælato cura non curatio requiratur.

B

Plus omnibus laborans. Non ait, Plus omnibus profui aut fructificauit, verbum insolens religiosissimè vitans. Nouerat enim homo quem docuit Deus, quod vnusquisque secundum suum laborem accipiet, non secundum prouentum: & ob hoc in laboribus potius quam in profectibus gaudendum putauit, sicut alibi dicit: In laboribus plurimis. Denique & alibi legis: Curam illius habe. Curam igitur exigeris, non curationem.

Quod qui ex animo bono consentit operi Dei, socius est operantis.

C

Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Potuit dicere, per me, sed quia minus erat, maluit dicere mecum: præsumens se non solum operis Dei esse ministrum per effectum, sed operantis quodammodo socium per consensum. Qui enim quod opere complement, bona voluntate cōsentiunt, opus quod per eos Deus explicat, ipsis communicat.

PETRVS RAVENNAS.

Qualiter in cœlestem hominem terrestres ho-
mines generentur.

Qualis terrenus, talis & terreni, & qualis cœlestis, talis & cœle-
stis. Quemadmodum non nati taliter, tales poterunt inueni-
ri? Quemadmodum, non manendo quod nati sunt, & quod
renati sunt permanendo. Hinc est quod virginei fontis vte-
rum cœlestis spiritus arcanum luminis sui admixtione fœ-
cundat, vt quod origo limosæ stirpis profuderat, sub misera
condicione, terrenos cœlestis pariat, & ad similitudinem sui
perducat auctoris. Ergo iam renati, iam reformati ad nostri
imaginem creatoris, quod præcepit Apostolus impleamus.
Sicut portauimus ima. terre. portemus & ima. cœle. Fuerat
necessitas quod de terra concreti ad cœlestia aspirare nequi-
uimus, quod illecebris dominantibus coacti sumus illecebra-
rum turbinem sustinere, ad instar nos domini nostri, sicut di-
ximus, iam renasci. Quos vtique concepit virgo, viuificauit
spiritus, portauit pudor, genuit integritas, nutriuit innocētia,
edocuit sanctitas, virtus exercuit, Deus adoptauit in filios.
Imaginem ergo totam, totam similitudinem nostri portemus
auctoris, non maiestate, qua solus est, sed innocentia, simpli-
citate, mansuetudine, patientia, humilitate, misericordia, qui-
bus dignatus est nobis esse communis.

BERNARDVS.

Quod tripliciter hominem peccatum primi
hominis occupauit.

Sicut portauimus ima. terre. sic portemus ima. cœle. Sicut fuit ve-
tus Adam effusus per totum hominem & totum occupauit,
ita totum obtineat Christus qui totum creauit, totum rede-
mit, totum glorificabit. Erat in nobis aliquando vetus homo
in manu dupliciter, per facinus & flagitium. In ore similiter, per
arrogantiam & detractionem. In corde quoque, per deside-
rium carnis & desideria gloriæ temporalis. Nunc autē si qua
noua creatura in Christo, vetera transferūt, & contra facinus
in manu innocentia, contra flagitium continentia est. In ore
contra arrogantiam verbum confessionis, contra detractionem
verbum ædificationis, vt recedant vetera de ore nostro.
In corde verò contra carnis desideria charitas, humilitas co-
tra gloriam temporalem.

Quòd potenter triumphet de aduersario
fides viuua.

Cap. 16.
F



Vigilate. state in fide, viriliter agite, &c. Inuitus aduersarius noster fidem aggreditur, expertus eius virtutem. Et quoniam in morum corruptione efficacius malignatur: quia tamen illa se opponit, insurgere cogitur & in ipsam, & illas eius partes quæ ad mores pertinent hodie magis impugnat. Confessionem minus necessariam esse mentitur, potestati detrahit prælatorum, quæ etiam sunt criminalia, venialia fingit. Dispensat sed non inuenitur fidelis, iam per coram multas disseminat prauitates in consultationibus mathematicorum, in maleficiis præcantatorum, in variis erroribus occultorum hæreticorum. Si non dormiret in nobis fides, nihil aduersarius posset contra mores. Ne leuem putetis somnum, letalis est enim. Fides sine operibus mortua est. Sed nec fides ficta laudabilis. Fragilis enim est quæ fictilis est, nec in ea resistitur aduersario qui circuit tanquam leo. Vitam fidei obedientia mandatorum, fortitudinem probat tolerantia temptationum. Sufficeret habere vitam, si non esset militia vita hominis super terram. Per vitam fidei Christus habitat in cordibus nostris. Per fortitudinem resistimus diabolo, & fugit à nobis. Ex inguit ignea iacula scutum fidei, si extincta ipsa non fuerit. Inde est quod nil penitus contra bonos mores efficere præualeat inimicus, si fides viuuit, viget, si vigilat vt oportet. Vigilia prima secundam parturit, & qui dignam gesserit in consideratione fidei diligentiam, negligens esse non poterit in exercitatione iustitiæ. Cæterum nihilominus nobis vigilandum est, & orandum ad suscipiendam deuotionem gratiæ spiritualis. Siquidem radix arboris fides, stipex actio, flos & fructus spiritualium charismatum dona.

Quam periculosum sit dominum non amare.
G *Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, maranatha.* Dominus est, sed salutem suis conferens, non se auferens. Nec Saluator austerus, vt crudeles medici, qui sectionibus & cauteriis vel amarissimis potionibus curant: sed Christus est, vnctus est, suauis & mitis. Si quis ergo non amat eum, quem pro cõditione vt dominum, & pro necessitate vt salutem

salutem
thema
eo cu
anath
terpre
domi
quada
plicari
Dulce
amanri
aduent
gnificè
quam t
dominu
& exco
tinet, cu

SE C

Qua



proprium
mes via
veritas. V


saluatorem, & pro gratia diligere debet vt vnctum, sit anathema, quod separatio interpretatur. Quis non separetur ab eo cui adhærere bonum non reputat? Nimirum à quo sit anathema, innuit qui subiecit Maranatha. Syrum est, & interpretatur (vt aiunt) dominus venit. Nam & Mara Syriacè dominum sonat, ergo aduentum domini interpretationis quadam proprietate significat maranatha. Sicut Osanna supplicantis votum, Alleluia laudantis & exultantis affectum. Dulce vocabulum amantibus dominum Maranatha: sed non amantibus triste, terribile, & amarum, quod enim in priori aduentu & exhibuit & promeruit, in posteriori exiget: & magnificè remunerabit vbi inuenerit: vbi non inuenerit, per quam terribiliter vindicabit. Est ergo sensus: qui non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema. i. separetur & excommunicetur: quia dominus venit, ad quem non pertinet, cum quo nulla ei potest esse societas.

Finitur ad Corinthios Epistola prior.

SEQVITVR EPISTOLA AD CORINTHIOS II.

BERNARDVS.

Quare Christus pater misericordiarum dicatur.



Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. In eo quod dicitur Deus pater misericordiarum, proprio nomine filius appellatur. Ipse est enim de quo legitur: Misericordia domini ab eterno. Sed fortè quis dicat: Quomodo illi proprium est misereri, cuius iudicia abyssus multa? Sed & omnes vice eius non solum misericordia, sed misericordia, & pietas. Verum id quidem, Cui vult miseretur, & quem vult

Cap. I.
H

indurat. Sed quòd miseretur, proprium est illi, ex se enim sò
 mit misericordiã & velut seminarium miserendi. Nam quòd
 iudicat & condemnat, nos eum quodammodo cogimus, vt
 lògè aliter de corde illius miseratio quam animaduersio pro
 cedere videatur. Ipsum audi dicentem: Nunquid voluntatis
 meæ est mors impij, & non magis vt cõuertatur & viuat? Re
 spondet igitur non pater iudiciorum vel vltionum dicitur, sed mi
 narum. Non modò quòd patris videatur misereri potius quã
 indignari: sed magis quòd miserèdi causam sumat ex proprio,
 iudicandi verò vel vlciscendi magis ex nostro. Sed si propter
 hoc pater misericordiæ, quare pater misericordiarum? Sed propter
 substantiam duplicem qua subsistimus, cum sit vtraque
 tam misera, non incògruè duplex hominum dicatur miseria,
 licet sit multiplex vtraq;. Siquidem & cordis & corporis tri
 bulationes multiplicatę sunt, sed ab vtrisque eruit qui totum
 hominem saluum fecit. Cum ergo Dei filius primò propter
 animas venerit, secundo propter corpora sit vèturus, non in
 congruum videtur vt in eo quòd patri misericordiarum be
 nedicimus, duplicem hanc misericordiam confiteamur. Qui
 consolatur nos, inquit, in omni tribulatione nostra. Non in
 hęc vel illa tantum, sed in omni. Vtinam nos de illis simus, nõ
 quibus dicit vā, sed quos consolatur dominus Deus suus.
 Quis enim consolatur eos qui suam habent consolationem?
 Non consolatur Christi infantia garrulos. Non consolatur
 Christi lachrymæ cachinnates. Non consolantur panni eius
 ambulantes in stolis, nec consolantur stabulum & prælepe
 amantes primas cathedras in synagogis suis. Sed vniuersum
 hanc consolationem suam æquanimiter fortè expectantibus
 in silentio dominum, lugentibus, pannosis, pauperibus, cede
 re videbuntur. Cæterum audiant quòd & ipsi quoque angeli
 non alios consolantur.

De testimonio.

Quòd singulorum conscientia testimonium
 à spiritu perhibetur.

I

*Gloria nostrà hæc est testimonium conscientia nostra. Est te
 stimonium conscientia nostræ in quo gloriatur Apostolus,
 non quod perhibet conscientia, sed quod loquitur spiritus
 veritatis in ipsa. Cũ enim veritas applaudit, cum iustitia atte
 statur, Dei sine dubio commendantis vox est, & spiritus san
 ctij testimonium perhibentis. Ac si decertanti militi rex suus*
 pro

pro ce
 plaud
 parata
 testimo
 tamen

Glor
 glorio
 planè,
 gloriar
 ria. Qu
 vt vix p
 itaq; gl
 ligent te
 non in
 riam me
 habere
 vel prob
 non ser
 undam
 ciurus in
 dari veli
 Deo fura
 del' De v
 us, sed D
 num & b
 Quid eni
 tum acc
 cum laus,
 done vt à
 ferendis
 ritate fida
 loa. Imm
 vota nost
 se sensum
 unitatem e
 litati, qu
 damus &
 rivales læ
 iuitate,

pro cuius amore & honore decertat, propè assidens lætus applaudat, laudet fortia facta, proximam clamitet esse victoriã, parata iam præmia, & coronam polliceatur æternam. In quo testimonio gloriatur quidem probatus & strenuus miles, nõ tamen quiescit. sed tantò virilius decertat.

Quòd verè sapiens tantùm in Domino gloriatur.

Gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ. Securus **K**
 glorior, si de gloria conditoris nihili mihi vsurpo. Securus planè, quia iam non contra dominũ, sed in domino. Et certè gloriari in solo Deo, non nisi à solo Deo, nec parua ista gloria. Quippe tam vera quàm de veritate & in veritate, tam rara vt vix paucitas perfectorum perfectè gloriatur in ea. Sapiens itaq; gloriator probabit opus suum, & ad lumen veritatis diligenter examinabit, & sic in semetipso gloriam habebit, & non in ore alterius. Stultus sum si fiscellæ labiorũ tuorũ gloriam meam credidero, & cœpero eam mendicare abs te cùm habere voluero. Nõne in tuo arbitrio est improbare me vel probare cum volueris? Si retineo penes me, ipse eam mihi non seruo, imò nec mihi eam credo. Ipsi potius repono seruandam, qui potens est depositũ meum seruare in illũ diem, cuitus in custodiendo, fidelis in restituendo. Nemo ergo laudari velit in hac vita: quia hęc quicquid fauoris captamus, Deo suramur. Tibi enim vnde gloria putride puluis? tibi vnde? De vitæ sanctitate? Sed spiritus est qui sanctificat, non tuus, sed Dei. An blanditur popularis fauor, quòd verbum bonum & benè deprompseris? Sed Deus dedit os & sapientiam. Quid enim lingua tua nisi calamus scribæ? Et hoc ipsum mutuum accepisti. Omnis ergo de bonis nostris referatur ad eam laus, idq; non fictè vt ab hypocritis, nec sola consuetudine vt à secularibus, sed nec quadam necessitate, vt iumenta ferendis oneribus applicantur: sed sicut decet sanctos, synccritate fida, deuotione sollicita, hilaritate grata, sed non dissoluta. Immolantes itaq; hostiam laudis, & reddentes altissimo vota nostra, de die in diem curemus omni vigilantia iungere sensum vsui, affectum sensui, exultationem affectui, gratulationem exultationi, humilitatem grauitati, libertatem humilitati, quò interdum liberis purgatæ mentis passibus procedamus & excedamus per inusitatas quasdam affectiones, spirituales lætities, in iubilei amœnitatibus, in lumine Dei, in laudate, in spiritu sancto.

Quòd tuto vasi committitur, quicquid conscientia commendatur.

L *Gloria nostra hæc est &c.* Sanum vas & inconcussum conscientia, & secretis seruandis idoneum, nullis patens insidiis, nulli violentia cedens. Nulli quippe oculo vel manu accessibilis, excepto duntaxat spiritu, qui scrutatur etiam alta Dei. Quicquid in ea reposuero, securus sum quia non perdam, seruabit viuo, defuncto restituet. Quocunque vado ego, ipsa it mecum, ferens secum depositum quod seruandum acceperit. Adest viuo, mortuum sequitur. Vbique mihi vel gloria vel confusio pro qualitate dispositi. Beati ergo qui in veritate dicere possunt: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostra. Non potest dicere nisi humilis, qui iuxta vulgare, & oculos campi semper metuere, & sylvarum iures soleat habere suspectas. Non potest dicere arrogans & præsumptor, qui seipsum impudenter ostentans passim & vbique tanquam per campum incedens totus fertur in gloriam. Sed habet hic campus oculos, sanctorum videlicet angelorum, quos semper offendere solet indisciplina conuersatio. Similiter non potest dicere hypocrita: Gloria mea test. c. m. Quia etsi iudicantium secundum faciem verbo, vultu, habituue simulatorio illudat opinioni, sed non eius qui scrutatur renes & corda, fallit vel euadit iudicium. Timeat ergo & iste nemoris aurem, lingua manique cessantibus. Auri tamen vbique præsentis de quacunque sylua latebrosæ duplicitatis & spinosæ caliditatis, tacentis cor loquitur, cogitatio confitetur.

Quomodo peregrinemur à domino, & conuertemur in cælis.

Cap. 5.

M



Vandiu sumus in corpore, peregrinamur à domino. Videtur hæc sententia contraria illi quam ubi idem dicit Apostolus: Conuersatio nostra in cælis est. Quomodo enim potest anima eodem tempore & in corpore peregrinari à domino, & in cælis simul esse cum domino? Sed hoc ipse soluit Apostolus dicens: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. In quantum enim cognoscimus, tanquam præsentia cõtemplantes, iam cum domino sumus. In quantum autem tanquam de futuris prophetamus, credentes quæ non intelligimus, sperantes quæ non videmus, à domino peregrinamur &

& in corpore. Cum autem venerit quod perfectum est, hoc est gloriæ plenitudo, quæ in resurrectione futura est, tunc euacuabitur quod ex parte est, corporis scilicet omnis corruptio, ex qua contingit hæc quæ ex parte adhuc manet in corpore peregrinatio. Hoc est quod alibi plangit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Non queritur tantum de corpore, sed de corpore mortis, hoc est huius quæ adhuc durat corruptionis, monstrans non corpus, sed corporis molestias causam esse peregrinationis. Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam. Non corpus simpliciter, sed corpus quod corrumpitur, vt corruptio corporis oneri sit, non natura. Vnde qui intra semetipsos ingemiscunt, redemptionem expectant sui corporis, non amissionem. Aut certè conuersatio nostra in cælis est. Quomodo vbi dicit Apostolus: Spe enim salui facti sumus: Spe itaq; iã in cælestibus habitamus, cum adhuc re ipsa in terris peregrinamur & in corpore. Vel aliter. Habemus & vnde corpori & vnde domino inhereamus, illud viuificando, illum credendo & diligendo. Neque enim præsentior est spiritus noster vbi amat quàm vbi amat. Nisi fortè magis esse putetur vbi inuitus & ex necessitate tenetur, quàm quò sponte & alacri fertur voluntate. Deniq; vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Item si Deum amans anima ex ipso viuuit, vti corpus ex ipsa, quo pacto præsentior esse contenditur, vbi dat quàm vnde accipit vitam? Fons enim vitæ est charitas. Nec viuere animã dixerim, quæ ex illa non hauserit, haurire verò quomodo potest, nisi fuerit præsens ipsi fonti qui charitas est quæ Deus est? Præsens igitur Deo est, qui Deum amat in quantum amat. In quo enim minus amat, absens profectò est. In eo autem minus amare Deum cõuincitur, quòd carnis adhuc necessitatibus occupatur. Illa verò circa corpus occupatio, quid est nisi quædam à Deo absentatio? quid nisi peregrinatio? Et peregrinamur ergo à domino & in corpore, cuius nostra nimirum intentio & prepeditur ærumnis, & cura charitas fatigatur.

GALFRIDVS.

Quàm distinctè in extremo examine singula iudicentur.

Omnes nos astare oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque prout gessit in corpore suo siue bonum siue malum. Solet interdum corporale fastidium ad exiguum aliquod & aliquatenus acerbum releuari. Et quid omni rationali spiritui tam acerbum,

N

quàm terribilis illa expectatio iudicij? Pungit quidem & memoria mortis, sed multò magis hæc cõpungit. His verbis quæ præmisimus nos inuitat Apostolus ad concilium generale. Generale prorsus concilium, vbi deerit nemo, vbi omnes oportebit astare, nec modò omnium merita, sed omnium nomina iudicari. Nec ibi erit quod de quibusdam nunc dicitur. Videtur vt illos defendat numerus. Sed nec vlla ibi erit acceptio personarum, nulla ibi tergiuersatio poterit suffragari. Nulla ibi dissimulatio, vbi reddenda est ratio de verbo ocioso. Multò magis ergo discutiendum erit in corpore Christi quod est ecclesia, quem quisque gradum tenuerit, qualiter ad eum, qua intèntione, quibus meritis, quibus suffragiis introierit, qualiter in eo ipse vixerit, qualiter aliis fortè præfuerit, substantiam mundi qualiter acquisierit, qualiter dispensauerit acquisitam. Quisque enim recipiet, prout gessit dum in suo corpore fuit, siue bonum siue malum. Quàm felices qui in vita sua receperint malum, vt postmodum bonum recipere mereantur! Et quàm miseri qui in bonis interim ducunt dies suos, vt in puncto ad maximum debeant descendere malum! Hæc omnia si non creduntur, obsecro, cur leguntur? Si verò creduntur, quomodo non timentur? Vnusquisque, aut, recipiet prout gessit. Nihil enim cognatio, nihil diuitiæ, nihil gratia quælibet humana præstabit.

Quàm grati debeamus esse Deo quòd tempori gratiæ nos seruauit.

Cap. 6.



Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutaris.
De tempore gratiæ sicut studiose legentibus liquet, ad filios gratiæ Apostolus sanctus hæc locutus est. Cui nos tempori diuina misericordie seruos agnoscere & meminisse cum multa semper gratiarum actione debemus. Neque enim nobis iam dicere est, quia nemo nos conduxit, cum in omnem terram sonus apostolicæ prædicationis exierit, de fructu prænitentiæ, de resurrectione mortuorum, de iudicij metu, de regni promissione cœlestis. Quid verò meruimus, vt non prioris ignorantie tempore inter innumeras generationes infidelium nasceremur & nos in perpetuum perituri? Aut si illos iusto Dei iudicio, sed occulto, gehennalibus flammis ignorantia veritatis addixit, spiritui gratiæ contumeliam faciens genus electum, acquisitionis populus quid meretur? Acceptabile

SV
bile pro
uocaueri
seruation
christiano
dies salte
tandum
capitulun



gratiam I
mur à clar
ne vna qu
probranti
gra sum se
animam r
graves & c
de præsen
formem qu
in fame
in pericul
denigrant
tius, ignob
cipitur in
que ad ter
tima apim
palchritud
mitas non

Què

Qui gl
gloriam pr
tuit ratio
tur aut nu

hile prorsus tempus hoc & dies salutis, in quo quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Et semper quidem obseruationem huius acceptabilis temporis habere omnium christianorum vita debuerat. Sed quia paucorū est ista virtus dies saltem quadragesimæ studiosius ad meditandum, ad actitandum enixius ecclesia mater instituit, dum apostolicū illud capitulum ad commendationem temporis huius assumpsit.

BERNARDVS.

Quòd imperitorum oculis sanctos afflictio corporalis decoloret.

Cap. 10.
P

E Pistola graues sunt, inquit, sed presentia corporis infirma, & sermo contemptibilis. Si consideremus habitum exteriorem sanctorum, eum qui in facie est, quàm sit humilis & abiectus, & quadam neglectus incuria, cum tamen intus reuelata facie gratiam Dei speculantes, in eandem imaginem transformantur à claritate in claritatem tanquam à domini spiritu, nonne vna quælibet talis anima meritò respondebit suam ei exprobrantibus nigredinem, quod ait sponsa in Cantico, Nigra sum sed formosa filia Hierusalem? Vis tibi demonstrem animam nigram pariter & formosam? Epistolæ, inquit, graues &c. Paulus hîc erat. Itâne Paulum ô filia Hierusalem de presentia corporis æstimatis, & tanquam decolorem deformemque contemnitis, quia cernitis homunculum afflictatum in fame & siti, in frigore & nuditate, in laboribus plurimis, in periculis s. m. in morte frequenter? Hæc sunt quæ Paulum denigrant, pro huiusmodi doctor Gentium reputatur inglorius, ignobilis, niger, obscurus. Enimuero nonne ipse est qui capitur in paradysum, qui vnum alterumque perambulans vsque ad tertium sui puritate penetrat cælum? O verè pulcherrima anima, quam etsi infirmum inhabitantem corpusculum, pulchritudo cœlestis admittere non despexit, angelica sublimitas non reiecit, claritas diuina non repulit!

Quòd illi soli placendum est, cuius sumus iudicio præsentendi.

Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Nouerat Apostolus **Q** gloriam propriam creatoris esse non creaturæ. Sed considerauit rationalem creaturam ad eò affectare gloriam, vt autem aut nunquã cõpesci ab hoc desiderio possit, quippe quæ ad

ad imaginem facta est creatoris. Propterea secundum datam sibi à Deo sapientiam saluberrimum adinuenit consilium, dicens: Quandoquidem persuaderi vobis non potest omnino non gloriari, saltem qui gloriatur, in Domino gloriatur. Et vide quàm super excedit Pauli philosophia philosophiam sapientium huius mundi. Cùm enim nonnullos viderent philosophi alienis delectari laudibus, & gloriam ab iniicem quærere, qui inter eos fuerint præcipui, prudenter aduertunt vanam esse huiusmodi gloriam & penitus contemnendam. Sed considerantes & studiosius inquirentes quænam esset appetenda gloria sapienti, hæc iam plenè euertentes in cogitationibus suis, propriam sufficere gloriam cuius arbitantes, quasi anima quæ à semetipsa esse non potest, à se possit esse beata. Sicut ergo cupidi laudis alienæ tota sollicitudine operam dabant ea operari quæ homines mirarentur & laudarent: sic isti sola ea iudicabant esse sectanda, quæ interior arbiter animus approbaret. Et hæc quidem est summa philosophia sapientium huius mundi, ipsa quoque minus habens licet propinquior veritati. Vnde & vtranque gloriam sublimi cõtemplatione veritatis transcensens Apostolus, Qui gloriatur, inquit, non in altero, non in se, sed in Domino gloriatur. Et eam quæ veritati videbatur esse vicinior, maiori redarguens sollicitudine, & condemnans certo iudicio veritatis. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Vt quid enim aut de alterius hominis aut de meo ipsius iudicio sollicitus sim, cuius nec vituperio reprobus, nec laude probatus inueniar? Fratres si me ante vestrum stare oporteret tribunal, meritò super vestris laudibus gloriarer. Quòd si vel meo essem iudicandus examine, iure meo ipsius testimonio contentus propriis laudibus delectarer. Nunc autem cùm nec vestro, nec meo, sed Dei sim iudicio præsentandus, quantæ insipientiæ (imò insanitiæ) est, aut in vestro me, aut in meo ipsius testimonio gloriari? Meritò proinde ait Apostolus: Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neque meipsum iudico. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. In quibus verbis illud considerandum est, quòd alienum iudicium pro minimo habens suum quoque nequaquam sequeretur. Nemo enim scit hominum quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Quod si vel

ipse qui i
posset, p
prauum e
vt præter
sua omni
nit præ
riam, sed
ricatis qu
mus, in e
Et erit &
Nunc qu
tudine mu
simoniur
Hinc eni
lemus, qu
Et quod a
deus est,
in hoc sec
tatis eum.

Q

Ego, in
Hæcine
dent ipsa
quàm diu
verò amor
nra, quàm
nitus in m
ngiter nol
tu nobis, su
lit. Quo
nitum ger
tu cordis a
non palpat
non, nisi f
quiescere p
te possint a
Et, cùm ve
Et cum Ef
mensuatae

ipse

ipse qui in homine est spiritus, omnia quæ hominis sunt nosse
 posset, profectò sufficeret testimonium eius. Nunc autem
 prauum est cor hominis & inscrutabile etiam sibi ipsi, adeò
 et præsentia quoque magna ex parte ignoret, futura verò
 sua omnino nosse non possit. Quia tamen aliquatenus no-
 uit præsentia: si cor nostrum non reprehendit nos, non glo-
 riam, sed fiduciam habemus ad Dominum. Cùm autem ve-
 ritatis quam nihil latet, sententiam de vobis tenere merueri-
 mus, in ea planè securè poterimus gloriari. Illa enim perfe-
 cta erit & segura gloriatio, cùm erit vnicuique laus à Deo.
 Nunc quoque licet non plenariè, non sine timore & sollici-
 tudine multa, aliquatenus tamen in domino gloriamur, te-
 stimonium perhibente spiritu sancto spiritui nostro q. f. d. f.
 Hinc enim verè possumus gloriari quòd tantum patrem ha-
 bemus, quòd maiestati ineffabili cura est de nobis. Sed quid
 est quod ait: Non enim qui seipsum commendat, ille pro-
 batus est, sed quem Deus commendat? Quid est enim quod
 in hoc seculo commendat Deus? Quomodo commendat ve-
 ritas eum qui adhuc reprehensibilis inuenitur?

Quòd flagellum corporis diuinæ sit erga nos
 attestatio charitatis.

Ego, inquit, quos amo, arguo & castigo. Apocal. tertio. R
 Hæcine tota commendatio est? Prorsus quantum mihi vi-
 detur ipsa. Quæ enim melior aut efficacior commendatio,
 quam diuinæ erga nos attestatio charitatis? Testimonium
 verò amoris eius, nullum credibilius, nullum certius in hac
 vita, quàm quod desiderat propheta, vbi ait: Corripiet me
 in misericordia sua, &c. Hæc nanque increpatio qua
 arguet nobis in occulto suggerit spiritus veritatis quid de-
 let nobis, superbiam, negligentiam, ingritudinè que repel-
 lit. Quo triplici vitio omne paulominus religiosorum ho-
 minum genus periculosè laborat, pro eo quòd minus atten-
 tu cordis aure percipiant quid intus loquatur is qui nemi-
 nem palpat spiritus veritatis. Quod nonnullis exinde pro-
 ceat, nisi fallor, quòd propriæ gloriæ cupidi nulla ratione
 quiescere possint, cùm in seipsis nihil penitus inueniunt vn-
 de possint aliquatenus gloriari. Perfecta & segura gloriatio
 est, cùm veremur omnia opera nostra, sicut ait beatus Iob.
 Et cum Esaia, Omnes iustitias nostras tanquam pannum
 menstruata reputamus. Nihilominus tamen cõfidimus etiam

& gloriamur in domino, cuius misericordia tanta est super nos, ut à grauioribus & quæ ad mortem sunt peccata custodiat nos, & tam benignè ipsam imperfectionis nostræ impunitatem nobis manifestet & condonet, ut humilitate & sollicitudine & gratiarum actione firmiter radicati iam non in nobis, sed in domino gloriamur.

Quòd non omnis patientia debeat approbari.

Cap. II.
S



Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Magna est virtus patientiæ, sed interdum impatientem esse probabilius. Tunc improbes illorum patientiam, quibus Paulus dicebat, Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes? Ni fallor ironia erat, & non laus, sed suggillatio quorundam mansuetudinis, qui à pseudo apostolis trahi se in peregrina & peruersa dogmata patienter ferrent. vnde & subdens: Suffinetis, ait, si quis vos in seruitutem redigat, &c. Non bona patientiæ, cum possis esse liber, seruum te fieri permittere. Quis te, quale est istud pastori animarum, de mane vsque ad vesperam litigare vel litigantes audire? Nolo dissimules seruitutem, in quam certè in dies dum nescis redigeris. Hebetati cordis indicium est, propriam non sentire continuam vexationem. Vexatio dat intellectum auditui. Verù est, sed si nimia non sit: alioquin non dat intellectum, sed contemptum.

HUGO DE S. VICTORE.

De triplici compassione.

T *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Triplex est compassionis modus. Est quippe compassio alia ex vizio, alia ex natura, alia ex virtute. Compassio ex vizio est, quando affectus illic ex reprehensibili dolore tangitur, vbi illicito prius amore tenebatur. Compassio ex natura est, quando ex infuso sibi pietatis affectu animus alienis ærumnis condolet. Compassio ex virtute est, quando propter Deum alienis doloribus compatimur. Cum scilicet vel iustitiam premi, vel innocentiam affligi videmus. Prima culpabilis. Secunda irreprehensibilis. Tertia laudabilis. O igitur beata anima quæ compassionem habere potest! Omnes patiuntur, pauci compatiuntur. Pauci possunt impij, compati autem non nisi pij.

Quòd Apostolus verba reticens ineffabilia, affectum excitat, licet non instruat intellectum.

Audi

Audi loqui. S qui dilig auris au suisque si quand homini diam & uam tan patris Be de Apof fert vt a pimitias minori transfert illud diu

Parco audit ali fugias vi patientia insipient inuitè la Parco a parci sibi nix, & i cil, vel m est parci quod in i audire q mihi apu tum datu te iure a turbatus. Bonus lu pulcheri mur oppo reuera q

Audiuit Apostolus arcana verba quæ non licet homini V loqui. Scriptum est quia nemo scit quæ præparauit Deus his qui diligunt eum. Veruntamen quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, Apostolus sibi suisque similibus per spiritum reuelata fatetur. Fortè hoc fuit, quando in tertium cælum raptus audiuit ea quæ non licuit homini loqui. Licet enim auditui nostro non dederit gaudium & lætitiã, affectui tamen desiderium & concupiscen-
tiam tanti boni, cum hæc loqueretur, immisit. Vnde & beati patris Bernardi super hoc ipso verba tenemus. ait enim cum de Apostolo loqueretur: Verba mihi ineffabilia si non proferre vt audiam, offert tamen vt cupiam. Felix anima quæ precimitias spiritus iam prælibat, & illic sese etiam nunc non minori animi alacritate quàm auditate ingerit. Imò verò transfertur magis vt Enoch, vel etiam rapitur vt Helias in illud diuini secreti mirabile sacrarium.

BERNARDVS.

Quòd ille sibi parcit, qui minor quam sit desiderat æstimari.

*Parco mihi, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut X
audis aliquid ex me.* Si virtutem appetis humilitatis, non re-
fugas viam. Humiliatio enim via est ad humilitatem, sicut
patientia ad pacem, lectio ad scientiam. Prodest itaque mihi
insipientiam meam scribi, cui sæpe contingit à nescientibus
inultè laudari. Terret me Apostolus, qui & ipse territus ait:
Parco autem mihi, &c. Quam pulchrè dixit Parco! Non
parcit sibi arrogans, non superbus, non cupidus vanæ glo-
riæ, & iactator operum suorum, qui vel sibi arrogat quod
est, vel mentitur de se quod non est. Solus qui verè humilis
est parcit animæ suæ, qui ne putetur quod non est, semper
quod in se est vult nesciri quod est. Græde reuera periculum,
audire quicquam de se supra quam sentit in se. Quis dabit
mihi apud homines tantum de veris dignè humiliari, quan-
tum datum est de falsis indignè gloriari? Illud mihi prophe-
tæ iure assumerem: Exaltatus autem humiliatus sum & con-
turbatus. Et illud: Ludam & vilior fiam, ludam & illudar.
Bonus ludus qui hominibus quidem ridiculum, sed angelis
pulcherimum spectaculum est. Bonus ludus est quo effici-
mur opprobrium abundantibus, & despectio superbis. Et
reuera quid aliud secularibus quàm ludere videmur, cum

quod ipsi appetunt, in hoc seculo, nos per contrarium fugimus, & quod ipsi fugiunt nos appetimus? More s. ioculatorum & saltatorum, qui capite demisso pedibusque forsimum erectis præter humanum usum stant manibus vel incedunt, & sic in se omnium oculos defigunt.

Finiuntur Epistolæ ad Corinthios.

SEQVITVR EPISTOLA
AD GALATAS.

BERNARDVS.

Quòd vir perfectus mortuus ad terrena, ad ea quæ Dei sunt sit paratus.

Cap. 2.
Y



*V*uo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus. Felix mors quæ sic alienum seruat ab hoc seculo! Sed necesse est vt qui non viuit in se, viuat Christus in illo. Et hoc est quod ait Apostolus: Vivo autem iam non ego, &c. Ac si diceret: Ad alia quidem omnia mortuus sum, non sentio, non attendo, non curo. Si qua verò sunt

Christi, hæc viuum inueniunt & paratum. Nam si non aliud possum, saltem sentio. Placet quod ad eius honorem fieri video, displicent quæ aliter fiunt.

Quòd abundantia temporalium, obliuionem pariat æternorum.

Cap. 4.
Z



*Q*uando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c. Nimirum plenitudo & abundantia temporalium obliuionem & inopiam fecerat æternorum. Opportunè igitur tunc aduenit æternitas, quando magis temporalitas præualebat. Nam vt cætera fileam, ipsa pax tanta erat, vt ad vnus hominis edictum describeretur vniversus orbis.

HVGO DE S. VICTORE.

Quòd duo sunt in charitate, & seruitus, & libertas.

P *Er charitatem spiritus seruite inuicem.* Nota vtrun-
que in charitate, & seruitutem, & libertatem. Cap. 5.
A
Tunc quasi libera est charitas, cum sine acce-
ptione mandati sponte se exercet in priuatis
quibusdam operibus charitatis. Tunc autem
quasi seruilis, cum propriis voluntatibus postpositis omni-
modo se accommodat voluntatibus proximorum imple-
dis, & cohibens se circa propria, dilatat se circa aliena.

G VILIELMVS DE CAIL.

Quòd tripliciter in ecclesia spiritus sanctus
nos disponat.

Spiritu ambulate. Alij in ecclesia disponuntur ad seden- B
dum, alij ad standum, alij ad ambulandum. Ad iacendum ne-
minem disponit spiritus Dei. Verum quauis huiusmodi po-
sitiones, sessio, status, ambulatio, secundum hominum me-
rita distingui possint, vt sessio conjugatis, statio contempla-
tiuis, ambulatio prædicatoribus conueniat: omnibus tamen
congruit sedere per humilitatem, stare ad sui custodiam, ad
subidia mutæ charitatis ambulare. Proinde prædicatori-
bus specialiter, generaliter tamen omnibus dicit spiritus:
Spiritu ambulate.

De spirituali ambulatione.

Nostris fratres quòd non omnibus equis ambulatio com- C
petit, sed eruditis & domitis, & quos ad hoc flexit sollicitu-
do magistri. Spiritualem à seculo ambulationem soli capiunt
homines spirituales, disciplinati spiritualibus exercitiis, ab
impetu secularium, qui ambulant secundum carnem, pedes
mouere decentius compositis quodammodo passibus edo-
cti. Tales sunt qui desideria carnis non perficiunt, etsi quan-
doque faciunt. Solent equi quos trōtare dicimus, eundo se
distingere, turpius multò & durius portare sessores. Ambu-
lantes autem qui quadam pedum connexionem mouentur,
incedentes pulchrius: vt si diligenter attendas, postero-
rem pedem anteriorem semper transire quodam videas li-
bertatis excessu, ita vt velocius ambulent amplius exceden-
tes. Nam longè alio modo distingui possunt ambulantes se-
cundum spiritum, & (vt ita dicam) trotantes secundum car-
nem. Carnales enim disjunguntur incedentes, quos super-

bia disiungit à Deo, inuidia à proximo, ira à seipsis. Sic dis-
iuncti à se inuicem & à Deo, nec Deum, nec hominem ses-
forem recipiunt. Sed neque seipsos portare dicendi sunt,
quos spiritus carnis quocunque impellit, ire compellit. Qui-
cunque verò spiritu Dei aguntur, coniunctis passibus am-
bulant in connexionione virtutum, Deo per humilitatem, per
charitatem proximo, sibi per modestiam vitæ curriculum
perfoluentes. Per humilitatem sub Deo ambulant. Per cha-
ritatem coambulant proximis. Per modestiam perambulant
in medio domus suæ. In his etiam pedes posteriores, ante-
riores transeunt: quia carnis affectus & opera spiritualibus
desideriis & studiis superant & excedunt. Denique sic omnes
quos Deo legimus placuisse, receperunt duplicia pro o. p. f.
& pœnitentiæ modum cumulantes addiderunt etiam la-
borare postmodum ad præmia meritorum. Placet certè
Deo plurimum ambulatio pœnitentis: quippe qui non vult
mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Pla-
cent illi qui reliquerunt latam viam & spatiosam quæ du-
cit ad mortem, & per pœnitentiæ semitas difficiles Deum
quærun, & propter verba labiorum eius custodiunt vias
duras. Talibus sæpè coambulat sub habitu peregrini, donec
pœnitentiæ metam teneant, & noti fiant. Talibus vehicu-
lum se frequenter exhibet in itinere, comes illis facundus in
via, faciens eorum cor ardens in eis dum loquitur & dicit:
Qui sunt hi sermones, &c. Optat sanè pœnitentiæ viatores
computare sollicitè, sermones culpæ conferre diligenter &
similiter pœnæ. Ne remissè pœnitens minus soluat, aut
omnem cum culpa substantiam deuorans iniquus supra mo-
dum scenerator insistat.

Quid sit in albis cum domino ambulare.

D Sed notandum quòd si libenter ambulat dominus cum iis
qui ambulant in tristitia, multò libentius cum iis qui ambu-
lant in innocentia. De quibus ipse dicit: Ambulabunt me-
cum in albis, quia digni sunt. Sicut enim pœnitentiam tri-
stitia, ita innocentiam lætitia comitatur. Innocentes ideo
dominus saltare secum in albis testatur, lætitiam in albedine
mundi cordis exponens: vt ex opposito remittentes, intel-
ligas nondum indumentum lætitiae consecutos. In albis au-
tem cum domino ambulant, qui vitæ munditiam cum inte-
gritate mentis & corporis habere meruerunt.

Quòd

SV
Q
No
& pul
magni
fici d
pedibu
menta
in illis
voca
diu iug
volupt
superbi
& alia v
hicultat
bus ab
citudo
latis im
modo c
ritu amb
ponant
libeat c
rantius
Vnde m
iunxit:
desideri
tis, no
Deside
est ac vo
hostis,
Quib
Cato e
re corpu
piger co
dicit: N
zato tan
gnos lab
enim tri

Quòd facilius innocentes quàm pœnitentes ad spiritualem moueantur incessum.

Non eadem celeritate veteres equos ambulare videmus & pullos teneros. Illis enim violentia multa cum exercitio magni laboris infertur: his ætatis beneficio mansuetudo sufficit & ætas dúcibilis ad docendum. Illi compediuntur compedibus, & oneribus grauantur vt ambulent: his blandimenta plus conferunt. Similis quotidie differentia cernitur in illis quos pœnitentes dicimus, & aliis quos innocentes vocamus. Pœnitentes enim sunt quasi runcini veteres, qui diu iugum disciplinæ nescientes errauerunt ab vterò, carnis voluptatibus, mundi vanitatibus diutius affueti, quos diu superbia contra Deum mouit, inuidia contra proximum, & alia vitia per varia deuia depulerunt. Nec sine grandi difficultate huiusmodi ad spiritualem reuocantur incessum, quibus abstinentia carnis, laborum pondera, vigiliarum sollicitudo, & cæteræ disciplinarum molestiæ regularium à prælatis imposta necessaria sunt ad salutem, vt in his quodammodo expediti à vago carnis impetu retrahantur, & ad spiritum ambulandum pedes suos tandem gratia cooperante componant. Verùm non putemus quòd Apostolus cursum prolabear qui præcipit ambulare, sed infirmis loquens temperantius dicit, Spiritu ambulate, non volate, non currite. Vnde modestiam sui sermonis prosequens & explanans subiunxit: Et desideria carnis non perficietis. Quasi dicat: Si desideria carnis propter eius infirmitatem ex aliqua parte factis, non tamen perficiatis.

HILDEBERTVS.

Desideria carnis non perficiatis. Virtuti nihil æquè noxium est ac voluptatis admixtio in concessis. Negligenter cauetur hostis, cuius ingressus pacificus expectatur.

BERNARDVS.

Quibus promissis ratio alliciat & illiciat voluntatem.

Caro concupiscit auersus spiritum. Disponit ratio castigare corpus & subiicere seruituti. At corpus seruus inutilis & piger conqueritur voluntati, quæ malè languida iacet & dicit: Nónne seruus vester ego sum, qui vobis à primæuitate ram sedulè seruió? Nónne pro vobis multos & magnos labores sustinui, & adhuc sustinere paratus sum? Ego enim tripliciter vobis seruió pro triplici quo laboratis in-

commodo. Nam gula, nares, venter, genitalia seruiunt voluptati, oculus & pes curiositati, auris & lingua vanitati. Manus verò quia vndique liberè mouentur, ad omnia nobis seruiunt, & membris omnibus suffragantur. Ergone tantum dedecus & damnum patienter sustinebitis, vt seruum vestrum tollat ratio violenter? Ad hæc verba frendet voluntas vetula, garrula, litigiosa, clamosa, progreditur nudo pectore, sparsis crinibus, hulceribus horrendis scaturiens. In hunc modum fertur obuia rationi, & multa cum indignatione exclamat & dicit: Hæc est tota fides quam mihi seruas? Meus est seruus, non dimitto eum. Delinit ratio viperam inflammatam, & dissimulat quod agendum est, donec anima quiescat. Deinde inducens alia pro aliis inter loquendum, Vidi, inquit, pomarium pulcherrimis arboribus confutum, & super delectationem est loci illius amœnitas. Vtinam surgere possitis & illuc venire. Fortassis nocet nobis tandiu in sterquilinio residere, & spatium bonum esset. At illa: Talia, inquit, mihi quærere debueras, & talia nunciare. Et ego quidem nescio vtrum possim. Attamen tentabo egredi & illuc ire. Igitur ratio quasi per posticum ostendit ei pulcherrimam arborem castitatis, enumerans quanta in se bona contineat, quomodo liber sit quisquis ea fruitur à tantis, & tam noxiis curis, quid iucunditatis habeat frons libera apud homines, & pura conscientia coram Deo, & pluribus similia, tam de ea quàm de cæteris virtutibus loquens. Prudenter ergo allicet, vt intret & paulatim gustare incipiat, donec delectata exclamet: Fulcite me floribus, &c. Satiata est enim non quidem iustitia, quæ quantò plus editur, tantò amplius desideratur: sed iis quæ prius tam ardentè desiderabat, vt non satiaretur oculus visu, nec auris auditu. Hæc omnia iam fastidit, & seruum suum de cætero libens exponit, magis autem & seipsam seruire iustitiæ.

BERNARDVS.

De diuersitatibus spirituum.

H *Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus.* Paulus ex occasione spiritualis naturæ qua viuimus, ad spiritualem conuersationem nos excitat. Ac si diceret: si caro non prodest quicquam, sed spiritus est qui viuicat ipsam, separari oportet preciosum à vili, vt secundum spiritum ambulemus, non secundum carnem. Sed quia sunt diuersa spirituum

S
num
tim cu
creder
rum ha
terius
ita est
nia scri
quod in
loqueb
angelos
decepit
tur, cor
rabat. V
nem &
Esse tam
stolos in
tur, Et
vbi glori
non eum
hido s
minetur
huius. C
se creda
porum, s
C
Quis
Semper e
ritus mali
tantè, vt
tia, cum
quodâ in
nis esse qu
stantia, d
versatur in
Longè pe
cus, inter
ipse habet
diuersum
inuidiam,

rum genera, necessaria est nobis eorum discretio. Præsertim cum ab Apostolo didicerimus non omni spiritui esse credendum. Videri enim potest minus eruditis, & qui parum habent exercitatos sensus, omnem cogitationem non alterius quam ipsius humani spiritus esse sermonem. Quod non ita esse & certa fidei veritas probat, & diuinarum testimonia scripturarum. Audiam, ait Propheta, non quod ego, sed quod in me loquatur Deus. Et alius: Angelus, inquit, qui loquebatur, &c. Et in Psal. Didicimus fieri immisiones per angelos malos. Vnde & timet Apostolus ne sicut serpens decepit Euam astutia sua, sic & discipulorum quibus loquitur, corda decipiantur ab illo cuius Paulus astutias non ignorabat. Vnde & ait: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes tenebrarum, &c. Esse tamen spiritum carnis non bonum manifestè idem Apostolus indicat, vbi inflatos quosdam spiritu carnis suæ testatur. Et malum esse etiam spiritum huius mundi declarat, vbi gloriatur in domino pro se & pro discipulis suis, quòd non eum acceperint, sed spiritum qui ex Deo est. Sunt ergo duo satellites maligni illius principis tenebrarum, vt dominetur spiritus nequitie spiritui carnis & spiritui mundi huius. Quisquis ergo ex his tribus spiritui nostro loquatur, ac credamus ei, quoniam sanguinem sitit, non quidem corporum, sed quod grauius est animarum.

Quòd vnumquenque spiritum loquela propria manifestat.

Quis autem spiritus loquatur ipsa suggestio declarabit. I Semper enim spiritus carnis mollia, spiritus mundi vana, spiritus malitiae semper amara loquitur. Quotiens ergo importunè, vt assolet, carnalis cogitatio mentem pulsat, verbi gratia, cum de cibo, de somno & similibus cogitantes, humano quodam inardescimus desiderio, certum sit nobis spiritum carnis esse qui loquitur. Cum verò de ambitione seculi, de iactantia, de arrogantia, cæterisque similibus cogitatio vana versatur in cordibus nostris, spiritus mundi est qui loquitur. Longè perniciosior hostis, & maiori sollicitudine repellendus, interdum satellitibus ipsis terga vertentibus, princeps ipse habens iram ingentem, tanquam leo rugiens insurgit aduersum nos. Cum videlicet ad iram, ad impatientiam, ad inuidiam, ad amaritudinem animi prouocamur, importunè

ingerendo siquid minus amicabiliter minusve discretè factum videtur aut dictum, siqua aut in signo, aut in opere quolibet data videtur indignationis occasio, materia suspicionis. Huic ergo cogitationi non aliter quam ipsi diabolo resistendum est, nec aliter ab ea quam ipsa perditione cavendum. Fit tamen aliquando vt spiritus noster à quolibet horum trium crebrò superatus, & seruus addictus illi, heu in suam perniciem, vices illius agat, vt iam sine omni alterius spiritus suggestione, ipsa in se anima aut voluptuosas, aut vanas, aut amaras pariat cogitationes. Tam verò non facillè arbitror posse discerni, quando noster loquatur spiritus, quandòve loquentem alterum ex illis tribus audiat. Sed quid refert loquentis nosse personam, dum constat perniciosum esse quod loquitur? Si inimicus est, resistite viriliter inimico. Si tuus spiritus est, argue eum, & miserabiliter plange, quòd in tantam miseriam & tam miserabilem deuenerit seruitutem. Quotiens verò super castigando corpore, humiliando corde, seruanda virtute, & charitate fratribus exhibenda, seu cæteris virtutibus acquirendis, conseruandis, amplificandis, salubris cogitatio in mente versatur, diuinus est qui loquitur spiritus, aut per seipsum, aut per angelum. Et quemadmodum de humano atque maligno spiritu dictum est, sic de angelico atque diuino non facile est quis loquatur discernere, aut ignorare periculum, præsertim cum certum sit angelum bonum nunquam loqui à seipso, sed Deum esse qui loquitur in ipso. Solerter ergo studeamus de cætero, vt nec spiritum carnis mollia suadentem, nec spiritum mendaci vana suggerentem, nec spiritum nequitie audiamus immittentem amaritudines, & scandala seminantem. Hæc autem vltimi specialiter asturias nosse necesse est. Interdum enim transfiguratur se malignus ille & nequam spiritus in angelum lucis, vt virtutis simulatione plus noceat. Sed & tunc si diligenter aduertimus, nunquam nisi amaritudinis & discordie seminaria spargit. Suadet enim nonnullis singulæ ieiunia quædam, vnde cæteri scandalizentur: non quia ieiunium diligit, sed quia scandalo delectetur. Multa quoque in hunc modum solet asserre, quæ tamen à diuina sapientia facillè discernantur.

Quòd à nobis ipsis accipimus materiam miserendi.

ritu le
sueto
vis sub
quent
ne & t
ricatis
quas d
ciar. E
carnale
trū per
diceret
ipso mi
Q
A
Tria qu
mam hu
tis m
crucis e
mortem
bo sic fu
de neces
ception
oc perin
bus hum
didit sen
fitionis a
lem. Ni
sanguine
aliud ten
tenere &
Caro en
Panis est
Quis sta



Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis conf. teip. &c. Cur hoc? Ne forte si proximi malum consideres, & tuum non attendas, mouearis nō ad miserationem, sed ad indignationem, nō ad adiuuandum, sed ad iudicandum, non ad instruendum in spiritu lenitatis, sed ad destruendum in spiritu furoris. Mansueto igitur. i. eo spiritu fratri ægrotanti subuenias, quo tibi vis subueniri cū ægrotas. Et vt scias qualiter erga delinquentem mansuescere possis. Considerans teipsum, inquit, ne & tu tenteris. Considerare libet quā benè discipulus veritatis, ordinem sequatur magistri. In beatitudinibus enim quas dominus commemorat, primos misericordes pronunciat. Et Apostolus cū spirituales hortatur ad instruendum carnales, adiunxit in spiritu lenitatis. Instructio quidem fratris pertinet ad misericordes, spiritus lenitatis ad mites. Ac si diceret: Inter misericordes deputari nō potest, qui in semetipso mitis non est.

Quòd aduentus Christi ad nos, nostra redemptio causa fuit specialis.

Absit mihi gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. L

Tria quædam præcipua in opere nostræ salutis intueor. Formam humilitatis in qua semetipsum Deus exinaniuit. Charitatis mensuram, quam vsque ad mortem, mortem autem crucis extendit. Redemptionis sacramentum, quo ipsam mortem quam pertulit, abstulit. Horum duo prima sine tertio sic sunt, ac si super inane pingas. Magnum certè & valde necessarium humilitatis exemplum, magnum & omni acceptione dignum charitatis, sed non habent fundamentum, ac perinde nec statum, si desit redemptio. Volo totis visceribus humilem sequi Iesum. Volo eum qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, brachiis quibusdam vicariæ dilectionis amplecti, sed oportet me agnum manducare paschalem. Nisi enim manducauero eius carnem, & bibero eius sanguinem, non habebō vitam in me. Aliud est sequi Iesum, aliud tenere, & aliud manducare. Sequi, salubre consilium: tenere & amplecti, solenne gaudium: manducare, vita beata. Caro enim eius verè est cibus, & sanguis eius verè est potus. Panis est Dei qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. Quis status sine gaudio, sine consilio, sine vita? Non aliud

quam picturæ similitudo. Ergo nec humilitatis exempla, nec charitatis insignia, præter redemptionis sacramentum sunt aliquid. Igitur in passione Christi salus nostra, in cruce gloria, in morte vita.

Quòd qui gloriatur in cruce, nec diaboli iaculis deiicitur, nec retibus irretitur.

M *Absit mihi gloriari, &c.* Quid est hoc? Ergo crux amari potest, & crux preciosa est, & crux habet gloriationem? Ita est, si fuerit qui colligat, semper lignum crucis vitam germinat, fructificat iucunditatem, oleum lætitiæ stillat, balsamum sudat spiritualium charismatum. Non est sylvestris arbor lignum vitæ apprehendentibus eam. Arbor est salutifera alioquin quomodo dominicam occuparet terram? Illam dico preciosissimam glæbam, cui clauorum est infixæ radicibus. Si non esset hæc preciosior cunctis fructuosior vniuersis, nunquam illo plantaretur in horto, nec illam permetterent vineam occupare. Quid nos ad ista dicemus, quòd non sapit etiam nobis quæ pro Christo est tribulatio, quòd nõ gloriatur in cruce, quòd non gustamus manna absconditum? Sic enim victus esset diabolus, nec haberet penitus quod asferret. Sufficeret enim hoc vnum nobis aduersus duplicem malitiam inimici. Habet enim nequissimus ille laqueos, habet & iacula, vt callidissimus venator hominum, & solum sitiens sanguinem animarum. Alios telis appetit malitiôsæ cuiuslibet suggestionis. Et in eis vulnerat multos, quorum tenuis est patientia. Alios voluptatibus irretire laborat. Et in his cõcludit multitudinem copiosam eorum qui in terra repunt, aut volitant iuxta eam. Sit ergo gaudium in tribulatione, & non habet malignus vnde iam illiciat, vnde deiiciat. Nihil enim proficiet inimicus in eo quem Christi crux delectat, si carnalem suggerit delectationem. Et filius iniquitatis non apponet nocere ei, si ad asperandum animû eius quantilibet immittere tentauerit amaritudinem. Non curat delicias, qui ieiunio pascitur: multò minus potest pro eo murmurare, in quo etiam delectatur.

HUGO DE S. VICTORE.

De triplici cruce.

N *Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.*
In cruce Christi gloriatio. In cruce dextri latronis consolatio. In cruce sinistri confusio. In prima, pœna sine culpa, &

S
& pòst
misiõ.
homine
rubesc
nobis. C
rubesc
Christus
fessor.
cem ver
ter agno
inuenire

SEC



aliquid ni
mendat.
et Deus,
dem. Ver
renda est v
gnitas,
Quam ter

& post glorificatio. In secunda, pœna pro culpa, & post remissio. In tertia pœna pro culpa, & post damnatio. Dicunt homines quando pœnam sustinent, Si meruissemus, non irasceremus. Nunc autem iniuste pati ignominiosum est nobis. Obloquium videtur. Immo si pro culpa pateris, erubescere: si sine culpa, gloriare. Latro magis esse vis quam Christus. Et forte sinister blasphemator, non dexter confessor. Tu enim pro culpa pateris, nec agnoscis, nec iudicem veneraris. Si saltem dexter fuisses, culpam humiliter agnosceres, pœnam patienter perferres, & mox veniam inuenires.

Finitur Epistola Pauli ad Galatas.

SEQVITVR EPISTOLA
EIVSDEM AD EPHESIOS.

GALFRIDVS.

Quòd nimia fuerit Dei charitas pro hominibus incarnari.



*R*opter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Deus in Christo. Propter (inquit) charitatem suam, non utique propter nostram, quæ nec minima adhuc erat. In hoc enim est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Nec arbitremur quòd

Cap. 2.
O

aliquid nimium dicat, qui charitatem Dei nimiam esse commendat. Nimia est enim & ira eius. Immensus siquidem est Deus, non nisi in immensum amat, sed nec iudicat quidem. Veruntamen non ad ipsum, sed ad nos potius referenda est vtraque nimietas. Si enim nostra consideratur indignitas, nimium diligimur: si infirmitas, nimis punimur. Quam terribilis es domine qui sic iudicas! quam amabilis

qui sic amas ! Nostra itaque omnia tam sunt minima , vt eorum comparatione omnis magnitudo sit nimia . Inde est quòd seipsum exinaniuit Dei filius , dum nobis vnium . Et vt quidam sanctorum ait , Paruus factus paruos quæsiuit . Mira igitur vnitas , deitas , & humanitas . Nec minus mira vnientis eas nimietas charitatis . Sicut enim de eodem radiatore Dei & hominum legimus , si non esset Deus verus , non præberet exemplum : si non esset homo verus , non præberet exemplum : si non esset Deus homo , suum nobis non indicaret affectum . Ex diuinitate igitur adiuti vt possimus , & ex humanitate eruditi vt nouerimus , ex charitate affecti vt velimus , in vna mediatoris Dei & hominum Iesu Christi persona , quicquid nobis expedit , inuenimus . Sicut enim diuinitatis virtus adiuuat , sic exemplum humanitatis etiam duros corde & simplices informat , quòd mandata Dei non solùm verbis , sed factis quoque proponit . Quid verò aliud sic efficere potuit erga Deum homines ad mortem , quàm quòd hominem Deus in personæ suscepit vnionem ? Non fecit taliter omni creaturæ suæ terrenæ , siue cælesti : non enim ipsos angelos , sed semen Abrahe apprehendit . Et olim quidem aiebat , quòd delicta eius , esse cum filiis hominum . Sed nunc verè nimia eius charitas , vnum esse de filiis hominum . Et non mouebuntur viscera nostra super hoc fratre nostro ? Adhuc nobis considerare licebit , quàm multiplex erga nos fuerit eadem ipsa diuinæ nimietas charitatis . Siquidem magnum est quòd ad homines Deus misit , maius quòd filium misit , maximum quòd in veritate carnis , nimium quòd in similitudinem carnis peccati . Quomodo enim non nimium , quando ibi apparuit quòd omnino non fuit ? Non autem in filio sola carnis similitudo , sed veritas . Carnis autem peccati similitudo , non veritas . An non maximum quòd splendor paternæ gloriæ non modò carnis nube velatur , sed peccati similitudine denigratur ? An non nimium quòd Dei filius est non modò factus ex muliere , sed factus sub lege est ? An non nimium quòd intingitur hædi sanguine tunica illa polymita , quòd hædi pellibus manus leues & colli nuda teguntur , quòd nostrarum denique sordium pannis obuoluitur , cuius vtique & solius paruuli vita sine sorde est super terram ? Multum per omnem modum veritas carnis , sed nimium est similitudo peccati .

S
peccati
militud
pitato v
& colli
fessione
collum

Q

Con
quod ad
nobis , &
pauis &
bus spoli
possessio
quòd re
eum , &
toris per
si gratis v
sine caus
uationis
bo , Sed
cum aliu
qui iustif
An pecca
fili sangu
Isto , sed
tio iusti s
Non con
fieri exor

Qu



peccati: nisi quòd persuadere vult peccatoribus vt suam similitudinem non deponant, nec super peccato etiam repro-
pitiato velint esse securi, sed extincti pellibus hœdi manus
& colli nuda semper operiant in operis satisfactione, & con-
fessione vocis aperta. Dum enim vox in collo formatur, per
collum etiam non incongruè designatur.

BERNARDVS.

Quòd iustum est vt lauetur per alium, qui per
alium inquinatur.

Conuincit nos sibi dorans omnia delicta nostra, delens P.
quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium
nobis, & illud tulit de medio affigens illud cruci, expolians princi-
patus & potestates. Vtinam ego inueniar in his spoliis, qui-
bus spoliatae sunt contrariae potestates, traductus & ipse in
possessionem domini! Si me insequutus Laban arguerit
quòd recesserim clam ab eo, audiet clam me accessisse ad
eum, & ob hoc clam recessisse. Subiecit me illi causa secre-
tioris peccati, subduxit me illi ratio occultioris iustitiae. Aut
si gratis venundatus sum, cur gratis non redimar? Si Assur
sine causa calumniatus est mihi, sine causa causam exigit e-
uasionis. Quòd si dixerit: Pater tuus addixit te. Responde-
bo, Sed frater meus redemit me. Cur non aliunde iustitia,
cum aliunde reatus. Alius qui peccatorem constituit, alius
qui iustificat à peccato. Aliter in semine, aliter in sanguine.
An peccatum in semine peccatoris, & non iustitia in Chri-
sti sanguine? Si iustitia, inquiet, sit cuius est? Quid ad te?
Esto, sed sit etiam culpa: cuius est? Quid ad me? An iusti-
tia iusti super eum erit, & impietas impij non erit super eum?
Non conuenit filium portare iniquitatem patris, & fraternae
fieri exortem iustitiae.

Quòd Christus animæ non insideat, quæ virtu-
tibus non vestitur.



Abitare Christum per fidem in corâibus nostris. Do Cap. 3.
mino sessuro super asellu vestes suas discipuli Q
substrauerunt, significantes Saluatorem seu sa-
lutem nequaquam insidere nudæ animæ, quâ
non vestitam inuenerit doctrina & moribus
Apostolorum. Et ideo ecclesia promissionem

habens futuræ felicitatis, curat præparare se in vestitu decorato circumdatam varietate gratiarum atque virtutum, quò digna & capax plenitudinis gratiæ inueniatur.

Quid sit comprehendere cum sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum.

R *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum.* Comprehendere dicit, non cognoscere, vt non curiositate contenti scientiæ, tota cura fructui inhiemus. Non enim in cognitione est fructus, sed in comprehensione. Quid sit comprehendere, inferius declarabo. Quid igitur est Deus? longitudo. Quid ipsa æternitas. Hæc est tam longa vt non habeat terminum, non magis loci quàm temporis. Est & latitudo. Et ipsa quid? charitas. Quibus & ista terminis angustetur in Deo qui nihil odit horum quæ fecerit? Vides tantam esse latitudinem. Vtinam si videas non tantam esse, sed ipsam id esse vnam quod alteram, non minus vnam quàm duas, nec plus duas quàm vnam. Deus æternitas, Deus charitas est, longitudo sine protensione, latitudo sine distensione. Quid Deus? Sublimitas & profundum. In altero supra omnia, in altero infra omnia. Per sublime potentiam, per profundum sapientiam eius considera. Exæquo etiam ista respondent sibi, dum & sublimitas inattingibilis cognoscatur: Paulo admirante & exclamante: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! Liber & nos exclamare cum Paulo horū vtrunque, intuentes in Deo, & cum Deo simplissimam vnitatem: O sapientia potens, attingens vbique fortiter! O potentia sapiens, disponens omnia suauiter! Res vna, effectus multiplex, operationesque diuersæ. Et illa vna res est longitudo propter æternitatem, latitudo propter charitatem, sublimitas propter maiestatem, profunditas propter sapientiam. Nouimus hæc. Non ideo tamen arbitramur nos comprehendisse. Non ea disputatio comprehendit, sed sanctitas, siquo modo tamen comprehendi potest quod incomprehensibile est. At nisi posset, non dixisset Apostolus, Vt comprehendamus cum omnibus sanctis. Sancti igitur comprehendunt. Quæris quomodo? Si sanctus es, comprehendisti & nosti: si non, esto, & tuo experimento scies. Sanctum facit affectio sancta, & ipsa gemina. Timor domini sanctus, & sanctus amor. His perfectè perfecta anima veluti quibusdam duobus brachiis suis

compreh
nec dimi
autem la
potestas
non pot
nunc et
est omnia
amabile
rem tamen
foras mittere
nimitur, &
al inimico
tudine tim
fi. Aut si
dere facis
penda sub
torem exi
Quis stup
nisi qui sci
modatur
more, nisi
tatis quã
ternitas re
dicente do

Et nunc
species. Pr
hæc
generatum
que vel per
mirandum
tunc iudici
tus concu
insipientia
quoddam a
tutum co
no occupati
tum & ne di
tatis. Qu
operatione

comprehendit, amplectitur, stringit, tenet, & ait: Tenui eum nec dimittam. Et timor quidem sublimi & profundo, amor autem lato longoque respondet. Quid tam timendum quam potestas cui non potest resistere, quam sapientia cui abscondi non potes? Poterat minus timeri Deus alterutro carens: tunc ergo perfecte oportet timeas illum cui nec oculus deest omnia videns, nec manus potens omnia. Quid item tam amabile quam amor ipse quo amas & quo amaris? Amabilior tamen iuncta æterna charitas facit, quæ dum non excidit, foras mittit suspicionem. Ama igitur perseveranter & longanimiter, & habes longitudinem. Dilata amorem tuum usque ad inimicos, & latitudinem tenes. Esto etiam in omni sollicitudine timoratus, & sublime profundumque comprehendisti. Aut si mauis, quatuor æquæ tua, diuinis quatuor respondere facis: hoc est si stupes, si paves, si ferues, si sustines. Stupenda sublimitas maiestatis, pauenda abyssus iudiciorum. Feruorem exigit charitas, æternitas perseverantiam sustinendi. Quis super, nisi qui contemplatur gloriam Dei? Quis pauer, nisi qui scrutatur profunda sapientiæ? Quis feruet, nisi qui meditatur charitatem Dei? Quis sustinet & perseverat in amore, nisi qui æmulatur æternitatem charitatis? Nam æternitas quædam imaginem perseverantia præfert: sola est cui æternitas redditur, vel potius quæ æternitati hominem reddit, dicente domino: Qui perseverauerit usque in finem, saluus erit.

De quatuor modis contemplationis.

Et nunc aduerte in quatuor his, contemplationis quatuor species. Prima & maxima contemplatio est admiratio maiestatis: hæc requirit cor purgatum, ut à vitiis liberum atque moneratum peccatis facile ad superna se leuet, interdum quoque vel per aliquas morulas in ecclasi suspensum teneat admirandum. Secunda autem necessaria est huic. Est enim in iudicia Dei. Quæ sanè pauido aspectu dum vehementer concutit intuentem, fugat vitia, fundat virtutes, initiat sapientiam, humilitatem seruat. Virtutum siquidem bonum quoddam ac stabile fundamentum est humilitas, quæ si nuet, virtutum congregatio non nisi ruina est. Tertia contemplatio occupatur aut potius ociatur circa memoriam beneficiorum & ne dimittat ingratum sollicitat ad amorem benefactoris. Quarta quæ retro sunt obliuiscens in sola requiescit expectatione promissorum. Quæ cum sit meditatio æterni-

tatis, nam quæ promittuntur æterna sunt, longanimitatem
lit, & perseverentiæ dat vigorem. Puto iam facile est qua-
tuor nostra hæc quatuor illis Apostoli assignare: dum lon-
gitudinem comprehendit meditatio promissorum, latitudi-
nem recordatio beneficiorum, sublimitatem contemplatio
maiestatis, profunditatem inspectio iudiciorum.

GALFRIDVS.

De quatuor crucis dimensionibus.

T *ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit longitudo,
latitudo, sublimitas, & profundum.* His verbis commendat A-
postolus formam crucis. Profundum erat in hunc humi, sub-
limitas eminens super caput, longitudo ab imo sursum por-
recta vsque ad latitudinem, & latitudo lignum transversum.
Hæc omnia in salute, in vita, & resurrectione aliter acque a-
liter intelliguntur. Invenire est homines quos magis terret
conscientia pertinentium ad luxuriam peccatorum. Hæc in-
fixa terræ profunditas, hoc profundum iniquitatis. Et ab ea,
contraria crucis profunditate saluamur. Alios magis arguit
conscientia vanitatis, quod illam eius occasionem carnis
ministret infirmitas. Cui etiam ad salutem sublimitas crucis
opponitur. Aliis gravior longitudo videtur, quod mane ex-
tulerunt ad miscendam ebrietatem & potandum vsque ad
vesperam, peccata sua vsque ad canos ab adolescentia pro-
trahentes. Quorundam magis affligit quædam quasi latitudi-
nis consideratio, quod iniquitatis suæ diffuderint circum-
quaque fœtorem: nec tantum coram Deo, sed etiam coram
hominibus, sine illius timore vel illorum pudore peccave-
rint. De huiusmodi dicitur: Quatriduanus est, & iam ita
Veruntamen ab huiusmodi longitudine & latitudine nihil
nobis alia spes salutis nisi in passione Salvatoris, quæ in
longitudine & latitudine crucis pro nostra saluatione
sternuit.

Aliter de eodem.

V In præsentī vita per profundum timor gehennæ, per sub-
limitatem spes gloriæ commendatur. Ad hæc duo pertinet
quod fideles duo reges dixerunt: Vadam ad portas inferi. Et
Quando veniam & apparebo ante faciem Dei. Minus deo-
sum penetrat, qui seculariter timet. Minus in sublime contem-
dit, qui gloriam sectatur humanam. Longitudo ad perseve-
rantiam sanctimonie pertinet & virtutis, cui sola coronatio
beni.

SV
betor. I
propriu
cum gau
redione
sapientia
cuc sole
dicebat.
tudo in æ
quam nul



S
nus omni
dem anim
li. Sed væ

Sed bo i
in laterib
nar. Pot
nis poten
infelicitq
vinâdi lib
quem sequ
ne, & diab
sum sum
homine, i
fluere, in

Sed nor
tem alteru
na bonum
strenuo m
illans seic
capiscen
fuit quant
kerat, imò

betur. Latitudo ad distentionem fraternæ dilectionis, cui proprium est velut ad dexteram protrahi & sinistram, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Nihilominus in resurrectione futura profundum nobis promittitur in inscrutabili sapientia & scientia, quam Apostolus altitudinem clamat, sicut solet profunditas alta vocari. Vnde mulier Samaritana dicebat: Puteus altus est &c. Sublimitas erit in gloria, longitudo in æternitate, latitudo verò in plenitudine voluptatis, quam nulla deinceps sollicitudo vel molestia angustabit.

BERNARDVS.

De diuersis ascensionum generibus.

Christus qui descendit, ipse est qui ascendit. Ego credo Christum in hoc ipso quòd descenderit, ascendisse, Sic enim oportebat Christum descendere, vt nos ascendere doceremur. Cupidi siquidem sumus ascensionis, exultationem cupimus omnes. Nobiles enim creaturæ sumus & magni cuiusdam animi, ideòque altitudinem appetimus desiderio naturali. Sed vix nobis si noluerimus eum sequi, qui ait:

De monte potentiz.

ad bo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Heu miser! in lateribus Aquilonis. Frigidus est mons ille, non te sequitur. Potentis habes concupiscentiam, altitudinem præsumis potentiz. Quanti tamen vsque hodie scæda insequantur infeliciãque vestigia? Imò quàm pauci euadunt, quibus nõ dominandi libido dominetur? Quem sequimini miseri homines? quem sequimini? Nonne iste est mons in quem ascendit angelus, & diabolus factus est? Vel illud aduertite, quòd post caelum suum inuidia stimulante malè sollicitus de supplantando homine, illius tamen montis ascensum ei nullatenus ausus est audere, in quo iam præcipitium cognosceret expertus.

De monte scientiz.

Sed non defuit versato hosti quod ageret, similem ei montem alterum demonstrauit: Eritis, inquit, sicut dii, scientes bonum & malum. Perniciosa est ascensio hæc, imò descensio magis est de Hierusalem in Hiericho. Pessimus mons illius scientia, in quem, tamen vsque hodie tanta videas concupiscentia plurimos reperere filiorum Adam, ac si non nouerint quantum pater eorum in illius montis ascensu descenderit, imò quàm grauiter ceciderit, quantum tota deiecta sit

Cap. 4.
X

Y

Z

& conuassata posteritas. Nondum sanata sunt vulnera que tibi in ascensu montis illius inflicta sunt, dum adhuc in patre lateres, & nunc in propria persona conaris ascendere, ut sit error nouissimus peior priore. Ecce vobis montem alium demonstrauius, non ut ascendatis, sed ut fugiatis. Ipse est in quem descendebat qui voluit esse sicut Deus, sciens bonum & malum. Ipse est quem vsque hodie filij eius accumulauit & eleuant, nihil inuenientes tam vile, vnde non velint montem eleuare scientiæ. Videas alium literarum, alium mundialis curiæ, istum placitationum Deo duplicitium, illum feruile cuiuslibet artis tam vehementer affectare scientiã, ut laborem non reputet, tantummodo possit aliquibus doctior reputari. Sic ædificant Babel, sic putant ad Dei se peruenturos similitudinem. Sic concupiscunt quod non expedit, quod expedit omittentes. Quid vobis & montibus istis, in quorum ascensu tanta difficultas est, & tam graue periculum? Aut cur eum deseritis montem, cuius & facilis est ascensus & periculis? Potestatis ambitio angelum felicitate priuauit angelica, scientiæ appetitus hominem immortalitatis gloria spoliauit. Ergo fugiendus nobis est mons vterque, si præcipitum angeli, si casum hominis expauescimus.

Quod Christus nobis salubrem demonstrauit ascensum.

A Quid tamen agimus? Ascendendi tenemur concupiscentia. Quis igitur docebit nos ascensum salubrem? Christus qui descendit, ipse est qui ascendit. Quia ergo non erat quod ascenderet, descendit altissimus, & suo nobis descensu suauem ac salubrem dedicauit ascensum. Descendit de monte scientiæ, quia placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Quid enim tenello corpore & infantibus mæberit videtur infirmius? Quid indoctius apparet paruulo, qui sola matris vbera nouerit? Quis impotentior eo, cuius membra omnia clauis affixa, cuius dinumerantur ossa? Quis insipientior eo, qui tradebat in mortem animam suam? Videt quàm multum descenderit, quantum à potentia sua, quantum à sapientia sua exinaniuerit seipsum. Sed non potuit altius in montem bonitatis ascendere, nec suam expressius commendare charitatem. Nec mirum si descendendo Christus ascendit, quando priorum vterque ceciderit ascendendo. Docuit enim ignarum viæ, trahebat paruulum, infantulum deducebat: ideoque velut quibusdam passibus ibat, ut de virtute

in vir-

in virt
sicut n
rauit v
celo p

P
Petro,
fulsit fa
cur nix
contem
nisi vt
gloriam
consped
dexteræ
Quid er
quod no
ram glo
re poter
na domi
miã. No
aliquant
tineat se
Domine
bonum e
animam
ergo filij
Deus. E
sua. Ero
tionũ, &
minum re
tum pieta
& multas
sternentes
tentia sup
charum n
licum salu
mulantes
cares, atq
prezale i
tatis sum

in virtutem videretur Deus deorū in Sion. Iustitia enim eius sicut mōtes Dei. Sed iam saltus ipsos intueamur, quibus exultavit vt gigas ad currēdam viam, & cuius egressus à summo cælo per gradus quosdam vsque ad summum eius cucurrit.

De monte in quo transfiguratus est dominus.

Primum ergo constitue montem in quem ascendit cum **B** Petro, Iacobo, & Ioanne: vbi trāsfiguratus est ante eos. Refulsit facies eius sicut sol, & vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Resurrectionis gloria ista est, quam in monte spei contemplamur. Vt quid enim ascendit vt transfiguraretur, nisi vt doceret eos cogitatione ascendere ad futuram illam gloriam quæ reuelabitur in nobis? Felix cuius meditatio in conspectu domini semper est, qui in corde suo delectationes dexteræ domini vsque in finem sedula cogitatione reuoluit. Quid enim illi graue poterit videri, qui semper mente tractat quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis? Quid concupiscentie poterit in seculo nequam, cuius oculus semper videt bona domini in terra viuentium? semper videt æterna præmia? Non sit molestum alicui obsecro, quod in monte hoc aliquantò diutius immoramur. Quem enim in eo non delectat sententia beati Petri quam in eo protulit & de eo: Domine, inquit, bonum est nos hīc esse? Quid enim tam bonum est, imò quid aliud videtur bonum, quàm in bonis animam demorari? quando quidem corpus non potest. Vos ergo filij hominum ascendite ad cor altum, & exaltetur Deus. Hic est enim mons in quo transfiguratus est Christus. Exonerate corda vestra graui mole terrenarum cogitationū, & leuate ea manibus quibusdam cogitationum, vt dominum transfiguratum videatis. Circuite igitur charissimi cum pietatis & deuotionis hostia visitantes animo supernas & multas quæ in domo patris sunt mansiones, humiliter prosterne corda vestra ante sedem Dei & agni, cum reuerentia supplicantes singulis ordinibus angelorum, patriarcharum numerum, cuneos prophetarum, & senatum apostolicum salutantes, suscipientes coronas martyrum purpureis radiantibus floribus, redolentes liliis, choros virginum admirantes, atque ad mellissimum noui cantici sonum quantum preualet infirmitas cordis erigentes auditum. Hæc recordatus sum (ait Propheta) & effudi in me animam meam.

Quare? Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis. Et iterum: Memor fui Dei, & delectatus sum. Quem viderunt Apostoli, vidit & iste, nec dissimili (vt arbitror) visione, nisi quod spirituale totum habuit hæc visio. Et vt nihil desit propositæ similitudini, illi proni cecidisse leguntur, hic verò suum faretur spiritum defecisse. Veruntamen quid prodest scire quò sit eundem, si quà debeas ire non noneris?

De monte in quo prædicauit Dominus.

- C** Alterum proinde montem ascendas necesse est in quo prædicantem audies, & scalam erigentem octo distinctâ scalaribus, cuius summitas cælos tangit. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam &c. Iam si primum ascenderas in montem iugi meditatione supernæ gloriæ, istum nihilominus ascendere nõ grauaberis, vt in lege eius mediteris die ac nocte. Sic enim audies & tu: Et quò vado scitis, propter primam ascensionem: & viam scitis, propter secundam. Propterea pone in corde tuo viam veritatis inquirere, ne forte de eorum sis numero qui viam ciuitatis Hai non inuenerunt. Magis autem sollicitus esto ascendere non modò cogitatione cælestis gloriæ, sed & conuersatione, quæ cælestem gloriam mereatur.

De monte in quem dominus ascendit orare.

- D** Tertium nihilominus lego montem in quem ascendit solus orare. In primo igitur transfiguratus est, vt scites quò tenderes. In secundo verba vitæ loquutus, vt scires quò peruenires. Oravit in tertio, vt eundi & perueniendi bonam obtinere studeas voluntatem. Et vide quàm utiliter orationis tempore etiam corporalis loci secretum quærimus: quando hoc ille non solum docuit verbo, sed & cõmendauit exemplo. Putas poterimus adhuc aliud de eius ascensione inuenire? Potes utique. volo quod nec inuenti ipsius immemor sis super quod legitur ascendisse. Volo vt ne ipsam crucis ascensionem omittas. Itaque cum iam & cognitio suppetit, & velle adiacet, quid facis quòd proficere bonum non inuenis, sed asini quidam & bestiales motus legem contrariam habent & captiuare te volunt? Vrget te cum ieiunare consentis, gula illecebra: cum vigilare proponis, somnolentia premit. Quid facimus huic asino? Asinum enim est istud & commune cum asinis. Ascende domine super asinum istum. Conculcator motus hos bestiales, domari debent, ne dominari præualeant.

Pro.

Propterea sequere anima mea & in hac ascensione Christum dominum, vt sub te sit appetitus tuus, & tu domineris illius. Nam vt in cœlum ascendas, prius necesse est leuare te supra te, conculcando carnalia desideria quæ in te militant contra te. Sequere etiam ascendentem in crucem, exaltatum à terra, vt non solum super te, sed etiam super omnem mundum mentis fastigio collocheris. Absit tibi gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Iam verò quid ex hoc restat, nisi vt ad illum ascendas, qui est super omnia benedictus in secula? Dissolui & esse cum Christo multo magis optimum. Hæc est vltima ascensio, in qua implentur omnia, sicut ait: Christus qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia.

A D A M. Quomodo Christus ad impleuit omnia.
Vt adimpleret omnia. Omnia impleuit, qui cœlum sanctis regnantibus, terram iustis militantibus, tartarum desperatis peccatoribus deputauit.

C A S S I A N V S.

Quod per iræ vitium, lumen extinguitur rationis.
Sol non occidat super iracundiam vestram. Id est ratio, quæ pro eo quod omnes cordis cogitationes discretionésque illustrat, sol meritò nuncupatur: iræ vitio non extinguatur, ne eodem occidente perturbationum tenebræ cum auctore suo diabolo vniuersum cordis nostri occupent sensum, & tenebris iræ possessi velut in nocte cæca quid nos oporteat agere ignoremus.

Quod verè perfectis interdicitur omnis ira.

omnis ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Cum dicit, Omnis ira tollatur à vobis, nullam penitus velut necessariam & vtilem nobis excipit. De linquentem itaque fratrem si necesse est ita curare festina, vt eum medelam leuiori forsitam febricula laboranti procuras inferre, non temetipsum tetriori morbo cæcitatatis intoluas. Oportet namq; illum qui alterius vulnere mederi cupit, omnium languoris morbo alienum sanumq; subsistere, ne forte ei illud dicatur, Medice prius cura teipsum. Nihil enim interest vtrum aurea lamina plumbeaue oculorum obtutibus imponatur. Differentiâ cæcitatatis non facit præciositas metallorum.

B E R N A R D V S.

Quod per amorem fidelis anima nubat Deo.

Cap. 5.

H

E *Stote imitatores Dei, & ambulatē in dilectione sicut & Christus dilexit nos.* Talis conformitas maritat animam Deo: cum cui similis est per naturam, similē se nihilominus ipsi exbet per voluntatē, diligens sicut dilecta est. Ergo si perfectē diligit, nupsit. Quid hac iucundius cōformitate? quid optabilius charitate, qua fit vt humano magisterio non cōtenta, per te o anima fideliter accedas ad Deū, Deo constanter inharreas, Deum familiariter perconteris, consultēsq; de omni re, quantum intellectu capax, tantum audax desiderio? Verē spiritualis, sanctique desiderij contractus est iste. Parum dixi, complexus est, vbi idem velle & idem nolle, vnum facit spiritum de duobus. Nec verendū ne disparilitas personarum claudicare in aliquo faciat conuenientiam voluntatum, quia amor reuerentiam nescit. Ab amando enim amor dicitur, non ab honorando. Honoret sanē qui horreret, qui stupet, qui meruit, qui miratur. Vacant hęc omnia penes amantem. Amor sibi abundat. Amor vbi venerit, ceteros in se omnes traducit & captiuat affectus. Propterea qui amat, amat, & aliud nouit nihil. Absque amore & timor pœnam habet, & honor non habet gloriam. Et quidem soli Deo honor & gloria: sed horum acceptabit neutrum Deus, si melle amoris condita non fuerint. Is per se sufficit, is per se placet, & propter se, ipse præmium, ipse meritum sibi. Amor præter se non requirit causam, non fructū. Fructus eius vsus est. Amo quia amo. Amo vt amem. Solus est amor ex omnibus animæ motibus, sensibus, affectibus, in quo potest creatura, & si non ex æquo, respondere actori. Verbi gratia: Si mihi irascatur Deus, num illi similiter irascar? Non: sed pauebo, sed contremiscam, sed veniam deprecabor. Si dominatur, me oportet seruire si imperat, obedire: non ab eo exigere vel seruitium vel obsequium. Nunc iam videas de amore quā aliter sit. Nam cum amat Deus, non aliud vult quā amari, qui ad hoc tantum amat vt ametur, faciens ipsos amore beatos qui se amauerint. Licet proinde reclamare dilectam: Quidni amet sponsa, & sponsa amoris? Quidni ametur amor? Meritō renunciāns cunctis refectionibus aliis, soli tamen incumbit amor, quæ ipsi respondere amor habet, in redimendo amore. Nam cum se totum estuderit in amorem, quantum est hoc ad illius fontes perenne profluuium? Non planē pari vbertate fluunt amans, & amor. Anima, & verbum, sponsus, creator, & creatura, non ma-

gis

gis q
euac
ardo
giga
cand
tas
Doc
tiis ir
cerata
fixam
ctam
spitio
iuxta
cum h
desper
do rel
deat a
tis nor
lorum
sic dili
tegrun

C
Au
idolor
comm
infideli
latræ c
diuinæ

Au
solatria
Nihil e
pecunia
ferit ver
lax quæ
citur id
nihil in

gis quàm sitiens, & fons. Quid igitur? Peribit propter hoc & euacuabitur nupturæ votum, desiderium suspirantis, amoris ardor, præsumētis fiducia: quia nō valet ex æquo currere cū gigante, dulcedine cū melle contendere, lenitate cum agno, candore, cū lilio claritate cum sole, charitate cū eo qui charitas est? Nō. Etsi enim minus diligit, nihil deest vbi totum est. Docuimus ergo omnem animam licet oneratam peccatis, vitiis irretitam, captam illecebris, exilio captiuam, corpore carceratam, luto hærentem, infixam limo, affixam membris, confixam curis, distentam negociis, contractam timoribus, affixam doloribus, erroibus vagam, sollicitudinibus anxiam, suspicionibus inquietā, & postremò aduenā in terra inimicorū iuxta prophetæ vocē, coinquinatam cum mortuis, deputatam cum his qui in inferno sunt: licet inquam sic damnatā & sic desperatam, docuimus tamē in se aduertare posse, vt non modo respirare in spe misericordiæ queat, sed etiam vnde audeat aspirare ad nuptias verbi, cum Deo inire fœdus societatis non dubitet, suauē amoris iugum cum rege ducere angelorum. Nam (vt dixi) sic amare, nupsisse est: quia non potest sic diligere, & parum dilecta esse, vt in consensu duorum integrum stet perfectūque connubium.

CASSIANVS.

Quòd meritò iudicetur idololatra, qui pecuniam præfert charitati.

Auaritia que est idolorum seruitus. Non immeritò auaritiam I idolorum seruitutem testatur Apostolus. Quisquis enim non communicat necessitatibus egenorum, & pecuniæ suę quam infideli tenacitate seruat, Christi præcepta postponit, idololatriæ crimen incurrit, amorem scilicet materiæ mundialis, diuinæ præferens charitati.

GALFRIDVS.

De inutilitate & auaritia prælatorum.

Auaritia que est idolorum seruitus. Verè quidem auaritia idololatria est: omnium quidem malorum initium, causa, & finis. Nihil est iniquius, ait Sapiens, quàm amare pecuniam. Qui pecuniam amat, similitudinem colit inanem, solidam verò deserit veritatem. Suffocat verbum Dei diuitiarum fallacia, fallax quædam imago, umbra, figmentum. Parum est quòd dicitur idolum, somnium est. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis, ex omni-

bus quos somniantes tenere thesauris. O Deus quàm multos errare hæc somnia faciunt! Cæterum si graue scelus est & horrendum nefas, quòd idolorum seruus diuinis astat altaribus: quid de eo sacerdote dicendum est, qui non modò idololatra conuincitur esse, sed etiam idolum? O pastor, & idolum! Pastor dignitate & auctoritate, sed idolum vanitate, inutilitate, simulatione. Pastor officio, idolum ocio: imò verò nec officio pastor, sed solo nomine erectum pastoris simulachrum pro pastore. Timuerunt forsità vbi primum viderunt stantem in specula, iam te securè stercoreant aues. Metuebarris vt pastor, iam sine metu vt idolum stercorearis. O pastor pascens te ipsum! non enim gregem pascis, sed depascers magis. O idolum pastorem simulans & mercenarium agens, derelinquens gregem, vt lupum videris venientem! Atque vti nam tantum sugeres, tantum lupis exponeres, non etiam ipse cum eis, imò præ eis dispergere non timeres! Vtinam si non pasceres, saltem eis parceres, non obesses!

Quomodo intelligatur illud Apostoli, Non habentem maculam aut rugam.

- L. *Cum sibi gloriosam Christus exhibeat ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi.* Macula rationalis creaturæ culpa est, ruga veteris corruptionis indicium. Quod autem additur, Nec aliquid huiusmodi, hoc nobis indicat nil iam futurum in ecclesia Christi, cum eam sibi, quam interim parat & excollit, exhibebit, quòd vel accedere videatur ad vitium iniquitatis alicuius, aut vestigium vetustatis. Noua omnia faciet Deus, etiam cælum nouum, & terram nouam, & non speramus quòd iuuentus nostra sicut aquila renouetur? Possumus aliter quod de macula & ruga dicitur, interpretari, vt euidens culpa præferre maculam, simulata iustitia rugam facere videatur. Ibi enim macula, vbi patens fuerit nota peccati: vbi verò duplicitas, ibi ruga. Decet igitur seruum Christi coram Deo & hominibus sic prouidere quod bonum est, vt nec maculam gerat, nec rugam habeat, sed nec aliquid prorsus eiusmodi. Sit honesta, sit simplex conuersatio, ne quid suum in ea reprobus ille reperiat. Nam miser in quo fuerit næuus, sed in quo dolus sorte miserior. Non enim mediocre confusionis augmentum, falsam gessisse speciem pietatis.



cordis
turbat
ad int
permi
salutis
est Ch
velat i
quor
atque i
quem p
pereffe
rogatur

SE

Qu



tit. Dec

CASSIANVS.

Quibus armis contra vitia dimicamus.



N omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis
 omnia tela nequissimi ignea extinguere. Ergo
 fides est, quæ excipiens ardentissima libidi-
 num tela, metu futuri iudicij, & cœlestis
 regni credulitate mortificat. Et loricam, in-
 quit, charitatis. Ipsa nempe est quæ vitalia
 cordis nostri circundans atque communiens, letalibus per-
 turbationū obiecta vulneribus cōtrarios retundit ictus, nec
 ad interiorem hominem nostrum iacula diaboli penetrare
 permittit. Omnia enim suffert, omnia sustinet. Et galeā, spera
 salutis. Galea, capitis est munimē. Quia ergo caput nostrum
 est Christus, debemus istud sempr spe futurorum bonorum
 velut inexpugnabili galea in cunctis tentationibus ac perse-
 quutionibus communire. Et principaliter fidem eius illāsam
 atque integram custodire. Aliis enim membris truncatum
 quempiam, licet debilem, possibile est tamen vtcunque su-
 peresse. Sine capite verò nemini vel breuis vitæ spatium pro-
 rogatur. Et gladium spiritus, quod est verbum Dei.

Cap. 6.
M

Finitur Epistola Pauli ad Ephesios.

SEQVITVR EPISTOLA
 EIVSDEM AD PHILIPPEN.

BERNARDVS.

Quòd in Christo quantum ad naturæ debitum, nul-
 lum singularitatis signum apparuit.



*H*ivistus exinaniuit semetipsum, &c. Patet Cap. 2.
 quòd passio Christi potentissima est ad N
 exhausti omnia genera peccato-
 rum. Sed quis scit si data est mihi? Ita
 profectò, quia alteri dari non potuit.
 Nunquid angelo? sed ille non eguit.
 Nunquid diabolo? sed ille non resurre-
 xit. Denique non in similitudinem hominum factus est, &

habitu inuentus vt homo. Exinaniuit enim semetipsum formam serui accipiens. Filius erat, & factus est tanquam seruus. Nec solum formam serui accepit vt subesset, sed etiam mali serui vt vapularet, & serui peccati vt pœnam solueret, cum culpam non haberet. In similitudinem hominum, non hominis, quia primus homo nec in carne peccati, nec in similitudine carnis peccati creatus est. Christus autem in vniuersali hominum miseria pressius & profundius se immerfit, ne subtilis ille diaboli oculus magnum pietatis deprehenderet sacramentum. Ideo habitu & omni habitu inuentus vt homo. Nec in eo quantum ad naturam debitum signum aliquod singularitatis apparuit. Quia enim ita inuentus est, ideo crucifixus. Paucis verò reuelauit seipsum, vt essent qui crederent. Reliquis absconditus est: quia si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.

Quòd imperfectum suum cognoscere, scientia fit sanctorum.

Cap. 3.



*E*go me non arbitror comprehendisse. Nemi-
pigrum sit vestigare quid sibi desit, aut fateri quid sibi desit verecundum. Sed loquatur cum Apostolo: Ego me non arbitror comprehere. Hæc scientia sanctorum. Hæc longè abest ab illa quæ inflat: hanc qui apponit, apponit & dolorè. Sed dolorem hunc nemo, nemo inquam sapientium subterfugit. Est enim medicinalis dolor, per quem stupor letalis animi, duri & impœnitentis excluditur. Et ideo sapiens qui dicere potuit: Dolor meus in conspectu meo semper.

*E*go me non arbitror comprehendisse. Vnde autem quæ retro sunt obli. ad ea quæ ante sunt me ex. Ac si dicat: Vnde remanet mihi ad remedium, ad spem, ad consolationem? Quid illud? Quæ retro sunt videl. obl. ad ea quæ ante sunt me ex. Magna fiducia quòd magnum vas electionis perfectum abnuens profectum fatetur. Ergo non ambulans sed sedentem à mortis tenebris comprehendi periculum est. Et quis sedens, nisi qui non curat proficere? Id cauet: & si morte præoccupatus fueris, in refrigerio eris.

BALDVINVS.

P Qualiter ab homine carnali tota trinitas impugnatur.
Inimicos crucis Christi. Si crux Christi quæ nobis portanda impo-

imponitur, voluptati aduersatur, & voluptas cruci, quomodo excusari possunt voluptatis amatores, vt non iudicentur crucis persecutores? De quibus Apostolus ait: Flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus est, quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt. Qui (vt dictum est) rei mortis Christi sunt, non sicut auctores vel factores, vel ministri mortis Christi, sed sicut mortis contemptores, qui sacramentum dispensationis in se euacuant, consilium altissimi irritantes, qui cœlesti benedictione & ineffabili gloria indignos se faciunt, qui in delictis agentes mysterium crucis irrident, qui filium Dei cõculcant, & sanguinem testamenti pollutum ducunt in quo sanctificati sunt, & spiritui gratiæ contumeliam faciunt. Vita carnalis, Dei iniuria est, & in totius trinitatis contumeliam redundat. Iniuria siquidem patris est quòd filius contumelietur. Iniuria filij quòd sanguis eius quasi polluitur. Iniuria spiritus sancti quòd gratia contemnitur.

BERNARDVS.

Quòd non solum lætitia sed etiam expectatio lætitiæ sit iucunda.

Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. Cap. 4.
 Gaudete in exhibitione, iterum gaudete de Q
 promissione: quoniam & res plena gaudio,
 & spes plena gaudio est. Gaudete quia iam
 percepistis dona sinistræ. Gaudete quia expectatis gaudia dextræ. Leua, inquit, eius sub
 capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Læua quidem leuat, dextera suscipit: læua medetur & iustificat, dextera amplectitur & beatificat. In læua eius merita, in dextera præmia continentur. In dextera delitiæ, in sinistra sunt medicinæ.

Finitur Epistola Pauli ad Philipenses.

SEQVITVR EPISTOLA
EIVSDEM AD COL-
LOSSENSIS.

Quòd Christo compati debeat, qui voluerit conregnare.

Cap. 3.
R



I consurrexistis cum Christo, que sursum sunt querite, &c. Acti dicat: Si consurrexistis, coascendite. Si coniuistis, conregnate. Sequamur igitur agnum quocunq; ierit. Sequamur patientem, sequamur & resurgentem. Sequamur multò libentius ascendentem. Crucifigatur vetus homo noster simul cum illo, vt destruaturs corpus

peccati, vt vltra non seruiamus peccato: sed quomodo ipse resurrexit per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. In hoc enim mortuus est & resurrexit, vt peccata mortui iustitiæ viuamus. Ceterum quàm vitæ nouitas locum exigit tutiorem, tam resurrectionis dignitas aliozem exigit gradum. Sequamur etiã ascendentem, quærere videlicet & sapere quæ sursum sunt, vbi ille est, non quæ super terram.

GALFRIDVS.

S Quòd sicut mors, sic est resurrectio bipartita. Si consurrexistis cum Christo, que sursum sunt querite. Dux sunt mortes, & duæ sunt resurrectiones. Prima mors est animæ, secunda corporis. Mors corporis, separatio ab animâ. Mors animæ, separatio est à Deo. Hanc operatur peccatum, illam pœna peccati. Item prima resurrectio animæ, secunda corporis. Resurrectionem animæ operatus est humilis & occultus Christi aduentus. Resurrectionem corporis gloriosus & manifestus perficiet. Et sicut corpus, id est homo errorior in resurrectione sua vitam & sensum recipiet: ita & anima in sua vtique resurrectione vitam & sensum recipit, ad cognitionem & dilectionem. Quòd autem cognitio vitæ sit, veritas attestatur dicens: Hæc est vita æterna, vt cognoscant, &c. Et quòd dilectio sit sensus, hinc accipe. Sicut errorior homo in vita non discernitur, quia in toto se, æqualiter

viuit: in sensu autem discernitur, id est in quinque partibus
 nouissimas, scilicet visum, auditum, gustum, tactum, & olfa-
 ctum: quia aliter sentit in oculo, aliter in aure, & sic in cæ-
 teris ita interior homo in cognitione quidem non discerni-
 tur, sed in amore. Et sicut ille in quinquepartito sensu diui-
 ditur: ita & iste circa quinque Dei inuisibilia afficitur, quæ
 sunt veritas, iustitia, sapientia, charitas, æternitas. Aliter
 enim afficitur circa veritatem quam diligit propter liberta-
 tem, aliter circa iustitiam quam propter æqualitatem, aliter
 circa sapientiam quam propter suauitatem, aliter circa cha-
 ritatem quam propter virtutem, aliter circa æternitatem quam
 diligit propter securitatem.

Quod de morte triplici tripliciter resurgamus.

si conserrexistis cum Christo, quæ sursum sunt sapite. Cum no-
 tos ecclesiæ filios ad formandum in eis Christum Apostolus
 semel & iterum parturiret, hortabatur eos aliquando pas-
 sionum Christi participes fieri, aliquando resurrectionis eius
 gloriam æmulari, vt intelligerent mercedis suæ præmium,
 quod Christo communicarent in laboribus passionum. Si
 compatimur, inquit, & contregnabimus: si commorimur, &
 conuiuemus: vt post certamina passionum, veniat regnum
 gloriæ: & post mortificationem carnis, resurrectio vitæ se-
 quatur. Itaque nobis est resurgendum, si nondum forsitam
 surrexerimus, ne frustra postmodum cum fatuis virginibus
 veniamus. Perscrutemur ergo cōscientias nostras, vtrum
 nocemus adhuc, an surrexerimus. Iacēt enim alij sicut paruuli
 in cunis, alij sicut paralytici in grabatis, quidam velut mor-
 tui in sepulchris. Quali paruuli iacent in cunis, qui non-
 dum intelligentes veræ religionis celsitudinem, & virtutum
 spiritualium dignitatem, ei tantum quæ ad modicum valet,
 temporali stuant exercitationi, sub elementis mundi tan-
 quam paruuli seruietes, nec attendentes quoddam caro non pro-
 ducit quicquam, sed spiritus est qui viuificat. Hos dixerim ali-
 quatenus mortuos, vtpote viuificante spiritu destitutos. Por-
 to in grabatis quasi paralytici iacent, qui aciditiæ, ignauiæ
 tempore depressi, dum vitæ suæ tempora negligunt, ad pri-
 mam etiam corporalis exercitij opera non assurgunt. Qui &
 nimirum creduntur mortui, vulgò etiam huiusmodi
 homines tali soleant appellatione censerì. Sunt etiam alij,
 tanquam omnino mortui, quasi in sepulchris iacent, qui

T

videlicet longa peccatorum consuetudine deprauati, non solum peccare non desinunt, sed etiam mortifera delectationis dulcedine in ipsis suis sceleribus requiescunt. Resurgant igitur primi ad studium sapientiae, secundi ad operam salutis, nouissimi ad fructum sapientiae. Nam & ipsis patet via inestimabilis indulgentiae.

Qualiter humana mens rotae fortunae in suis affectionibus comparetur.

V *Si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt querite.* Querere ad studium cogitationis pertinet, Sapere ad auaritia affectum. Notandum verò est quòd cum sint quatuor affectus animi, nec timor nec tristitia locum habent in regno Dei. Semper enim illic desiderant & lætantur, vbi nulla sit anxietas in desiderio propter affluentiam gaudij, & propter inique desiderium nullum in delectatione fastidium. Quæ admodum enim pingitur quatuor canthis rota fortunæ, in qua alius gloriatur elatus, alius descendit minorificatus, item infimus axe premitur, alius iterum fertur ad astra: sic humana mens interim à *μην* .i. luna huiusmodi sortita vocabulum, in timore descendit, in mœrore iacet, surgit in desiderio, stat in gaudio constituta. Cæterùm perfecta charitas foras mittit timorem, nec admittit sine multa consolatione mœrorem, desiderio magis & lætitiæ vacans. Qui sicut ignis defæcator surgit in flammam, dum perfectus materiam sibi vendicat occupatam: sic desiderium ad lætitiã peruenit obtinens quod optauit. In quærendis igitur quæ salutem sunt, interim feruentissimi desiderij ignis exardescat in vobis, vt flagrantissimo concupiscamus affectu plenam salutem, certam securitatem, communionem sanctorum, deinde & summæ trinitatis & humanitatis Christi beatificam visionem.

PETRVS DAMIA.

Quàm turpe sit linguam consecratam silentio, in vaniloquio relaxari.

Cap. 4.
X



*S*ermo vester semper in gratia sale conditus sit, vt scitis quomodo oporteat vos vnicuique respondere. Sit lingua nostra modesta, sobria, discreta, pudica. Sicut ori nostro salua virgo die crescente, & nisi vilitatis occasio præbeat, vsque in crastinum diea peret.

perendinum diem incorrupta seruetur. Ponamus ori nostro custodiam, & ostium circumstantiæ labiis nostris. Auiceps nõ emitit accipitrem nisi anserem videat: & monachus dimittit linguam suam, si loquendi necessitas non assistat? Deditur venator catulum soluere nisi lepus appareat. Viliorem habet monachus linguam suam, quam ad nullius salutem vel commodum inutiliter soluat? Sudat lapis in manu oppugnantium inceniat in cassum volat verbum de ore stantis in sanctæ ecclesiæ disciplina? Arcus flexis cornibus frustra non intenditur: & rationale os ad effundenda irrationabilia passim relatur? Parcitur pharetræ ne ex ea sagitta non leuiter exeat: non parcitur linguæ vt mordax in quenlibet verbum velut ictum vulneris non infligat? Quid ad hoc dicimus? Excusari certe non possumus. Facilius est enim tacere quàm loqui.

Finitur Epistola beati Pauli ad Colossenses.

SEQVITVR EPISTOLA
PRIOR EIVSDEM AD
Thessalonicenses.

ALLREDVS. De triplici castitate.



T sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij. Sciendum est quod est castitas carnalis, castitas sensualis, castitas spiritualis. Castitas carnalis est, si homo carnem suam ab omni coinquatione cohibeat. Castitas sensualis est, si membrorum omnium sensus ab omni illicita delectatione contineat. Castitas spiritualis est, si omnes affectiones immundas, cogitationes impuras, à cordis sui oculis abigens, eas priusquam carnem affectum que perstringant, eiiciat.

CASSIANVS.

Quanta mala ociositas soleat generare.


De charitate fraternitatis non necesse habemus scribere vobis. Ipsi

Cap. 4.
Y

Z

enim à Deo edocti estis vt diligatis inuicem . Ex enim illud faciis in omnes fratres in vniuersa Macedonia. Tanquam peritissimus medicus infirmitatem susceptorum blanda lenisque curatione fo mentans laudis præmisit obsequia , fecitque eorum aures ad curam salutaris verbi placidas & paratas. vnde & inferit: Rogamus autem fratres, vt abundetis magis. Adhuc eos blanda verborum lenitate demulcet, necdum fortè deposita penitus tumoris indignatione medicamenta austeriora posse sustinere conspexit. Quid est quòd rogas beate Apostole, vt abundant magis s. in charitate, de qua dixeras: De charitate fraternitatis non necesse habemus scribere vobis? Dic queso quid est quòd tantopere hæc præmittis? Et operam, inquit, detis vt quieti sitis. i. in vestris claustris vel cellulis commorantes, ne diuersis rumoribus qui solent ocioforum votis vel fabulis generari, inquieti effecti, aliis quoque inquietudines inferatis. Et vestra negocia agatis. Non vestra curiositate acrius mundi velitis inquirere, ac diuersorum conuersationes explorantes operam vestram, non ad virtutum studia, sed ad distractiones fratrum velitis impendere. Et operemini manibus vestris sicut præcepimus vobis. Nullus potest vel inquietus esse, vel aliena curare negotia, nisi qui operi manuum suarum non acquiescit insistere. Et vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt. Nunquam potest apud homines seculi honestè incedere, qui nequaquam claustro & operi manuum suarum inhærare contentus est. Sed necesse est eum honestum vitam necessaria victus requirit, adulationi quoque operam dare, nouitates etiam rumorum sectari, curarum fabularumque conquirere, per quas sibimetipsi aditum parat, ac facultatem qui diuersorum domos valeat penetrare. Et nullius aliquid desideretis. Non potest non alienis donis inhære, qui non vult substantiam victus sui quotidiani laborando acquirere. Videtis tot causas, tam turpes, ac graues, vna vicij, ocioforum scilicet labe generari?

Finitur Epistola I. ad Thessalonicenses.



qualitas enim in tantatec nam.

Qu



ocij cor letale co pente ce modum honis ex & memo verbo in nōcante cut vos f aliquo. tior Ger nem ab a

SEQVITVR EPISTOLA

II. AD EOSDEM.

Quòd quiuis superbus supra dominum
extollatur.



Qui extollitur supra omne quod creditur & quod colitur Deus. Horret humanus auditus verbum, utinam abhorreat similiter cogitatum malignum, pariter & affectum. Dico enim vobis, non ille tantum, sed omnis superbus extollitur supra Deum. Vult enim Deus fieri voluntatem suam, & superbus vult fieri suam. Iam videtur æqualitas. Sed attende malè congruam proportionem. Deus enim in his tantum quæ ratio approbat, suam vult fieri voluntatem: superbus verò & cum ratione, & contra rationem.

CASSIANVS.

Quòd sancti in prædicatione sua nunc asperis blandis, nunc blandis aspera soleant commiscere.

Ennunciamus vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem quam acceperit à nobis. Itaque ab iis qui vacare operi nolunt, iubet subtrahi, & velut membra ocy corrupta putredine, deserari, ne inertix morbus velut letale contagium etiam sanas membrorum partes tabe serpente corrumpat. Deinde infert: Ipsi enim scitis quemadmodum imitari oporteat nos. Immanem cumulum reprehensionis exaggerat, cum hoc eos asserit non obseruare, quod & memorix eorum inhæserat, & ad imitandum non solum verbo instruente didicerint, sed etiam exemplo operum prædicante susceperint. Quia non inquieti fuimus inter vos, sicut vos scilicet estis, neque gratis panem manducauimus ab aliquo. Per singula verba increpationis anxiosum facit. Doctor Gentium, prædicator euangelij dicit se non gratis panem ab aliquo manducasse, qui nouit dominum præcepisse,

Cap. 2.

A

Cap. 3.

B

vt qui euangeliū nunciat, de euangelio uiuat. Et rursum: Dignus est operarius cibo suo. Cū vtique non gratis qui euangelium prædicabat, tam sublime ac spirituale opus exercens, cibum sibi dominicæ iussione auctoritate præsumeret: quid nos faciemus, quibus non solum nulla prædicatio verbi commissa est, sed ne vlla quidam nisi animæ nostræ solius cura mandatur? Quæ fiducia ociosis manibus gratis panem manducare audebimus, quem vas electionis euangelica sollicitudine & prædicatione constrictus, sine opere manuum manducare non præsumit? Sed in labore, inquit, & fatigatione nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. Non solum per totum diei spatium, sed etiã noctis tempore, quod quieti corporis videtur indultum, hoc opus manuum pro eicæ sollicitudine indefinenter vrgebam. Et ne fortè tacitus operans exemplis & non monitis instruxisse videretur, inferre. Nam & cū essemus, inquit, apud vos, hoc denunciabamus vobis: Quoniam si quis non vult operari, non manducet. Hic non iam doctoris vel medici vitur ad eos consilio, sed distractione in eos iudiciariæ pronuntiationis inuehitur, & apostolica auctoritate resumpta, velut ex tribunali in contemptores sententiam dicit: Qui non vult operari, non manducet. Veruntamen hac auctoritate citò deposita, iterum ad viscera pij patris vel clementis reuertitur medici, & velut illis susceptis etiam suis consilio salubri inferre remedia sanitatis dicens: His autem qui eiusmodi sunt denunciamus in domino Iesu, vt cum silentio panem suum manducet. Causas seprædictorum vulnerum quæ de radice ociositatis emergunt, vno operationis salutari præcepto curauit, vt peritissimas medicorum, ceteras quoque valetudines malas ab eodem conspice pullulantes sciens protinus extinguendas origine morbi principalis exempta. Vos autē nolite deficere benefacientes. Qui vos? id est qui vias nostras sectamini, nolite deficere benefacientes. i. humanitatem vestram erga eos, si fortè neglexerint obseruare quæ diximus, similiter impartite. Rursum ne fortè ac lenitate prouocati quidam præceptis eius obedire contempnant, intermiscet apostolicam seueritatem. Quod si quis verbo nostro per epistolam non obedit, hunc notate, & nolite commiscere cum illo vt confundatur. Verūtamē nolite quasi inimicum existimare illum, sed corripite vt fratrem. Seueritati iudiciariæ paternam intermiscuit pietatem, & sententiam

tentis
tempo
nit, &
vicio
nis in
datu
public
incipi

SE



in omnib
sed tantū
rerum qu
non su au
tum, e
tanto pur
trinfecas
proximi c
Quæ si
Sequitur
tam cons
ere. Hor
cūscius an

rentiam apostolico rigore prolatam clementi mansuetudine temperavit. Nam & notari iubet eum, qui obedire contemnit, & cum illo non commisceri. Et tamen hæc fieri non odij vitio præcepit, sed fraternæ dilectionis & eorum emendationis intuitu. Nolite, inquit, communicare cum illo, vt cõfundatur: vt qui non est meis præceptis mitibus emendatus, saltè publica omnium vestrum segregatione ad tramitem salutis incipiat aliquando reuocari.

Finitur Epistola ad Thessalonicenses secunda.

SEQVITVR EPISTOLA
AD TIMOTHEVM PRIMA.

BERNARDVS.

De charitatis excellentia & vsu.



Charitas de corde puro, & cõscientia bona, Cap. 1.
& fide non ficta. C

Tolle charitatem, & castitas ipsa non placet: nec absq; illa quodlibet magntũ bonum suscipitur, nec cum illa quodlibet exiguum respuitur. De corde, ait, puro. Puritas cordis in duobus cõsistit. In quærenda gloria Dei, & vtilitate proximi: vt

in omnibus actibus vel dictis suis nihil suum quærat homo, sed tantum aut Dei honorem, aut salutem proximorum, aut vtrumque. Pertingit pons iste vsque ad Deum, ea fiducia quæ non suam sed illius gloriam quærit. Pertingit vsque ad proximum, ea pietate qua ipsi non sibi prodesse desiderat. Hoc tanto puritas bono gloriari non potest veraciter, nisi qui extrinsecas gloriolas respuerit. Nec enim purè valet Dei vel proximi quærare lucra, qui propria non contempserit.

Quæ sit charitas de corde puro & conscientia bona.

Sequitur: *Et conscientia bona.* Duo sunt quæ faciunt bonam conscientiam: Commissa flere, & flenda non committere. Horum neutrum solum sufficit. vtriusque virtutis beneficium animus seipsum iam securè deserat, & quodammodo

perdat, vt alios lucrificat. Non timeat cum Hieremia & Ezechiele cum transgressoribus captiuari, cum sancto Job frater fieri draconum, socius struthionū, cum Moyse etiam deleri de libro vitæ, & cum Paulo esse anathema à Christo pro fratribus, cum huiusmodi conscientia: denique si necesse est ipsam intrare gehennam, securus medias penetret flammæ. Comparemus thesauros regum & fastigia regnorum cum huiusmodi conscientia. Nonne præ tanto bono felicitas illa miseria reputabitur? Et hanc fiduciam operatur charitas de corde puro & conscientia bona.

E Sequitur: *Et fide non ficta.* Triplex est fidei diuisio, est enim fides mortua, est ficta, est probata. Mortua est quæ per dilectionem non operatur, quasi carens anima quæ est charitas. Ficta est quæ ex charitate quidem moueri inchoat ad bene operandum, sed non perseverans deficit, & moritur tanquam abortiua. Et dicitur ficta eo sensu, quo vasa lutæa fictilia dicimus: non quia vtilia non sint quandiu sunt, sed quia fragilia cum sint citò pereunt. De hac fide dicitur: Hi sunt qui ad tempus credunt, &c. Interrogo eos, qui dicunt charitatem ex quo semel accipitur, recedere non posse. Ait veritas, Hi radices non habent, quia in tempore credunt, & in tempore tentationis recedunt. Vnde & quò recedunt: vtique à fide ad infidelitatem. Item quæro: Poterant ne in illa fide saluari, an non? Si non poterant, quæ iniuria saluatori? Aut quæ lætitia tentatori, quòd hinc recedant, vbi salus non sit? Siquidem nec saluator zelatur nisi salutem, nec malignus invidet nisi saluti. Si autem poterant, quomodo aut sine charitate sunt, quandiu in illa fide sunt, cum sine charitate salus esse non possit? Aut deserentes fidem non deserunt etiam charitatem, cum charitas & infidelitas simul esse non possint? Recedunt ergo à fide, quia veritas id asserit. Consequenter & à salute, quia saluator redarguit. Inde & nos colligimus quòd etiam à charitate, sine qua salus esse non potuit. Si charitas semel habita nunquam deinceps amittitur, frustra commonet discipulos dominus dicens: Manete in dilectione mea. Aut enim si necdum diligebant, non debuit dicere manete, sed estote. Aut si iam diligebant, non erat necesse moneri de perseverantia, quia secundum illos priuari non poterant. Probata fides est, quæ in tentatione non deficit. Qualis enim sit cuiusque fides, tribulatio probat.

bat. Si
uerat
perfec

Infr
mulg
tis data
ne ita
Non a
indire
fist(inc
re iustu
nec tam
erant,
lege eff
fi. vnde
fi sunt
quam in
suauis



Sur
nondum
num in
dicit, &
manitate
dentem
libal inu
enim quò
parere, &
Quia erg
quasi per
Petre ora
nifesta: I
de cetera
mensus &

bat. Si cuius deficit (deficit enim cum in charitate non perseverat) & ficta esse dicenda est. Si cuius perseverat, probata & perfecta censetur.

De lege triplici, charitatis scilicet & timoris.

Iustis non est lex posita. Notandum quod alia est lex promulgata à spiritu servitutis in timore, alia à spiritu libertatis data in suavitate. Nec sub illa coguntur esse filij, nec sine ista patiuntur. Vis audire quia iustis non est lex posita? Non accepistis (ait) spiritum servitutis iterum in timore. Vis audire quod tamen sine lege charitatis non sint? Sed accepistis (inquit) spiritum adoptionis filiorum. Denique vis audire iustum vtrunque de se fatentem, & quod non sit sub lege, nec tamen sit sine lege? Factus sum (inquit) iis qui sub lege erant, quasi sub lege essem: iis qui sine lege erant, quasi sine lege essem. Cum sine lege non essem, sed in lege essem Christi, vnde aperte non dicitur: Iusti non habent legem: aut, Iusti sunt sine lege, sed, iustis non est lex posita. hoc est, non tanquam iniuris imposita, sed voluntariis, eò liberalius data, quod suavius inspirata.

De quatuor generibus supplicandi.

Olo primum fieri obsecrationes, Deinde orationes, postulationes, gratiarum actiones. Quatuor orandi modos videntur exprimerè hæc verba Apostoli.

Cap. 2.
G

De obsecratione.

Sunt enim quos adhuc conscientia terret & cruciat, nondum accepta resistendi virtute, cum scilicet adhuc primum in peccatorum ceno iacentes spiritus veritatis irradiat, & excitans erubescere facit & timere. Dum vident immanitatem criminum, meritorum exiguitatem, & velut ardentem coram se gehennam expauescentes, quia in se boni nihil inveniunt, aliunde apprehendunt vnde tegantur. Sciunt enim quod non sit tutum in conspectu domini vacuos apparere, & multo minus id licere plenis stercore manibus. Quia ergo timent & meritò, per seipos accedere, student quasi per alios supplicare. Tale est quod oramus: Sancte Petre ora pro nobis. Maximè verò illud obsecratio est manifestata: Per passionem & crucem tuam, libera nos domine. Et cetera in hunc modum. Tale est enim acsi latro deprehenus & iam vicinus suspendio, nec inuenit in se vnde max-

SVPER EPIST. I. AD TIMOTH.

sericordiam deprecetur, extendens brachia dicat: Sic passus est Christus vt ad pietatem moueat circumstantes. De talibus dici potest quòd regnum cœlorum vim patitur, & vi. dir. i. Vim faciebat in regno cœlorum publicanus ille, qui dum nõ auderet oculos ad cœlum leuare, ipsum cœlum ad se potuit inclinare.

De oratione.

- I** Iam verò continendi virtute accepta securè accedit ad orationem, quæ nimirum est oris ratio, quæ iam ore ad os loquitur cum Deo suo veniam postulans pro delictis. Quòd si iam posueris in corde tuo à peccatis deinceps abstinere, primum est vt cum ipso domino in oratione loquens recogites omnes annos tuos in amaritudine animæ tuæ.

De postulatione.

- K** Dehinc postquam in lamentiis pœnitentiæ aliquandiu perseuerans fiducia conceperis veniæ, accede iam securus ad postulationes, vt securè tanquam receptus in gratiam dominis, tibi & sociis tuis audeas petere quod oportet. At fortasse postulas, quomodo nosse poteris, vtrum consequutus sis indulgentiam. Sic enim conseruandæ humilitatis gratia diuina scilicet pietas ordinare, vt quantò quisque plus proficit, eò minus se reputet profecisse. Nam & vsque ad supremum spiritus exercitij gradum, si quis eousque profecerit, aliquid ei de primi gradus imperfectione relinquitur, vt vix sibi primum videatur adeptus. Attamè si ambulas quæ retro sunt obliuiscès, & ad ea quæ ante sunt desiderio te extèdas, ex proposito proficiendi curatum te esse non dubites. Impossibile enim est in feruore conuersationis hominem ambulare peccatorum adhuc sarcina prægrauatum. Propter quod fiducialiter postulare potest qui eiusmodi est, tantum caueat ne fortè non postulanda, aut nimis quæ non ad eò sunt postulanda, aut tepidè quæ toto sunt affectu & omni tempore postulanda. Hæc autè sunt pro quibus incessanter & quam obnixè potes clamè ad Deum desideria tua, vt habeas gratiam eius bonam, & piacere possis in oculis pietatis eius, & in eo viuas, & moriaris in ipso, vt gloriâ eius videre & ipso frui in perpetuum merearis.

De gratiarum actione.

- L** Porrò ad quartum orationis genus quod est gratiarum actio, per paucos credimus peruenire. Et quòd rarius, eò preciosius est. Multam enim gratiam inuenit apud Deum, quem

erudit antequam inuocetur, & testimonium reddit spiritui
 eius, spiritus quem habet ex Deo, quoniam exauditum est de-
 siderium eius. Ita vt certus iam non orare, sed gratias agere
 possit. Prima igitur. i. obsecratio, verecundo fiat affectu. Se-
 cunda quam propriè diximus orationem, affectu puro, vt vi-
 delicet non dissimulemus peccata, non nos palpemus, scien-
 tes quòd sic quisque misericordiam inuenit apud Deum, si
 inuentus fuerit durus iudex in semetipsum. Tertia. i. postula-
 tio, amplum quærit affectum, & fiducię latitudinem, scriptum
 est enim: Postulet in fide nihil hæsitās. Credo enim propter
 ea dictum: Quemcunque locum calcauerit pes vester, vester
 erit, quia tantum impetrabimus, quantum porrexerimus pe-
 dem fidei. Quarta, quæ est gratiarum actio, deuotione plenif-
 sima, & deliciis debet esse affluens. Vnde breuiter dico non-
 nullos (vt arbitror) experiri interdum in oratione hebetudi-
 nem quandam mentis, vt scilicet orantes labijs, non satis at-
 tendant quæ dicant, aut cui loquantur, pro eo quòd velut ex
 consuetudine quadam cum minus digna reuerentia & solli-
 citudine accesserunt. Quid enim aliud cogitare debet homo
 intrans ad orationem, quàm curiam cœlestem illam in qua
 rex regum stellato sedet solio circundante innumerabili &
 ineffabili beatorum spirituum exercitu? Quanta ergo cum
 reuerentia, quanto tremore, quanta illuc humilitate accede-
 re debet à palude sua procedens & repens ranunculus vilis?
 Quàm tremebundus, quam supplex, quàm humilis, quàm solli-
 citus, & toto intentus animo maiestati glorię, in præsen-
 tia angelorum, in concilio sanctorum, & congregatione as-
 sistere poterit miser homuncio? In cunctis igitur actionibus
 multa est opus vigilantia, sed præcipuè in oratione. Licet
 enim semper videamur à Deo, tamen tunc præcipuè præsen-
 tamus & ostendimus nos quasi facie ad faciem cum Deo lo-
 quentes. Porrò quanuis vbique sit Deus, in cœlo tamen
 orandus est, ibique orationis tempore cogitandus, vt mens
 nostra in oratorij tecto, non aëris spatio, non ipsa retarde-
 tur nubium densitate iuxta illud: Pater noster qui es in cœ-
 lis. Cœlum enim quadam prærogatiua etiam sedes siue thro-
 nus Dei vocatus, quia ad eam comparationem qua Deum
 in cœlis vident angeli sancti & electorum animæ, nos mi-
 seri & peregrini super terram vix solum nomen habere vi-
 demur.

Quid sit puras manus in oratione leuare.

Leuantes puras manus sine ira & discordia. Ille puras manus leuat in oratione, cuius conscientia tempore orationis exultans bonorum actuum recordatione in quendam confidentiam sese attollit, & diuinis presentat obtutibus. Quæ quidem confidentia aut ex innocentia, aut ex digna neceffe est penitentia oriatur. Si videlicet aut nõ flenda commiserit, aut commissa dignè desseuerit.

HVGO DE S. VICTORE.

Quòd actio sine deuotione mortua reputetur.

Cap. 3.
N

Corporalis exercitatio ad modicum vilis est, & visibilis actio quasi corpus est, interior deuotio quasi spiritus. Actio per deuotionem viuit, sicut per animam corpus. Deuotio autem actionem viuificat, sicut anima corpus. Omnis enim actio quæ sine deuotione est, mortua est. Visibilis igitur actio quasi viuit, & inuisibilis deuotio ipsa est vita. Quod autem viuit, hoc moritur: sed quod vita est, ipsum non moritur: quia actio transitoria sicut ex tempore initium habet, ita etiam finitur in tempore. Pietatis autem voluntas ex tempore inchoat, sed non finitur in tempore.

BERNARDVS.

Quòd turpe sit monacho, sibi ipsi in corporis solatio dispensare.

Cap. 5.
O

Modico vino vivere propter stomachum tuum & frequentes infirmitates. Illi qui hodie nimis sibi blandiuntur de hoc exemplo Pauli, attendere debent: primum quidem Apostolum minimè sibi rem istiusmodi suadere, sed nec discipulum quidem nequè exposcere sibi. Deinde non monacho hoc intemum, sed episcopo, cuius vita, teneræ & adhuc nascenti ecclesie pernecessaria esset. Timotheus hic erat. Da mihi alterum Timotheum, & ego cibo eum etiam auro, & poto balsamo. Caterum tu tibi metipsi dispensas, misertus tui. Suspecta est mihi (fateor) tua ipsius vice dispensatio. Et vereor tibi illud sub regmine & nomine discretionis à carnis prudentia. Id te saltem admonitum esse volo, vt si ista tibi auctoritas Apostoli placet de bibendo vino modico, quod ille adiunxit non pertermittas.

Quòd

his, sed e
& humil
heredita
de popul
Vereor
res esse v
honorat
C
Honor

Quòd laqueus diaboli diuitiæ nominentur.



*Q*ui volunt diuites fieri in hoc seculo, in-
 tentationes & in laqueum diaboli. Ergone la-
 queus diaboli diuitiæ sunt huius seculi?
 Heu quàm paucos inuenimus qui ab hoc la-
 queo liberari exultent! quàm multos qui do-
 lent quòd parum sibi videntur irretiti, & ad-
 hac quantum possunt ipsi se inuoluere & intricare laborant!

Cap. 6.
P

Finitur Epistola ad Timotheum prima.

SEQVITVR EPISTOLA
 AD EVNDEM SECVND A.

BERNARDVS.

Quòd mandata Domini seruare debeat, qui vult
 in eius populo numerari.



*N*on dicit dominus qui sunt eius. Quid me
 vocatis Domine, Domine, & nō
 non facitis quæ dico? Vis scire an
 pertineas ad populum eius? vel
 potius vis esse de populo eius? Fac
 quæ dicit, & computabit te in po-
 pulo suo. Fac quæ iubet in euan-
 gelio, in lege, & prophetis. Ob-
 tempera eius vicariis, præpositis
 tuis non tantum bonis & mode-
 stis, sed etiam dyscolis. Disce ab ipso domino, quia mitis est
 & humilis corde, & eris de beato populo eius quem elegit in
 hereditatem sibi. Vereor autem ne multi se profiteantur esse
 de populo eius, quos tamen ipse non habeat pro populo suo.
 Vereor ne de plerisque qui quasi in populo eius religiosio-
 res esse videntur, ipse aliquando dicat: Populus hic labiis me
 honorat, cor autem eorum longè est à me.

Cap. 2.
Q

Quomodo pontificis ministerium honoretur.

Honor a ministerium tuum. Honorabis autem grauitate me- R

DD iiij

rum, maturitate consiliorum, & actuum honestate. Hæc sunt quæ officium episcopale maxime nobilitant & ornant. Omnia fac cum consilio, nõ tamen omnium aut quoruncunque, sed tantum bonorum. Bonos in consilio, bonos in obsequio bonos habeas contubernales, qui vitæ & honestatis tuæ & custodes sint & testes. In hoc te probaueris bonum, si testimonium à bonis habueris.

Vnde supra.

S *Honora ministerium tuum.* Ministerium inquit, non domini. Ipsum itaque honora non te, Nam qui quærit quæ sua sunt, se cupit honorari, non ministerium. Honorabis autem non cultu vestium, non equorum fastu, non amplis ædificiis, sed ornatis moribus, studiis spiritualibus, operibus bonis.

Quod à domino iuste, reperitur, quicquid nobis eius pietas pollicetur.

Cap. 3.
T

D

Reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. An in eo confidit sibi coronam esse repositam, quod per illum opera bona fiebãt? Sed multa per malos siue homines siue angelos sunt bona, nec tamen reputantur eis in merita. An quia potius & cum ipso, hoc est cum eius bona voluntate fiebant? Nam si inuitus (inquit) euangelizo, dispensatio mihi credita est. Si autem volens, gloria mihi est. Cæterum si vel ipsa voluntas, de quo omne meritum penderet, ab ipso Paulo non est: quo pacto eam quam sibi repositam præsumit, coronam vocat iustitiæ? An quoniam iustitiam ex debito requiritur, quodcunque vel gratis promittitur? Denique ait: Scio cui credidi, & certus sum quia potest est depositum meum seruare. Dei promissum suum appellat depositum. Et quia credidit promittenti, promissum repetit. Promissum quidem ex misericordia, sed iam ex iustitia persoluendum. Est ergo quam Paulus expectat corona iustitiæ, sed iustitiæ Dei, non suæ. Iustum quippe est vt Deus reddat quod debet: debet autem quod pollicitus est.

Finitur Epistola II. ad Timotheum.

SEQVITVR

SE



membru
quæ tam
tinendus
quare, q
est. Dehi
cum eo s
Deo. O
quatione
reas, sed
finiuit, &

Sobriè,
fenti sobri
nobis sin
pietatis e
mus. Sol
Dei hum
tissima,
cula, sedu
fira omni
tis, & so
mentis af

SEQVITVR EPISTOLA

AD TITVM.

BERNARDVS.

Quid Deo, quid nobis, quid proximo debeamus.



*S*obriè, & iustè, & piè viuamus in hoc se-
culo. Hęc tria sunt conuersationi no-
stræ maximè necessaria: quoniam
primum debemus nobis, secundum
proximo, tertium Deo. Nam qui
fornicatur, in corpus suum peccati
magno illud priuans honore, & pa-
uendo addicens pudendòque dede-
cori, tollens membrum Christi, &

Cap. 2^o
V.

membrum faciens meretricis. Ego autem non ab ea tantum
quæ tam abominabilis est, sed ab omni voluptate carnis con-
tinendum dico. Ante omnia perfectam hanc continentiam
quare, quam tibi debes ipsi. Nemo enim te tibi propinquior
est. Dehinc adde misericordiam, quam debes proximo: quia
cum eo saluandus es. Deinde etiam patientiam, quam debes
Deo. Omnes enim qui piè volunt viuere in Christo, perfe-
ctionem patiuntur. Vide ergo ne per impatientiam pe-
reas, sed vniuersa pro eo sustine, qui prior pro te maiora su-
stinuit, & apud quem patientia infructuosa non erit.

Quid in nobis sobrietas, & iustitia, & pie-
tas operentur.

*S*obriè, & iustè, & piè viuamus in hoc seculo. Vt scilicet in præ- X
senti sobrietas obseruetur, vt iusta satisfactione præterita, quæ
nobis sine fructu salutis præteriere tempora redimantur, vt
pietatis clypeum imminentibus de futuro periculis oppona-
mus. Sola est enim quæ ad omnia valet pietas. Cultus scilicet
Dei humilis & deuotus. Nec aliter nobis est prouidere no-
uissima, nisi vt vniuersa quæ nobis imminere videntur peri-
cula, sedula nobiscum cogitatione versantes discamus de no-
stra omnino industria, magis autem de nostris diffidere meri-
tis, & soli diuinæ nos protectioni committere pio quodam
mentis affectu, & effectu piæ intentionis in ipsum. Habes &

in euangelio tria hæc, ipso tibi sermone domini commendata Beati (inquit) pauperes. Beati mites. Beati qui lugent. Beati qui sapiunt præ desiderio cœlestium interno quodam sapore mentis præsentia respicere. Beati qui nouissima prouident, & pietate cordis ad futuram tendunt hæreditatem. Beati qui pristinum intelligentes errorem, crebris lauant lachrymis suum lectum. Et sanctus Moyses ait: Vtinam saperept & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Ac si dicat: utinam esset in eis spiritus sapientiæ & intelligentiæ atque consilij. Vtinam hæc in nobis inueniantur, vt suauiter omnia nostra per sapientiam disponamus, vt intellectu præterita peccata damnemus, vt prouideamus futura consilio. Vtinam sapiamus ad præsentis uitæ moderationem, intelligamus ad præteritæ correctionem, deuota in Deum fide prouideamus, vt felicem habeamus ipso miserante consummationem.

Quod per humanitatem Christi, Dei benignitas innotescit.

Cap. 3.
Y



*A*pparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei, Apparuerat potentia in rerum creatione. apparebat sapientia in earum gubernatione: sed benignitas misericordiæ maxime apparuit in humanitate. Innotuerat Iudæis potestas in signis atque portentis, vnde in ea lege inuenies sapius, Ego dominus, ego dominus. Philosophis quoque abundantibus in sensu suo maiestas innotuit. Veruntamen & Iudæi potestate premebantur, & Philosophi scrutatores maiestatis opprimebantur à gloria. Potestas subiectionem, maiestas exigit admirationem, neutra imitationem. Appareat domine benignitas tua, cui possit homo qui ad imaginem tuam creatus est, conformari. nam maiestatem, potestatem, sapientiam nec imitari possumus, nec expectat æmulari. Quousque angusta est misericordia tua in sola angelorum parte, reliquam occupat iudicium cum toto pariter humano genere. Domine in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes. Terram vniuersam condemnas & æreas potestates.

Vnde supra.

Z Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei. Priusquam appareret humanitas, latebat benignitas, siquidem & prius erat. Nam misericordia domini ab æterno est. Sed vn-

de tanta cognosci poterat? Promittebatur, sed non sentiebatur. vnde & à multis non credebatur. Apparuit igitur benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei. Vbi Dei innotescit humanitas, iam benignitas latere non potest. Quid enim tantopere declaret eius misericordiam, quàm quòd nostra suscepit miseriam? Quid ita pietate plenum, quàm quòd verbum Dei propter nos factum scœnum? Magna & manifesta benignitas, Dei humanitas, & magnum benignitatis indicium declarauit, qui humanitati addere Dei nomen curauit. Ad Mariam missus Gabriel angelus filium Dei loquitur, sed non nominat Deum. Benedictus Deus qui talem nobis de nobis ipsis angelum dedit, vt noster ipse suppleret quod ille non dixit. Quid enim sic instruit fidem, spem roborat, charitatem accendit, quomodo humanitas Dei? Vnum in quo conueniunt Apostolus & angeli, qui de Christi natiuitate loquuntur, id est in nomine saluatoris. Benè dulce nomen illius nullus ex ipsis tacuit, quia hoc mihi maximè necessarium fuit. Alioquin quid agerem audiens dominum venientem? Nunquid non fugerem sicut Adam? Nonne desperarem audiens, quia venit ille cuius legem sic præuaricatus sum? cuius patientia sic abusus sum? cuius beneficio tam ingratus inuentus sum? Quæ verò maior poterat esse consolatio, quàm in dulci vocabulo saluatoris? Præterea & ipse dicit, quòd non venit vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Iam confidenter accedo, iam supplico fiducialiter. Quid enim timeam, quando saluator venit in domum meam? Ei soli peccaui, donatum erit quicquid indulserit ille.

Finitur Epistola Beati Pauli ad Titum.



SEQVITVR EPISTOLA EIVSDEM AD HEBRÆOS.

BERNARDVS.

Quanta charitate sancti angeli salutem desiderant electorum.

Cap. 1.
A



Omne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui latitudinem capiunt salutis? O quantum desiderant ciues cœli instaurari ciuitatis suæ ruinas! Quomodo solliciti sunt vt veniant lapides viui cui coedificentur cum eis! Quomodo discurrunt medi jinter nos & Deum, fidelissimè portantes ad eum gemitus nostros, & ipsius nobis gratiam deuotissimè reportantes! Planè non dedignabuntur vt simus socij eorum, quorum facti sunt iam ministri. Festinemus, obsecro, festinemus, tota nos multitudo curiæ cœlestis expectat. Exultare fecimus angelos, quando conuersi somus ad pœnitentiam: proficiamus, & festinemus complere de nobis eorum lætitiã. Vt tibi quicumque es qui deliberas redire ad lutum, reuerti ad vomitum. Putasne placatos habebis in iudicio, quos tanto & tam sperato priuare vis gaudio? Exultauerunt, cum nos ad pœnitentiam venimus, tanquam super iis quos ab ipsa inferni porta cernerent reuocari. Quid nunc erit, si ab ipsa paradisi ianua reuerti viderint, & abire retrorsum eos qui iam pedem alterum habet in paradiso? Nam etsi corpora inferius, tamen habemus corda sursum. Nec soli angeli, sed & ipse angelorũ creator nos expectat. Expectat autem pariter & desiderat.

HUGO DE S. VICTORE.

De virtute verbi Domini.

Cap. 4.
B



Verbum est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, &c. Viuus est vt credas. Efficax vt speres. Penetrabilior vt timeas. Viuus est in præceptis & prohibitionibus. Efficax in promissis & comminationibus. Penetrabilior in iudiciis

SV
iudici
dio an
cidit, &

Port
quo qu
pertine
cretio
In cogi
tatis ser
tatem p
inferio

Comp
Cognit
Medull
Deinde
ossa. D
nem teg
ciunt, si
osibus
tent. Se
ta, & di
deris bo
er bonis
le est cog
er præce
iudicare
sciat mal
tur desid
di. Dulc
affectum
dolcem f
la cogita
abomina
mus, & e
inflamma
paulatim

Non est

indiciis & damnationibus. Penetrabilior, inquit, omni gladio ancipiti. Anceps gladius ex ambabus partibus carnem incidit, & gladius Dei corpus & animam in gehennam perdit.

Sequitur:

Pertingens usque ad diuisionem animæ & spiritus. In vno quoque homine tria sunt, Caro, spiritus, & mens. Ad carnem pertinet delectatio. Ad spiritum cogitatio. Ad mentem discretio. In delectatione est superfluitatis concupiscentia. In cogitatione necessitatis prouidentia. In discretione veritatis sententia. Delectatio obtentu necessitatis ad superfluitatem præcipitat. Prouidentia rationem per compassionem inferioris inclinât à sententia veritatis.

Sequitur:

Compagum quoque & medullarum. Quod explanans subdit: *Cogitationum & intentionum.* Compages, sunt cogitationes. Medullæ, intentiones. Primùm foris sunt opera quasi cutis. Deinde delectatio quasi caro. Deinde cogitationes quasi ossa. Deinde intentio quasi medulla. Sicut enim cutis carnem tegit, sic opera delectationem. Et sicut ossa carnem fulciunt, sic cogitationes desideria pascunt. Et sicut medullæ ossibus interiores sunt, sic in cogitationibus intentiones latent. Sequitur discretio cogitationum, quæ magis est occulta, & difficilius comprehenditur. Quia enim ex prauis desideriis bonæ nonnunquam cogitationes oriuntur, & rursus ex bonis desideriis prauæ cogitationes prodeunt: non facile est cogitationum discernere qualitatem, cum non solum ex præcedentibus, sed etiam ex subsequen- tibus eas oporteat iudicare. Verbi gratia: Nemo est qui desiderium rapinæ nesciat malum esse. Sed aliquando ex desiderio rapiendi nascitur desiderium occidendi, & inde nascitur horror homicidij. Dum ergo ex malo desiderio cogitatio bonum gignens affectum prodit, quasi ex radice mala surculus bonus facit dulcem fructum. Similiter aliquando ex bono desiderio mala cogitatio nascitur, vt nonnunquam pollutionem carnis abominando turpitudinem carnalis concupiscentiæ cogitemus, & ex ipsa nostra cogitatione ad delectationem illicitam inflammmamur. Et quasi de puro fonte manare cœperat, sed paulatim defluens in sentinam turpitudinis ibat.

Sequitur:

Non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Oculus Dei E

& longinqua capit, quia vbique præfens est! & intima, quia in omnibus est: & subtilia, quia perspicax est: & maxima, quia omnia in ipso sunt. Hoc prosequitur dicens: Omnia sunt in conspectu eius nuda & aperta. Vel, nulla creatura dicit, nulla actio, vel cogitatio, vel humana intentio. Ad quem nobis sermo, id est ad Deum vel ad sermonem, subauditur vel est, vel erit, vel esse debet. Primum fit sermo Dei ad nos, postea sermo noster ad Deum. Duobus modis fit sermo Dei ad nos: interius per inspirationem, exterius per prædicationem. Duobus etiam modis fit sermo noster ad ipsum: vel consulendo, vel rationem reddendo. Si enim modò rationem ex voluntate consulere ad faciendum volumus, tunc ex necessitate de factis rationem reddemus. Vel aliter: Ad quem nobis sermo. Loquamur ad Christum de nobis, vt ipse ad patrem loquatur pro nobis: quia pontifex est, vt offerat Deo, populi preces & vota.

BERNARDVS.

Quòd ex Christi passionibus homini fiducia generetur.

F *Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitates nostras. per omnia pro si. absque peccato.* Benedictus Deus, benedictus Dei filius, in forma Dei impassibilis, priusquam exinaniuisset se, formam serui accipiens, sicut miseriam vel subiectionem expertus non erat, sic misericordiam vel obedientiam experimento non nouerat. Sciebat quidem per naturam, non per experientiam. At vbi minoratus est non solum à seipso, sed etiam paulò minus ab angelis, vique ad illam formam in qua pati & subiici posset, in passione expertus est misericordiam, & in subiectione obedientiam. Per quam tamen obedientiam non illi scientia sed nobis fiducia creuit, dum ex misero genere cognitionis, is à quo longè erraueramus factus est propior nobis. Quando enim illi appropinquare auderemus in sua impassibilitate manenti? Nunc autem, Apostolo suadente, monemur cum fiducia adire thronum gratiæ ipsius, quem in eo quòd passus est ipse, nobis compati posse non dubitamus. Non ergo debet absurdum videri, si dicitur Christum non quidem aliquando scire cœpisse, quod aliquando nesciuerit: scire tamen alio modo, vt scire misericordiam ab æterno per diuinitatem, didicisse per carnem.

H V G O

HUGO DE S. VICTORE.

Quòd duplex esse debeat assumptio prælatorum.



*M*nus pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his que sunt ad Deum, vt offerat oblationes & sacrificia pro peccatis. Duplex debet esse assumptio eorum qui præficiuntur: scilicet vt intus per gratiam primùm assumantur ad virtutis excellentiam, & foris per electionem & auctoritatem ad gradum dignitatis. Verùm assumuntur alij foris, & non intus, sicut mali prælati. Alij foris, & intus, sicut boni prælati. Alij intus, sed non foris, vt boni subditi. Alij nec foris, nec intus, vt mali subditi.

Cap. 5.
G

BERNARDVS.

Quomodo intelligi debeat illud Apostoli, Didicit ex iis. *H* *D*idicit ex iis que passus est obedientiam. Pati voluit Christus vt compati sciret. Miser voluit fieri vt misereri disceret: non quia ante misereri nesciret, cuius misericordia ab æterno: sed quod natura sciebat ab æterno, temporali didicit experimento. Vel aliter potest intelligi, vt hoc quod dictum est Didicit, non ad ipsum caput referatur in eius persona, sed ad corpus eius, quod est ecclesia. Et sit sensus: Didicit ex iis que passus est obedientiam. hoc est, obedientiam didicit in corpore, ex iis que passus est in capite. Nam illa mors, illa crux, opprobria, sputa, flagella, que omnia caput nostrum Christus pertransiit, quid aliud corpori eius, id est nobis, quam præclara obedientie documenta fuerint? Denique Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, in Apostolos Petrus, vt sequamini vestigia eius. Ex iis ergo que passus est, didicimus quanta nos qui puri homines sumus, oporteat pro obedientia perpeti, pro qua is qui & Deus erat, non dubitauerit mori.

HUGO.

Salus morte Christi quæsitæ, quanta sit diligentia conseruanda.



*R*ursus crucifigentes et ostentui habentes filium Dei. In hoc peccatores denuo renouari non possunt, quia & aliam crucem & aliam mortem filij Dei habere non possunt. Non quòd pœnitentibus venia denegetur, sed pro peccatoribus Christus iterum non mo-

Cap. 5.
I

rietur. Custodi ergo salutem tuam. Semel pro illa Christus mortuus est. Si illam amiseris, non poteris habere Christum alium qui pro te moriatur, vel eiusdem Christi aliam mortem. Dicit tibi Christus: Serua salutem tuam. Ego pro illa mortuus sum. Si illam amiseris, ego item mori non possum: tamen eadem morte amissam iterum reddere possum. Sed nolo mihi iniuriam facias: quia si salutem tuam morte mea acquisitam voluntariè peccando iterum amiseris, quantum in te est, iterum crucifigi, iterum me mori compellis.

BALDVINVS.

Quòd tam iustorum quàm impiorum meritis præmia respondebunt.

Cap. 10.
K



Erribilis est expectatio iudicij, & ignis emulatio quæ consumptura est aduersarios. Ecce iam nunc in moribus hominum futuri iudicij figura præcedit. Ignis enim cupiditatis, & libidinis, & malignitatis recensensus est in medio populorum, & lætè depopulatur habitatores terræ, quæ iam vicina sit mundi conflagratio. Quæ cum venerit, configurabitur pœna culpæ. Qualis enim nunc est culpa, talis erit & pœna. Vita enim malorum ignis est, & pœna eorum ignis erit. Vitæque iustorum ignis est, & sic ignis eorum gloria erit. Ardent nunc iusti diuini igne amoris, quem dominus venit mittere in terram, & quem vult ut ardeat. Ignis enim est in Sion, & calor ignis erit in gehenna. Ardebunt iusti in futuro, sed sic Seraphin ardebunt, & fulgebunt sicut sol in conspectu domini, & lucebunt in splendoribus sanctorum. Hæc erit eorum gloria, qui sicut lucernæ ardentes & lucentes per charitatem sibi interius ardent, & ad exemplum foris aliis lucent. Mali quoque in futuro ardebunt, sed dissimiliter. de quibus dicitur: Pones eos in clibanum ignis, &c. Ardent iam nunc de quibus dicitur: Omnes adulterantes quasi clibanus ignis corda eorum. Et de malis dicitur: Super cecidit ignis, & non viderunt solem. Ignis nempe quo mali ardent, non illuminat, sed excæcat, intantum vt solem videre non permittat.

BERNARDVS.

Quòd fides de tribus humani generis hostibus soleat triumphare.



Ancli per fidem vicerunt regna. Quidni attribuat^r fidei victoria, cuius est etiam vita? Iustus autem ex fide viuⁱt. Quotiens ergo tentationi resistis, totiens vincis malignum. Noli id propriis tribuere viribus, noli in te sed magis in Deo gloriari. Quando enim ille fortis armatus tuæ cederet in-

Cap. 11.
L

firmitati? Aduersarius vester diabolus (ait Petrus) tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Et beatus Ioannes: Hæc est (inquit) victoria quæ vincit mundum fides nostra. Vides quemadmodum sibi veritatis testimonia concinant? Paulus fide regna vicisse sanctos: Petrus principi mundi resistendum in fide: Ioannes: Hæc est, inquit, victoria quæ vicit mundum fides nostra.

A D A M.

Quòd Christus septem disciplinas pro peccatis nostris accepit.



N disciplina perseuerate. Tanquam filius offert se nobis Deus. Totus in disciplina debet esse discipulus verbi, vt ex verbere disciplinæ humilietur ad timoré, ad scientiam erudiatur, exerceatur ad patientiam, ad gloriam elimetur. Cùm enim illud recolⁱt, Ego quos amo arguo, & castigo:

Cap. 12.
M

eo se præsumit Dei filium, quo se sentit verberibus disciplinæ subiectum. Non enim deest disciplina verbi magisterio, nec disciplinæ est expers, cùm nomen trahat à verbere verbum patris. Quia & virga suæ potestatis verberat aërias potentates, & per virgam de radice lesse, ex corde patris exiens nostros correxit errores. Verbum enim incarnatum dum in carne sua verbera sustinuit, quæ nobis debebantur, dum flagellis dorsum exposuit, imitatores suos ad disciplinæ sustentiam informauit. Disciplina quippe pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Quòd si supra dorsum eius, quod est dorsum innocentie, fabricauerunt peccatores, debent corpus noxium, corruptum vitii, flagellis subducere poenitentes? Inspiciamus si placet quot disciplinas innocentie verbum in passione suscepit, quarum proculdubio fidelis discipulus & imitator, & prædicator existit. Septem sunt vt considero, quarum primam sustinuit in flagellis, sc-

E E

SANCTI

cundam in sputis, tertiam in colaphis, quartam in spinis, quintam in clavis, sextam in esca fellis, septimam in lanceatione lateris. In his septem disciplinis verè liberalibus tota Christianæ patientiæ philosophia consistit.

BALDVINVS.

- N** Quod radix æternæ dulcedinis sit amara.
Omnis autem disciplina in presenti quidem videtur non esse gaudij sed mororis. Postea autem fructum paratissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Ad contemplatiuæ vitæ dulcedinem accedentibus, non statim gaudium promissæ suauitatis occurrit, sed prius ostendunt amarissimum corticem compunctionis super antea factis criminibus. Deinde etiam durissimam testam inueteratæ consuetudinis. Contra & tandem & debellato hoc vitio, ostendet & aperiet sese fideliter & humiliter quærenti animæ suauitas domini.

CASSIANVS.

Quod nec equo calcar, nec reprehensio placeat delinquenti.

- O** *Omnis disciplina in presenti non videtur esse gaudij sed mororis. Etenim sectio vel vltio salutaris quæ illis qui huiusmodi contagione putrefacti sunt, piè infertur à medico, mala tolerantibus exillimatur. Nec equo calcar, nec emendatio stauis est delinquenti.*

PETRVS CANTOR.

De triplici claudicatione.

- P** *Erigite genua dissoluta, & manus remissas ad Deum, ne claudicat quis erret, magis autem sanetur. Est triplex claudicatio, mortalis culpæ, vt qui Deum colit pro temporalibus & æternis vnde & illud: Vsquequo claudicatis in duas partes? Si dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini eum. Non potestis duobus dominis seruire. Sic etiam claudicat, qui recipit vnum testamētum sine reliquo. Est & claudicatio infirmitatis humanæ & licita, eorum qui non viros pede, vt virgines sequuntur agnū. Est & claudicatio virtutis & gratiæ, qua claudicauit Iacob, & illi qui temporalibus vtuntur solum pro natura, & se suspendunt à reliquis pro coronâ.*

CASSIANVS.

Quod qui fraternis bonis inuidet, Dei iudicia reprehendit.

- Q** *Videte ne radix amaritudinis sursum germinans impediatur. Hæc radix amaritudinis inuidia est, quæ se erigens ad superna, in com-*

in contumeliam ipsius qui bona homini confert, tendit auctoris. Non enim aduersus hominem, sed planè aduersus Deum blasphemus extollitur, qui nihil in fratre aliud nisi bonum meritum carpens, non hominis culpam sed Dei iudicia reprehendit.

BERNARDVS.

Quòd Christi gratia præstò fuerit præteritis, præsentibus, & futuris.



*I*esus Christus heri & hodie, ipse & in æternum. Hesternum quidem ab initio seculi vsque ad dominicam ascensionem, hodiernum verò diem exinde vsque ad seculi consummationem, æternum intellige post cõmuniem omnium resurrectionem. Nulli horum deest Christus, nulli deest Iesus. Nulli deest vnctio,

Cap. 13^o
R

nulli salus. Patriarchis & Prophetis in visione exhibitus est, Apostolis in humilitate, nobis in fide, Angelis in specie. Quam sanè speciem & electis hominibus ostensurum se promittit, non quidem hodie, sed in æternum. Denique iam transierat, iam nostrum illud illuxerat hodiernum, cum Apostoli loquerètur: Etsi cognouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Videtur tamen etiam in hoc mane de carnibus agni non nihil esse seruatam, sed quod reseruum est iam datur igni, quòd videlicet vsque hodie eadem caro nobis, sed spiritualiter non carnaliter exhibeatur. Neque enim est quòd causemur nostro huic negatam tempori, siue etiam quæ ad patres veteris testamenti facta est, apparitionem, siue eam quæ Apostolis exhibita est, præsentiam carnis eius. Siquidem fideliter considerantibus, neutram deesse liquebit. Adest enim nobis etiam nunc carnis ipsius vera substantia, haud dubium quàm in sacramento assunt reuelationes, sed in spiritu & virtute, vt tempori gratiæ quæ nunc est nihil in vlla gratia deesse probeatur. Nec mireris quòd carnales huius manifestationes exhibuit, qui carnalem eius præstolantur aduentum. Nobis enim tantò efficacior gratia & reuelatio dignior necessaria est, quantò excellentiora constat esse quæ expectamus.

Finiuntur Epistolæ Beati Pauli Apostoli.

EE ij

SEQVITVR EPISTOLA
BEATI IACOBI APOSTOLI.

GILBERTVS.

Quòd vnguentum patientiæ vincat vnctio charitatis.

Cap. 1.

S



*Mne gaudium existimate fratres, me-
cum in tentationes varias incidere.
Dixerat dominus, In paciētia ves-
tra possidebitis animas vestras.
Ipsa enim paciētia est velut qu-
dam impassibilitatis odor. Ille
siquidem mala nulla inferuntur,
hic verò paciētiæ beneficio ali-
vnguento quodam mitigatorio,
etiam quæ illata sunt, non sentuntur.*
Efficax & utile omnino vnguentum, quod etiam inter
carnis vexationes animum ab iniuria tuetur, & continet ne
fatiscat, ne deficiat, ne laboret. Verùm adhuc excellentio-
rem vobis vnctionem demonstro. Omne gaudium existima-
te fratres, &c. An non tibi videtur excellentiori perfusus
vnguento, qui nouit in aduersis gaudere, quàm qui didicit
in ipsis non contristari? Minus est enim quò excluditur do-
lor, quàm quò lætitia suadetur. Denique & inimicos non
modò tolerare, sed etiam amare iubemur. Odor ergo dile-
ctionis super omnia aromata.

GALFRIDVS.

Quòd vt nostras saluemus animas, omnem immundi-
tiam & malitiam abiicere debeamus.

T *Abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in
mansuetudine suscipite insitum verbum, &c. Cibis est anima
verbum Dei, nec tam curioso expectatori quàm auido pro-
derit susceptori. Quis enim vestrum ad panem hodie corpo-
ralem ociosus spectator accedet? Edant pauperes & satores-
tur, non videant & mirentur. Ego verò (fateor) non parum
mihi timeo in hac parte. Siquidem minus facile cordi infer-
tur audientis, quod non exit de corde loquentis. Felix qui in
corde suo abscondit eloquia domini, qui verbum insitum*
magis

magis
erat,
sed qu
stra, s
habere
tiam
si caue
in habi
terdum
dinis g
gitur, e
cōfotur
lierem h
queren
ergo om
per qua
possimu
hoc sapi
tum ver
tionem,
mansuet
dit manu
lum eius
Quid au
stras pos
saluatio,
verbum
non amb
quòd ne

Qu
R
de venena
sunt. Q

magis quàm foris editum in mansuetudine suscipit! Dignum erat, nullam penitus maculam, nullam nos malitiam nosse: sed quia non est istud virtutis, imò potius infirmitatis nostræ, studeamus interim abiicere, quod non possumus non habere. Abiicientes (ait) omnem immunditiam & abundantiam malitiæ. Vtraque enim quàm copiosa, quàm multiplex, si cauentur in opere, subrepunt in sermone, in quouis gestu, in habitu, in cogitatu denique vel affectu. Quàm occultè interdum vel næuus impuritatis suboritur, vel radix amaritudinis germinat, dum nescitur. Et processu temporis si negligitur, erumpet in regulam, quod longa fuerit dissimulatione cõsolutum. Dicunt homines seculi, nihil fordus in suo sale mulierem fatuam inuenire. Et facit hoc non munditia salis, sed querentis negligentia, vel potius non querentis. Abiciamus ergo omnem penitus immunditiam & abundantiam malitiæ, per quam charitas refrigescit, vt mundo cordè Deum videre possimus, sed & pacifici filij Dei vocemur & simus: Verbum hoc sapientiæ est, & nihil inquinatum incurrit in eam. Insitum verbum est, quod intus loquitur Deus per fidem, per rationem, per inspirationem, per testimonia scripturarum. In mansuetudine suscipite. A liocuin si vocat, & renuis, si extendit manum, & non sit qui aspiciat, si despicias omne consilium eius & increpationem, non te saluabit qui solus potest. Quid autem dicimus quòd verbum hoc dicitur animas nostras posse saluare? Si in verbo hoc possibilitas est non certa saluatio, vt quid ego pro ambiguis certa reliqui, propter hoc verbum custodiens vias duras? Nolite metuere fratres mei, non ambiguum est, sed arduum, sed difficile; sed immensum, quòd nemo alius potest saluare, scilicet animas nostras.

GILBERTVS. h. m. s. p. t. n. n.

Quòd lingua inflammata à gehenna ad bonum non valeat inflammare.



Lingua modicum membrum inflamat rotam naturæ nostræ, inflammata & ipsa à gehenna. Lingua praua iracundiæ & indignationis occasiones requirit, iniurias vel falsas simulat, vel veras exaggerat, quas debuerat dissimulare: ad offensam officia interpretatur, & venenati sermonis scintillas adhabet ad commoedendum cor suum. Quid lingua nequam cordi tuo tales adhibes flam-

Cap. 3.
V

mas ? sufficiat illi flamma sua, ardor carnalis concupiscen-
tia, & leuitatis calor innata, quibus cor tuum aeri rota vo-
lubilis impellitur. Ignem hunc quem euomis, hauris de ge-
henna. Inflammata (inquit) à gehenna. Lingua hæc malè
coccinea est, sed vineta non est. Non enim ligat sed dissi-
pat. Malè succendit, quia succidit vnita, quia dissidij ver-
ba scintillat. Flamma talis de inferis est. Nam flamma quæ
desursum est, pudica & pacifica est, bonis consentiens, & bo-
nos faciens. Verbum enim dulce & mal. ami. & iniri. in.
Quasi flammam flamma consumit, inferiorem superior, in-
fernalem cœlestis, dum sapiens & suauē verbum vincit ma-
lignum, & dulce durum emollit.

BERNARDVS.

Quod Dei sapientiam pax & pudicitia continentur.
X *Sapientia quæ desursum est, primùm quidem pudica est, deinde
pacifica, &c.* Pudica quidem est, contra propriæ voluntatis
impuritatem. Pacifica, contra proprii consilij obstinatum
rebellionem. Audiant igitur qui propriæ voluntatis & pro-
prii consilij lepra sordent. Audiant quàm breui versiculo
spiritus sanctus lepram vtraque condemnet.

Vnde supra.

Y *Sapientia quæ desursum est, &c.* Omnem ergo cogitationem
in qua hæc duo non concurrunt, à Dei sapientia alienam non
dubites. Ea verò quæ pudica videtur, nec ad vitia trahit aper-
tè, sed virtutis præterdit imaginem, tunc demum à Deo no-
ueris esse si pacifica sit, si prælati tui atque spiritualium fra-
trum approbetur iudicio: quoniam non faciet dominus re-
bun quod non reuelauerit seruis suis. Quanta verò deuotio-
ne, quanta humilitate, quanta sollicitudine cogitatio salubris
non aliter quàm diuinæ dignationis sermo suscipi debeat.

Z *Sapientia quæ desursum est, p. q. p. &c.* Bona pudicitia comes
patientia, quæ in laude sapientia mutuo connectuntur. Pu-
dicitia modestè se pro dignitate temperat, patientia alienam
immodestiam æquanimiter portat. Illa proprios morus in-
format, hæc alienos imperus infringit: illa decor, hæc est for-
titudō. Ideo dicitur fortitudo & decor indumentum eius.

ADAM.

Quod indignus sit amore opificis, qui ipsi
prætulit opus suum.

EE III



*Vi voluerit amicus esse huius mundi, inimicus Dei con-
stituitur. Amare certè quæ mundi sunt, est con-
templasse cœlestia, est inimicum fieri æternorū.
Ab æternis exulat bonis cōquisitor præsentīū,
nec dignus est amore opificis, quoniam ipsūm
opificem operi suo præferre non nouit.*

GALFRIDVS.

Quòd iustus non sit, qui peccata non facit, sed qui
confitens satisfacit.



*Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro
inuicem & saluemini. Multū enim valet de-
precatio iusti assidua. Iustus est autem qui pec-
catum non dico non operatur (quis enim est
ille?) sed qui non operit, non abscondit. Iustus
autem qui peccatū non fouet, non diligit, confitetur. Confi-
tetur dico non profitetur. Accusat non prædicat. Non iacti-
tat sed deplorat. Denique (vt ait dominus) dic tu iniquitates
tuas vt iustificeris: nec tibi iam dubitaueris dictum: quia mul-
tum valet deprecatio iusti assidua. Vis scire quā multū? Amē
amen (ait veritas pro magnitudine rei præbens incredulis iu-
rumentum) etiam si quid petieritis patrē in nomine meo da-
bit vobis. Quis ergo petere iam dissimulat, nisi qui nō curat
accipere? Quis negligit orare, nisi qui negligit impetrare?*

Finitur Epistola B. Iacobi Apostoli.

SEQVITVR EPISTOLA

B. PETRI APOSTOLI. I.

GVILIELMVS DE S. THEODO.

Quòd quadruplex sit obedientia.



*Astificantes animas vestras in obedientia charita-
tis. Est obedientia imperij & consilij, est sub-
iectionis, est charitatis. Purius autem ac dul-
cius, secundum Apostolum Petrum, ad pares
sue ad minores suos filij obedientiæ castifi-
cant corda sua in obedientia charitatis, quā*

EE iiij

ad maiores subiungant per obedientiam necessitatis. In illa enim sola vel præcipit, vel consulit, vel etiam obedit charitas: hic autem pœnam vel timet vel minatur imperiosa necessitas. Et in illa obediendi sæpe debetur maior gloria, in ista verò obediendi maior semper intentatur pœna.

BERNARDVS.

De tribus gradibus eorum, qui se à seculi actibus alienant.

Cap. 2. **O** *Bsecro vos tanquam aduenas et peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, &c.* Felices qui se præsentī seculo tanquam aduenas & peregrinos exhibent immaculatos, se custodientes ab eo!

De peregrino.

E Peregrinus siquidem via regia incedit, non declinat ad dexteram neque ad sinistram. Iurgantes non attendit, sine nubentes, aut choreas ducentes, aut aliud quidlibet facientes viderit, nihilominus transit, quia peregrinus est, & non pertinet ad eum de talibus. Ad patriam suspirat, ad patriam tendit. Victum & vestitum habens nō vult aliis onerari: Beatus planè qui suum sic agnoscit, sic deplorat incolatum, dicens domino: Quoniam aduena ego sum apud te & peregrinus. Magnum hoc quidem, sed fortasse gradus aliquis altior est. Nam & peregrinus si non admiscetur ciuibus, aliquando tamen delectatur videre quæ sunt, vel audire ab aliis, vel ipse narrare quæ vidit. His & huiusmodi si non penitus remanet, detinetur tamen & retardatur, dum minus memor patriæ minorī accelerat desiderio. Nam & tantopere potest in his delectari, vt inde non solum remoretur, & minus citò veniat, sed remanens ex toto nec perueniat. Quis est magis alienus ab actibus seculi, quam peregrinus? Profectò quibus dicit Apostolus.

De mortuo.

F Mortui enim estis, &c. Peregrinus certè potest facile occasione viatici plusquam oporteat detineri quæ redō, & prægrauari portando. Mortuus si desit etiam ipsa sepultura non sentit. Sic vituperantes, sicut laudantes, sic adulantes audit vt detrahentes, imò verò nec audit quia mortuus est. Omnino felix mors, quæ sic immaculatum seruat, imò penitus alienum facit ab hoc seculo. Sed necesse est, vt qui non viuit in se, viuat Christus in illo, sicut ait Apostolus: Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus. Ac si diceret: ad alia omnia mortuus

mortu
Christi

Mag

inueni

tertiu

re, si q

ipsum d

firi Iesu

mundo

fitus, qu

& ipse n

statio c

verò mu

illa toto

Q

Christi

mi vesti

nobis sa

gens ex

ramur &

ne, & me

stupenda

per mort

contrahi

noza cau

nihilomi

debita pe

us null

Per mort

dimis non

dentia el

Seniore

mus paste

us peccat

mortuus sum, non sentio, non attendo, non curo. Si qua verò Christi, hæc viuum inueniunt & paratum.

De crucifixo.

Magnus gradus est iste, ac fortassis poterit adhuc superior **G** inueniri. In quo quærimus nisi in eo qui raptus est vsque ad tertium cælum? Quis enim prohibet tertium cælum dicere, si quem gradum supra istos poterit inuenire? Audi igitur ipsum dicentem: Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, quasi dicat: non solum mortuus n. ūdo, sed & crucifixus, quod est ignominiosum genus mortis, ego illi, pariter & ipse mihi. Omnia quæ mundus amat, crux mihi sunt: delectatio carnis, honores, diuitiæ, vanæ hominum laudes. Quæ verò mundus reputat crucem, illis affixus sum, illis adhæreo, illa toto amplector affectu.

BALDVINVS.

Quòd mortis æternæ liberatio, nos mortis alterius faciat debitores.

Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. **H** Obedientiam vsque ad mortem requirit à nobis sanguis Christi, qui pro nobis passus est, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius, hoc est vt moriamur & commoriamur ei. Vicissitudinem pro vicissitudine, & mortem pro morte exigit à nobis. O rem mirandam & stupendam! Inde obligamur vsque ad mortem obnoxij, vnde per mortem dimittimur à morte liberi. Inde debitum mortis contrahitur, vnde debitum mortis absoluitur. Iam ergo ex noua causa debitores mortis sumus: quanuis ex veteri culpa, nihilominus ex noua gratia. Sed mors peccatorum pefsima, debita pænæ quædam est exolutio, sic tamen vt ingratitude nulla sequatur absolutio. Pretiosa verò mors sanctorum. Per mortem Christi est quædam gratiarum actio, & vicissitudinis nonnulla similitudo. Hæc autem similitudo mortis, obedientia est vsque ad mortem.

GALFRIDVS.

Qualiter pastores fieri debeant forma gregis.

Seniores obsecro pascite qui in vobis est gregem Dei. Sic ille primus pastor pastores obsecrat, sicut & coapostolus eius Paulus peccatores obsecrans clamat: Obsecro vos pro Christo

reconciliamini Deo. Si ergo illi sic obsecrant, quãdò magis dignum est, vt secundum quod sapiens ait, Pauper cum obsecratione loquatur? Ego præcipere habeo, nec docere scio, nec sufficio vel monere. Cæterùm doceat Apostolus Petrus qui pascere & providere monet & spontaneè secundum Deum. Voluntariè quoque non turpis lucri gratia, neq; ambitu dominationis, sed forma facti gregis ex animo. Et si alia fuerit forsitan gregis actio, ea tamen sit pastoris intentio, vt studeat talis videri quem expediat emulari. Neq; enim spontaneus ille est, quem paupertatis urget dura necessitas. Aut voluntarius, quem cupiditas trahit. Trahit nonnullos: sed qui eiusmodi sunt, non mirentur faciem Moyse sibi apparere cornutam. Mirantur quam plurimi quomodo in ecclesia pecuniarum amor dissuadetur quem sectari hodie ecclesia penè tota videtur. Vnde enim vitulus terræ cultor sic colitur? Quia ab Aaron aurum in ignem mittitur, & sacerdotum exemplo agitur vt ardentè ametur. Nam etsi magna de contemptu mundi dicantur, plus tamen attendunt homines quid agatur. Vident mensas dapibus simul & opibus oneratas, suppellectiles varias, promptuaria plena, gazas multiplices, vel glorianter possideri, vel ardentè appeti, vel optari. Hocci- ne est pascere gregem domini? Nulla eis hæc ædificatio, nulla refectio spiritualis, nulla (inquam) ædificatio, nisi vt ipsi quorum infirma est conscientia, idolothyta mādudent. Nam auaritia idololatria est. Pascite (ait) gregem domini providentes. Alioquin in pascua quanlibet vberi pastor improvidus non tata ouium pastor est quàm luporum. Non enim poterit sufficere, si prædicando gregem pascunt nisi providentes. Providere ergo necesse est, & pervigiles excubias facere, feras abigere, caulas instruere, oves etiam a gras curare, dispersas colligere, errantes ad gregem reducere vel etiam reportare, lupum clava percutere, quem cædere virga, canem vincula fune tenere: videlicet frænare zelum, nec quenlibet simplicium dissimulare peccata, nec vlli parcere tyrannorum. Facti (inquit) forma gregis. Nam formam illam in factis esse necesse est factitiam non fictitiam, sculptam non pictam. Vbi hodie forma gregis? Informis magis hæc vita est, & deformis, modò signat calicè domini, modò talos agit, versat abeam, scacos mouet, aut in aubus cæli ludit, modò canes infligat in leporem, modò angelicum reformat alleluia. Vt terrò illa

ter niri
sacrifici
natori
dientia
pastor
ratio
rere. C
rix cor
solis ar
pian,
quiuat
libit pr

SEC

possum
sublimi
Deniqu
uam on
rissimi
maener
ro? Pecc

ter

ter nimis in eorum aliquem vltio diuina processit, qui ipsa sacrificij hora dum secretas orationes dicere debuisset, venatorias voces (vt aiunt) quibus fuerat assuetus cœperit audientibus omnibus personare. Et cum apparuerit princeps pastorum, nolite esse securi, quia exiget de commissis ouibus rationem. Apparebit sol iustitiæ, & omnia simul faciet apparere. Quam beati qui tunc percipient immarcescibilem gloriæ coronam! Quam verò miseri qui festinant coronare se solis antequam marcescant, vt immarcescibilem non percipiant, pastorum principe apprente, coronam! Nullum, inquit, pratū fit quod non pertransseat luxuria nostra. Transibit profectò & pertransibit luxuria, sed non poena.

Finitur Epistola B. Petri I.

SEQVITVR EPISTOLA B. IOANNIS I.

GALFRIDVS.

Quòd Christum quiuis hominum valeat imitari.



*Q*ui dicit se in Christo manere, debet sicut ipse ambulauit & ille ambulare. Ad hoc venit, ad hoc missus est à patre, Apostolo teste: Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri filij sui. Nullus verò est qui veraciter possit dicere quòd Christum sequi non possit. Sequi potest etiam qui non potest sequi quocunque ierit. Omnes possumus imitari eum, cui nullus æquari. Quis humilior, quis sublimior Christo? Quis tam diues, quis tam pauper existit? Denique quis tam sanctus, quis tam multiplicum vel tam grauium oneratus pondere peccatorum? Patienter sustinete chatissimi: non blasphemor. Nec Iudæi quid possent obloqui inuenerunt, cum diceret: Quis ex vobis arguet me de peccato? Peccata Christus nō habuit sua, sed nostra portauit. Nec

Cap. i.
K

suam ei mater placentiam fecit, vt nobis omnibus conuectur. Heu quàm grauis esca, aceto, felle, myrrha amarior! digna admiratione, plena dilectione communitio! Nullam tibi domine mater tua placentiam fecit. Talem genuit, quod in nullo tuum placitum, tuam veneris facere voluntatem.

BERNARDVS.

Quæ sunt quæ à mundi amatoribus requiruntur.

Cap. 2.
L

Omnia quæ in mundo sunt, sunt concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & ambitio seculi, quæ non sunt (inquit) ex patre sed ex mundo. Viderit hinc quisque cuius sit spiritus, quid diligat, quid cupiat, quid sequatur. Ecce enim speculum veritatis, tantum ne considerato vultu conscientia suæ prætereat, & qualis fuerit obliuiscatur. Ambitio, curiositas, & voluptas, non ex patre sunt, sed ex mundo. A ut certè quia multi codices habent non ambitionem seculi, sed superbiam vitæ: in concupiscentia carnis vniuersam accipe corporalium sensuum delectationem, qua quidem nec ipsa curiositas careat deinceps in concupiscentia oculorum, quæcunque ad humanum diem & secularem gloriam & extrinsecam pertinent veritatem. Porrò in superbia vitæ elationem cordis intellige. Hæc tria qui diligit, mundum diligit, & Dei constitutus est inimicus.

ADAM DE PERSE.

M Quibus laqueis diabolus totum mundum irretiuit. *Omne quod in mundo est, est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Ecce quibus laqueis vniuersum orbem penè diabolus sibi irretiuit. Bestia hæc triformis non tam ascensura est, quam iam de abyfso ascendit, os habens loquens ingéna, & nominibus plena blasphemiam, totum penè genus hominum tribus dictis cornibus ventilauit, certatim properans sibi imprimere imaginem bestia, huius caractere se signari. Eius imago & character est quicquid exterius paret in homine quod non deceat Christianum. Secularis vitæ species, & flagitiorum impudentia, inuerecunda turpium executio, bestialis huius seculi characteré appellamus. Quocirca Apostolus habentibus spiritum Dei formam eius bestia interdicit, inquit: Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri. Elidat ergo concupiscentiam carnis sobrietas mater continentie. Eliminet concupiscentiam oculorum curiositatis inimica sanctæ grauitas disciplinæ.

ne. A
biam v

Quò

Quò
in char
peccato
esse seu
superai

Omni
illam. N
peccato
falli no
dem est
peccatu
illam qu
Ego de
inquam
trum di
sed spei
tate pen
& indic
numero

Por
maxim
Dei auc
ac si nih
suum, no
audiunt
uius &
fercar qu
illa pro
& avert
vitiæ, &

DE

ne. Amor paupertatis humilitatis nutricius exufflet superbiam vitæ.

BERNARDVS.

Quòd pœnitentia vel charitas peccata operiat electorum.

N *Mnis qui natus est ex Deo, non peccat.* Hoc dictum est de prædestinatis ad vitam, non quòd omnino non peccent, sed quòd peccatū ipsis non imputetur, vel quòd punitur condigna pœnitentia, vel in charitate absconditur. Charitas quippe operit multitudinē peccatorum. Neq; enim possumus hic penitus sine peccato esse seu miseria: possumus tamen iuuante gratia, nec peccato superari, nec miseria.

Cap. 4.
N

Quòd prædestinatus ad gloriam non permanet in peccato.

Omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio celestis con- **O**
illam. Non peccat, inquit. i. non perpetuat, non permanet in peccato: quia conseruat illum, vt perire non possit ea quæ falli non potest cœlestis generatio. Siue nō peccat. i. tantundem est ac si non peccet. Pro eo s. quòd non imputabitur ei peccatum. Generatio enim cœ. con. illum. Sed generationem istam quis enarrabit? Quis potest dicere, Ego de electis sum? Ego de prædestinatis ad vitam? Ego de numero filiorū? Quis inquam dicere potest, reclamante scriptura, Nescit homo vtrum dignus sit amore an odio? Certitudinem non habemus: sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis huius anxietate penitus cruciemur. Propter hoc data sunt signa quedam & indicia manifesta salutis, vt indubitabile sit eum esse de numero electorum, in quo ea signa permanserunt.

Quæ sint in electis signa salutis.

Porro inter ea quæ fiduciam præstant & materiam spei, **P**
maximum est hoc quod dominus ait, Qui est ex Deo, verba Dei audit. Nonnullos enim sic interdum audiētes inuenies, ac si nihil ad eos pertineant quæ dicantur, non intrare cor suum, non discutere mores suos, nō cogitare ne fortè quod audiunt, dictū sit propter eos. Magis autè si fortè sermo Dei viuus & efficax, qui suo & non eius qui loquitur arbitrio, seruetur quocunque voluerit. si in quā manifestè aduersus vitia illa processerit, quibus se illi sentiunt obligatos, dissimulant, & auertunt oculos cordis, aut qualibet adinventione palliāt vitia, & seducunt miseri semetipsos. In his ergo salutis signa

non video . Magis autem vereor ne fortè propterea non audiant verbum Dei, quia non sint ipsi ex Deo.

BERNARDVS.

De duplici dilectione.

Q *Nolite diligere verbo neque lingua, sed opere & veritate.* Est dilectio in actu, est & in affectu. Et de illa quæ operis est, puto esse legem datam hominibus, mandatúmque formatum. Nam in affectu quis ita habet vt mādatur? Ergo illa mandatur ad meritum, ista in præmium datur . Cuius tamen initium profectúmque vitam quoque præsentem experiri diuina posse gratia non negamus, sed consummationem futuræ deferimus felicitati. Aut si placet tibi de affectuali magis datum fuisse mandatum, nō inde contendo, dummodo acquiescas & tu mihi quòd minimè in hac vita ab aliquo hominum possit vel poterit adimpleri. Quis enim sibi arrogare hoc audeat, quod se Paulus ipse fatetur non comprehendisse? Nec latuit præceptorem præcepti pondus hominum excedere vires, sed iudicauit vile ex hoc ipso suæ illos insufficientiæ admoneri, & vt scirent ad quem iustitiæ finem niti pro viribus oporteret. Ergo mādando impossibilia, non præuicariotes homines fecit, sed humiles, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis homo coram Deo . Accipientes quippe mandatum & sentientes defectum clamabimus in cælum, & miserebitur nostri Deus . At hoc dixerim, si consenserimus affectualem charitatem lege fuisse mandatam . Sed actualiad potius conuenire videtur. Maximè ex hoc, quòd cum dixisset Dominus, Diligite inimicos vestros: mox de operibus infero. Benefacite iis qui oderunt vos . Item scriptura : Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Et hæc de actu, non de affectu. Et item Dominus: Si diligitis me, inquit, sermonem meum seruabitis . Atque hic ad opera mittimur, per iniunctam obseruantiam mandatorum. Sic te ergo necesse est accipere, quòd iuberis diligere proximum tuum sicut teipsum, et si non ita aperte expressum sit. Neque hoc dico vt sine affectione simus, cum inter magna & graua hominum mala enumeret Apostolus, sine affectione esse.

De triplici affectione.

R Sed est affectio quam caro gignit. Et est quæ ratio regit. Et est quam condit sapientia . Prima est quam dicit Apostolus legi

S
legi De
habet le
vtraque
dominu
dulcis f
suauis
det non
magnan
quodam
suauiter
eendit.
sed ope
tiosum
actualer
hac dila
pientia
scilicet
virtutis

Qu
Maio
posset o
tus cord
dum ad
suppete
pia, ita
attribut
pertime
trario c
his est q
mentio
lorum n
tum sug
vt nunq

Ho

D
Eu
De
mine est

legi Dei non esse subiectā, nec esse posse. Secūda quam per-
habet legi Dei consentientem quoniam bona est. Longè ab
vtraque tertia distat, quæ gustat & sapit quoniam suavis est
dominus: primā eliminans, secundam remunerās. Nam prima
dulcis sed turpis. Secunda sicca, sed fortis. Vltima pinguis &
suavis. Igitur per secundam opera fiunt, & in ipsa charitas se-
det: non illa affectualis quæ sale sapientiæ condita pinguescēs
magnam menti importat multitudinē dulcedinis domini, sed
quædam potius actualis, quæ etsi nondum dulci illo amore
suauiter relicta, amore tamen amoris ipsius vehementer ac-
cendit. De hac dictū est: Nolite diligere verbo neq; lingua,
sed opere & veritate. Vides quomodo cautè incedit inter vi-
tiosum atq; affectuosum, ab vtroq; pariter hanc distinguens
actualem & salutiferam charitatem. Nec lingue mentiētis in
hac dilatione recipit fictum, nec rursus afficientis exigit sa-
pientiæ gustum. Opere (inquit) diligamus & veritate, quòd
scilicet moueamur ab bene operādum magis quodam viuīdæ
virtutis impulsu, quàm sapidæ illius charitatis affectu.

CASSIANVS

Quòd malum potest suggerere diabolus, non vrgere.

Maior est qui in nobis est quam qui in mundo. Nullus hominum **S**
posset omnino vitare peccatum quodcunque maligni spiri-
tus cordibus nostris iniicere voluissent, si eis quemadmo-
dum ad suggerendum ira ad compellendum facultas violentæ
suppeteret. Quamobrem sicut in illis est inuestigationis co-
pula, ita nobis virtus respuendi siue acquiescendi libertas est
attributa. Quorum tamen potentiam & impugnationes si
pertimescimus, etiam protectiones atq; adiutoria Dei econ-
trario conferamus. de quo dicitur: Maior est enim qui in no-
bis est quam qui in mundo, Cuius etiam auxilia multò vhe-
mentiori virtute militent pro nobis, quam aduersum nos il-
lorum multitudo conflagit. Nam bonarum rerum non tan-
tum suggestor, sed etiam factor atque impulsor est Deus, ita
vt nunquā nos etiam inuitos & ignorātes attrahat ad salutē.

BERNARDVS.

Hominem esse in Deo, & Deum in homine, opus
est charitatis.

Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, &
Deus in eo. Per charitatem homo in Deo, & Deus in ho-
mine est. Sed homo quidem ab æterno in Deo tanquam ab

Cap. 4.
T.

æterno dilectus, qui tamen de prædestinatis sit: Deus verò in homine ex quo dilectus ab homine. Et si ita est homo quiddè in Deo est etiam quando in homine Deus non est. Deus autem in homine non est, qui non sit in Deo. Manere enim in dilectione non potest, & si fortè ad tempus diligit, non dilectus, sicut habes: Quia ipse prior dilexit nos. Porro cum iam diligit qui diligitur, homo in Deo, & Deus in homine est. Qui autem nunquam diligit, nunquam dilectus est, ac per hoc nec ipse in Deo, nec Deus in ipso.

Quòd propter se solum Deum diligere debeamus.

V *Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos.* Non alter ad veram perfectionem conscendere poterimus, nisi quemadmodum nullius alterius rei nisi nostræ salutis gratia prior nos ille dilexit, ita eum nos quoque nullius alterius rei nisi sui tantùm amoris dilexerimus obtentu. Verùm qui sic eum diligit, superata omni impugnatione vitiorum, pacis iam securitate perfruitur, & tràsit in ipsius virtutis affectum, iugemque statum ipsius boni, cuius iam totus est, retèrat: quia damno intima castitatis nihil credit esse damnosius. Nec enim carius sicut pretiosius quicquam præsentì indicat puritate, cui pena gravis est, vel virtutum perniciosa transgressio, vel ipsius vitij virulenta contagio, huic nunquam nec reuerentia humanæ præsentia adiiciet quicquam honestatis, nec minuet solitudinem: sed vbicunque secum semper circumferens arbitram, non solum actuum, sed etiam cogitationum suarum couersentiam, ipsi potissimum studere cõtendit, quam nec circumvenire, nec falli, nec subterfugere se posse cognoscit.

GILBERTVS.

De triplici timore Dei.

X *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Velut inutilem & superuacuum: sed non timorem illum qui castus permanet in se. s. Est enim timor quem foras mittit veritas. Primus cautus. Secundus castus & non permanens in se. s. Tertius castus & permanens. Primus veretur pœnam. Secundus offensam. Tertius totus libera quædam & segura reuerentia est. Primus metuit puniri, secundus priuari, tertius neutrum. Primum perfecta charitas exterminat. Secundum ad tempus tolerat. Tertium sibi indiuisè collaterat. Frigidus timor est, & pigre incedit, satis habens tantùm impunè euadere. hunc timorem perfecta charitas foras mittit. Amor fastidium nescit, seruitur

das et
Veeter
rum. In
fortis
molest
nescio
tas vt p
quam
videbis
bear, &
irritam
cum aff
ciosus
Proind
sciens, e



quin De
gini filij
fit ipse p
mundus
vi sic test
nis. Victo
hæc est vi
dem in D
signo pos
nobis. S
credit qu
credit in f
sed etiam
us Iesum

dus est, & in anteriora extensus. Quid enim timebit charitas?
 Veteres offensas. Sed charitas operit multitudinem peccato-
 rum. Infirmittatis propriæ conscientia timebit ne decidat? Sed
 fortis est vt mors dilectio. Temporales pro Christo timebit
 molestias? Sed ne quidæ æternæ si fuerint, defatigari & eua-
 nescere poterit consummata dilectio. Non ideo amat chari-
 tas vt pareat, sed mauult foris pœnaliter in æternum perire,
 quam vsu æterni amoris priuari. Et quid mirum? Quid enim
 videbis in Christo quod non eius & nobis charitatem exhibeat,
 & nostram exigit? Totus est nobis charitatis illecebra,
 irritamentum amoris. Nullum in se meticoloso reliquit lo-
 cum affectui. Totus amari vult, qui totus meretur amari. O-
 ciosus debet esse timor, vbi tot insignia relucet amoris.
 Proinde dedignatur charitas timoris commercium, cogi ne-
 sciens, quæ nesciat compesci.

BERNARDVS.

Quod cœlestem generationem tentationis vi-
 ctoria testetur.



Mne quod natum est ex Deo, vincit mundum.

Cap. 5.
Y.

Quotquot sunt concepti cum Christo, eos mundus odit, sed cum Christo supe-
 ratur pariter & ab ipsis. Confidite, inquit, ego vici mundum. Sic manifesta est ser-
 monis illius veritas quem Apostolus ait: Quos præsciuit (inquit) haud dubium
 quia Deus pater hos & prædestinauit conformes fieri ima-
 gini filij sui. Vide cõformitatem: post ipsum adoptantur, vt
 sit ipse primogenitus in multis fratribus. Post ipsum odit eos
 mundus. Bene ergo quod natum est ex Deo, vincit mundum:
 vt sit testimonium cœlestis generationis victoria tentatio-
 nis. Victores igitur sumus, sed in ipso qui cõfortat nos: quia
 hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra. Fide qui-
 dem in Dei filios adoptamur. Fidem in nobis mundus in ma-
 gno positus odit atq; persequitur. Fide quoque vincitur &
 in nobis. Sequitur: Quis est enim qui vincit mundū, nisi qui
 credit quia Iesus est filius Dei? Certum est omnem qui non
 credit in filium Dei, ex hoc ipso iam non modò victum esse,
 sed etiam iudicatum. Veruntamen multos videmus creden-
 tes Iesum filium Dei esse, adhuc tamen mundi nihilominus

cupiditatibus irretitos. Sed dico: Putasne filium Dei Iesum credit quisquis ille homo, qui ipsius nec terretur comminationibus, nec attrahitur promissionibus, nec preceptis obtemperat, nec consilijs acquiescit? Nonne is est fateatur se nosse Deum, factis tamen negat? Porro fides sine operibus mortua est. Nec igitur mirum si nequaquam vincit qui nec vivit. Quæris quænam vivida & victoriosa fides? Illa sine dubio per quam Christus habitat in cordibus nostris. Christus enim & virtus est, & vita nostra.

Sequitur:

Quòd Christus non solum congregavit populum, sed & redemit.

Z *Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus.* Non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Hoc ad differentiam Moysis arbitror accipiendum. Moyses siquidem in aqua venit, à qua nomen accepit vt Moyses vocaretur. Manifestè autem plus quàm Moyses hic, vt pote qui venerit non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. A qua multè populi multati. Venit ergo in aqua tantum qui congregavit, populum, sed populum non redemit. Nam & ipsa quoque de servitute Aegyptia liberatio, non Moysis sed agni sanguine facta est.

Sequitur:

De triplici testimonio quod datur in terris.

A *Tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis.* In aqua baptismum non ineptè intellige. In sanguine martyrium. In spiritu charitatem. Spiritus enim est qui vivificat, & fidei vita dilectio. Denique si quæris quid spiritui & charitati? respondet Paulus: Quia charitas diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Necessario quoque spiritus additur aquæ & sanguini, cum teste Apostolo, sine charitate quicquid habeam nihil profit. Iam verò qui baptismum aqua, martyrium diximus sanguine designari: memento & vnicum & quotidianum esse baptismum, similiter & martyrium. Est enim martyrij genus & effusio quædam sanguinis in quotidiana corporis afflictione. Est & baptismus aliquis in compunctione cordis, & lachrymarum assiduitate. Sic quippe infirmis & pusillis corde necesse est vt quem semel pro Christo ponere non sufficiunt, saltem mitiori quidem sed diuturniori ma-

tyrio
quon
frequ
mund
dicen
sunt
est, &
tres tu
triplex
carnis
sangu
vero e
assidu
tus ch
gar in
moniu
niciof
magis
atione
nè vni
perhib
chrym
Verum
ritus (
bunt)
spiritu
quolic
mes. S
nimis,
monio

TY
lius, &
spicris
testimo
& here
ritus sa
cum ce

tyrio sanguinem fundant. Sic & baptismi sacramentum, quoniam iterari non licet, iis qui sæpius in multis offendunt, frequenti oportet ablutione suppleri. Vis nosse qui vincit mundum? Siquidem hoc ipsum beatus iste Ioannes indicat dicens: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Omne enim quod in mundo est concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi. Hæ sunt tres turmæ quas fecerunt Chaldæi. Nobis igitur aduersus triplex genus tentationis, triplici opus est munimento, vt carnis concupiscentia ipsius mortificatione vincatur, quam sanguinis testimonio diximus intelligendam. Oculorum verò concupiscentiam superet studium compunctionis, & assiduitas lachrymarum. Ambitionis autem vanitatem virtus charitatis excludat, quæ sola castificat animam, sola purgat intentionem. Certum quippe triumphati mundi testimonium est, si corpus castiges, & subiicias seruituti, ne perniciosa libertate seruiat voluptati, si sterui præbeas oculos magis quàm petulantia vel curiositati, si spiritali dilectione flagrans nulli animum dederis vanitati. Meritò sanè vnus est qui in terra pariter & in cælo testimonium perhibet spiritus: quia siue corporis afflictio cessabit, seu lachrymarum fons exciccabitur, charitas nunquam excidit. Veruntamen licet maneat post aquam & sanguinem spiritus (Aqua quippe & sanguis regnum Dei non possidebunt) interim tamen aut vix, aut nullo modo inuenire est spiritum sine illis, quoniam hi tres (inquit) vnus sunt. Vt quolibet ex his tribus deficiente, adesse cætera non præsumas. Simul verò iuncta testimonia ista credibilia facta sunt nimis, nec poterit cui in terris suppetunt hæc, carere testimonio vel in cælis.

De triplici testimonio quod datur
in cælo.

Tres autem sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Et ne quam fortè dissonantiam suspiceris, hi tres vnus sunt. Magnum profectò habituri sunt testimonium quos in cælo pater suscepit tanquam filios & heredes, filius asciverit tanquam fratres & coheredes, spiritus sanctus adhærentes Deo vnus spiritum fecerit esse cum eo.

SVPER EPIST. I. IOANNIS.

Quòd in terris triplex testimonium perhibetur electis.

C *Tres sunt qui testimonium dant in celo. Et tres qui testimonium dant in terra. Ut mihi, videtur triplex testimonium in celo, stabilitatis est signum. Triplex in terra, reparationis. Illud angelos, istud homines. Illud beatos à miseris, istud iustos discernit ab impiis. Angelis siquidem qui in prima illa prauaricatione superbiendo Lucifero steterunt, meritò testimonium perhibet visio trinitatis: hominibus quos diuina miseratio saluat, spiritus, aqua, & sanguis. Tres enim sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Scitis quia in primo homine peccauimus omnes, & in ipso cecidimus vniuersi. Cecidimus sanè in carcerem luto pariter & lapidibus plenum. Exinde iacebamus captiui, inquinati, conuassati, donec veniret desideratus Gentibus, qui nos redimeret, ablueret, adiuuaret. Hic est enim qui sanguinem proprium dedit in redemptionem: aquam simul produxit de latere suo in ablutionem: emisit deinde de excelsis spiritum suum, qui adiuuaret infirmitatem nostram. Vis ergo nosse an hæc aliquid operètur in cælis, ne fortè reus sis sanguinis domini quem euacuas quantum in te est, sed & aqua ipsa que mundare debuerat in sordibus permanenti iudicium damnationis accumulet, Spiritus quoque cui resistis, non liberet maledictum à labiis tuis? Cauendum enim ne sint tibi infructuosa, quia necessariò essent pariter & damnosa. Quis est autem qui testimonium habet effusi non sine causa sanguinis Christi, nisi continet à peccatis? Seruus enim peccati est qui peccatum facit, vt si deinceps continere potuerit, & iugum abiicere miseræ seruitutis, certissimum sit testimonium redemptionis, quam operatur sine dubio sanguis Christi. Verùm non sufficit peccatori continentia, si non adsit etiam pœnitentia. Habet ergo & ab aqua testimonium, qui laborat in gemitu suo, lauans per singulas noctes lectum suum. Sed quid erit, quòd longo catenarum vsu & carceris habitatione crudeli contracti atque collisi defecimus in via vitæ? Inuocemus spiritum viuificantem & adiutorem, confidentes quia dabit pater qui in cælis est spiritum bonum pœnitentibus se. Sanè nouum superuenisse spiritum certissimò conuersatio noua testatur. Iam (vt breuiter repetam) à sanguine & aqua & spiritu habes testimonium, si contines à*

à pec
vitz.

ritus
ter tr
morie
vermi
crema
eo int
guetur
dinis:
nation
Terti

SE

E

tochem

à peccatis, si dignos agis pœnitentiæ fructus, si facis opera vitæ.

Quòd in cœlo, in terra, & in inferno, triplex testimonium præbeatur.

Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Et tres in terra, Spiritus, aqua, & sanguis. Similiter tres in inferno. In Esaia legimus, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Duo mala sunt vermis & ignis. Altero roditur conscientia, altero cremantur corpora. Tertium additur desperatio, quæ vel eo intelligitur quod dicitur: Non morietur & non extinguetur. Iis qui in cœlo sunt, datur testimonium beatitudinis: iis qui in terra, iustificationis: iis qui in inferno, damnationis. Primum est testimonium gloriæ. Secundum gratiæ. Tertium iræ.

Finitur Epistola prima Beati Ioannis Apostoli.

SEQVITVR EPISTOLA

BEATI IVDÆ
APOSTOLI.

BERNARDVS.

Quòd spiritum vitæ non habeat, quisquis ab vnitate diuiditur.



*I sunt qui segregāt semetipfos, anima- Cap. I.
les spiritum non habentes. Nihil æ- E
què offēdit angelos sanctos quo-
modo dissensiones & scandala.
Videre est anima hominis quem-
admodum vniuersa corporis mē-
bra viuificet sibi cohærentia. Se-
para ergo quoduis à iunctura cæ-
terorum, & vide an deinde ilud
viuificet. Sic est omnis qui dicit
anathema Iesu. Quia anathema separatio est. Sic est (inquam)*

SVPER APOCALYPSIN.

omnis qui ab vnitate diuiditur, ne dubites quin ab eo recesserit spiritus vitæ. Dignè ergo contentiosos, & qui separant semetipsos, Apostoli carnales & animales vocant spiritum non habentes.

Finitur Epistola beati Iudæ Apostol.

SEQVITVR APOCALYPSIS BEATI IOANNIS.

BERNARDVS.

Quòd à domino calidus diligitur, euomitur tepidus, frigidus toleratur.

Cap. 3.
F



Vtinam frigidus esses aut calidus!
Deus hominem inuenire cupit aut sui consideratione calidum, & charitatis igne flagrantem aut sui ipsius cognitione frigidum, & aqua compunctionis ignita diaboli iacula restinguentem. Alioquin verendum est homini ne tepidum & nauseam pronocantem euomat ex ore suo.

CASSIANVS.

Qualis periculi sit, cum quis de seruore conuertitur in tempore.

Vtinam calidus esses aut frigidus &c. O magna multitudo dulcedinis Dei! & iustos in ore tenet, & peccatores non tantè euomit quàm denunciet euomendos. Verùm non immeritò eos dominus quos iam receperat in visceribus charitatis, noxiè tepesfactos, cum quadam auulsione sui pectoris euomendos esse pronunciat: qui cum salutarem quodammodo ei præbere potuissent substantiam, euelli ab illis visceribus maluerunt, tantò deteriores effecti illis qui nunquam ori dominico illati sunt, cibis, quantò id quod nauseosa compellente proiicimus, odibilis detestamur. Quicquid enim frigidum est etiam ore nostro susceptum, vertitur in calorem, & salutifera suauitate percipitur. Quòd autem vitio semel pernicioso temporis est abiectum, non dicam lab-

libiis ad mouere, sed etiam eminus intueri sine ingenti horrore non possumus. Rectissimè ergo tepidus frigidus pronunciatur deterior, quia facilius ad salutarem cōuersionem, ac perfectionis fastigium carnalis quis, id est secularis vel gentilis accedit, quàm is qui professus monachum, nec tamè viam perfectionis arripiens secundum regulam, disciplinæ, ab illo semel spiritualis feruoris igne discessit. Dicit enim in corde suo qui eiusmodi est, Diues sum & locuples, & nullius ego. Cui illud quoq; quod subsequitur consequenter aptatur: Tu autem es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. In eo factus etiam seculari deterior, quòd nec miserum, se nec cæcum, aut nudum, aut emendatione dignum, vel egere monitis alicuius, aut institutione cognoscit. Et ob hoc ne exhortationem quidem vllam verbi salutaris admittit, non intelligens ipso monachi se nomine prægrauari ac deprimi opinione cunctorum quia dum creditur ab omnibus, & velut Dei famulus colitur, necesse est vt in futuro vehementiori iudicio pœnæque subdatur. Postremò quid diutius immoramur in iis quæ nobis experimento satis comperta sunt ac probata? Frequenter vidimus de frigidis atque carnalibus, id est de secularibus atque paganis spiritualè peruenisse furuorem, de tepidis atq; animalibus omnino non videmus.

GILBERTVS.

Quòd sancti licet Deum semper habeant, semper tamen quærunt.

In medio & in circuitu sedis Dei. Hoc de beatis illis oculatis animalibus & pennatis legitur. In medio & in circuitu sedis Dei. O qualis ibi circuitus erit pergere ab ipso in ipsum! ire & redire! ire desiderio, delectatione redire! dum semper cuius quod experientia desiderat, præsentia satiat, vt mens possidentis simul & contuentis & illi fit per appetentiam intenta, & illo sit sufficienter contenta. In medio, inquit, quia voti sui perducuntur ad intima. Et in circuitu, quia semper voto rediuino feruntur in eadem ipsa. In medio, quia eorum iam completum est votum. In circuitu, quia non sufficienter comprehendere totum. In medio sunt admissa per gratiam. In circuitu sunt exclusa per differentem naturam. Quæ est enim sedes ista, nisi ea de qua loquitur Apostolus: *Lux inaccessibilis quam inhabitat Deus?* Denique quantumlibet oculata sint beata illa animalia, tamen illuminat ea, vt

quantum possint capiant, & excedit ne ad totum sufficiant.

BERNARDVS.

De septem sigillis quibus signatus est liber vitæ.

Cap. 5.
1



*V*idi in dextera sedentis super thronum, librum signatum sigillis septem, & non erat qui legeret vel aperiret. Et ego flebam multum, &c. Et vnus de senioribus dixit mihi: Ne fleas. Ecce vici leo de tribu Iuda, &c. Et vidi, & ecce in medio throni agnum stantem tanquam occisum: & venit & accepit ac dextera sedentis in throno librum, & aperuit librum, & facta est laetitia magna. Leonem Ioannes audierat, & agnum vidit: agnus occisus est, agnus aperuit librum, & aperuit leo. Denique dignus est (aiunt seniores) agnus qui occisus est, accipere fortitudinem. Non mansuetudinem amittere, sed accipere fortitudinem. Vt & agnus maneat & leo sit. Plus dico, vt mihi videtur, idem etiam liber est qui non poterat aperiri. Quis enim dignus inueniretur aperire hunc librum? Indignum se profiteretur ipse Baptista Ioannes, quo in natis mulierum nemo maior surrexit. Venerat enim ad nos sapientia, sed in libro clauso vtique & signato. Sed quid dicimus super his septem sigillis? An fortè triplex animæ virtus, ratio, memoria, & voluntas, & quadrifaria corporis compositi ex quatuor elementis, in his septem intelligenda est, vt nihil de veritate humanitatis defuisse nouerimus saluatori? An magis humanitatis eius ipse est liber, & quærenda sunt signacula septem? Septem enim quædam arbitror inueniri, quibus maxime calabatur in carne præsentia maiestatis, vt non possit aperiri liber, & sapientia quæ latebat agnosci. Sunt autem quæ occurrunt interim, matris desponsatio, qua partus virginis & conceptionis veritas velabatur, ita vt hominis fabri filius, fabricator hominis putaretur, & infirmitas corporis qua plorans & vagiens, lactens & dormiens, & cæteris subiacens necessitatibus carnis iacebat inter hæc virtus diuinitatis. Sic & circumcisionis signum suscipiens, peccati remedium, ægritudinis medicinam, qui morbum omnem tollere venerat & peccatum. Et item in Aegyptum fugiens à facie Herodis reguli, nec Dei filius agnosci poterat, nec rex cæli. Quid trina illa tentatio inimici, in deserto, in pinnaculo supra montem? Si filius (inquit) Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Et item: Mitte te deorsum. Neutrum Christus fecit,

cit, vt si
seductu
esse: &
non di
dabo, l
crucis
brum h
palko er
vt discip
illo fieri
apperire
surrexit.
furgens
pria, &
benibus
indicat n
nimenta,
sed digna



angelio
gregabun
diciter fa
ficere, do
locentur,
quid huma
vel angelo
nam igitu
nunc subu
tione, non
titus est, s
nam nob

rit, vt signaretur liber, & falleretur astutus. Denique eousque seductus est, vt haberet iam pro constanti, hominem purum esse: & in tantam insaniam superbia cæca prorumperet, vt non diceret vltra: Si filius Dei es: sed, Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Sextum est signaculum crucis, vbi pependit inter latrones. Clausit & sepultura librum hunc, nec vllum omnino signaculum sic astrinxit. Sepulto enim domino sola restare desperatio videbatur. Aded vt discipuli ipsi dicerent: Quia nos sperabamus. Quis non illo fieret in tempore clausum altius librum, & non esse qui aperiret? Sed dignus est agnus qui occisus est, Leo qui surrexit. Postremo liber ipse dignus est aperire seipsum. Resurgens nimirum à mortuis, resurgens autem virtute propria, & post tres dies sicut prædixerat, testimonium perhibentibus inimicis, & resurgens in tanta maiestate & gloria, indicat manifestè quæcunque prædiximus signacula vel opera, voluntaria non necessaria, nec conditionis fuisse, sed dignationis.

Quod altare sub quo clamant occisi, Christi
dicatur humanitas.

Vbius altare Dei audiui voces occisorum. Cap. 6.
K

Sub altare Dei audiui voces occisorum. Quas voces? Vindica domine sanguinem, &c. Vox precis non laudis est ista. Sed quid est hoc altare? Ego pro meo sapere altare istud nihil aliud arbitror esse, quam corpus ipsum domini Salvatoris. Credo ego quod super hoc, sensum eius habeam, cum audiam eum in euangelio promittentem: Vbicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Interim ergo sub humanitate Christi, reuoluntate sancti quiescunt, in quam desiderant angeli ipsi prospicere, donec veniat tempus quando iam non sub altari collocentur, sed exaltentur super altare. Sed quid dixi? Nunquid humanitatis Christi gloriam, non dicam hominum, sed vel angelorum assequi poterit quis, nedum superare? Quoniam igitur modo super altare dixerim exaltandos eos, qui nunc sub altare quiescunt, visione utique & contemplatione, non prælatione? Ostendet enim nobis filius, vt pollicentus est, semetipsum non in forma serui, sed Dei Ostendet etiam nobis patrem & spiritum sanctum, sine qua visione

nihil sufficeret nobis.

Quòd in vita beata tripliciter Dei
visione fruemur.

L Tripliciter enim in æterna illa & perfecta beatitudine fruemur Deo, videntes eum in omnibus creaturis, habentes eum in nobisipsis, & quòd ineffabiliter iucundius sit atque beatius, ipsam quoque cognoscentes in semetipsa trinitatem, & gloriam illam sine vllò ænigmate mundo cordis oculo contemplantes. Hæc verò cognitio est summa beatitudinis, tritici medulla, adeps frumenti quo ciuitas sancta Hierusalem satiatur.

Quòd non nisi plenæ ecclesiæ dabitur beatitudinis plenitudo.

Sustinete modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum restitutorum. Aut sic: Dicitum est illis ut quiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres, qui interficiendi sunt sicut & illi. In plenam & perfectam beatitudinem, nec sine nobis intrabunt sancti cum corporibus suis, nec sancti sine plebe, nec spiritus sine carne. Et meritò quidem. Neque enim præstari decet integram beatitudinem, donec sit homo integer cui detur, nec perfectione donati ecclesiam imperfectam. Acceperunt tamen sancti iam singulas stolas, sed non vestientur duplicibus, donec vestiamur & nos: Deo melius prouidente pro nobis, vt non sine nobis confumentur. Stola enim prima, ipsa est (quam diximus) felicitas & requies animarum. Secunda vero immortalitas & gloria corporum. Vnde & dicunt. Vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. Non tanquam vindictæ cupidi, nec de propriæ vltionis zelo, sed ex desiderio resurrectionis & glorificationis corporum suorum, quam vsque in diem iudicij differendam esse non dubitant.

Quomodo stolæ martyrum in agni sanguine dealbentur.

Cap. 7.
M



Lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni. Candidas prorsus in sanguine, quia exiuit cum eo & in eo aqua dealbans. Aut certè candidas in sanguine agni nouelli, sanguine inquam lacteo, candido, & rubicundo. sicut ait sponsa in Canticis Canticorum: Dilectus meus candidus

didus & rubicundus. Inde est etiam quòd in stola candida
& fulgureo vultu testis quoque resurrectionis apparet.

BERNARDVS.

Quòd consultius sit oculos liquari in lachrymas
quàm in superbiam eleuari.

Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, &c. N
Felicis lachrymæ quas benigna manus conditoris abster-
get! Et beati oculi qui talibus liquari fletibus elegerunt,
quam eleuari in superbiam, quàm omne sublime videre,
quàm auaritiæ & petulantia famulari!

Quòd angeli vota nostra Deo perferant, eius
ad nos gratiam referentes.



Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini de manu angeli. Ministrant angeli, sed
de alieno, offerentes Deo opera nostra
bona, nobis eius gratiam referentes. Vn-
de meritò præmisit scriptura data fuisse
angelo incensa multa. Et addidit: Ascen-
dit fumus aromatum. Nostros enim fu-

Cap. 8.

O

dores non suos, nostras non suas lachrymas offerunt Deo.
Nobis quoque eius munera ipsi referunt non autem sua.
Non sic minister ille sublimior cunctis, & humilior vniuer-
sis, qui semetipsum obtulit sacrificium laudis, qui patri of-
ferens animam suam nobis ministrat vsque hodie carnem
suam. Huius itaque tanti ministri gratia nihil mirum si di-
ganter nobis immò & libenter angeli sancti ministrent.
Ipsi enim amant nos, quia nos Christus amauit. Dicitur
certè vulgari quodam proverbio: Qui me amat, amat &
canem meum. Nos verò ô beati angeli, catelli sumus Do-
mini illius quem tanto affectu diligitis. Catelli inquam cu-
pientes saturari de micis quæ cadunt de mensa dominorum,
qui estis ves.

Quòd beatam virginem, amicta sole & stellis
coronata mulier designauit.



*Ignem magnum apparuit in celo, mulier amicta so-
le, & luna sub pedibus eius, & in capite eius coro-
na stellarum duodecim.* Vehementer quidè no-
bis vir vnus & mulier vna nocuere, sed gratias
Deo, per vnum nihilominus virum & mulie-
rem vnam omnia restauratur, neq; illud sit sine

Cap. 12.

P

magno sc̄nore gratiarum . Nec enim sicut delictum , ita & donum , sed excedit damni æstimationem beneficij magnitudo . Sic nimirum prudentissimus artifex quod quassatum fuerat non confregit , sed vtilius omnino refecit , vt videlicet nouum nobis Adam formaret ex veteri , & Euam transfunderet in Mariam . Et quidem sufficere poterat Christus . Siquidem & nunc omnis sufficientia nostra ex eo est . Sed nobis bonum non erat esse hominem solum . Congruum magis vradesset nostræ reparationi sexus vterque , quorum corruptioni neuter defuisset . Fidelis planè & præprens mediator Dei & hominum homo Iesus Christus , sed diuinam in eo verètur homines maiestatem . Denique quia Deus noster ignis consumens est , quidni vereretur peccator accedere , ne quemadmodum fluit cæra à facie ignis , sic pereat ipse à facie Dei ? Itaque iamne ipsa mulier benedicta in mulieribus , videbitur ociosa ? Opus enim mediatore ad mediatorem istum . Nec alter nobis vtilior quàm Maria . Quid enim ad Mariam trepidet humana fragilitas ? Nihil austerum , nil terribile , tota suauis est , omnibus offerens lac & lanam . Reuolue diligentius euangelicæ historiæ seriem vniuersam , & si quid fortè increpatorium , si quid durum , si quod denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in Maria , de cætero suspectam habeas , & accedere verearis . Quod si (vt verè sunt) plena magis omnia pietatis & gratiæ , plena mansuetudinis & misericordiæ , quæ ad eam pertinent , inueneris : age gratias ei qui talem tibi mediatricem benignissima miseratione præuidit , in qua nihil possit esse suspectum . Denique omnibus omnia facta est , sapientibus & insipientibus copiosissima charitate debtricem se fecit . Omnibus misericordiæ sinum aperuit , vt de plenitudine illius accipiant vniuersi : captius redemptionem , æger curationem , tristis consolationem , peccator veniam , iustus gratiam , angeli lætitiã , tota trinitas gloriam , Filij persona carnis substantiam , vt non sit qui se abscondat à calore eius . Purasne ipsa est sole amicta mulier ? Esto siquidem vt de præsentis ecclesia intelligendum propheticæ visionis series ipsa demonstrat , sed id planè non inconuenienter Mariæ videbitur attribuendum . Nimirum ipsa est quæ velut alterum solem inducit sibi . Quemadmodum enim ille oritur indifferenter super bonos , & malos : sic ipsa quoque præterita non discuti-

ta merita
tissimam
miseratu
quid frag
dam sub
ditur cr
Alioquin
sub pedib
per Cherr
Solet aut
niam stul
sentis en
latæem, ha
que verò
fatis intell
hultus vt
seruor & s
moimo is n
perhibetur
credi valea
dico pati
celsissimus
sipientia ve
longè sit à
magis vide
de splendea
habet medi
magis euiden
Quæ f
Sequ
gram planè
bus micans
coronem
habent eam
olimet gen
dema cor
tionem ex
modulo nos
secretor
rogatiua

ita merita, sed omnibus sese exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium necessitates amplissimo quodam miseratur affectu. Nam & defectus omnis sub ea, & quicquid fragilitatis seu corruptionis est, excellentissima quadam sublimitate præ cæteris omnibus excedit & supergreditur creaturis, ut merito sub pedibus eius luna esse dicatur. Alioquin nihil magnum dixisse videbimur, ut sit luna ista sub pedibus eius, quam super omnes angelorum choros super Cherubin & Seraphin exaltatam nefas est dubitare.

Soleat autem luna non modò defectum corruptionis, sed etiam stultitiam mentis, nonnunquam verò ecclesiam præteritis temporis designare. Illam quidem propter mutabilitatem, hanc propter susceptum aliunde splendorem. Vtraque verò (ut ita dixerim) luna sub pedibus Mariæ congruè satis intelligi potest, alio tamen atque alio modo. Siquidem stultus ut luna mutatur, sapiens permanet ut sol. In sole firmor & splendor stabilis, in luna solus splendor, atque omnino is mutabilis & incertus. Iure ergo Maria sole amicta perhibetur, quæ profundissimam diuinæ sapientiæ ultra quam credi valeat penetravit abyssum, ut quantum creaturæ condicio patitur, luci illi inaccessibili videatur immensa. Candidissimus sanè, sed calidissimus huius mulieris amictus. In sapientia verò omnis longè sub pedibus eius. Ut penitus hæc longè sit à collegio virginum fatuarum. Iam si ecclesia lunæ magis videtur intelligèda vocabulo, quòd videlicet non ex solendeat, sed ab eo qui dicit, Sine me nihil potestis facere: habes mediatricem quam tibi paulò superius commendauimus, euidenter expressam.

Quæ sit corona qua virgo virginum coronatur.

Sequitur: *In capite eius corona stellarum duodecim.* **Q**uid planè stellis coronari caput, quod & ipsis longè clarior micans, ornet eas potius quam ornetur ab eis. Quid coronent sidera quam sol vestit? Sicut dies verni circumstant eam flores rosarum, & lilia conuallium. Quis illas circummet gemmas? quis stellas numeret, quibus Mariæ regium eadem compactum est? Supra hominem est, coronæ huius compositionem exponere, indicare compositionem. Nos tamen modico nostræ exiguitatis abstinentes à periculoso scrutatione secretorum, non incongruè forsitan xij. stellas istas, xij. rogatiuas gratiarum intelligimus quibus Maria singula-

fiter adornatur. Siquidem inuenire est in Maria præro-
 gatiuas cæli, prærogatiuas carnis, prærogatiuas cordis.
 Et si fuerit ternarius iste per quaternarium multiplicatus,
 habebimus fortè stellas xij. quibus reginæ nostræ diadema
 præfulgeat vniuersis. Mihi sanè rutilat fulgor primò quidem
 in Mariæ generatione, secundò in angelica salutatione, ter-
 tiò in spiritus sancti superuentione, quartò in filij Dei in-
 enarrabili conceptione. Sed & in his quoque siderum ra-
 diat decus, quòd virginitatis primiceria, quòd sine corru-
 ptione fœcunda, quòd sine grauamine grauida, quòd sine
 dolore puerpera. Nihilominus etiam spirituali quòdam
 splendore in Maria coruscant, mansuetudo pudoris, deu-
 tio humilitatis, magnanimitatis credulitas, martyrium cor-
 dis. Quid ergo sidereum fulget in generatione Mariæ? Plane
 quòd ex regibus orta, quòd ex semine Abrahæ, quòd
 generosa ex stirpe Dauid. Si id parum videtur, adde quòd
 generationi illi ob singulare priuilegium sanctitatis, diuini-
 tus noscitur esse concessa, quòd longè ante easdem patri-
 bus cœlitus repromissa, quòd mysticis præfigurata miracu-
 lis, quòd oraculis præmunita propheticis. Meritò signum
 hoc magnum in cœlo apparuisse scribitur, quod tanto ante
 de cœlo noscitur fuisse promissum. Iam in eo quòd tam re-
 uerenter atque officiosissimè ab angelo salutata est, vt iam
 in regali solio supra omnes cœlestium ordines legionum
 exaltata videretur, & paulominus adoraturus fœminam que
 solebat ab hominibus hætenus æquanimiter adorari, ex-
 cellentissimum virginis nostræ meritum & singularis gratia
 commendatur. Fulget etiam nouus ille conceptionis mo-
 dus, vt superueniente spiritu sola de sola sanctificatione Ma-
 ria conciperet. Nam quòd verum Deum & Dei filium ge-
 nuit, vt idem ipse Dei atque hominis vnus omnino Deus
 & homo prodiret ex Maria, Abyssus luminis. Nec facillè
 dixerim quòd vel angelicus oculus ad huius fulgoris ve-
 hementiam non caliget. De cætero sanè virginitatem car-
 nis & propositum virginitatis, ipsius quoque propositi no-
 uitas euidenter illustrat, quòd videlicet in libertate spiri-
 tus legis Mosaicæ decreta transcendens, illibaram Deo cor-
 poris simul & spiritus sanctimoniam vouit. Probat enim
 propositi inuiolabile fundamentum, quòd tam constanter
 promittenti filiū, angelo responderet: **Quomodo fiet istud, &c.**

Fortè

Fortè en-
 bat quali-
 set in mu-
 lte. Et i-
 verò in r-
 videbar-
 modo sic
 proinde
 longè gl-
 uirginita-
 tuo sidere
 uirginem
 sumum ta-
 rare nosc-
 luptate ce-
 quando c-
 nar, Mar-
 paru quã-
 dit prole-
 lore pari-
 mus, nit-
 illis, nec
 erum qua-
 cœlentia
 pit sibi. I-
 li defueri-
 cordis, si-
 gentiam n-
 ma in dia-
 nis vere-
 nus. Vbi
 videtur? F-
 floritate a-
 in qua filio
 In om-
 non nisi q-
 sed cum se-
 do ad Eliz-
 ultate fecit
 ij Quart

Fortè enim primò turbata est in sermone eius, & cogitata qualis esset ista salutatio, quòd benedictam sese audisset in mulieribus, quæ benedici in virginibus semper optabit. Et hæc benedictio iam videbatur esse suspecta. Vbi verò in promissione filij manifestum virginitatis periculum videbatur, non potuit ultra dissimulare quin dicere: Quomodo fiet istud? quoniam virum non cognosco. Meritò proinde illam meruit benedictionem, & hanc non amisit, vt longè gloriosior fiat, & virginitas ex fecunditate, & ex virginitate fecunditas, ac mutuis sese illustrare radiis hæc duo sidera videantur. Magnum enim est virginem esse, sed virginem matrem longè amplius. Iure etiam illud molestissimum tacitum, quo reliquæ omnes grauidæ mulieres laborare noscuntur, sola non sensit, quæ sola sine libidinosa voluptate concepit. Vnde & in ipso suæ conceptionis initio, quando cæteræ mulieres potissimùm miserabilius affliguntur, Maria tota alacritate montana conscendit. Sic & in partu quàm læcidum est, quòd noua exultatione nouam edidit prolem, sola inter mulieres à communi maledicto & dolore parentium aliena. Si rerum pretia ex raritate pensamus, nihil his potèst rarius inueniri. Siquidem in omnibus istis, nec primam similem visa est nec habere sequentem. Cæterum quæ restant adhuc imitationem requirunt. Nam præcedentia non communicat nobis, sed secretum suum recipit sibi. Itaque nihil horum exigitur à nobis. Sed nunquid si defuerit nobis etiam mansuetudo pudoris, si humilitas cordis, si magnanimitas fidei, si compassio mentis, negligentiam nostrâ singularitas excusabit? Gratissima sanè gemma in diademate, micans in capite stella, rubor in facie hominis verecundi. Pudibunda fuit Maria, ex euāgelio id probamus. Vbi enim aliquando loquax, vbi præsumptuosa fuisse videtur? Foris stabat, loqui quærens cū filio: nec materna auaritate aut sermonem interrupit, aut habitationem irrupit in qua filius loquebatur.

In omni textu quatuor euangeliorum (si benè memini) **R** non nisi quater Maria loquens auditur. Primò ad angelum, sed cum semel atque iterum iam allocutus eam fuisset. Secundo ad Elizabeth, quando vox salutationis eius Ioannem exultare fecit in vtero. Tertiò ad filium, cùm esset annorum *ij*. Quarto in nuptiis ad filium & ministros. Et is quidem

SVPER APOCALYPSIN.

sermo certissimus index ingenitæ mansuetudinis & virginâ-
lis verecundiæ fuit. Aliorum quippe verecundiam suam re-
putans, sustinere non potuit, nec vini dissimulare defectum.
Denique legis in actibus Apostolorum, quod redeuntes à
monte Oliueti vnanimiter perseuerabant in oratione. Si for-
tè Maria affuit, nominetur prima, quæ supra omnes est tam
flij prærogatiua quàm priuilegio sanctitatis. Petrus & An-
dræas, Iacobus & Ioannes, & cæteri qui sequuntur, hi om-
nes perseuerabant vnanimiter in oratione cum mulieribus &
Maria matre Iesu. Itâne & mulierum sese vltimam exhibet vt
nouissima omnium poneretur? Meritò facta est nouissima
prima, quæ cum prima esset, omnium sese nouissimam facie-
bat. Meritò super angelos est exaltata, quæ & infra viduas
& pœnitentes, infra eam de qua eiecta fuerant septem da-
monia, ineffabili sese mansuetudine inclinabat. Et quidem
manifesta satis in virgine ex hac ipsa mansuetudine virtus
humilitatis elucet, Veruntamen licet in suâ æstimatione eam
humilis esset, nihilominus tamen in promissionis credulitate
magnanimis fuit, vt quæ nihil aliud quàm exiguam sese
reputabat ancillam, ad incomprehensibile hoc mysterium
nullatenus tamen se dubitaret electam, & veram Dei atque
hominis genitricem credere mox futuram. Agit hoc nimi-
rum in cordibus electorum gratiæ prærogatiua diuinæ, vt
eos nec humilitas pusillanimes faciat, nec magnanimitas ar-
rogantes. Martyrium sanè virginis quod inter stellas diade-
matis eius, xij. nominauimus, tam in Simeonis prophetia,
quàm in ipsa dominicæ pæssionis historia commendatur.
Tuam ipsius animam pertransibit (inquit) gladius. Verè tuam
animam pertransiit vis doloris virgo beata, vt plusquàm mar-
tyrem non immeritò prædicemus, in qua corporeæ sensum
pæssionis, excesserit compassionis affectus. Annon tibi plus-
quam gladius fuit sermo ille, reuera pertransiens animam, &
pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, Mulier
ecce filius tuus? O commutationem! Ioannes tibi pro Ie-
su traditur, seruus pro domino, discipulus pro magistro, fi-
lius Zebedei pro filio Dei, homo purus pro Deo vero. Quo-
modo non tuam affectuosissimam animam pertransit hæc
auditio? quando & nostra licet saxea, licet ferrea pectora, so-
la recordatio scindit

Quòd mors Christi prius profuerit quàm fuerit.



Agnus qui occisus est ab initio seculi. Agnus occisus est ab initio seculi. i. iis qui fuerunt ab initio seculi. hoc est, ad redemptionem, ad salutem, ad reconciliationem eorum qui fuerunt ab initio. Vt per hoc quod dicitur ab initio, determinetur tempus non occisionis, sed salutis. Etiam inconueniens nulum erit, si semel & ab initio occisus esse dicatur. Prius enim mors eius profuit quàm fu it.

Cap. 13.
S

BERNARDVS.

Quòd sequi agnum, sit eius iudicium in omnibus venerari.



I sequuntur agnum quocunque ierit. Verè necesse est animas dilatari, quibus ipse vndique sequendus est agnus. Quò enim vadit? Attingit profectò à fine vsque ad finem fortiter, disponens omnia suauiter. Vis adhuc nosse quò eat agnus? Et quò necesse habeant beatæ animæ sequi eum? In omnibus requiem quæsiuit. Hæc est planè requies domini, non intercisã, nõ circa aliquid certam restricta: quoniam in omnibus gaudet, in omnibus delectatur, in omnibus requiem quærit & inuenit. Nam & bona ei placent in seipsis, & delectatur nihilominus bona ordinatione malorum. Diligit misericordiam & iudicium: nec modo in bonorum gloria sibi complacet, sed in ipsis quoque, vtpote iustis, suppliciis. Putásne poterit humana anima in hoc gaudium domini sui & in hanc eius requiem intrare, & ipsa quoque in omnibus delectetur, nec aliqua iam priuata affectione contrahatur in rugam, sed trãseat in affectum quendam generalem atque diuinum? Poterit sine dubiò, si fidelis inueniatur super pauca quæ accepit militiæ suæ temporis, id est super artus, super sensus quos suscepit regendos, vt probetur quàm fidelis sit domino suo.

Cap. 14.
T

SVPER APOCALYPSIN.

GILLEBERTVS.

Quòd contemplationis ocium opus habeat
non laborem.

V

*Beati mortui qui in domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus
vt requiescant à laboribus suis.* Spiritus hoc dicit, collatæ vtique
quietis exhibitione ex effectu gratiæ, quomodo & ipse testi-
monium reddit spiritui nostro. Spiritus hoc dicit, quia spiri-
tus hoc efficit. A modo iam dicit spiritus vt requiescant à la-
boribus suis. A laboribus, inquit, non ab operibus. Opera e-
nim illorum sequuntur illos. Opera sequuntur spiritum, sicut
calor ignem, vmbra corpus, lux solem, effectus causam. Qui
sabbatizat in spiritu, non opus habet sectari opera. Opera e-
nim sequuntur illum. Opera illorum. Quæ sunt opera illorū?
Quæ sunt opera quiescentium? Opera mortuorum in Chri-
sto, consepulcorum cum Christo, opera sabbatizantium. Fe-
stiuia sunt, feriata sunt. Ocium valent opera ista. Festina in-
gredi in hanc requiem, in hunc sabbatismum. Sed vide quòd
non relinquitur sabbatismus nisi consepultis cum Christo.
Non relinquitur nisi post sextam diem. In qua aut verus ho-
mo crucifigitur, aut nouus perficitur. In hoc igitur sabbato,
in hoc ocio sapientiam scribe, ne fortè sabbata tua derideant
hostes. Scribe illam super latitudinem cordis tui. Latum enim
est cor quod curæ non arctant.

HVGO DE S. VICTO.

Quòd ad exemplar libri vitæ, libros conscientiz vel
scribere vel corrigere debeamus.

Cap. 20.

X



Libri aperti sunt, &c. Libri sunt corda ho-
minum, liber vitæ est sapientia Dei. Li-
bri aperiuntur, quâdo fiunt secreta cor-
diū manifesta: liber vitæ aperitur, quan-
do vnique luce interiori manifestè
patescet omne quod faciendum est. Et
mortui ex his qui in libris sunt, non qui
in libro indicantur, quia peccatores ex suis operibus iudica-
buntur. Libri nostri ad librum Dei scripti sunt, quia corda
nostra ad similitudinem sapientiæ Dei condita sunt, sicut di-
citur: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Ad-
huc

hoc scribi debent libri nostri secundum exemplar libri vitæ, sicut ait Apostolus: Estote imitatores Christi sicut filij charissimi. Et si sic scripti non sunt, saltē corrigendi sunt. Conferamus itaq; libros nostros cum hoc libro, vt si aliquid aliter habuerint corrigantur, ne in illa vltima collatione, si quippiam aliter inuenti fuerint habentes, abiiciantur.

BERNARDVS.

Quòd Christus & sponsus sit in capite, & sponsa in corpore.



*V*idi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cælo, à Deo paratam tanquam sponsam, ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Ad quid? Credo vt sibi acquirat sponsam ex hominibus. Mira res. Ad sponsam veniebat, & absque sponsa non veniebat. Querebat sponsam, & sponsa cum ipso erat. An dux erant? Absit. Vna est columba mea. Sed sicut de diuersis ouibus gregibus vnum facere voluit, vt sit vnum ouile & vnus pator: ita cum haberet sponsam sibi inhaerentem à principio multitudinem angelorum, placuit ei & de hominibus conuocare ecclesiam, atque vnire illi quæ de cælo est, vt sit vna sponsa, & sponsus vnus. Ergo ex adiecta ista perfecta est illa, non duplicata. Porro vnam conformitas facit, nunc quidem in simili deuotione, postea verò etiam in pari gloria. Habes itaque vtrunque de cælo, & sponsum scilicet Iesum, & sponsam s. Hierusalem. Et ille quidem (vt videtur) semetipsum exinanivit formam serui accipiens. At illam in quam putamus forma seu specie, aut in quo habitu vidit descendentem ille qui vidit? an fortè in frequentia angelorum quos vidit descendentes & ascendentes super filium hominis? Sed melius dicimus quòd sponsam tunc vidit, & agnoscens duos in carne vna. Dum enim sanctus ille Emanuël terris intulit magisterium disciplinæ cælestis, dum supernæ illius Hierusalem (quæ est mater nostra) visibilis quædam imago & species decoris eius per ipsum nobis & in ipso expressa innotuit: quid nisi in sponso sponsam perspeximus, vnum eundemque dominum gloriæ admirantes, & sponsum decoratum corona, & sponsam ornatam monilibus suis? Ipse igitur qui descendit, ipse est & qui ascendit: vt nemo ascendat in

Cap. 21.

Y

GG ij



SVPER APOCALYPSIN.

cælum, nisi qui descendit de cælo. Vnus idémque dominus
& sponsus in capite, & sponsa in corpore. Nec frustra in ter-
ris visus est homo cælestis, cum de terrenis cælestes quàm
plurimos fecerit sibi similes, vt sit quod legitur: Qualis cæ-
lestis, tales & cælestes. Ex tunc & deinceps in terra viuitur
more cælestium, dum instar supernæ illius beatæ que crea-
turæ, hæc quoq; quæ à fratribus terræ venit audire sapientiam
Salomonis, cælesti viro nihilominus casto inhæret amore,
etsi necdum quomodo illa iuncta per speciem, tamen spon-
sata per fidem.

FINIS.

GERARDI CLERICI CARMEN
exhortatorium ad Lectorem.

En tibi sacrorum cælestia dogmata vatum
Queis potes æternæ noscere sedis iter.
A tenebris arcent, ad lumina clara sequentem
Ducunt. quid cessas? fert mora damna tibi.
Pelle procul nugas, diuinis pectora dede
Eloquiis: nam te præmia certa manent.

NE QVID NIMIS.

IN

IN
T



que sit tra
piam sim
dem glori
fuisse rep
scant iter
scriptura
quia diuin
sed & anti
quit mihi
huiusmodi
illis secul
Sunt aute
erit vobis, Z
miles, em
miseros, cu
mpedim
est, quando
Interca re
Quadring
dignis it T
Et iuxta A
Procedun
ibus sanct

IN LIBRVM SCHEMATA-
TVM ET TROPORVM BEDAE
Presbyteri Præfatio.



Olet aliquoties in scripturis, or-
do verborum causa decoris ali-
ter quàm vulgaris via dicendi
habet, figuratus inueniri, quod
Grammatici Græcè σχῆμα vo-
cant, nos habitum, vel formam,
vel figuram rectè nominamus:
quia per hoc quodammodo ver-
titur & ornatur oratio. Solet
iterum tropica locutio reperiri,

quæ sit translata dictione à propria significatione ad nō pro-
prium similitudinem, necessitatis aut ornatus gratia. Equi-
dum gloriantur Græci talium se figurarum vel troporum
fuisse repertores. Sed vt cognoscas dilectissime fili, cogno-
scant item omnes qui hæc legere voluerint, quòd sancta
scriptura cæteris omnibus scripturis non solùm auctoritate,
quia diuina est, vel utilitate, quia ad vitam ducit æternam,
sed & antiquitate, & ipsa præeminet positione dicendi. Pla-
cuit mihi collectis de ipsa exemplis ostendere, quia nihil
huiusmodi Schematum, siue troporum valent prætere
illis seculis eloquentiæ magistri, quam non illa præcesserit.

Sunt autem multæ Schematum species, sed eminentiores hæ,
σύνθεσις, Ζεύγμα, ὑπόζευξις, σύλληψις, ἀναδίπλωσις, ἀναφορά, ἑπα-
λληψις, ἐπίζευξις, παρανομασία, σχήσις ὀνομάτων, παροίμιον, ὁμοιο-
τάτων, ὁμοιοπλάτων, πολυπλάτων, εἰρημός, πολυσύνδετον, διάλυτον,
σύνθεσις, præoccupatio siue præsumptio dicitur. Figura

est, quando ea quæ sequi debent, anteponuntur, vt:

Interea reges, ingenti mole Latinus

Quadrifido vehitur curru. Et:

Digis it Turnus in albis,

Et iuxta Ascanius magnæ spes altera Romæ,

Proceedunt castris. Et in Psalmis: Fundamenta eius in mon-

tibus sanctis, diligit dominus portas Sion. Ante posuit eius

Virgil.

12. Aenei.

Psal. 86.

- Psal. 21.* & postea cuius, id est domini. Et alibi: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, pro diident, & mittent. Et Ezechiel nihil anteponeus, ita incipit: Et factum est in tricesimo anno. Sermonem coniunctionis posuit, nihil aliud ante, cui hoc subiungeretur, præponens:
- Ezech. 1.*
- 2 *ζεύγμα*, conjunctio dicitur, figura quando multa pendentia, aut vno verbo, aut vna sententia concluduntur, vt: Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clari j lauros, qui sydera sentis, Et volucrum linguas, & præpetis omnia pennæ. Huic simile est illud in Apostolo: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis. Sententia autem, vt Psalmista præponens: Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Qui loquitur veritatem in corde suo, &c. ad vltimum ita concludit: Qui facit hæc, non commouebitur in æternum.
- Verg. 3. Aeneid.*
- Eph. 4.*
- Psal. 14.*
- 3 *ἰσὸς ἐναντίας*, est figura superiori contraria, vbi singula verba, vel sententiæ, singulis quibusque clausulis subiunguntur, vt: Regem adit, & regi memorat noménque genúsque, Quidue petat, quidue ipse ferat: Mez éntius arma Quæ sibi conciliet, violentaque pectora Turni Edocet, humanis quæ sit fiducia rebus Admonet, immiscétque preces, haud sit mora, Tarchon iungit opes, sædúsque ferit. Tale est & illud, in verbo: vt in Psalmo: Virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantie suauitatis tuæ eructabunt, & iustitiam tuam exultabunt. Et Apostolus: Siue prophetiæ inquit, euacuabuntur, siue lingue cessabunt, siue scientia destruitur.
- Vergil. 10. Aeneid.*
- Psal. 144.*
- 1. Corin. 13.*
- Psal. 24.*
- Sententiæ, vt: Si consistent aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo,
- 4 *σύλλαμψις*, est dissimilium clausularum per vnum verbum conglutinata conceptio, vt: Hic illius arma, Hic currus fuit. Hoc schema latè patet, & fieri solet non solum per partes

oration
Syllepfi
vt: Sunt
Castane
Simil
tionem
Atten
Ad faci
populis.
Quod ac
in sensu
tur. pro
Immisit
terminau
tios mus
Iren pro
Adfiteri
Reges er
foli into
Apostol
præce
Sequitur
Astur eq
Siantes e
lem quæ
sum. Et
foderunt
non vale
a rapo
principia
Næz inc
Nate pat
Simile est
timebo? L
quo ante
timebit c
ego sper
principia

orationis, sed & per accidentia partium orationum. Item: Syllepsis est, cum singularis dictio plurali verbo adiungitur, vt: Sunt nobis mitia poma,
Castanæ molles, & pressi copia lactis.

*Vergil. in
Buc.*

Simile est illud, cum casus discrepantes in vnam significationem congregamus, vt:

Attendite populus meus legem meam. Et:

Ad faciendam vindictam in Nationibus, increpationes in populis. Quod enim ait, ad faciendam, numeri singularis est. Quod addidit, increpationes, pluralis est. Fit etiam Syllepsis in sensu, id est, vbi pro multis vnus, vel pro vno multi ponuntur. pro multis vnus, vt:

*Psal. 77.
Psal. 149.*

Immisit in eis muscam caninam, & comedit eos rana, & exterminauit eos. Cum non vnam ad exterminandos Aegyptios muscam sed ranam, vel innumeras immitteret,

Item pro vno multi, vt:

Adstiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum.

Psal. 2.

Reges enim pro Herode: Principes pro Pilato positos Apostoli intellexerunt, quemadmodum continetur in Actibus Apostolorum.

ἀναστροφὴ, est cōgeminatio dictionis, quæ in vltima parte precedentis versus, & prima sequentis iteratur, vt:

Sequitur pulcherrimus Astur,

Verg. 10.

Astur equo fidens, & versicoloribus armis. Simile est illud:

Aeneid.

Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem, Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idiosam. Et Hieremias: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.

Psal. 137.

Hiere. 2.

ἀναφορὰ, est relatio, cum eadem dictio bis sæpiusve per 6 principia versuum repetitur, vt:

Nate meæ virēs, mea magna potentia solus,

Affectibus

Nate patris summi qui telo Tiphœa temnis.

seruit illud

Simile est illud: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quæ timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Et

schema ma-

ximè.

quo antea sumus vsi: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum: Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Fit autem Anaphora & in eodem versu per principia sensuum, vt: Vox domini in virtute, vox domini in

Psal. 26.

Psal. 18. magnificentia, vox domini confrigentis cerdros. quæ figura psalmis vsitatissima est. hanc quidam Ephiphoram vocant.

7 *Verq.* 2. *Georg.* *Phil.* 4. $\epsilon\alpha\alpha\nu\alpha\lambda\eta\mu\psi\iota\sigma$, est verbi in principio versus positi in eiusdem sine repetitio, vt: Ante etiam sceptrum Dictæ regis, & ante. Simile est illud: Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Et in Psalmo: Deus quis similis erit tibi? ne taceas, neque compeſcaris Deus.

8 *Verq.* 9. $\epsilon\alpha\lambda\epsilon\upsilon\omega\epsilon\iota\varsigma$, est eiusdem verbi in eodem versu sine aliqua dilatione congeminationo, vt: Me me, adsum qui feci, in me conuertite ferrum O Rutuli, mea fraus omnis. Huic simile est illud: Consolamini consolamini popule meus, dicit dominus vester. Et iterum. Eleuare, eleuare, consurge Hierusalem. Et iterum: Viuens viuens, ipse confitebitur tibi. Et in Psalmo: Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam, Alibi repetitio eiusdem sermonis palinlogiæ obtinet nomen.

9 *Terev.* *And.* *Philip.* 3. *Esa.* 5. $\mu\alpha\rho\nu\eta\mu\alpha\sigma\iota\alpha$, denominatio dicitur, quoties dictio penè similis ponitur in significatione diuersa, mutata videlicet litera vel syllaba, vt. Nam inceptio est amentium, haud amantium. Et apud Ciceronem: Qui fuit locus felicissimus, nunc erit locus desertissimus. Et: Custodia sacrorum non honoris, sed oneris esse existimabitur. Tale quoque est illud, vt in Psalmo xxi. iuxta Hebraicam veritatem: In te confisi sunt, & non sunt confusi. Et Apostolus: Videte malos operarios, videte concisionem: nos autem sumus circuncisio qui spiritu Deo seruiamus. Quam Esaias Propheta figuram elegantissimè in sua lingua confecit, vbi ait: Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor. Hebraicè enim iudicium, $\mu\iota\sigma\tau\iota\sigma$ iniquitas $\mu\iota\sigma\tau\iota\sigma$, iustitia $\mu\iota\sigma\tau\iota\sigma$ clamor appellatur $\mu\iota\sigma\tau\iota\sigma$, pulchrè itaque vna vel addita vel mutata litera sic verborum similitudinem temperauit, pro $\mu\iota\sigma\tau\iota\sigma$ diceret $\mu\iota\sigma\tau\iota\sigma$, & pro $\mu\iota\sigma\tau\iota\sigma$ poneret $\mu\iota\sigma\tau\iota\sigma$.

10. *Esa.* 7. $\chi\theta\iota\varsigma\ \iota\sigma\theta\mu\epsilon\tau\omega\upsilon$, id est, multitudo coniuictorum diuerso sono, vnam rem significantium, vt: Marsa manus, Peligna cohorts, festina virum vis. Simile illud quoque: Va genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, hiliis sceles-

ntis. Et
egimus,
apoi
tur, vt:
O Tite
Qu
tinet, m
tur. Ha
exemplu
de domo
Ira illius
dz, & ob
iucio
media &
tur, vt:
Eos redu
Simil
quam de
te corrup
Hac f
modo:
Peruis
beatus Ie
notitiam
virium ta
tensione
hinc vsus
quas Hic
pellat.
iucio
Mirente
etiam illu
si genueri
lo post in
polluente
propinas
los suos,
amplius a
molu
littora li

ratis. Et in Psalmis: Peccauimus cum patribus nostris, iniuste *Psal. 15.*
egimus, iniquitatem fecimus.

καρσιμωτον, est cum ab eisdem literis diuersa verba sumuntur, vt: II

O Tite tate tati tibi tanta tyranne tulisti.

Ennius.

Quæ nimirum figura, quia ad positionem literarum pertinet, melius in ea lingua, qua scripta est, editaque requiretur. Habemus tamen & in nostra translatione vnde demus exemplum, dictum, est etenim in Psalmo: Benediximus vobis de domo domini, Deus dominus & illuxit nobis. Et in alio: Ira illius secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.

Psal. 117.

Psal. 57.

ἐπιμοτίδευτον, simili terminatio dicitur, figura quoties media & postrema versus siue sententiæ similli syllaba finiuntur, vt: 12

Eos reduci quàm relinqui, reuehi quàm deserui malui.

Ennius teste

Simile est in Ecclesiaste: Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias. Et iterum: Melius est à sapiente corripri, quàm stultorum adulatione decipi.

Diomede.

Eccle. 6.

Eccle. 7.

Hac figura Poëtæ & Oratores sæpe vtuntur: Poëtæ hoc modo:

Peruia diuisi patuerunt cærula ponti. Oratores verò ita: Beatus Iob, Deo soli agnitus in tranquillitate, ad maiorem notitiam perducendus, tactus est verberare, vt odorem suarum virium tantò latius spargeret, quantò maiore aromatum incensione flagraret. Quo schemate ipse qui hæc dixit, sapientem vsus fuisse reperitur. Et huiusmodi orationes esse reor, quas Hieronimus cachinas rhetorum declamationes appellat.

ἐπιμοτίδευτον, cum in similes sonos exeunt dicta plurima, vt: 13.

Morientes, flentes, lachrymantes, commiserantes. Tale est *Ennius.*

Canate, exultate, & psallite. Et Ezechiel: Quod *Psal. 97.*

si genuerit filium latronem, effundentem sanguinem, & pau- *Ezech. 1.*

lo post in montibus comedentem, & vxorem proximi sui

polluentem, egenum & pauperem contristentem, rapientem

propinas, pignus non reddentem, & ad idola leuantem oculos suos,

abominationem facientem, ad vsuram dantem, &

amplius accipientem, nunquid vita viuere?

καρσιμωτον, est cum diuersis casibus variatur oratio, vt: 14

Litora litoribus contraria, fluctibus vndas

Verg. 4.

Aeneid. Imprecor, arma armis, pugnent ipsique nepotes. Et *Apostolus*
Roma. 11. lus: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia:
Psal. 67. ipsi honor, & gloria, in secula seculorum. Et in *Psalmo*: Nive
 dealbabuntur in Selmon, mons Dei. Mons coagulatus, mons
 pinguis, vt quid suspicamini montes coagulatos? Mons in
 quo beneplacitum est Deo habitare in eo.

15 *ἱριμὸς*, conuenientia dicitur, quando series orationis teno-
 rem suum vsque ad vltimum seruat, nulla videlicet alia vel
 causa, vel persona mutata, vt:

Verg. 7. Principio cælum ac terram, camposque liquentes,

Aene. Lucentemque globum Lunæ, Titaniæque astra

Psal. 53. Spiritus intus alit. Simile est illud, vt in *Psalmo*: Deus in no-
 mine tuo saluum me fac. & cætera, vsque dum ait: Non pro-
 posuerunt Deum ante conspectum suum. Orat enim Pro-
 pheta: vt auxilio domini saluatoris ab hostium insectatione
 liberetur.

16 *πολυσύνδετον*, est oratio multis nexa coniunctionibus, vt:

Verg. Athamasque, Thoasque,

Psal. 40. Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon. Simile est il-
 lud in *Psalmo*: Dominus conseruet eum, & viuificet eum, &
 beatum faciet eum, & emundet in terra animam eius, & non
 tradat eum in manus inimicorum eius.

17 *διάλυτον*, vel *ἀσύνδετον*, est figura superiori contraria, ca-
 rens coniunctionibus, vt: Ite, ferte citi flammæ, date tela, im-
 pellite remos. Tale est illud in *Psalmo*: Iubilate Deo omnis

Vergil. terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius,
Aeneid. 4. dicite Deo, Quàm terribilia sunt opera tua domine!
Psal. 65.

Andr. 2.
ipitio.
Mor.
 dis quat
 le ab an
 Ergo ab
 Typhin
 guberna
 Simil
 us? Et: D
 E. Et: Si
 & bestia
 nimale,
 Pelagus
 & rates
 Simil
 as. Et:
 i ciuitat
 nimam H
 Ab anim
 Athlan
 Pionife
 Nix hum
 Præcipi
 Nam vt
 membra
 Exiccat
 verticem
 Ab inan
 Aut si fa
 Concipi

DE TROPIS.



Tropus, est dictio translata à propria significatione ad non propriam similitudinem, ornatus, necessitatisve causa. Sunt autem τρόποι, qui Latine modi, vel mores interpretari possunt, numero tredecim, μεταφορά, κατὰ χρισίς, μετάληψις, μετωνυμία, ἀντονομασία, ἐπίθετον, σύνθεσις, ὀνομαστωσία, περίφρασις, ὑπέρθωσις, ὑπερβολή, ἀλληγορία, ἰμῖσις.

Μεταφορά, est rerum verborumque translatio. Hæc fit modis quatuor: ab animali ad animale, ab inanimati ad inanimati, ab animali ad inanimati, ab inanimati ad animale.

Ego ab animali ad animale fit sic, vt:

Typhin aurigam celeres fecere carinæ. Nam & auriga, & gubernator animam habent.

Simile est in sacra scriptura illud: Quare fremuerunt Genes. Et: Dominus qui eripuit me de ore leonis, & de manu vr- si. Et: Si sumpsero pennas meas ante lucem. Nam & homines, & bestiar, & volucres animam habent. Ab inanimati ad inanimati, vt:

Pelagus tenuere rates, nec iam amplius vlla. Nam & pelagus & rates animam non habent.

Simile est illud in sacra scriptura: Aperi Libane portas tu- as. Et: Qui perambulat semitas maris. Translatio est enim à ciuitate ad montem, & à terra ad mare, quorum nullum a- nimam habet.

Ab animali ad inanimati, vt:

Athlantis cinctum assidue cum nubibus atris,

Pinniferumque caput vento quassatur & imbris,

Nix humeros infusa regit, tum flumina mento

Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.

Nam vt hæc animalis sunt, ita mons animam non habet cui membra hominis adscribuntur. Huic simile est illud:

Exiccatus est vertex Carmeli. homines enim non montes verticem habent.

Ab inanimati ad animale, vt:

Aut si fama mouet, si tantum pectore robur

Concipis. Nam vt robur animam non habet, ita Turnus

Psal. 2.

Psal. 138.

Zach. II.

Psal. 8.

Amos. I.

Ezech. 11. cui hæc dicuntur, animam habet. Huic simile est illud: Auferam à vobis cor lapideum: non enim lapis, sed populus animam habet.

Quas Craci
ἀνακρίδας
vocat.
ἀκρίδας
vocat.
Psal. 16.
Iobe. 3.
Esa. 40.
Psal. 2.
Gene. 6.
Zach. 8.
Amos. 2.

μεταφορά, autem, aut partis vnius est, vt: Fluctuare segetes: non potest enim dici, segetare fluctus: aut *ἀντιστροφή* est, id est reciproca, vt remigium alarum: nam & alarum, & alarum remigia dicuntur. Hic tropus & ad Deum fit multiuariè: à volucribus, vt: Sub umbra alarum tuarum protege me. A feris, vt: Dominus de Sion rugiet. A membris humanis, vt: Quis mensus est pugillo aquas, & celos palmo ponderavit? Ab homine interiore, vt: Inueni David filium Iesse, virum secundum cor meum. A motibus mentis humanæ, vt: Tunc loquetur ad eos in ira sua. Et: Pœnitent me hominem fecisse. Et. Zelatus sum Sion zelo magno: & innumera huiusmodi. A rebus insensibilibus, vt: Ecce ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno. Qui videlicet tropus & in communi locutione visitatissimus est, vt cum dicimus: fluctuare segetes, gemmare vitæ, floridam iuuentutem, & lacteam caniciem.

2. *κράτησις*, est vsurpatione siue abusus nominis alieni aut verbi, ad significandam rem quæ propria appellatione defecit, & eo à metaphora differt, quod illa vocabulum habenti largitur, hæc quia non habet proprium, alieno vitur, vt paricidam dicimus, qui occiderit fratrem: & piscinam, quæ pisces non habet. Hæc enim nisi extrinsecus tumerent suum vocabulum, non haberent. Huic simile est illud: Pones vestes in quatuor angulis mensæ per singulos pedes, & sextum sagum in fronte tecti duplicis, & ibi confringit cornua arcuum. Et: Labium illius erat quasi labium calicis, & repandi lilij: pedes quippe, & frons, & cornu, & labium, hominum tantum sunt, & animantium, non etiam rerum insensibilium: quæ nomina si scriptura præfatis rebus non imposuisset, quod proprium his diceret non haberet. Ad hunc tropum pertinet quod scriptum est: Est autem Hierosolymis Probatica piscina, à piscibus enim nomen accepit aqua, quæ nequaquam propter pisces, sed ad lauandas (vt ferunt) hostias collecta est, vnde Probaticæ cognomen sortita est.

2. *Παύ. 4.*

Ιωαν. 5.

μετάληψις, est dictio gradatim pergens ad id quod ostendit, & ab eo quo procedit id quod sequitur insinuans, vt: Spelun-

Spelun-
Post al-
Inque
per ma-
Tale est
res cr-
Nec no-
ci. Per
Intellig-
fation-
sunt spe-
id quod
quod in-
tem, id q-
enim per
Nunc p-
ta magis
gunt. A-
tinet, vt
Crateras
lam pro-
Vcatego
inuentor
Sine Cer-
Commix-
per Cere-
Liberum
nem: per
uentorem
vnum ap-
efficitur:
Et timor
contrà pe-
Iungit eq-
Fræna fer-
pfa faciar
ga insulu-
quod con-

Sepeluncis abdidit atcis. Et:

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Et:

Inque manus chartæ nodosâque venit arundo. Nam

per manus verba, per arundinem literæ significatæ sunt.

Tale est illud: Labores fructuum tuorum manducabis. labo-

res enim posuit pro his quæ laborando acquiruntur bonis.

Nec non & illud: Draco iste quem formasti ad illudendum

ei. Per draconem diabolus, per diabolium bonus angelus

intelligendus est, qualis à Deo formatus est.

metonymia, est quædam veluti transnominatio, ab alia signi-

ficatione ad aliam proximitatem translata. Huius multæ

sunt species: Per id quod continet, id quod continetur: per

id quod continetur, id quod continet: per inuentorem id

quod inuentum est: per inuentum, inuentorem: per efficien-

tem, id quod efficitur: per id quod efficitur, efficientem. Aut

enim per id quod continet, id quod continetur ostendit, vt:

Nunc pateras libate Ioui. Et: Theatra plaudunt, pra-

ta mugiunt: dum illic homines plaudunt, hîc boues mu-

giunt. Aut contrâ, per id quod continetur, id quod con-

tinet, vt:

Crateras leti statuunt, & vina coronant. Et:

Iam proximus ardet

Vcælegon. Dum non ille sed domus eius arderet. Aut per

inuentorem id quod inuentum est, vt:

Sine Cerere & Libero friget Venus. Et:

Commixtam Vulcanus mittit ad astra fauillam. Vult enim

per Cererem, frumenti inuentricem intelligere panem: per

Liberum, inuentorem vitis, vinum: per Venerem, libidi-

nem: per Vulcanum, ignem. Aut contrâ, per inuentum in-

uentorem demonstrat, vt: Vinum precamur, pro Libero, qui

vinum apud Græcos inuenit. Item per efficientem id quod

efficitur: sicut pigrum frigus, quod pigros homines faciat.

Et timor pallidus, eò quod pallidos homines reddat. Aut

contrâ per id quod efficitur efficiens, vt:

lungit equos aurî genitor, spumantiâque addit

Fræna feris. Spumantia fræna dixit, cum vtique non

ipsa faciant spumas, sed equus qui ea gerit spumis consper-

gat infusus. His similia sunt illa de sacra scriptura, per id

quod continet, id quod continetur ostendit, vt: Effundens

Ver. 1. *Ac-*
neid.

Id. in Buc.

Psal. 103.

4

Ver. 2.
Aeneid.

Plautus.

Gen. 24.

hydriam in canalibus. At contrà, vt: Accipe literas tuas. Neque enim hydria effundebatur, sed quod in ea continebatur: nec literæ in manus, sed charta quæ literas continet adsumitur. Et iterum: Et dimittite eam, & vadat, & aspicietis: non enim arca, sed plaustrum quod continebatur, vel boues qui ducebant plaustrum ire poterant. Hæc & per efficientem, id quod fit, & e contra, per hoc quod fit, efficientem designat.

ἀντρομασία, est significatio vice nominis posita, & accidentibus videlicet, propriam significat personam: quæ tribus fit modis, Ab animo, à corpore, extrinsecus. Ab animo, vt: Magnanimusque Anchisiades. A corpore, vt: Ipse arduus, altaque pulsat Sydera. Extrinsecus, vt:

Infelix puer, atque impar congressus Achilli. His simile est illud: Ab animo, vt: Nunquid non tu percussisti superbum? A corpore, vt: Vir spurius altitudinis sex cubitorum, & palmo. Ab elatione enim animi diabolus hinc intelligitur superbus. A quantitate corporis Goliath gigas significatur. Extrinsecus quæ sumuntur, in plures species diuiduntur. Descendunt enim à genere, vt: Nunquid omnibus vobis dabit filius Isai agrum? A loco, vt: Autorem seditionis sectæ Nazæorum. Ab actu: Qui autem tradidit eum, dedit eis signum dicens. Ab euentu, vt: Discipulus ille quem diligebat Iesus. Per hunc tropum aliquoties & Dominus ipse demonstratur. A genere, vt: Osanna filio David. A loco, vt: Qui sedes super Cherubin appare. Ab actu, vt: Peccauit quid faciam tibi o custos hominum?

- 6 *ἐπίθετον*, est præposita dictio proprio nomini: nam Antonasia vicem nominis sustinet. Epitheton nunquam est sine nomine, vt: Dira Celæno. Et Diua Camilla. Et: Alma Ceres. Et: Obscœniquæ canes, importunæque volucres. Tale est in sacra scriptura: vt Dilectus Deo & hominibus Moyses: Et: Misericors & miserator dominus. Et: Iustum Lothi oppressum. Fit etiam Epitheton modis tribus. Ab animo, A corpore, Extrinsecus. His duobus tropis aut vituperamus aliquem, vel ostendimus, vel ornamus,
- 7 *συνησφοχή*, est significatio pleni intellectus capax, cum plus minusve pronuntiat. Aut enim à parte totum ostendit, vt: Haud aliter puppésque tuæ, puppésque tuorum.

Verg. 2.

Aeneid.

Esa. 51.

1. Reg. 17.

Matth. 26.

Ioan. 19.

Matth. 21.

Aut con
Etinger
In pupp
Gramin
særa scr
animat
animæ,
Tuleru
corpus o
bum car
animæ,
propter
tum vbi

ἐπιθετον
clangor
latus ou
urum.
Ium tim
nite tub
Et: Rug
valentes
mant fil
que voce
sanctis s

ἐπίθετον
si quæ p
Et iam p
Tithoni
Nimio
Sic geni
era scrip
quoniam
soluarur
non man
Nam fœ
vsum qui
ἐπιθετον
turbans
impetret

Aut

Aut contrà, vt:

Exingens à vertice pontus

In puppim ferit, excutitur pronúsque magister. Et:

Gramineas, alij fontémque ignémque ferebât. Similiter in sacra scriptura aut totum à parte ostenditur, vt: In LXXII. animabus ingressus est Iacob Aegyptum. Cùm non solæ animæ, sed cum corporibus suis ingressæ sunt. Aut contrà, vt: Tulerunt dñm meum. Dominum dixit, cùm domini corpus quæreret. Aut enim totum à parte ostendit, vt: Verbum caro factum est. Et: Eramus verò in naue vniuersæ animæ, ducentæ septuaginta sex. Aut contrà, vt ibi: Ergo propter parascueu Iudæorum quia iuxta erat monumentum vbi posuerunt Iesum.

Ioan. 1.

ὄνομα τῶν αἰσῶν, est nomen de sono factum, vt: Tinnitus æris, 8

clangor tubarum, hinnitus equorum, mugitus boum, balatus ouium, latratus canum, rugitus leonum, stridor valvarum. Inueniuntur hæc & in sacra scriptura, vt: Cymbalum tinniens. Et: Quasi tuba exalta vocem tuam. Et: Canite tuba. Et: Nunquid circumdabis collum equi hinnitum?

Esa. 58.

Et: Rugitus leonis. Et: Vox lænæ. Et: Canes muti non valentes latrare. Ad hunc tropum pertinere quidam existimant sibilos serpentium, porcorum stridores, cæterorumque vocem confusam animantium, quæ & ipsa in scripturis sanctis sæpius reperitur.

Esa. 56.

ἀντίφρασις, est circumlocutio, quæ fit aut ornandæ rei causa quæ pulchra est, aut vitandæ quæ turpis est, vt: Et iam prima nouo spargebat lumine terras Tithoni croceum linquens Aurora cubile. Et: Nimio ne luxu obtusior vsus Sic genitili aruo sulcos obliuiscit inertes. Similiter & in sacra scriptura. Veritatem splendide producit, vt est: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem habemus ex Deo, domum non manufactam, æternam in cælis. Fæditatem euitans, vt: Nam sceminæ eorum immutauerunt naturalem vsus, in eum vsus qui est contra naturam.

9

2. Cor. 5.

Rom. 2.

ὑπερφρασις, est transcensio quædam verborum ordinem turbans, huius species sunt quinque, *ὑπερολογία*, *ἀναστροφή*, *ἀντιθέσις*, *τμήσις*, *σύγχυσις*.

10

BEDA PRESBYTER

1 ὑπερολογία, vel, ὑστερον πρότερον, est sententia cum ordo ver-
bis inuertatur, vt:

Ver. 1.
Aeneid.

Torrere parant flammis, & frangere saxo. Et:
Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit. Prius
enim franguntur fruges, & postea coquuntur: & ante ad
æquora venit, & sic tetigit fluctus. Tale est illud: Hic acci-
piet benedictionem à domino, & misericordiam à Deo sa-
lutari suo: prius enim dominus miserando iustificat impium,
& sic benedicens coronat iustum.

Psal. 23.

2 ἀναστροφὴ, est verborum tantum ordo præposterus, vt:
Italiam contra: pro contra Italiam. Et: Littora circum: pro
circum littora. Tale est illud: Quamobrem ego deprecabor
dominum: pro ob quam rem.

Ver. 1.
Aeneid.

3 παρένθεσις, est interposita ratiocinatio diuisæ senten-
tiæ, vt:

Gal. 2.

Aeneas, neque enim patrius consistere mentem
Passus amor, rapidum ad naues præmittit Achatem.
Tale est & illud Apostoli: Qui enim operatus est Petro in
Apostolatam circuncisionis, operatus est & mihi inter Gen-
tes. Et quum cognouissent gratiam quæ mihi data est, Iaco-
bus & Cephas & Ioannes dextras dederunt mihi & Barna-
bæ societatis.

Ver. 1.
Aeneid.

4 τμήσις, est simplicis verbi sectio, aut vnius compositi, vna
dictione vel pluribus interiectis, vt:

Talis hyperboreo septem subiecta trioni,
Et multum nebulæ circum dea fudit amictu. Pro circum
fudit. Hæc species licet in sacra scriptura facile non inuenia-
tur, tamen habetur in Christiano poëta, vt est:
Hiero quem genuit solymis Dauidica proles. Hoc est, Hie-
rusalem.

Ver. 1.
Aeneid.

5 σύγχυσις, est hyperbaton ex omni parte confusum, vt:

Tris Nothus abreptas in saxa latentia torquet,
Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras. Est enim
hic ordo, tris abreptas naues Nothus in saxa torquet, quæ
saxa in mediis fluctibus latentia Itali aras vocant.

Simile est illud in sacra scriptura: Si dormiatis inter me-
dios clericos pennæ columbæ de argentatæ, & posteriora dor-
sifitius in specie auri. Prius enim hic, vt Augustinus ait, quæ-
rendus est ordo verborum, quomodo finiatur sententia,
quæ

quæ v
tum est
nas loc
nitur i
euange
cleros
quantu
columb
ipsæ pe
illos ho
spolia c
ō vos q
ritus ad
tia, alij
alij gene
tis vos i
tate niu
vos pen
de alba
per grati
de ipsa e
ascendit
phetam c
num, sic
quod di
tur eritis
domos d
columbæ
ō pagani
melius i
qua dictu
tem, quia
nio loco
tam, terra
dormire i
esse volu
corum te
aliquis ex
sca quiete

quæ utique pendet, & dicitur: Si dormiatis: deinde incertum est, utrum hæ pennæ, an, ô vos pennæ, & ad ipsas pennas loqui videatur. Vtrum ergo verbis quæ processerunt finitur ista sententiâ, ut sit ordo: Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa, si dormiatis inter medios cleros ô vos pennæ columbæ deargentatæ. An his quæ sequuntur, ut ordo sit: Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ niue dealbabitur in Selmon. id est, ipsæ pennæ dealbabitur, si dormiatis inter medios cleros, ut illos hoc dicere intelligatur, qui speciei domus tanquam spolia diuiduntur: id est, si dormiatis inter medios cleros, ô vos qui diuidimini speciei domus per manifestationem spiritus ad utilitatem, ut alij quidem detur per spiritum sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alij fides, alij genera linguarum, in eodem spiritu, &c. Si ergo dormiatis vos inter medios cleros, tunc pennæ columbæ deargentatæ niue dealbabitur in Selmon. Potest & sic intelligi: Si vos pennæ columbæ dormiatis inter medios cleros, niue dealbabitur in Selmon. ut subintelligatur homines, qui per gratiam remissionem accipiunt peccatorum. Vnde etiam de ipsa ecclesia in Cantico Canticorum: Quæ est ista, quæ ascendit dealbata? promissio quippe Dei tenetur per Prophetam dicentem: Si fuerint peccata vestra tanquam coctum, sicut niuem dealbabo. Potest & sic intelligi, ut in eo quod dictum est: pennæ columbæ deargentatæ, subaudiat eritis: ut iste sit sensus: Vos qui tanquam spolia speciei domus diuidimini, si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ eritis, id est in altiora eleuabimini, ô pagani tunc ecclesiæ coherentes: nullam quippe aliam melius intelligi puto columbam deargentatam, quam de qua dictum est: Vna est columba mea. Deargentata est autem, quia diuinis eloquiis erudita. Eloquia nanque domini, alio loco, eloquia casta dicuntur, argentum igne examinatum, terra purgatum septuplum. Magnum itaque est bonum, dormire inter medios cleros, quos nonnulli duo testamenta esse voluerunt: ut dormire sit inter duos medios cleros, in eorum testamentorum auctoritate requiescere, ut quando aliquis ex his profertur, & probatur, omnis intentio paci-
Esa. 1.
Can. 6.

- 11 *ὑπερβολή*, est disio fidem excedens, augendi minuendive causa. Augendi, ut: niue candidior. Minuendi, ut: tardior testudine. Tale est & illud: Aquilis cœli velociores, leonibus fortiores. Minuendi, ut: Terrebit te sonitus folijvolantis. Et: Nigrata super carbonem facies eorum.
- 12 *ἀλλυγορία*, est tropus quo aliud significatur quàm dicitur, ut:
2. Geor. Et iam tempus equum fumantia solvere colla. hoc est, carmen finiri. Huic simile est: Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Hoc est, intelligite, quia populi sunt iam parati ad credendum. Huius species multæ sunt, ex quibus eminent, *εἰρωνεία*, *ἀντιφράσις*, *ἀνιγμᾶ*, *χαριεντισμός*, *παροσμίας*, *σαρχισμός*, *οιστῆσμός*.
- 1 *εἰρωνεία*, est tropus per contrarium quod conatur ostendens, ut:
Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis
Tūque puerque tuus, magnum & memorabile nomen,
Vna dolo diuini si fœmina victa duorum est.
Hanc nisi grauitas pronunciationis adiuuerit, confiteri videbitur quod negare contendit. Huic simile est illud: Clamante voce maiore, Deus est enim Baal, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut dormit, ut excitetur.
- 2 *ἀντιφράσις*, est vnius verbi ironia, ut: bellum, hoc est minime bellum: Lucus, quod minime luceat: Parca, quod minime parcant. Item in sacra scriptura, ut: Amice ad quid venisti? Inter Ironiam & Antiphrasin hoc distat, quod Ironia pronunciatione sola indicat quod intelligi vult: Antiphrasis verò, non voce pronunciantis significat contrarium, sed suis tamen verbis, quorum origo contraria.
- 3 *ἀνιγμᾶ*, est obscura sententia per occultam similitudinem rerum, ut:
Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me. Cùm significat aquam in glaciem conuerti, & ex eadem rursus efflueret. Tale est illud in sacra scriptura, ut: Pennæ columbæ de argentatæ, & posteriora dorsi eius in specie auri. Cùm significet eloquia scripturæ spiritualis diuino lumine plena, sensum verò eius interiorem maiori cœlestis sapientiæ gratia resurgentem, vel certò, vitam sanctæ ecclésiæ præsentem virtutum pennis gaudentem, futuram autem, quæ in cœlis est,

est, æt
χαρ
tur, vt
quis? E
minē n
u i rib;
parieb
τα: ο
uerbatur
fibula.
Huic si
Num 8
libet p
viamur
re, vel
re vider
nis, que
Græcor
acceper
εργα
In ag
Hesper
uictorit
facere.
mus ei.
ἀντιφ
ἀντιφρά
res, & f
Qui Bau
Atque
illud: V
dum san
bis tant
niam Ab
de libera
Verbis
Iesse, &
pe Davi
nascitur

est, æterna cum domino claritate futuram.

χαριτωσους, est tropus, quo dura dictu gratius proferuntur, ut cum interrogantibus nobis: Num nos quaesierit aliquis? Responderetur, Bona fortuna. Exinde intelligitur, nemine nos quaesisse. Simile est illud: Nonne pro Rachel serui tibi, quare imposuisti mihi? Vno enim verbo iniuriã quam pariebatur grauissimam temperantius loquens significauit.

παρασια, est accommodatum rebus, temporibusque pro- uerbum, ut: Aduersus stimulum calees. Et: Lupus est in fabula.

Hinc simile est illud: Canis reuersus ad vomitum suum. Et: Num & Saul inter prophetas? Quorum vnum eum quen- libet post actam pœnitentiam ad vitia relabi, altero tunc vinimur, cum indoctum quenque officium docendi adsumere, vel aliud quid artis, quam non didicit, sibi met vsurpare viderimus. Hic tropus adeo latè patet, ut liber Salomonis, quem nos secundum Hebræos Parabolas dicimus, apud Græcos ex eo nomen Παραμιάρων, hoc est Prouerborum acceperit.

εργαζους, est plena odio, hostilisque irrisio, ut: In agros, & quam bello Troiane petisti Hesperiam metire iacens, hæc præmia, qui me. Et in sacra- auctoritate: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credi- mus ei.

δωροσους, est tropus multiplex, numerosusq; virtutis. Nam *δωροσους*, putatur, quicquid dictum simplicitate rustica ca- rit, & faceta vrbanitate expolitum est, ut illud:

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui,
Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos. Tale est illud: Vtinam abscindantur qui vos conturbant. Notandum sanè, quod allegoria aliquando factis, aliquando ver- bis tantummodo fit: factis quidem, ut scriptum est: Quo- niam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera, quæ sunt duo testamenta, ut Apostolus exponit. Verbis autem solummodo, ut: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Quo significatur, de stirpe Dauid per virginem Mariam, dominum saluatorem fuisse nasciturum. Aliquando factis simul & verbis vna eadem

BEDA PRESBYTER

- Cene. 37.* que res allegoricè significatur: factis quidem, vt: Ven-
Zach. 11. diderunt Ioseph Ismaëlitis x x x. argenteis. Verbis, vt:
1. Reg. 16. Appenderunt mercèdem meam x x x. argenteis. Item factis,
 vt: Stat autem Dauid rufus, & pulcher aspectu, & vnxit
Can. 4. eum Samuel in medio fratrum suorum. Verbis, vt: Dile-
 ctus meus candidus & rubicundus; electus ex milibus: quod
 vtrunque mysticè significat mediatorem Dei & hominum,
 decorum quidem sapientia & virtute, sed sui fuisse sanguinis
 effusione roseum, eundemque vnctum a Deo patre oleo
Psal. 44. lætitiæ, præ consortibus suis. Item allegoria verbi, siue
 operis, aliquando historicam rem, aliquando typicam, ali-
 quando tropologicam, id est moralem, rationalem: ali-
 quando anagogen, hoc est, sensum ad superiora ducentem;
 figuræ denuntiat. Per historiam nanque historia figuratur,
 cum factura primorum sex siue septem dierum, totidem compu-
 tatur ætatibus. Per verbû, dum hoc quod dicit Iacob patri-
Cene. 43. archa: Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti,
 & cætera, de regno ac victoriis Dauid intelliguntur. Per
 verbum, spiritualis de Christo siue ecclesia sensus, cum idem
 sermo patriarchæ de dominica passione, ac resurrectione
 fideliter accipitur. Item allegoria facta, tropologicam, hoc
Cene. 49. est moralem perfectionem designat, vt: Tunica talaris &
 polymita, quam Iacob patriarcha filio suo Ioseph fecit, va-
 riarum virtutum gratiam, qua nos Deus pater vsque ad ter-
 minum vitæ nostræ semper indui præcipit & donat, insi-
 nuat. Allegoria verbi eandem morum perfectionem signi-
 ficat, vt: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes
 in manibus vestris. Allegoria facti, anagogicum, hoc est,
 ad superiora ducentem sensum exprimit, vt: Septimus ab
 Adam Enoch translatus est de mundo. Sabbatum futuræ
 beatitudinis, quæ post opera bona seculi huius, quæ sex
 ætatibus peragitur, electis in finem seruetur, figuratè præsi-
 gnat. Allegoria verbi, eadem vitæ cœlestis gaudium demon-
Matt. 24. strat, vt: Vbiunque fuerit corpus, illic congregabuntur
 & aquilæ. Quia vbi mediator Dei & hominum est corpore,
 ibi nimirum & nunc subleuata ad cœlos animæ, & celebra-
 ta gloria resurrectionis, colligentur corpora iustorum. Non-
 nunquam in vna eademque re vel verbo, historia simul &
 mysticus de Christo vel ecclesia sensus, & tropologia, &
 anagoge,

anago-
 histor-
 riam,
 & in tr-
 citur:
 tropo-
 tis qua-
 vobis
 adspira-
 lum sec-
 Hieros-
 confor-
 te. De
 anima
 iuxta al-
 potest a-
 quentes
 libris m-
 ram dic-
 nuncup-
 quatio-
 magis na-
 magis
 inur,
 accidunt
 mile est
 gloriam
 ducent v-
 enim ang-
 magis
 Quasi
 Tauru-
 Simile est
 pos. Et: S-
 eritari o-
 magis
 tu aut det-
 Anten-
 Illyric-

anagoge, figuratim intimatur, vt Templum domini, iuxta historiam, Domus quam ædificauit Salomon: iuxta allegoriam, Corpus dominicum, de quo ait: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Siue ecclesia eius, cui dicitur: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Per tropologiam, quisque fidelium, quibus dicitur: An nescitis quia corpora vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est? Per anagogem, superni gaudij mansiones, cui adspirabat qui ait: Beati qui habitant in domo tua, in seculum seculi laudabunt te. Simili modo quod dicitur: Lauda Hierusalem dominum, lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. De ciuibus terrenæ Hierusalem, de ecclesia Christi, de anima quoque electa, de patria cœlesti, iuxta historiam, iuxta allegoriam, iuxta tropologiam, iuxta anagogen, rectè potest accipi. Iuxta allegoriam, de ecclesia diximus, sequentes exemplum doctissimi tractatoris Gregorij, qui in libris moralibus ea quæ de Christo siue ecclesia per figuram dicta, siue facta interpretabatur, allegoriam propriè nuncupare solebat.

ὁμοιωσις, est minus notæ rei, per similitudinem eius, quæ 13 magis nota est, demonstratio: huius species sunt tres, *ἰκτων*, *παράβολον*, *παραδύμα.*

ἰκτων, est personarum inter se, vel eorum quæ personis accidunt comparatio, vt: Os humerósque deo similis. Simile est illud in sacra scriptura, vt: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Et: Neque nubent, neque ducunt viros: neque enim ultra mori poterunt, æquales enim angelis erunt.

παράβολον, est rerum genere dissimilium comparatio, vt:

Qualis mugitus fugit cum saucius aram
Taurus, & incertam excussit ceruice securim.

Simile est & illud: Simile est regnum cœlorum grano sinapis. Et: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.

παραδύμα, est præpositio, siue enarratio exempli hortantis aut deterrentis. Hortantis, vt:

Antenor potuit mediis elapsus Achiuis,
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus?

Deterrentis, vt :

At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
Lædæamque Helenam Troianas vexit ad vrbes.

- Jaco. 5.* Simile est illud : Exhortantis, vt : Helias homo erat simili-
Matt. 6. lis nobis, passibilis, & orationem orauit vt non plueret su-
per terram, & non pluit annis tribus, & mensibus sex. Et:
Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque me-
tunt, neque congregant in horrea, & pater vester cælestis
Matt. 24. pascet illa. Deterrentis, vt : In illa hora qui fuerit in
tecto, & vasa eius in domo, non descendet tol-
lere illa, & qui in agro, similiter non
Luce 17. redeat retro. Memores esto-
te vxoris Loth.

F I N I S.

IN

rum
leg
Infl



Dei
ralit
Abisai
Ablaſt
Abluti
tum.
Aborti
Paul
Abraha
ter.
Abraha
Abrah
mora
Abrenū
Abstine
dū re
sus.
Abstine
o. & i
Abundā
rit ob
568.2
Abyſs^o
Acceler
Acedia.
Achiō i
192.c
Agiō in
587.n

INDEX RE-

rum memorabilium in Al-
legorias Veteris & Noui
Instrumenti.

Aron & Hur
significat mo-
nachos. 57.f
Aaron & Hur
sunt dilectio

Dei & proximi, & alia mo-
raliter. 60.n.o

Abisai. 152.e

Ablactatus. 201.a

Ablutionis pedum sacramen-
tum. 523.t

Abortiuum cur se nominet
Paulus. 561.a

Abrahæ sacrificium morali-
ter. 22.f

Abrahæ sopor. 23.y

Abrahæ ingressus ad ancillã
moraliter. 25.b

Abrenüciationes tres. 20.m

Abstiniens verè extinguit ne-
dũ restringit carnales sen-
sus. 47.m

Abstinentia. 110.e. 112.n. 192.
o. & 193.y

Abundãtia temporalium pa-
rit obliuionem æternorũ.
568.z

Abyss⁹ est sacra scriptura. 1.c

Accelerare. 201.b

Acedia. 110.d. & 169.o

Achior in Bethuliam ductus.
192.c

Actio indeuota est mortua.
587.n

Actus nostri & studia scrutẽ-
tur sollicitè. 326.a

Adæ dormitio fuit mentis
excessus. 8.m

Adæ & Acueꝝ absconũio. 12.c

Adæ pœna est misericordia
mitigata. 13.i

Adam & Acuam non grau-
bat corruptio corporis in
paradiso. 270.l

Adipe suo vesci. 77.q

Aduena. 201.c

Aduerũs Christi cur ad He-
rodũ vsq; tempora dila-
tus est. 379.i

Eius ad nos causa. 572.l

Aduerũs frangi aut prospe-
ris eleuari in tota vita est
turpe Christiano. 85.y

Aduerũs frustra cõqueritur,
qui sibi prospera non pre-
catur. 435.h

Adulari turpe monacho.
46.q

Adulatio vitãda. 48.p. 89.t.
343.c. & 353.v

Adulatores. 51.m. 191.v.x

Adulteræ liberatione à Chri-
sto commẽdantur veritas
& misericordia. 515.r

cum Adulteris portioñe ac-
cipere. 201.d

Aedificare. 212.r

Aegrotus sibi relictus nõ cõ-
sequitur sanitatem. 534.p

Aeternitati parata permanet
56.p

Acuæ creatio moraliter in
prelatis. 89.n.o

Affectio mala difficilius rese-

HH iij

- catur quā actio mala 100.n
 Affectiones quatuor. 361.y.z
 Affectio ardens non metitur vires corporis. 530.a
 Affectio triplex. 599.r
 Affectus noster sit mundus. 78.y
 Affectus humanus nō est sequendus contra diuinum consilium. 418.c
 Affectum excitat, licet nō instruat intellectū Apostolus, reticens verba ineffabilia. 568.v
 Afflictio corporalis decolorat sanctos in oculis imperitorum. 566.p
 Affluere diuitias. 202.c
 Agni paschalis mystica esio. 52.r. 53.t
 Agni Dei spolia. 506.b
 Agnū sequi, est eius iudicium in omnib⁹ venerari. 609.t
 Alacritas iustorū. 187.a. 192.c
 Alæ & volatus Seraphim. 291.k.l
 Alæ primæ bestię. 339.h.i
 Alieni filij. 202.f
 Alienigena. ibidem.g
 Altare. ibidem.h
 Altare nos ipsos faciam⁹ Deo. 58.a
 Altare est mēs hominis. 58.b
 Altaria duo legis. 64.r
 Altaris vnctio mystica. 106.l
 Altaria quatuor legis. 121.b
 Altare sub quo clamant occisib⁹, dicitur humanitas Christi. 605.k
 Amantes, amāiores, & amā-
 tissimi Dei. 123.q
 Amantem Deum tam vehementer, non redamans iniquissimē agit. 266.d
 AmāduS quomodo sit Deus in se & in proximo. 431.l
 Amare deum negligere, quā sit periculosum. 561.g
 Amare cœlestia, & terrena despiciere, genus prophetiæ est. 560.v
 Amatores mūdi. 192.r. 596.a
 ab Amatoribus mundi quæ requiruntur. 598.l
 Amatos non redarguere, nō tam amor est quā amen-
 tia. 245.l
 Ambidexter moraliter. 131.r
 Ambitio vitanda. 58.c. 346.o. 130.q. 133.r. 136.r. 155.k. 192.k. 194.f. 344.v. 359.k
 Ambulare. 202.i
 Ambulare cum domino in albis. 569.d
 Ambulatio spiritualis. 569.c
 Amygdali proprietates. 257.b. 258.c
 Amor mundi. 153.r
 Amor Dei solus de peccatis triumphat. 469.y
 Amor Christi in corde sanctorum. 523.y
 Amoris vis exacuit oculum mentis. 533.l
 Angeli dimittunt nos psallētes vacuos, si dimittantur vacui. 266.f
 Angeli sancti qua charitate desiderant salutem nostrā. 590.q

Angel
 scen
 dos
 ne d
 Angeli
 deo
 gra
 Angula
 Anima
 ri, e
 plan
 dicta
 Anima
 Animæ
 16.r
 Anima
 copu
 Anima
 rufal
 Quomo
 duo v
 Anima t
 potes
 tum a
 Anima
 tuò, q
 ru è c
 Anima
 merec
 mini.
 Anima
 datur
 bus.
 Animæ c
 stus.
 Anima d
 stitix d
 Animæ d
 dicia.
 Animæ l

- Angeli cur tantum duo de-
scenderunt ad consolando-
dos apostolos in ascensio-
ne domini. 534.g
- Angeli perferunt vota nostra
deo, referentes nos ad eius
gratiam. 606.o
- Angularis lapis. 203.k
- Anima dum subiacet tempo-
ri, est agendi & contem-
plandi vicissitudinibus ad-
dicta. 3.l
- Anima ossea & carnea. 9.p
- Animæ læsiones & corporis.
16.r
- Anima peccatrix quomodo
copuletur deo. 41.l
- Anima attendens ruinas Hie-
rusalem. 186.r
- Quomodo in ea assignentur
duo viri. ibidem.f
- Anima tristitia confecta non
potest esse deo vestimen-
tum aut ædificium. 245.i
- Anima possessura est perpe-
tuò, quod fortietur in exi-
tu è corpore. 254.y
- Anima quibus profectibus
mereatur visitationem do-
mini. 261.n
- Anima sanari volens abscon-
datur in Christi vulneri-
bus. 289.e
- Animæ qualiter insidet Chri-
stus. 574.g
- Anima à domino per vias iu-
stitiæ deducta. 342.y
- Animæ à deo desponsatæ in-
dicia. 342.z
- Animæ Iudæ & Nicanoris.
376.v
- Animam sola iustitia satiare
potest. 424.x
- Animæ vita iustitia est. 514.n
- Animarum in futuro reple-
tio. 467.o
- Anima est sensualitas. 538.h
- Anima vt sibi seruetur, per-
datur deo. 520.k
- Anima nubit deo per amo-
rem. 578.h
- Animæ nostræ saluandæ gra-
tia omnem immunditiam
& malitiam abiicere debe-
mus. 594.t
- Animi humani eruditio &
eleuatio. 164.t
- Animus tener abscondatur
à nociuis. 308.z
- Anni iubilæi mysteriũ. 103.v
- Annus triplex. 357.d
- Annorũ duodecim ascendit
Iesus in templum. 462.c
- Ante grandinem præibit co-
ruscatio. 280.g. 282.h
- Antichristus sanctos succidet.
303.a
- Antichristo paratæ perne tri-
plices. 303.c
- Antichristo est corpus sepul-
chrum. 305.g
- Antiochus super duo regna
regnat. 365.t
- Antiochus viuis captus. 369.r
- Aper. 203.l
- Apostoli cur nominentur vi-
ri. 283.n
- Apostoli cur circa curã Chri-
sti mortui, fuerint minus
quàm mulieres solliciti. 503.m

INDEX.

Apostolis aliis naues, Petro mare commissum est. 533.m	Aromata mentis. 445.g
Apparitiões Christi vij. post passiõne quid signent. 16.f	Linguz & manus. 446.r.f
Aqua. 203.m	Arũdo & vestis mollis. 216.l
Aquæ superiores. 4.n	Asahel. 154.g
Aquarũ triplex natura. 87.g	Ascensionum genera. 576.x
Aquarũ vius multiplex. 275.l	Ascensum salutarẽ monstra- uit nobis Christus. 276.a
Aquarũ tria genera Christus in suo corpore nobis con- secrauit. 509.o	Asini loco volatiliũ. 337.b
Aquæ motus & porticus. 512.a	Auaritia. 187.b. 362.c. 579.ik
Aquila. 88.l	Auaritia facit creaturã coli. 540.m
Aquila iuuentus restituta. 204.n	Aues cur nõ benedictæ 6.b
Aquilo. ibidem.o	Aues quẽ immolatur. 72.d.e
Aranæ opus. ibidem.p	Aues prohibita Iudæo. 88.k
Arbor. ibidem.q	Auium modus & genus tri- plex. 308.y
Arbor mystica. 336.a. 337.c	Auferri nostra à malis qua- liter Deº permittit. 466.n
Arca Noë. 17.b. 18.c. 19.d.f	Aulicorum vitia. 181.m
Aræ fabrica. 60.q. 62.r	Auris & oculi testim. 408.k
Arca fœderis. 62.f	Auris haurit quod non me- retur oculus intueri, & quod per aures ãtret vita. 445.n.o
Arca, vrna, & virga. 62.g	Aurum sitit populus. 69.o
Aræ reditus. 147.i	Aurum humanitatis Christi conflatum in vtero virgi- nis. 198.m
Arcẽ tenent inimici. 367.g h	Auri mala. 406.a
Arcus. 205.k	B abylon. 205.x
Arcus cœlestis moral. 20.i	Baculus. 206.y
Ardentes. 205.f	Baculus Iacob. 36.m
Ardor desiderij spiritualis decolorat hominem exte- riorem. 268.d	Baculi virtutes. 37.o.p.q
Argentum. 205.t	Baculus Helisei. 170.r
Arida cur terra vocata. 4.q	Balthæus sacerdotalis. 84.an- te f
Ariditas triplex. 307.f	Banaia. 53.f
Armis triplicibus impugna- tur castitas. 42.p	Baptisma. 121.a
Arma quibus superbia peri- mitur. 141.k	Baptismate carentes. 449.c
Arma contra vitia. 580.m	Beatitudines octo. 159.l

Beati-
387.
393.
Beati-
dab
Bel &
Bellum
luxu
Benedi-
Benedi-
Benedi-
sit au-
Benedi-
ria.
Benepl-
Benign-
Bestiar-
Bestia
m.p
Bestiæ
sio.
Bigam-
Bimũ f-
Bona m-
tur h-
Bonũ i-
est, n-
Bonori-
Bonori-
quan-
uand-
Bonori-
Bona q-
ciaru-
425.
Bona q-
scim-
Bona p-
Deo
Boni m-
Bca.

INDEX.

- Beatitudo prima, secūda, &c. 544.f
 387.388.389.390.391.392.
 393.394.
 Beatitudinis plenitudo cui
 dabitur. 605 ante m.
 Bel & eius destructio. 157.r
 Bellum inter cōfessionem &
 luxuriam. 366.c
 Benedicere. 206.z
 Benedictio Ioseph. 123.f. 124.t
 Benedictio Dei quare exolu-
 sit aues. 6.b
 Benedictio fructus vētris Ma-
 riæ. 453.n
 Beneplacitum. 206.a
 Benignitas Dei. 189.y.z
 Bestiarum iij. pugna. 338.f.g
 Bestia tertia & quarta. 340.
 m.p
 Bestiæ in hominem conucr-
 sio. 341.q
 Bigamus moraliter. 16.x
 Binū facit cōfessio bi. 382.v
 Bona malè incœpta perficiā-
 tur bene. 39.z
 Bonū in quo fermētum mali
 est, non placet Deo. 83.o
 Bonorū genus triplex. 184.h
 Bonorum operum principia
 quanta sint diligentia ser-
 uanda. 237.k.l
 Bonorum perfectio. 346.f
 Bona qui hīc recipiunt, cru-
 ciacui æterno referuntur.
 495.d
 Bona quā sint bona per mala
 scimus. 520.g
 Bona prouideantur coram
 Deo & hominibus. 549.e
 Boni mēte seruiūt legi Dei.
- Bouis, &c. oblatio. 99.i. 100.
 l.m
 Brucus. 89.r
CAeli tres. 387.f
 Cælo maculam infert,
 qui cælesti origini non re-
 spondet. 399.r
 Cælestium cōsideratio parit
 obliuionē terrenorū. 517.y
 Cæra liquefcens. 208.n
 Caim quos norat. 16.t
 Calamitas hūana. 284 l. pa.2
 Calamitatis futurę præfagia.
 303.x
 Calcaneus. 206.b
 Calceamētū extēdere. 206.c
 Calid^o amatur à Deo. 603.f
 Caligo. 207.e
 Calix. ibidem.f
 Calicē dēmonum bibentes.
 558.o
 Calix quid signet. 344.b
 Calix Christi. ibidem.c.d
 Calix Ioseph. 43.t
 Calor. 206.d
 Camus & frænum. 207.g
 Candelabrum. 368.l
 Candelarum mysterium.
 394.y
 Canis. 207.h
 Canes sūt aulici & detractō-
 res. 163.f
 Canticum Simeonis tripli-
 cem continet lætitiā.
 461.y
 Capilli capitis. 207.i
 Capra quomodo immolan-
 da. 76.p
 Caput. 208.k
 Caput

INDEX.

- Chamæleon. 89. f. t
 Chanaanæa mulier quæ sit. 417. x. y. 418. z.
 Caritas. 15. p. 194. p. 195. y
 Caritas est dilatanda. 4. p
 Caritas sola operantem sanctificat. 99. g
 Caritas addenda intentioni & actioni. 102. q
 Caritas est sicut sanctuarij. 105. d
 Charitatis modi tres. 114. e. 115. f
 Charitas Dei quatuor prouocant. 116. h
 Charitatis Christi abundantia. 168. i
 Caritas ordinatur tripliciter. 258. e
 Charitatis geminum vulnus. 262. q
 Charitatis quanta fit violentia. 265. c
 Caritas complectitur omnia. 269. p
 Charitatis ad mensuram æstimanda est animæ latitudo. 320. i
 Charitatem perimit quantum potest detractor. 322. m
 Caritas semper tendit in alterum. 540. n
 Caritas sola læuigat onus Christi, & auget iugum. 411. z
 Charitatis iugum non premit, sed vnit. 412. e
 Caritas christi nimia. 524. b
 Caritas Dei nimia, pro hominibus incarnati. 573. o
 Caritas de Deo facit quod vult. ibidem, e
 Caritas non pietas misit apostolos ad mortem, vincula, & carcerem. 531. e
 Charitate mens emollita cedit omni iniuriæ, & quod ex charitate fiat omnia facienda. 550. 551. f. g
 Caritas permittit iustum ab iniusto separari. 557. k
 Charitatis effectus geminus. 559. r
 Charitatis non est sed stultitiæ, eum prouidere aliis quam sibi ipsi non sufficit. 560. t
 Caritas obrinet officia quatuor virtutum. 560. y
 Charitati insunt seruitus & libertas. 569. z
 Charitatis diuinæ in nos attestatio. 567. r
 Charitatis excellētia & vsus. 585. c
 Caritas de corde puro &c. ibidem, d
 Charitatis & timoris lex. 586. f
 Charitatis vnctio vincit vnguentum patientiæ. 594. f
 Charitatis opus. 600. t
 Chirographum diaboli delet Christus. 53. v
 Chordæ quatuor citharę spiritualis. 309. b
 Christianus debet Christo conuenire in fide & moribus. 67. y
 Christianus Christo debet indui. 552. o
 Christus patri duos hæcos

INDEX.

- obtulit. 29.e
 Homo factus nō culpam sed naturam assumpsit. 29.f
 Christus comparatur mannæ & pruinæ. 55.k.l
 Dicitur vermis. ibidem,m
 Christi mors interpellat pro nobis. 77.f
 Christi mortē portet Christianus in corpore suo. 91.z
 Christi innocentia. 112.o
 Christus suos ad laborē prouocat. 119.g
 Christus est virtus militiæ Christianæ. 138.r
 Christi p nobis prælia. 146.h
 Christi mysterium. 193.x
 Christum videre contēnens in exilio, non videbit securus in iudicio. 259.h
 Christus in nobis illuminat intellectū, & Spiritus sanctus purgat affectū. 270.t
 Christus est fructus seminis repromissi. 288.a
 Christus pro salute nostra carnem, Maria spiritum immolauit. 527.p
 Christus nec negligētes, nec refugas saluat. 555.a
 Christus se vt nos meteret seminauit. 288.b
 Christum nunc videns humilem, videbit sublimem. 289.f
 Christus quem reliquerit occupabit diabolus. 296.t
 Christus verē carnem ab Adam traxit. 298.a
 Christus cruce: superbiā subiugat. ibidem,y
 Christus venit ad nos de ludæorum duritia tanquam de petra. 308.v
 Christo iunctis querēda celestia. 308.x
 Christus cuique pro meritis tribuit. 314.o
 Christi afflictio pacem nobis peperit. 316.r
 Christus in vtero matris vir fuit. 322.o
 Christum paruulum apprehēdit solus paruulus. 349.f
 Quomodo sit ad Christum conuertendum. 350.g
 Christus quomodo de spiritu sancto vel de Maria esse dicatur. 377.c
 Christus quomodo antecedit ad prælium. 375.s.t
 Christi stella, & ad Christum perducentia. 379.k.l.m
 Christi fuga non fuit timoris. 382.t
 Christus disputaturus de virtutibus cur ascenderit in montem. 386.p
 Christi virtus. 407.h Fimbriæ
 Christus quanto nos diligit affectu. 412.g
 Christi egressus duo. 417.t
 Occursus. ibidem,y
 Christi crucifixio & mysterium. 427.b.c
 Christi promissio quomodo compleatur. 428.d
 Christi tentatio in deserto. 383:384 385.
 Contemplatio non omnis est vacat.

vacat
 Christu
 scēpi
 Christu
 cōr
 Christu
 Christu
 443.
 Christu
 Apol
 horæ
 Christu
 briis
 Christu
 & tim
 Christu
 461.
 Christū
 vbi d
 uenir
 & off
 Christ
 Christus
 le&ui,
 Christus
 479-
 Christi
 moria
 argue
 Christi
 nauit
 ris.
 Christi
 bos nō
 rū, qui
 Christus
 se om
 Christus
 paru
 Christu
 vacat

INDEX.

- vacatio. 432. o
 Christus passurus affectus suscepit infirmorum. 434. f
 Christus ductor non seductor dicendus. 436. k
 Christus verè sequens. 440. o
 Christus speratus adueniens. 443. k
 Christum diem, sequuntur Apostoli quasi duodecim horæ diei. 441. z
 Christus non cessit opprobriis Iudeorum. 443. b
 Christus suscipiendus in spe & timore. 460. t
 Christum accipere in vinas. 461. v
 Christū qui, & quomodo, & ubi debeat querere & inuenire. ibidem, x.
 & offerre. 462. a, b
 Christ' fact' anorū xij. 462. c
 Christus quid cōferat intellectui, & quid actioni. 477. y
 Christus dandi cupidissimus. 479. d
 Christi qui sine timore memoriam habet, multum est arguendus. 484. b
 Christus in calice suo propinavit nobis poculum amoris. 500. v
 Christ' venit vt tollat morbos nō corporū sed animorū, qui sūt peccata. 540. z. a
 Christus exaltatus trahit ad se omnia. 521. o
 Christus quare in carne apparuit. 524. z
 Christum querētes persequētes. 526. l
 Christus crucis ignominiam & processionis gloriā cōpulat. 526. l
 Christus inuenitur semper in crucis stipite. 526. m
 Christus in cruce nostra sensit vulnera. 527. f
 Christ' quibusdā hortolanis quibusdā peregrini, quibusdā spiritus vicē gerit. 529. z
 Christus secundum carnem cur frater noster. 530. d
 Christum in ecclesia persequentes. 536. y. a
 Christum persequuntur salutem animarum impediētes. 537. z
 Christo quia se pro nobis obtulit, nosmetipsos rependere debemus. 547. v
 Christi infirmitas nō min' fuit nobis quā potestas. 553. r
 Christus quomodo factus sit nobis sapiētia, iustitia sanctificatio, & redēptio. ibidē, f
 Christus fundamētum est super quod diuersa ædificia construuntur. 555. b
 Christum qui trahat potius quām portet. 556. h
 Christus cur sit pater misericordiarum. 563. h
 Christus quomodo adimpleuit omnia. 578. o
 Christo induatur Christianus. 552. o
 Christo quantum ad naturæ debitum nullum insuit singularitatis signum. 580. n

INDEX.

- Christo cōpatiatur qui vult
conregnare cum eo. 581.r
- Christus quomodo didicit
ex iis quæ passus est, obe-
dientiam. 594.h
- Christus accepit pro pecca-
tis nostris disciplinas septē.
593.m
- Christi gratia præsto est om-
nibus. 594.r
- Christū quilibet potest imi-
tari. 598.k
- Christus populum redemit.
601.z
- Christus est & sponsus in ca-
pitate, & sponsa in corpore.
610.y
- Cicatrix. 209.p
- Cinerem de camino in cœ-
lum spargere. 51.k
- Cinerem extra castra ferre.
80.e
- Cinerem tanquam panem
manducare. 209.r
- in Circuitu. ibidem, f
- Circuncidi quare voluerit
Christus. 456.c
- Circuncisio spiritualis. 25.f.g
- Circuncisionis dies morali-
ter. 39.x.y
- Circuncisio triplex. 127.k.m
- Cisternæ Bethleem aqua.
152.d
- Cisternæ & putei. 238.o
- Cisternam facere aquam fri-
gidam. 320.h
- Ciuitas refugij. 130.h
- Ciuitas Dei. 209.t
- Ciuitas sancta Ioanni visa.
610.y
- Clamor mulieris ad Heliseū,
168.i.k
- Claudicare à semitis suis.
209.l
- Claudicatio triplex. 593.p
- Claustrales castris comparā-
tur. 35.l
- Claustrales amātissimi Dei.
123.q
- Claustrales primū subuer-
tant mundum. 128.x
- Claustralium vita. 181.t. 182.x
- Claustraliū profectus. 137.k
- Claustralium perfectio. 195.z
354.k
- Claustralium cupiditas. 351.i
- Clericos taxat. 365.t
- inter medios Cleros dormi-
re. 209.x
- Cogitatio carnalis est coër-
cenda, vt spiritualis ampli⁹
augmentetur. 1.b
- Cogitationes triplices. 44.b
- Cogitatio illicita vitanda.
46.h.
- Cogitationibus vanis succe-
dant vtiles. 137.f
- Cognitio vera sui quid con-
ferat. 420.g. Ad nostri au-
tem cognitionem triplici
gradu peruenim⁹. ibidē, h
- Cognitio sui, est gradus ad
cognitionem Dei. 40.f
- Collationis bona. 512.b
- Columba. 210.y
- Colūbæ in specie quare ap-
paruit spirit⁹ sanct⁹. 464.h
- Colūna præcedens est Chri-
stus. 109.f
- Columnnarum septem domus
est

est b
Com
dæis
Comp
Comp
58
Comp
qua
do, f
574
Comp
b 35
Conco
Concu
bus, f
126.g
Concup
136.q
Cōcupi
Cōfessi
h. m. 3
Confessi
Cōfessi
Confessi
popul
fionis
Et iun
Cōfessi
140.g
Confessi
tia.
Confessi
natur
Confessi
da.
Cōfessio
Confessi
382.v
Configi
210.z

INDEX.

- est beata virgo. 240.v
 Comminatio domini in Iudæis complera. 68.l
 Compasio triplex. 567.t
 Compatere vt conregnes. 581.r
 Comprehendere cum sanctis quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, profundû. 574.r
 Compunctio. 23. z. 111. h. 193. b. 352. o. 546. q
 Concordia fratrum. 169.y.z
 Concupiscentiis deficientibus, serenatur conscientia. 126.g
 Concupiscentiæ coniugium. 136.q
 Concupiscentia duplex. 384.e
 Confessio. 366. b. c. 367. e. 368. h. m. 369. n
 Confessionis bona. 12.e
 Confessiois utilitas. 42. o. 28. k
 Confessio virtutum inducit populum in terram promissionis. 130. i
 Et iungatur oratio. ibid. k
 Confessio ficta detestanda est. 140. g
 Confessionis tres circumstantiæ. 172. v
 Confessio nisi adsit non sanatur peccator. 253. v
 Confessio quomodo sit agenda. 324. f
 Confessionis triumphus. 376. x
 Confessio bina bimum facit. 382. v
 Configi spinam vel sagittas. 410. z
 Confiteri Deo. 216. a
 Contenti in fine tantû quid fieri debeat. 80. c
 Conflictus cum vitiis. 140. a
 Conflictus virtutum & virtiorum. 269. q
 Confugitur securè ad eum sanctû qui aliquando peccauit. 131. z
 Confusio duplex. 273. d
 Confusio triplex. 411. y
 Conscientia bona testè nullum vereatur. 2. e
 Conscientia mala semper apprehendi timet. 16. f
 Conscientiæ singulorum testimonium perhibetur à spiritu. 563. l
 Conscientiæ commissa committuntur vasi turo. 564. i
 Consiliis seniorum acquiescendum. 137. q
 Consoladi sût desolati. 120. v
 Consolatio cœlestis quando sola sapit. 29. e
 Consolatio cœlestis tantum querenda. 141. h
 Consolatio spiritualis non recipit mendacium. 169. l
 Consolatur Deus quos sua confundit indignitas. 196. f
 Consolatur memoria futurorum qui nõ delectatur presentibus. 280. d
 Consolatio electorum per contemplationem. 319. e
 Consolatio spiritualis ne imisceatur illecebris carnalibus. 525. e
 Contactus turpis inquinat.

INDEX.

tio.	237.m	Cor hominis in tot diuiditur
Contemplandi gratia exitur		quot concupiscit. 15.q
tripliciter.	19.e	Cor Christiani nate in san-
Contemplatio periculorum		guine Christi. 83.m
mundi.	ibidem.g	Cor obstinatum perforatur
Contemplationem impedit		lanceis tribus. 149.x
actiua vita.	33.d	Cordis castrum qualiter sit
Contemplantium cogitatio		muniendum & qualiter ser-
& eloquium.	47.n	uandum. 236.i
Contéplatio sapientiæ fasti-		Cordi humano nullū bonum
dium aut satietatem non		sufficit præter sūmū. 252.l
recipit.	123.r	Cor domini vulneratur ab
Contemplatio.	137.l	intentione pura, & quali-
Contemplationis ocium a-		ter, & quibus iaculis. 261. &
ctio præueniat.	252.o	262.p
Contemplationis dignitas.		Cordis humani duritia. 318.
475.r		& 348.2.360.r
Contemplationis modi qua-		Cordis inquietudo triplex.
tuor.	575.f	338.d
Cōtemplationis otium opus		Cordi compuncto inest
habet non laborem 609.g		Deus. 546.q
Contemptus sui sacrificium		Cor hominum auertunt tria
gratum Deo.	29.d	à sapientia. 275.k
Cōtemptus tēporalium. 54.d		Cornua. 210.c
Contemptum parit superbia.		Corona stellarum duodecim
305.i		in capite beatissimæ virgi-
Cōtēntus est paucis, & vili-		nis. 607.q
bis terrenis, qui futuræ vi-		Corpora non sunt sine con-
te prægustauit gaudia. 46.g		silio affligenda. 45.e
Continentia duplex. 143.r		Corpori nostro cautè promi-
Cōtritionis vnguentū. 470.a		dendum. 329.p
Conuersationis genera duo.		Corpus hominis est spiritui
69.f		bonus comes. 545.m
Conuersio peccatoris per		Corpus Christi indignè su-
Deum. 198.l		mere est non saluatorem
Conuersos ad Christum non		sed iudicem manducare.
occupet cura parētū. 507.g		559.q
Cōuiuium carnaliū & perfe-		Correctio diuina aliis virg,
ctorum. 27.r		aliis draco. 49.z
Cor.	210.b	Correctio indiscreta. 92.p
		Cor-

Corrig
Coru
Coruo
Creati
in no
Cred
vici
nō b
Creden
& no
Cremi
Crescit
operi
Crimin
sunt p
dior
Crimin
Crines
sunt f
gener
Crisis v
262.f
Crucifix
Cruz qu
tur,
Crucis p
Crucis a
tes Ch
Cruz sec
subiug
Cruz Ch
citer.
Crucis in
sique
stræ.
Crucis in
torqu
Crucis el
cula h
Cruicem

INDEX.

- Corrigendi forma. 128.t
 Coruus. 88.q
 Coruorum pulli. 210.d
 Creatio prima mundi agitur
 in nobis moraliter. 1.a
 Credendum bona de terra
 uiuentium nunciatis;
 nō blasphemantibus. 120.z
 Credere debet homo Deo
 & non sibi. 434.a
 Cremium. 210.e
 Crescite & multip. in bonis
 operibus. 5.x
 Crimina principum grauius
 sunt puniēda quā sub-
 ditorum. 77.t
 Criminum amatores. 440.v
 Crines septem Sampsonis,
 sunt septem cogitationum
 genera. 134.i
 Crinis vnus colli sponsæ.
 262.f
 Crucifixio diaboli. 129.a
 Crux qua sensus configun-
 tur. 129.d
 Crucis præfiguratio. 131.e
 Crucis ad lignum inuenien-
 tes Christum. 139.x
 Crux secularium superbiam
 subingat. 298.y
 Crux Christi exaltatur tripli-
 citer. 301.n
 Crucis memoriam imprimūt
 frequenter angeli mēti nō
 stræ. 301.p
 Crucis iniuriæ ad nostra de-
 torquentur merita. 319.b
 Crucis clypeo repellantur ia-
 cula hostis. 419.d
 Cruccem Christi ferentium
 genus triplex, ibidem; e
 Crucifigi filium hominis.
 427.b
 Crucis cornua quatuor, qui-
 bus virtutum gemmis de-
 corentur. 444.m
 Crux triplex. 142.f
 Crux hominis terreni. 542.v
 hominis carnalis. y. homi-
 nis animalis. a
 Crux triplex, & in ea gloriā-
 dum. 527.m.n
 Crucis quatuor dimensio-
 nes. 584.r. 575.t.v
 Cū appropinquaret Iesus
 Hierusalem. 498.q
 Cupiditas. 89.v. 343.e
 Cupiditas uitiorum caput.
 149.q
 Cupiditas secularium. 192.k
 Cupidus crassus & exilis est.
 131.t
 Cura prælato necessaria, non
 curatio. 561.b
 Cura secularium fatigantur
 omnes. 51.h
 Curam corporis recipit etiā
 spiritualis. 305.k
 Currus. 210.f
 Curuatus ibidem, g
 Custodia noctis. ibidem, h
 Cymbalum. 209.q
DAEMONIS superati con-
 tritio duplex. 322.n
 Vide Diabolus.
 Dandi audius fuit apostolus,
 qui vt largiatur orauit di-
 cens: Obiecto vos &c.
 547.x
 Debeamus quid Deo nobis;

INDEX.

- & proximo. 589.v
 Decimis suis homo decimus redimitur. 31.p
 Decor temporalium indurat, non ornat. 277.t
 Defectus omnis supplendus est. 284.k
 Demetere anteriora & posteriora. 161.h
 Descendere de camelo. 28.&
 Descendere oportet vt ascendamus. 510.v
 Desertum duplex. 383.y
 Desiderium duplex. 25.e
 Desiderium vehemens meretur gratiam. 317.t
 Desiderium etiam bonum sit discretum. 28.v
 Desperare faciens peccatorem conuerti cœperat, meretur sententiam mortis. 59.g
 Despicere super inimicos. 211.i
 Detractores. 51.i.m
 Detractionis vitium. 97.v. 501.b
 Detractor si potest perimit charitatem. 322.m
 Detrahentes alteri vt ipsi videantur gloriosi, cœdemnãtur exẽplo Io. Bapt. 463.g
 Detractionis triplex genus. 501.c
 Denotare hostes vt panem. 110.b
 Deuotio. 193.h
 Deuotionem præire debet pœnitentia. 429.g
 Deus Adam quæsiuit. 12.d
 Deus quantum diligit homines. 17.z
 Dei tres totidem habet Pharaones. 50.f
 Deus apparet mundum desertis. 28 t. 49.y
 Deo ascribamus omne opus bonum. 101.o
 Deus ignis est. 114.b
 Deus cur dilectionem sui totiens mandauit. 116.g
 Deus quærendus est animo simplici. 267.g
 Deus querit à creatura quod contulit creaturæ. 271.y
 Deus in se mons, est factus vallis hominibus. 288.d
 Deus largitur virtutes & earum præmia. 318. post &
 Dei obliuio quanta pariat mala. 327.g
 Deus quomodo sit homini tinea & putredo. 343.g
 Deus quare non statim sanat vt cœpit. 344.i
 De^o qualiter in se & qualiter in proximo amãdus. 247.l
 Deus quod sit pacis non diffensionis, & quod debet esse causa diligendi proximi. 482.p.q
 Deus noster quãta nobis contulit. 489.q
 Deus præsentiam sui subtrahit vt audius requiratur. 504.p.
 Deum habenti homini deest nihil. 546.f
 Deum iustè postulamus, piè ab eo pollicita. 588.r
 Deū

Deum
 ger
 Deo f
 605
 Diabo
 14
 Diabo
 nes.
 Diabo
 Diabo
 Diabo
 cien
 Diabo
 gnat
 Diabo
 tio.
 Diabo
 Diabo
 Diabol
 dum
 Diabol
 rit C
 Diabol
 mori
 Diabol
 Chri
 Diabol
 impi
 Diabol
 lum.
 lum.
 Didicit
 intell
 Dies se
 virtu
 Dies tr
 platio
 Dies sep
 & qu
 Dies sep
 Deū

INDEX.

- Deum solum propter se diligere debemus. 600.v
- Deo fruemur tripliciter. 605.l
- Diaboli inuidia. 142.m. tela. 142.o
- Diaboli variæ significationes. 163.r
- Diaboli fraus duplex. 181.l
- Diaboli pugna. 183.a
- Diabolus suscitatur ad perniciem nostram. 303.b
- Diabolus multiplicem impugnat puritatem. 335.y
- Diaboli tributum & munitio. 366.v.x
- Diaboli simulatio. 374.g
- Diaboli tentationes. 346.n
- Diabolus quibus laqueis mûdum irretiuit. 598.m
- Diabolum qualiter superauerit Christus. 384.b.c
- Diabolus quantum desideret mortem hominum. 405.y
- Diabolus adulatione tantat Christum. 441.y
- Diabolus quomodo pater sit impiorum. 516.v
- Diabolus potest suggerere malum, sed non vrgerè ad malum. 599.f
- Didicit ex ijs, &c. quomodo intelligendum. 592.h
- Dies septem totidem signant virtutes. 5.a
- Dies tres ante diem contemplationis. 2.g
- Dies septimus caret vespere, & quare. 6.c
- Dies septé moraliter. 233.a
- Dies duplex, temporalis & æternus. 183.c
- Dies iudicij. 184.i.352.r
- Dies tres conscendendi in templum domini. 312.k
- Dierum trium mysterium. 344.k.345.l
- Dierum octo mysterium, iustitiæ, prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ, deuotionis, paciétie, humilitatis, discretionis. 458.f.459. g.h.i.k.l.m.n.o
- Dies quatuor Lazari in sepulchro. 476.v
- Dies quibus à domino recedatur. 489.r
- Dieta pralati. 167.e
- Digitus sex diaboli. 150.y
- Diudicat omnia qui spiritua lis est. 1.d.554.x
- Dilatare. 211.k
- Dilectio Dei triplex. 115.f
- Dilectionis sui mandatú cur Deus toties repetiuit. 116.g. vide & h
- Dilectio & mansuetudo sunt refectio mentis. 294.r
- Dilectio dicitur gladius. 462.z
- Dilectionis magnum, maius, maximum. 475.g
- Dilectio Dei & mûdi. 509.q
- Dilectio duplex. 599.q
- Diligenda sunt à nobis quatuor. 523.v
- Diligendus est Deus propter se. 600.v
- Dimidiare dies. 211.l
- Dimitte me vt irascatur furor meus. 68.m

INDEX.

- Dimissio iniuriarū à perfectis & imperfectis. 207.v
 Dina corruptio moraliter. 38.f
 Discendū est prius quod vicinius est saluti. 547.z
 Disciplina censura lignum sanans. 10.v
 Disciplina vtilitas. 16.y
 Disciplina quantum proficiat dissoluens. 148.f
 Disciplinam teneant nuper conuersi. 76.o
 Discipline semita admittit sed nō trāsmittit pollutos 311.h
 Disciplina multiplex cœlestis medici. 318.a
 Discipline obseruātia. 504.o
 Discipline quas Christ^{us} pro peccatis nostris accepit 594.m
 Discipulus sibi relictus non consequitur sciētiā. 534.p
 Discretio. 60.l. 106.h. 186.q. 102.p. 283.i. 366.y
 Discretio maximè à Deo amatur. 41.i
 Discretionis modus in scientia. 548.a
 Discretionis excessor in vitiis corrigendis qualiter satisfaciāt. 77.r
 Discretionis ante annos nec malū ad culpā, nec bonū ad meritū deputatur. 511.y
 Dives epulo & Lazarus. 493.b. 494.c
 Diuitias cœlestes consecuturi. 240.f
 Diuitias mundi superat paupertas Christiana. 240.t
 Diuitias obtinere volentes exemplo veterum patrum Abraham, Isaac &c. 423.v
 Diuitiæ sunt laqueus diaboli. 588.p
 Diuitis in conuersione attendendum. 406.b
 Diuisio euenit carnalibus. 23.t
 Doctoris conuersatio sit vndique munda. 96.q
 Doctores ecclesiæ. 181.v
 Doctrina Christiana. 121.d 354.f
 Dolemus meritò, quia vitam inceperimus à errore. 3.g
 Dominum ante nos trāsiue. 69.q
 Dominus seruat quæ sunt eius. 413.i
 Domus & palatium. 336. &
 Domus species. 211.m
 Domus peccatoris fit ei carcer. 473.m
 Domus munda, sed vacans. 474.o
 Domū parātia Deo. ibidē, p
 Dona septem spiritus sancti. 298.b.c.d. &c. 551.k
 Donatio triplex spiritus sancti. 114.c
 Dormire. 211.n
 Dormire dicuntur homines tripliciter. 304.f
 Dormiat securus qui suo domino commendauit. 401.b
 Dormiens in secularibus, nō vigilat in diuinis. 472.g
 Dorsum. 211.o
 Draco. 211.p

Duces 348
 Ductus stus
 Ducu
 Ductus 383
 Dulce 113
 Dulce que
 Duritia pat
 E Bo
 E Eb 432
 Ebrietia.
 Eburn
 Ecclesi
 Ecclesi
 Ecclesi / recte
 Ecclesi / stru
 Edom
 Effraim / stion
 Ego su 523
 Egressi tes.
 Eleazar
 Egressi
 Electio da.
 Electio titur
 Elector do m

INDEX.

Duces quatuor aduersarij. 348.c	Electus ceseat se nouissimū. 485.f
Ductor non seductor Christus. 436.k	Electi quot modis trahantur ad Deum. 522.p.q
Ducum oblatio. 106.l	Electorum signa ad salutem. 599.p
Ductus est Iesus in desertum. 383.& 384.	Eleemosyna. 193.x
Dulcedo Dei. 68. m. 69. q. 113.p 123 h. i. 123.p	Eleemosynas danti cauenda duo. 93.g
Dulce loqui miseris veteres- que reuoluere quest ^o . 36.m	Eleemosyna per iactantiam facta. 397.k
Duritiam discipulorū incre- pat dominus. 448.y	Quō sit faciēda. ibidē, l.m
E Boris proprietas. 327.e	Elementa quatuor. 63.m
E Ebrietatis vitium. 86.b 432.q	Elementorum ordines tres. 63.o
Ebrietatis triplex abstinē- tia. 322.p	Emissiones tres sponsæ. 263. t.v.x. 264.y
Eburnæ domus. 212.q	Emanuël sonat omnia nomi- na Iesu. 456.b
Ecclesia offea & carnea. 9.q	Episcopus debet excitari ad exercitiū virtutū per indu- menta sacerdotalia. 565.x
Ecclesia moriēdo parit. 40.d	Episcopi ministerium quo- modo honoretur. 588.r.f
Ecclesia impugnatur à suis rektoribus. 536.z	Equi solis. 181.g
Ecclesiæ in terris à Deo cō- structio. 317.f	Equus & eques. 212.f
Edom diabolū signat. 110.e	Eritis sicut dii, &c. 11.z
Effraim & Manassæ benedi- ctiones. 44.a	Erroneum non acquiescere reuocanti est summæ ma- litiæ. 487.m
Ego sum via, veritas, & vita. 523.x	Eructare. 212.t
Egressio de vitiis ad virtu- tes. 30.h	Esse cum domino quid sit. 526.h
Eleazarus. 151.b	Euangelica perfectio supra veterem. 54.e
Egress ^o duo Saluatoris. 417.t	Eucharistiam indignè sumē- ti meritò dicitur, Vbi est Abel frater tuus? 15.o
Electio ad subditos referen- da. 114.a	Eucharistiæ reuerentia de- bita. 96.r
Electio procurata malos sor- titur exitus. 132.o	
Electorum spiritus quomo- do militet Deo. 362.e	

I N D E X.

- Eucharistiæ sumendæ ratio. 181.r
- Exempla malorū pernicio-
sa. 57.x
- Exempla malorum. 187.v.
345.m
- Exercitum domini cur dere-
linquamus. 119.q
- Exigere nō debemus à pro-
ximo quæ ipsi nō commi-
serimus exemplo. 104.y
- Exinanire. 212.v
- Exire de vitis carnis. 20.l m
- F**aciendum non est, imò
nec incipiendum quod
sine culpa nequeat con-
summari. 556.i
- Facta quædam meritum ha-
bent, non facta reatum.
495.g
- Farina de fructibus Aegypti.
53.z
- Fasciculus bonorum, fasci-
culi malorum. 144.x
- Fastidia multa mala. 551.i.l
- Fauo mellis cōparatur mere-
triculo propter duo. 237.m
- Feræ arundinis. 213.z
- Fermentū quid significet. 59.k
- Fermentum peccati quomo-
do expurgatur. 556.e
- de Feruore in teporē quan-
do quis conuertitur, qua-
le periculum. 603.g
- Fides sine operibus mortua.
15.m
- Fides nisi redimatur operi-
bus peccat. 54.&
- Fides, spes, charitas, figuran-
tur. 66.c
- Fides integra exigitur ab o-
mnibus. 67.g
- Fidei oculus eripit lumē ra-
tioni. 396.e.422.p
- Fidei scutum trāsit à Iudeis
ad Gentes. 374.h
- Fides dicitur quatuor modis
magna. 418.a
- Fides mortua in homine,
est Christus in sepulchro.
445.p
- Fides sine baptisinate interdū
proficit ad salutē. 449.c
- Fides quam comitatur vere-
cūdia, facillē impetrat quæ
possit. 507.f.519.f
- Fides cæcitatē cordis pel-
lit. 517.x
- Fides percipit plus quàm o-
culus aut manus. 530.e
- Fides & confessio sunt orna-
menta seruorum Christi.
546.r
- Fides, spes, charitas, quid ope-
rentur in electis. 560.x
- Fidei viuæ triumphus. 562.f
- Fidei triplex diuisio. 585.e
- Fides triumphat de nostris
hostibus. 593.l
- Fimbria vestimenti Christi.
471.e
- Filiæ Loth moraliter. 26.n
- Filius prodigus. 490.f.t.&
491.x
- Filius quare dicatur verbum
patris. 505.r
- Finis idem carnalis illecebrę
& deprauatę virtutis. 94.i
- Finis vitę respondeat bono
principio. 65.y
- Firma

Firman
Men
4 r
Flagell
statio
rita
Flumin
Fluuus
ginis
Fluuus
ibide
Fluij
Fædus
dum
Fædus
Fœnum
Fontes
gelia
Sunt
7.e.g
Fontes
300.
Forma
279.a
Forma
res.
Fornica
scas.
Fortis
266.e
Fragilit
quatu
Fraus d
Frigidu
no.
Frondeb
anim
Fructus
Fructus
dictio

I N D E X.

- Firmamentum est ratio. 3.m
 Mens iusti. 4 o. Ecclesia.
 4 r
 Flagellum corporis est at-
 tatio diuinæ erga nos cha-
 ritatis 567.r
 Fluminis impetus. 213.a
 Fluuius vitæ ab vtero vir-
 ginis. 7.g
 Fluuius paradisi moraliter.
 ibidem, h
 Fluuij Damasci. 173.z
 Fœdus cum mundo ineun-
 dum quale sit. 35.i
 Fœdus triplex. 143.t
 Fœnum tectorum. 212.y
 Fontes paradisi sunt euan-
 gelia. 6.d
 Sunt & alia moraliter.
 7.e.g.
 Fontes quinque saluatoris.
 300.k.l
 Forma triplex in Christo.
 279.a
 Forma gregis vt fiant pasto-
 res. 597.i
 Fornicatio signatur per mu-
 scas. 50.b
 Fortis vt mors dilectio.
 266.e
 Fragilitas humana deficit in
 quatuor. 26.l
 Fraus duplex diaboli. 181.l
 Frigidus toleratur à domi-
 no. 603.f
 Frondibus virtutum velata
 anima. 187.x
 Fructus ventris. 213.b
 Fructus ventris Mariæ bene-
 dictio. 453.n
 Fugã cur simulet Deus. 12.d
 Fuga seculi. 113.x.352.q
 Fuga Christi fuit mysterij
 non timoris. 382.t
 Fugam perire. 213.c
 Fumus. ibid, d
 Fundamento fidei superædi-
 ficantes vitia & virtutes.
 555.c
 Furari sapientiam quid sit.
 128.v
 Furti est proximo detrahere.
 559.f
G Astrimargiã, id est ven-
 tris ingluuiem refræ-
 nare debemus, & cætera
 vitia extinguere. 117.i
 Gaudere in seculo & regna-
 re cum domino nemo po-
 test. 119.r.120.f
 Gaudere cum gaudentibus
 & lugere cum lugentibus
 est sanctorum. 548.b
 Gaudia futuræ vitæ cõtem-
 nunt terrena. 46.g
 Gaudium spirituale. 190.n
 192.f
 Gaudia reprobõrũ etiã hîc
 admiscetur dolori. 242.y
 Gaudiorum diuersa genera.
 453.p
 Gaudium verum acquiritur
 per iustitiam & pacẽ. 553.q
 Gazæ & aliarũ ciuitatũ no-
 minib⁹ notata vitia. 360.q
 Gelu est mundi prosperitas.
 130.o
 Generatio duplex. 16.x
 Generationum quatuor mo-
 di. 510.r

I N D E X.

Gentes sunt ad fidem vocatę reprobatis Iudeis. 379. h
 Gesbaan. 151. a
 Gladius flammeus ante paradisum. 14. l
 Gladius militis militet ecclesię. 436. i
 Gladij duo. 500. z
 Glorię inanis detestatio. 42. q. 106. i. 118. l. 120. x. 132. g. 140. b. 183. d. 258. b. 347. t. 169. b. 356. r
 Glorię appetitus deiicit multos. 47. l
 Gloria vana verecundiam corrumpit. 38. f t
 Gloriandū in solo Deo. 39. v
 Gloriandum non est de viribus propriis in victoria de vitis. 244 f
 Gloria vana reprimit interdum luxuriam. 181. f
 Gloria virtutum qui nō vestianter. 244. d
 Gloria propria eum opprimit qui veritatem quęrit studio vanitatis. 265. k
 Gloriādū Christiano in cruce tantū domini. 259. g
 Gloriam temporalem sequitur ferē periculum. 378. g
 Gloriā qui pręproperē quęrit, pacem perdit. 454. v
 Gloria & potestas quanta sit sanctis à Deo collata. 505. f
 Gloria vbi sit quęreda. 530. b
 Gloriari in acceptis stultum est. 555. d
 Gloriatur tātum in domino qui verē sapiens. 564. k

Gloriās in cruce, tutus est à diaboli iaculis & retibus. 572. m
 Graduum distinctio est in trinitate nulla quærenda nec habenda. 58. d
 Gradus sex virtutū in pastoralis cathedra. 161. f
 Graduum in ecclesia Christi diuersitas non facit diuersitatem animorum. 309. a
 Gradus quatuor perfectionis. 143. f
 Gradus in planctu sanctorum. 373. k
 Gradus quibus peruenitur ad celsitudinem perfectionis. 300. g
 Gradus tres alienantium se à seculo. 596. d
 Gratiam cunctanter accedentes carpit. 11. b
 Gratię tempus spem cum salute possidet. 56. o
 Gratia septiformis congruit sacerdotū indumentis. 85. t
 Gratia Dei nos pręuenit semper & sequitur. 105. e
 Gratia quadruplex. 160. d
 Gratia duplex, luminis & feruoris. 167. o
 Gratię agendę bene meritis. 191. q
 Gratia duplex. 187. z
 Gratię defectu nostra noscitur infirmitas. 251. g
 Gratię nouę materia est Deo exhibita iugis gratiarum actio. 251. i
 Gratia interdū dispensatoriē sub-

sub
 252.
 Gratia
 infir
 Gratię
 res
 pron
 Gratia
 eman
 Gratiā
 471.
 Gratia
 duo.
 Gratia
 fertu
 Gratia
 Gratia
 est ac
 Gratia
 Grati f
 poris
 vit.
 Gula.
 Gula f
 tatio
 H
 H
 Hamus
 tur.
 Hedera
 Helicę
 nes.
 Helicę f
 Helisei
 167.
 Hercul
 Hydria
 lex.
 Hydria
 k. &

INDEX.

- subtrahitur etiam electis. 252.p
- Gratia tam iniquitatem quã infirmitatem aufert. 298.z
- Gratiæ significatæ per arbores solitudini ecclesiæ re-promissas. 314.p
- Gratia à quibus mereatur & ematur. 317.t.v
- Gratiã impedire solent tria. 451.h
- Gratiam impugnare solent duo. 416.r
- Gratia non vno modo confertur. 478.z
- Gratiarum actio. 586.l
- Gratiarum actio non omnis est accepta Deo. 498.n
- Gratia Dei triplex. 505.x
- Grati simus Deo quòd temporis gratiæ nos reseruat. 565.o
- Gula. 347.d
- Gula specialiter dicitur tentatio. 399.x
- H**æreditas. 213.e
- Halixætus. 88.l
- Hamus quo diabolus capitur. 376.a
- Hedera coronari. 374.n
- Helix raptus & profectio-nes. 164.v.x.y.165.z
- Helix spiritus duplex. 166.b
- Helisei derisores qui sunt. 167.d
- Herculi sacrificare. 374.m
- Hydrizæ sex in Chana Galilææ. 508.m
- Hydrizarum mensuræ. ibidẽ, k. & 509.p
- Hierusalẽ cœlestis nõ admit- tit nisi vectũ a fino. 428.e
- Hædus ne coquatur. in lacte matris. 160.l
- Hædum coquere. 131.d
- Hædos pascere. 258.d
- Holocaustũ. 69.f.t.70.v.x.y
- Holocaustum pecorum. 71.b
- Holocaustum auium. 72.c.d
- Hominis dignitas in tribus. 5.y Cũ ab vno omnes ori- ti. ibidem, z
- Hominũ alij sursum, alij de- orsum destinantur. ibidẽ, t
- Homo cur positus nõ crea- tus in paradiso. 8.i
- Homini cuilibet insunt tria consideranda, ibid.l
- Hominẽ veritas Dei necat, misericordia seruat. 10.x
- Homines quomodo diligit Deus, &c. 17.a
- Homo ferus moraliter. 25.d
- Hominũ tres status figurati per donata Thamar. 42.m.n
- Homo interior per exterior- rem. 240.r
- Homo non laudetur donec vixerit in eo Christº. 295.i
- Homini Deum habẽti, nihil deest. 546.f
- Hominum calamitas. 284. pag. 2.l
- Homo Deo fide, hominibus placeat lenitate. 286.p
- Homines terrestres qualiter generentur seu euadant in cœlestes. 562.d
- Hominum genera quatuor. 521.m

INDEX.

- 521.m
Hominem vult Deus doceri ab homine, vt Paulum ab Anania, ob humilitatis gratiam. 538.e
Homo triplex. 542.f
Homo terrenus. ibid.t.carnalis.x.animalis.z
Hominē esse in Deo, & Deū in homine. 600.t
Hostiæ & holocaustum designant duo cōuersationis genera. 69.f
Hostiæ quas sacerdos Christianus debeat immolare, 547.y
Hostia duplex. 162.m
Hostium ad animæ prædam cunei. 417.c
Humana fragilitas deficit in quatuor. 26.l
Humanitate Christi nōscitur benignitas Dei. 589.y.z
Humiliatio nō est virtus sed humilitas. 431.n
Humilitatem suadet. 3 k.28. & 118. m. 106. k. 140. z. 148.l.194. k.o. 342.t. 357.x.361.a
Humilitas duplex. 167.g
Humilitatē Christi in septē imitemur. 177.v
Humilitati capitis mēbra debent illi cōformari. 260.i
Humilitas in dignitate fit dignitas dignitatis. 273.c
Humilitatis boni zeli nigredo dat conscientiæ cado rem. 288.c
Humilietur qui vult sublimari. 290.h
Humilitatem Christi relinquit Christianus. 295.f
Humilitas triplex. 307.p
Humilitas gemina. 411.b. 412.c
Humilitas licet præ cæteris non tamen sine cæteris virtutibus Deo placet. 455.a
Humilitatis laus. 492.y
Humile ostiū non intrat nisi humilians se. 517.a
Hypocriſis detestabilis deo. 40.h.148.p. 352.f.400.z
Hypocrita habet ex se cornua. 67.f
Hypocritæ. 194.t
Hypocritarū lachrymæ infuſuosa. 307.f
Iacob tenēs plantam Esau. 28. a. Et quid Iacob & Esau figurent. ibid.b
Iacob figura Christi. & baculus eius, crucis. 36.m.n
Iacob debilitatus benedicitur, &c. 38. ante f
Idololatriam summo zelo persequuntur sancti. 40. ante a
Idolū cuique est quod præcipuè reueretur. 140.f
Idololatra merito iudicatur, qui præfert pecuniam charitati 579.i
Ieiunij virtus & vtilitas. 383.z
Ieiunandum à quibus sit homini. 385.i.k.l
Ieiunio corporali iungatur hil2

Hilar
 Iesus h
 dium
 Iesu n
 effie
 Iezab
 Ignis.
 Ignis g
 corp
 Ignis d
 nē ar
 nil pu
 365.
 Ignis d
 Ignis a
 nam
 Ignis D
 Ignora
 ptum
 Ignosci
 non
 nis st
 Illecebr
 Illecebr
 anim
 Imagin
 nequ
 Imago.
 Imitari
 rante
 Imitatio
 194.c
 Imitatio
 Imitatio
 Immola
 27.t
 Immunc
 Deo.
 Imperfe
 Imperfe

I N D E X.

- Hilaritas mentis. 395.a
 Iesus habet in se omne reme-
 dium. 410.v
 Iesu nominis inuocationis
 efficacia. 169.q
 Iezabelis mors mysticè. 180.c
 Ignis. 213.f
 Ignis gehennæ vrere potest
 corpora. 24.z
 Ignis diuinus si in nobis ple-
 nè arserit, ignis purgatori⁹
 nil puniendum inueniet.
 365.q
 Ignis deuotionis. 374.i
 Ignis æternus omnem pœ-
 nam designat. 433.v
 Ignis Dei & diaboli. 484.a
 Ignorantia excusat contem-
 ptum. 525.d
 Ignoscit Deus multis, quibus
 non indulget delectatio-
 nis suæ copiam. 491.v
 Illecebræ carnalis finis. 94.i
 Illecebræ carnis non vincūt
 animū inhæretē Deo. 135.l
 Imaginamur quæ intelligere
 nequimus. 33. ante z
 Imago. 213.g
 Imitari debemus bene ope-
 rantes. 78.d
 Imitatio passionis Christi.
 194.q
 Imitatio Christi. 357.c. 364.l
 Imitatio sanctorum. 362.h
 Immolatio Isaac moraliter.
 27.t
 Immundum nihil offerendū
 Deo. 20.h
 Imperfectio humana. 124.z
 Imperfectum suū cognosce-
 re, est scientia sanctorum.
 580.o
 Impotentia nostræ se cōfor-
 mat pietas diuina. 403.k
 Improbitas fratris est ascribē
 da phrenesi mētis eius, nō
 personæ. 495.f
 In æternum & vltra quomo-
 do dicatur. 55.g
 Incarnationis dominicæ fi-
 gura. 27.y
 Incarnatio Christi. 54.a
 Incarnationis figura. 180.k
 Incarnationis memoria.
 48.a
 Incarnationis Christi virtus.
 370.a
 Incarnationis mysterium.
 451.g. h. i. & 452. 453.
 Incarnari, fuit Deo charitas
 nimia. 573.o
 Incola. 213.h
 Vide Aduena. 201.c
 Incōmoda peccatoris & ge-
 neris humani. 287.r.f.
 Eorum remedia. y.z
 Increpatio vehemens ampu-
 tat ramos mali operis non
 voluntatis. 276.n
 Indulgentia gratiarum facit
 deteriores. 133.z
 Indumenta sacerdotum cur-
 lauentur antequam ea in-
 duant. 84.r.t
 Infernus. 213.i
 Infirmitas triplex. 404.p
 Infirmitatis cōsciētia est me-
 lior vanitate virtutū. 412.d
 Infirmitas quæ patitur reci-
 diuum, periculosa. 541.q

I N D E X.

- Infirmitas Christi nō minus nobis profuit quā potestas. 553.r
- Ingratitudinis arguuntur homines à Deo. 355.p
- Ingratitudinis mala. 496.h
- Iniurias irroganti consentiendum est. 397.l
- Innocētia Christi. 112. o. 113. f
- Innocētes mouentur facilius ad incesum spirituale quā pœnitētes. 570. e
- Inobediētē quid faciat. 140. e
- Instrumentum triplex capiendi hominis diabolo. 8. k
- Inuidiē detestatio. 137. c. 138. p
- Inuidia diaboli. 142. m
- Inuidiæ difficile remedium. 321. l
- Inuidiæ seu liuoris malum. 407. e
- Inuidens bonis fraternis reprehēdit iudiciā Dei. 373. q
- Io. Baptistæ quantum sanctitas commendetur. 408. m
- Eius vīgus & habitus. 408. o. 409. q
- Ioannis sanguis fuit prelibatio Christi. 441. b
- Ioannis in vtero exultatio. 453. o
- Ioannis Bap. verum testimonium. 463. g
- Ioannes Baptista habuit triplicem feruorem & splendorem. 513. e
- Ioannes quare filius Mariæ decernatur. 527. q
- Iordanis per pallium Heliæ diuisio. 166. a
- Ira Dei corrigens, est misericordia. 310. d
- Ira Dei. 356. t
- Iracūdiæ caminus debet extingui à Christianis in scintillis. 397. g
- Ira extinguit lumē rationis. 578. f
- Ira interdicitur omnib⁹ perfectis. ibid. g
- Iubilei anni mysteriū. 103. v
- Iudas nec cœlo nec terra recipi dignus. 535. t
- Iudæis completa est domini comminatio. 68. l
- Iudæi cur persequantur Christum. 143. f
- Iudæorum in Christum crudelitas. 145. d
- Iudæi Christum recipere noluerunt. 155. h
- Iudæi veri, i. spiritu non litera, soli sunt consolatione digni. 182. b
- Iudæi radici suæ malæ respōdent. 481. e
- Iudicantis in supremo iudicio subtilitas quā sit tremenda. 359. n
- Iudicari semel periculosius est, quā iudicari sapius. 268. m
- Iudicare alios proni sumus. 487. l
- Iudicium. 214. k
- Iudicij dies. 184. i
- Iudicium sine misericordia, est palatiū sine rege. 243. b
- Iudicium supremum timendū, in quo multa reproba buntur

bun
Iudicij
stra
Iudicij
521.
Iudicij
Iudicij
di su
est.
Iugum
Iument
culis
Iurare
396.
Iurare
Iustitia
Iustitia
bun
Iustitia
Iustitia
nim
Iustitia
caus
441.
Iustitia
Iustor
Iusti et
di.
Iustū q
min
Iusti tr
spoli
Iustus e
nit.
Iustus
facit
L Ab
L m
porū
Labor

INDEX.

- buntur approbata. 302. t. v
- Iudicij nostri qualitas de no-
stra pædet voluntate. 402. f
- Iudicium mûdi quadruplex.
521. n
- Iudicij extremi examé. 595. n
- Iudicio Dei quia presentan-
di sumus, illi soli placendû
est. 566. q
- Iugum. 214. l
- Iumentû dõmini quibus vin-
culis sit soluendum. 428. f
- Iurare nolite per cœlum.
396. f
- Iurare in domino. 214. m
- Iustitiam interjémètia. 285. o
- Iustitia modica, sufficiens, a-
bundans. 395. a
- Iustitiæ partes tres. 404. q
- Iustitiã sola satiare potest a-
nimam. 424. x
- Iustitiam facîle deserit qui in
causa Deum non habet.
441. a
- Iustitias iudicare. 214. n
- Iustorum alacritas. 187. a
- Iusti etiã hosti sunt reueren-
di. 192. a
- Iustû quomodo deducat do-
minû per vias rectas. 270. v
- Iusti tribus modis diripiunt
spolia impiõrum. 271. x
- Iustus omni creaturæ conue-
nit. 449. b
- Iustus est qui confitens satisf-
facit. 596. b
- L**abor præsens punit ani-
marû requiem, & cor-
porû immortalitaté. 104. x
- Labor exterior reuocat ad
quietem. 252. m
- Labor triplex. 411. x
- Laboramus tripliciter sub o-
nere seculi. 301. m
- Laborare recusans in vigilia
non est dignus festiuitatis
requite. 538. g
- Lachrymæ hypocritarû, pro
têporalibus susc. 307. r. t
- Lachrymarum efficacia. 311. i
520. h
- Lachrymæ peccatorû rigant
cœlum. 468. f
- Lactis proprietas. 327. d
- Lactuca aggrestitis passio est
Christi. 52. r
- Est amaritudo seculi. ibid. f
- Latandum in sola misericor-
dia Dei. 197. h
- Latitiã quæ hîc deceat lan-
ctos. 193. f
- Latitię spiritualis & carnalis
differentia. 252. n
- Lętitia expectatio, non solû
ipsa lętitia est iucûda. 581. q
- Laici nunc meliores clero.
121. e
- Lancea in lateribus. 113. v
- Lanceis tribus cor perfora-
tur. 149. x
- Lapidem capiti qui suppo-
nant dormientes. 30. k
- Lapides quinque de torren-
te. 142. p
- Laquei quibus mundus irre-
titur. 598. m
- Larus, mergulus, cygnû. 88. p
- Latitudo. 214. o
- Latronis cõfessio humilis &
fidelis. 503. l

INDEX.

- Latronum crurifragium. 528.t
 Latronis in cruce confessio
 quāta cōtineat officia pie-
 tatis. 502. g. Per eum autē
 Adā significatur mysticē.
 503. h. i
 Latro quas virtutes in cruce
 habuerit. 554. t
 Latus Iesu aperire. 381. r
 Vbi notatur triplex ape-
 rientium genus.
 Lauandus per aliū, per alium
 inquinatus. 574. p
 Laudat semper, qui semper
 amat. 32. x
 Laude vana grauidam men-
 tem non fœcūdat spiritus
 sancti copula. 33. e
 Laudib⁹ propriis nimis gau-
 dens mordetur alienis.
 244. h
 Laudibus diuinis insistendū
 est etiā in corpore debili,
 276. m
 Laus huius vitæ maledictio
 est. 245. m
 Lazarus quadrivan⁹. 476. v
 Lazari suscitatio. 518. d
 Lazarus & diues. 493. b
 494. c
 Lebetes tabernaculi. 64. f
 Lectionis vtilitas. 187. y
 Lectionem sacram ne acce-
 dat cor impurum. 268. i
 Lectorum multæ species.
 162. k
 Lectulū Salomonis qui am-
 bire debeant. 259. f
 Lenitas cōmédatur. 286. p. q
 Leo. 214. p
 Lepre varia genera. 92. b
 Lepra mundissima. 92. d
 Lepra carnis & cutis. 93. e
 Triplicis indumenti. 93. h
 Lepra Naaman. 173. y
 Lepra septiformis. 174. a. Vi-
 sus. b. Auditus. c. Odora-
 tus. d. Gustus. e. Tactus.
 175. f. Libidinis. g. Inces-
 sus. h. Domus. k. Vestis. l.
 Carnis. m. Oris. n. Cor-
 dis. o.
 Lepra superbie septemplex
 à qua nos liberat Christi
 descensio seu humilitas.
 175. i
 Lepra proprij consilij. 176. r
 Lepra Naaman rursus. 177. t
 Lepra Giezi. 178. y
 Leprosi duplex reclusio.
 92. b
 Leprosi nunciātes fugam
 hostium, &c. 179. a
 Lex muta & loquens. 450. e
 Lex aperuit non sanauit vul-
 nus peccati. 541. p
 Lex non est peccatum, sed
 peccati occasio. 543. c
 Legis tempus spem solam,
 gratie tempus possidet spē
 cum salute. 56. o
 Lia typum gerit disciplinæ
 virtutis. 31. f
 Liber inter mortuos. 214. q
 Libertas triplex. 516. t 544. k
 Liber, lamina plumbi, silex.
 197. i
 Libri vitæ quatuor. 516. f
 Libros conscientie debemus
 vel

vel
 ad e
 609
 Libri
 604
 Lignu
 Lignu
 8. k
 Ligna
 62. r
 ibid
 Lignum
 tulit
 Lineæ
 scen
 Lingua
 lenti
 Lingua
 310. a
 Lingua
 pa d
 lingue
 cabæ
 374. c
 Lingua
 sit oc
 Lingua
 itus r
 526. k
 Lingua
 turpe
 xari.
 Lingua
 595. v
 Liuoꝝ vi
 qui b
 se sol
 Liuoꝝ q
 culum
 locoru

INDEX.

- vel scribere, vel corrigere
ad exemplar libri vitæ. 609.x
- Libri vitæ septem sigilla. 604.i
- Lignum, vide Arbor. 204.q
- Lignū scientiæ boni & mali. 8.k
- Ligna Sethim sunt sancti. 62.r. Sunt sacra scriptura. ibidem.k
- Lignum mortē & vitam contulit. 502.f
- Linæ decē per quas sol descendit. 312.l
- Linguae volubilitas lege silentij refrænetur. 299.i
- Linguae miracula in claustris 310. ante c.
- Lingua non refrænantis culpa duplex. 319.e
- Linguae amputatio pueri Macabæi optanda matri. 374.o
- Lingua, quibus sermonibus sit occupanda. 481.l.m
- Linguae stimulos horret Christus magis quam spinarū. 526.k
- Linguam silentio consecratā turpe est vaniloquio relaxari. 582.x
- Linguae inflammatio mala. 595.v
- Liuor vnit malos ad malum, qui bonos diuidere inter se solet. 407.e
- Liuor quomodo claudat oculum mentis. 415.o
- Locorum genera tria. 510.f
- Loquendi circumspectio. 96.f
- Loquendū aliter duris quam mitibus. 415.n
- Lucta quadruplex, cū carne, mundo, &c. 38.r
- Lumbi. 215.f
- Lumbi, & filia diaboli. 483.x
- Lumbos debemus præcingere tripliciter. ibidem.y
- Luminaria sunt viri iusti. 4.r. Sunt sacerdotium & regnum, & vtraque modo corrupta. ibidem.f
- Lumen mutatum nō perfeuerat. 512.d
- Lumen in lumine videre. 215.k
- Luna xiiij. ad vesperam, &c. 52.q
- Lutum platearum. 215.t
- Lux eius stare non poterit, cuius splendor nō prodierit ex ardore. 290.i
- Luxuriæ & cupiditatis perniciēs. 135.m
- Luxuria. 142.n. 343.d
- Luxuriā reprimat interdum gloria vana. 18.f
- M**Aculā aut rugam quomodo non habeat ecclesia. 579.l
- Magdalene in Christū pietas 468.r
- Magdalena quomodo quaesiuit & inuenit dominum. 529.x
- Magi fide sunt facti ne fierent serpentes. 186.d
- de Magis, & eorum muneribus

INDEX.

- bus. *ibidem.* *ibid. e f* 57. q
 Magorum adoratio & oblatio. 188. n
 Magi serpentis antiqui incantatores. *ibid. o*
 Magorum oblatio copiosa arguit Christianos sterilitatis. *ibidem. p*
 Magistri ne sint qui non fuerunt discipuli. 537. d
 Maledicti qui carne cōsumant cępta spiritu. 128. f
 Malis bene utitur Deus & sancti. 83. p
 Mali nonnunquam bonum seminant. 131. b
 Malitia mundi. 343. ante b
 Malitia hominis tripertita, scilicet lingue, carnis, & oris. 479. f. g. 480. h
 Malitiam quomodo vincat sapientia. 481. n
 Malorum exemplum & obstinatio. 345. m. 346. p
 Mala multa licet modica posunt aceruo grandi exquiri. 412. f
 Malorum pręteritorum & gratię collatę meminisse iugiter debemus. 525. f
 Mandata domini seruet, qui vult in eius populo numerari. 588. q
 Manna veniēte cessavit murmur. 55. i
 Manna Christum pręfiguravit. *ibid. k*
 Manna quando liquehat. 56. n
 Manna dicitur verbum Dei. 57. q
 Eius cōtionis significatio *ibidem. r*
 Manna aliter frāngi, aliter conterī. 109. v
 Manna & ros verbum Dei. 109. y
 Mansuetudinis verę generatio. 411. a
 Manus Moysis in sinu misissio. 50. a
 Manus domini. 215. v
 Manus quomodo debeāt leuari. 325. y
 Manus eucharistię tractantes sint mundę. 556. g
 Manus puras leuare orando. 587. m
 Mare. 215. x
 Maria stellę nomine signatur. 111. i
 Marię laudes. 278. y
 Marię tres notant spem, fidem, charitatem. 447. t
 Mariam vult Deus à nobis honorari. 452. l
 Maria meritò est misericors quę fontem misericordię parturiuit. 506. d
 Maria non potuit à Christo diuelli. 527. o
 Obtulit pro nobis spiritum vt Christus carnem. eodem. p
 Maria virgo est mulier amicta sole, in cuius capite corona stellarum xij. & quę sint illę stellę. 608. p. & 607. q
 Maria non reperitur in toto euang.

euang.
 ta.
 Marth
 do
 scen
 Mart
 quib
 & à
 476
 Marty
 tare
 Marty
 deal
 gni.
 Marath
 Mattha
 Matuti
 Matuti
 quid
 Medij
 423.
 Memb
 prof
 Memor
 ma.
 Memor
 saria
 Memor
 348.
 Mens n
 tum
 Mens h
 fortu
 bus
 Mens si
 parit
 Mentis
 482.
 Mens h
 mus

INDEX:

- euangelio nisi quater locuta. 608.r
- Martha non Maria quomodo dicatur dominum suscepisse. 475.q
- Martha, Maria, & Lazarus in quibus debeant occupari, & à quibus cauere. 475.f. 476.t
- Martyres sanguine operti altare sunt. 60.m
- Martyrum stolæ quomodo dealbentur in sanguine agni. 605.m
- Matthiæ filij qui sint. 367.f
- Matthæi conuersio. 406.
- Matutinum. 215.y
- Matutinum & vespertinum quid, &c. 67.e
- Medij amator vbi sit medi⁹. 423.r
- Membra inuicem seruentia proficiunt. 549.d
- Memorari debemus nouissima. 77.e
- Memoria creatoris est necessaria. 255.2
- Memoria incarnationis. 348.a
- Mens pura debet carnis motum dedignari. 112.l
- Mens humana qualiter rotæ fortunæ in sui affectionibus comparatur. 582.v
- Mens sine otio nil spirituale parit. 133.y
- Mentis defectus indicium. 482.f
- Mens hominis, quæ est domus Dei, prophanatur per tria. 499.8
- Mentis caput quando leuandum, &c. ibidem.f
- Mens charitate emollita omni cedit iniuriæ. 549.f
- Mente qui seruiūt legi Dei, boni sunt. 544.f
- Mens perfecti, vide Perfecti. 215.2
- Mensa contra tribulantes. 215.2
- Mensuræ meriti respondebit mensura præmij. 467.p
- Mentiri. 216.3
- Mentiri non est verba aliter accipere quam vsus accipiat. 190.lx
- Mercēs nō differenda in crastinum. 47.2
- Meretrix fauus mellis. 237.m
- Meretur vir iustus tantum in tempore quantum voluit cucurrisse. 268.l
- Meridies non est ante lucis plenitudinem. 552.m
- Meritum fidei non videre quod credit. 506.y
- Meritis respondent præmia. 592.k
- Metet nihil qui non seminauerit. 34.f
- Militum Christi intentio. 196.e
- Militiarum quatuor genera & earundem stipendia. 196.d
- Militis gladius militet ecclesiæ. 426.2
- Miluus. 88.m
- Minima quatuor terræ in

INDEX.

- quibus sapientia commo-
ratur. 248.z
- Minister malus non minuit
effectum sacramenti. 506.c
- Minutio spiritualis quomo-
do fit facienda ob sanitatē
animæ. 253. ante t
- Miserendi ordo. 502.d
- Miserendi materiam accipi-
mus à nobis. 572.k
- Miseretur Deus verè dunta-
xat pœnitentium. 62.h
- Misericordiæ Dei super iu-
stitiam excellētia, per ver-
ba Exodi. 58.z
- Misericordia. 119. ante n
- Misericors verè. 141.i
- Misericordiæ expers iudiciū
est palatiū sine rege. 243.b
- Misericordiæ Dei in nos ma-
gnitudo. 14.k
- Misericordia munda quæ sit.
199.n
- Misericordia Dei. 369.q
- Misericordiæ duæ species.
393.t
- Misericordia Dei ineffabili-
ter superat miseriam huma-
nam. 502.c
- Moabitarum triplex mansio.
306.l
- Mœror duplex. 54.f
- Mœroris boni fenestra, o-
stium, foramen. 307.q
- Moyſi in Aegypto non ap-
paruit Deus. 19.y
- Monachi dentibus & tonsis
ouium gregibus cōparan-
tur. 360.k
- Monacho turpe est adulari.
416.q
- Monacho turpe est dispen-
sare sibiipſi in corporis so-
latio. 587.o. Vide Clauſtra
les.
- Monachi ciborum differen-
tias obseruantes arguun-
tur. 539.i
- Monasticam vitam victu &
habitu designauit Ioannes
Baptista. 408.o
- Mons. 216.b
- Mons in quē ascendit Moy-
ses. 60.p
- Mons potentix. 576.y
- Mons scientiæ. ibid.z. Trans-
figurationis. 577.b
- Montes tres. 387.r
- Mons in quo prædicauit do-
minus, & in quem ascendit
orare. 577.c.d
- Mori in hyeme aut vere.
40.e
- Mori pro Christo potest ne-
mo. 546.p
- Moriturum se cogitans cor-
temnit omnia. 303.y
- Mortis memoria iugis timo-
raturum facit. 274.g
- Mortis memoria quibus a-
mara. 274.m
- Mors deuorat hominem.
540.o
- Morte Christi salus parta, di-
ligentia est conseruanda.
592.i
- Mors duplex & triplex. 581.f.
- 382.t
- Mortis æternæ liberatio de-
bitores nos facit mortis al-
terius.

ter.
Mors
quæ
Motu
que
Motu
nit
Motu
bus
ratu
Mula
155.
Mulier
tio.
Mulier
Chr
solli
503.
Mulier
nata
ria/
Munda
dus.
Mundit
ta.
Mundi
in no
Mūdi d
gemu
Mandi v
Mundur
gentu
Mūdi cō
Mundia
Mundi f
modis
Mundi g
hiare,
255.f
Mundi f

INDEX.

- terius. 597.h
 Mors Christi prius profuit
 quàm fuit. 609.f
 Motus illiciti si deleri ne-
 queunt cohibeantur. 43.f
 Motus primi nõ possunt pe-
 nitus reprimi. 130.n
 Motus carnis, canum latrati-
 bus & latrunculis compa-
 ratur. 543.d
 Mula temperantiam notat.
 155.n
 Mulieris quæ peperit expia-
 tio. 90.y
 Mulieres cur fuerint circa
 Christum mortuum magis
 sollicitæ quàm Apostoli.
 503.m
 Mulier amicta sole & coro-
 nata stellis, est virgo Ma-
 ria. 606.p
 Mundationis spiritualis gra-
 dus. 95.n
 Munditiæ nõ debet esse me-
 ta. 94.post m
 Mundi prima creatio agitur
 in nobis moraliter. 1.a
 Mundi delicias à nobis segre-
 gemus. 35.anre h.k
 Mundi vanitas. 111.n.179.b
 Mundum relinquentes clon-
 gentur ab immundis. 54.b
 Mundi cõtemptus. 111.f.180.e
 Mundi amor. 113.t
 Mundi felicitas tribus incõ-
 modis obsidetur. 169.p
 Mundi gloriæ & diuitiis in-
 hiare, quantum sit vanum.
 235.f
 Mundi fabrica præcepto nõ
 malleo excusa. 416.p
 Mundi amatores. 192.r.193.t
 Mundi contemptus. 193.v
 Mundi malitia. 343.b
 Mundi in fabrica commen-
 dantur Dei potetia, sapien-
 tia, benignitas. 546.t
 Mundi amatoribus requisita.
 598.l
 Munera percepta spem fir-
 mant percipiendorum. 21.q
 Munera Ioseph allata mora-
 liter. 43.&
 Murmuratio leprosam facit
 animam. 110.a
 Murmuratores excommuni-
 candi sunt. 120 y
 Muscæ tres Aegypti mora-
 liter. 23.v
 Muscæ fornicationem notat
 50.b
NAaman lepra & purga-
 tio. 173.y.z
 Natiuitas Christi quem non
 lætificat, is aut impius aut
 reprobus iudicatur. 505.v
 Naus. 216.e
 Nazareth missus angelus.
 451.g
 Necessaria nedum superflua
 sunt pro Deo relinquen-
 da. 195.a
 Necessitas fit in desperatis
 magistra. 407.g
 Nequitia etiam in diabolo ti-
 mida est inuenta. 9.t
 Noë inebriatio moraliter.
 20.k
 Nomen habent soli boni.
 47.o

INDEX.

- Nomen domini. 216.d
 Nomina populi Dei tria. 277.x
 Nolle domini. 216.e
 veluti Nouacula acuta nocere. ibidem.f
 in Nouilunio sagittas torquere. 217.g
 Nouissima memorari debemus. 87.e
 Nouissima prouident sancti. 121.m
 Nouissima sollicitè præuidens sapièter media gubernetabit. 273.a
 Nouissima semper memoranda. 302.f
 Nox. 217.h
 Nox est vita præfens. 324.t
 Nubes. 217.i
 Numismatis proprii percussio. 374.g
 Nuptiæ filiaë Raguelis. 189.g
 Nuptiæ quas Rex filio fecit. 429.i
 Nuptiarum terrenarum similitudine inuitamur ad delicias æternas. 432.r
 Nuptiarum euangelicarum significatio. 508.l
 O Bdormire. 217.k
 Obedientiæ veræ forma 71.a 337.c
 Obedientia quanta mercatur. 104.z
 Obedientiæ virtus. 114.c
 Obedientia triumphat de omni hoste. 243.c
 Obedientia quadruplex. 396.c
 Obedire in quibus liceat carni. 544.i
 Oblationes puerperæ. 90.y
 Oblationi manipulorū iungenda. 101.p
 Oblatio ducū quid signet. 106.l
 Oblatio duplex. 113.q
 Oblationes Saluatoris, & qualiter sint à nobis offerendæ. 460.r. & seq.f
 Obliuio Dei quanta mala pariat. 327.g
 Obliuisci populū & donum patris. 217.l
 Obscurati terra. ibidem.m
 Observatiã disciplinæ commendatur. 504.o
 Obsecratio. 586.h
 Obstinatio malorum. 346.p. 359.m
 Obumbrare. 218.n
 Obdurare. ibid.o
 Occisores multiplices. 58.e
 Ociositas. 366.a. 583.z
 Ocium contèplationis habet opus non laborem. 609.y
 Oculum dextrum eruere. 139.y
 Oculus vnus sponsæ. 262.r
 Oculus vnde simplex & nequam. 401.c
 Oculus custodiendus. 495.e
 Ocul⁹ dū aperitur exterior, excæcatur interior. 498.o
 Oculos consultius sit liquari in lachrymas quam eleuari in superbiam. 606.n
 Odor Christi quæsiuit nos

in
 Offer
 Ch
 Olu
 Olu
 Olu
 Oper
 tria
 Oper
 xio
 Opera
 sint
 Opera
 plus
 Opera
 Operi
 eius
 Opific
 qui i
 factu
 Opraba
 Chr
 Orand
 189
 Orand
 190
 Orand
 192 f
 Orand
 breu
 Orand
 cula
 Oratio
 194.v
 Oratio
 vuln
 Oratio
 n.o. 8
 Oratio

INDEX.

- in fœtore. 405. x
 Offerre Christo quid debeat
 Christianus. 380. o
 Oleum. 218. p
 Oliua. *ibidem*, q
 Olus. 219. r
 Operi bono debent inesse
 tria 15. n
 Operum bonorum sit conne
 xio. 64. q
 Opera pietatis quâto affectu
 sint agenda. 403. n 404. o
 Opera prelatorum ædificant
 plus quàm verba. 559. p
 Opera hominum. 219. f
 Operi consentiens Dei, so
 cius est operantis. 561. c
 Opificis amore indignus est
 qui illi præfert opus ab eo
 factum. 596. a
 Oprabam anathema fieri à
 Christo. 546. p
 Orandum vbi sit & qualiter.
 189. f
 Orandum ante medicinam.
 190. n
 Orandū quomodo sit. 191. r
 Orandum ante & post cibū.
 192. f
 Orandum cur sit silenter &
 breuiter. 356. f
 Orandum iugiter inter peri
 cula continua. 497. l
 Oratio Amam, de pressio.
 194. v
 Oratio feruens, Deum ligat,
 vulnerat, & incédit. 260. l
 Oratio dominica. 398. m
 n. o. & c.
 Orationem impediunt tor
 por, timor, tepiditas. 284. l
 Oratio multorum faciliè im
 petrat. 423. f
 Oratio fidelis non spernitur
 à Deo. 515. p
 Oratio. 586. i. 587. m
 Ordines elementorum tres.
 63. o
 Ordo procedendi in studiis
 spiritualibus. 105. a
 Ordinantes & ordinati vno
 debent spiritu vegetari.
 110. ante z
 Ordines tres saluandorum.
 194. r
 Ordines tres dentium bestiæ.
 339. l
 Ordine quo sit miserendum.
 502. d
 Os ex osibus meis & c. 9. p
 Ossa. 219. t
 Ossa Ioseph secū ferre. 54. c
 Osibus cur cõparentur san
 cti, & reprobi lignis. 330. q
 Osecitationes pueri resuscita
 ti. 171. t. & 173. x
 Oscula iustitiæ. 219. v
 Osculatur & amplectitur
 quando Deus hominem.
 13. q
 Ostium arcæ facies in latere
 tuo. 19. f
 Ostium mentis circunvallât
 Sodomitæ. 26. m
 Ostiorū triplex genus. 159. a
 160. b
 Ostium est Christus humile.
 517. a
 Oues periculosè à pastore
 dissentiunt. 318. c

INDEX.

- Ouis. 219. x
 Ouis sibi relicta non con-
 quitur caulam. 534. p
P Aleas sectantes cum illis
 peribunt. 50. d
 Palmam victoriæ quis acqui-
 rat. 397. h
 Panes septem quibus refe-
 ctus populus. 442. e
 Panes tres perendi ab amico.
 478. c
 Panes quinque hordeacei my-
 sticè. 513. f
 Panis lachrymarum. 220. y
 Pâni quibus inuolutus Chri-
 stus infans. 454. r. f
 Parcit sibi qui minor quàm
 sit cupit æstimari. 568. x
 Parentes non sunt carnaliter
 diligendi, vt docetur ex-
 plo Christi. 441. ante. x
 Parere iniquitatem. 220. z
 Paries inclinatus, & maceria
 depulsa 220. b
 Participatio in idipsum. ibi. a
 Paruulus nobis natus citò
 dar. 297. v
 Paruulis dimittere reliquias.
 221. c
 Paruulorum sagitta. ibidè, d
 Pascha quomodo sit mysticè
 agendum. 53. ante t
 Pascha triplex. 127. o
 Pascha domini quomodo sit
 edendum. 556. f
 Passer. 221. e
 Passeres duos immolare spi-
 ritualiter. 94. m
 Passio Christi contemplan-
 da desid. 33. a
 Passionis domini memoria.
 55. h. 137. b
 Passionis Christi imitatio.
 137. h
 Passio domini. 157. t. 342. x
 347. x
 Passio Christi nobis imitan-
 da. 133. a
 Passionem Christi præliba-
 uit diabolus in sanguine
 Ioannis. 441. b
 Passiones corporis sunt in fi-
 nem vsque à nobis equani-
 miter pro Deo ferendæ.
 512. c
 Passionis Christi contem-
 platio. 522. r
 Passionibus nullis subiaccere
 nouum esset. 541. r
 Passiones Christi dant homi-
 ni fiduciam. 591. f
 Pastoris officio octo conue-
 nientia. 517. b
 Pastor qualiter pascere gre-
 gem debeat. 533. n. 534. o
 Pastores qualiter fiant forma
 gregis. 597. i
 Patientiæ & tribulationis
 commoda. 40. b
 Patientia. 120. t. 124. v. 133. b
 Patientia non omnis est ap-
 probabilis. 567. f
 Patris munera non sunt su-
 specta. 479. e
 Pater bonus bonum à se spi-
 ritum postulari desiderat.
 480. i
 Pauci in terra. 221. f
 Pauimenti moralis descri-
 ptio. 159. y. z
 Pauper

Pauper
 Pauper
 ueni
 Pauper
 virtu
 Pauper
 mart
 Pauper
 Pax spi
 Pacem
 turb
 Pacis o
 quat
 Pacè p
 Chr
 Pacem
 tes.
 Pax fra
 ri pr
 Pacem
 cum
 455.
 Pax &
 sapie
 Peccat
 quò
 neat
 veni
 Peccari
 nem
 Peccato
 Peccato
 sti.
 Peccat
 dam
 Peccati
 tes n
 ria g
 Peccar
 Peccat

INDEX.

Pauper.	221.g	possunt.	118.y
Pauperibus de superfluis subueniendum.	93.f	Peccator dum nouis vult mutare vetera,premitur multa angustia.	276.ante o
Pauperies expedita est apta virtutibus.	386.o	Peccati occasio omnis vitanda.	276.q.277.r
Paupertas voluntaria genus martyrij iudicatur.	280.e	Peccatoris animi incommoda.	286.r
Paupertas.	355.l	Peccati genera tria.	286.t
Pax spiritalis.	181.p	287.v.x	
Pacem cohabitantium interturbant tria.	21.o	Peccati corpus.	543.b
Pacis quietem inquietant quatuor.	157	Peccandi modus triplex.	306.m
Pacē peperit nobis afflictio Christi.	316.r	Peccator deprecetur humiliter Deum.	318.z
Pacem cum diabolo facientes.	375.p	Peccata sunt deplorāda.	323.r
Pax fraterna est omni muneripræferenda.	396.c	Peccatorum memoria.	357.v
Pacem habent sancti etiam cum intersectoribus sui.	455.x	Peccatum & ab eo retrahentia.	364.o
Pax & pudicitia comitantur sapientiam Dei.	595.x.y	Peccatum remissum nemo retractet.	520.i
Peccatorum differentia, eo quòd mortale non sustineat secum gratiam sicut veniale.	3.h	Peccatorum cicatrices remanent in nobis ad humilitatis custodiam.	532.i
Peccati excusatio turpitudinem eius non aufert.	12.e	Pecatum Adæ occupauit hominem tripliciter.	562.e
Peccatorū tria genera.	58.y	Peccati fermentum quomodo expurgatur.	556.e
Peccatores plures quàm iusti.	63.n	Peccuniam possidere nō est sacerdotis euāgelici.	536.x
Peccata leuia inquinant non damnant hominem.	91.a	Pecuniam qui præfert charitati, idololatra meritò iudicatur.	579.l
Peccatis leuibis succumbentes ne superbiant de victoria grauiorum.	118.k	Pedem alterius tenere.	28.a
Peccare Deo, & in deū.	122.f	Pedes domini ambo simul osculandi.	469.z
Peccata funditus deleri non		Pedum ablutionis sacramentum.	523.t
		Pellibus mortuorum ne induatur terra sancta.	49.v
		Penna	

INDEX.

- Penna. 222.h
 Peregrinatio nostra à domi-
 no, & conuersatio in cœ-
 lis. 564.m
 Peregrini officium. 569.e.f
 576.g
 Perfectio sanctorum. 182.y.
 346.f
 Perfectio. 99.i.353.x
 354.i.k.x
 Perfectionis gradus. 327.f
 390.g
 Perfectio est paucorum.
 403.i
 Perfectus relinquenda pueri-
 litas. 162. n. Sed non om-
 nis corporis sui cura. 163. o
 Et quando defectus suos
 magis intelligant. ibidē, p
 Perfecti mens debet bifor-
 mes euentus vniformi con-
 stantia superare. 546. o
 Perfectus vir sit paratus ad
 ea quæ Dei sunt, cùm sit
 mortuus ad terrena. 568. y
 Persecutio iustorum. 194. p
 Persecutionis utilitas. 130 m
 355. m
 Perseuerentia omni bono o-
 pei necessaria. 80. d
 Perseuerantia. 193. d. 369. o
 Perseuerantia sola corona-
 tur. 407. i
 Peruersi inde lapidantur vn-
 de deberent impinguari.
 277. f
 Pestes quatuor, sunt quatuor
 vitia. 348. b
 Pestilentix sedes. 222. i
 Petere in nomine Christi. 525. g
 Petra. 222. k
 Petro vniuersum cõmissum
 est mare. 533. m
 Pharaonē suum habent qui-
 que trium deorum. 50. f
 Phariseus placens sibi, displi-
 cet Deo. 497. m
 Philosophi non tam salubria
 quàm sublimia sunt secta-
 ti. 540. k
 Phytones. 181. o
 Pietas Dei. 137. g
 Pyramides septem mysticē.
 370. d. 372. e
 Pisces mundi triplices. 27. h
 Pisces duo quibus refectus
 populus. 513. g
 Piscinæ duæ. 294. q
 Plagæ decem Aegypti. 52. o
 Planctus sanctorum gradus
 quatuor. 363. k
 Platea domus Dei morali-
 ter. 185. n
 Plateæ portæ aquarum &
 portæ Effraim. ibidem,
 o. p
 Pluit dominus grandinem
 &c. 51. l
 Pluuia voluntaria. 222. l
 Pœna reproborum. 192. q
 353. y
 Pœna vehemens & æterna
 timenda. 311. g
 Pœnitent me fecisse hominē.
 17. a
 Pœnitentiæ pars grauisima,
 figurata per tertium diem
 circuncisionum. 39. x
 Pœnitere incipientibus gra-
 uior

uio
 Pœnite
 piet
 66. a
 Pœnite
 l. 137.
 149.
 f. 347.
 Pœnite
 tur n
 78. v
 Pœnite
 dote
 ibide
 Pœnite
 nec
 certa
 titur.
 Et q
 tantu
 beat.
 Pœnite
 82. i
 Pœnite
 care
 medi
 Pœnite
 bran
 Pœnite
 etian
 stine
 108.
 Pœnite
 renc
 Pœnit
 190.
 Pœnite
 spati
 lant
 Pœnit

INDEX.

- uior labor. 50.e
- Pœnitentes verè solos eripiet sanguis Christi. 66.a
- Pœnitentia. 69.r.114.b.127.l.137.f.m.140.c.148.o.149.v.341.f.343.ante a.343.f.347.e.358.e.& 374.k
- Pœnitentes perfectè coæquãtur meritis innocentum. 78.v
- Pœnitenti verè est à sacerdote venia impetrenda. ibidem,x
- Pœnitentibus in fine vitæ nec certa damnatio, nec certa indulgentia promittitur. 79.b
- Et quid pro eo qui in fine tantum confitetur agi debeat. 80.c
- Pœnitentiæ veræ dignitas. 82.i
- Pœnitens verè debet mendicare fraternæ orationis re media. 95.o
- Pœnitenti non sunt exprobranda peccata. 98.c
- Pœnitendum de commissis etiam iis qui nondum abstinent à committendis. 108.n
- Pœnitentiam non esse differendam. 329.o
- Pœnitentium status duplex. 190.p
- Pœnitere dissimulantes, & spatium pœnitentiæ postulant. 310.e
- Pœnitentia quomodo sit agenda. 324.f
- Pœnitentia perfecta tria exigit. 382.x
- Pœnitentia vera exigit quatuor. 440.r
- Pœnitenti tria necessaria. 478.a
- Pœnitentia ei quem nunc non sanat, in posterum nõ valebit. 511.z
- Pœnitentiam agere, est carnem Christi manducare. 513.i
- Pœnitentia vel charitas operit peccata electorum. 599.n
- Pomo cur comparetur carnis illecebra. 11.a
- Pomorum custodia. 222.m
- Pontifex maximus præfiguratur Christum. 58.e
- Pontificis ministerium quomodo honoretur. 588.r.f
- Populi Dei nomina tria. 277.x
- Porta aquarum & Effraim. 185.o.p
- Postulare temporalia, non eterna, non est petere in nomine domini. 525.g
- Postulatio. 586.k
- Potentia secularis. 190.o
- Prædestinatus non permanet in peccato. 599.o
- Prædicatores etiam mercenarij tolerandi sunt. 33.e
- Prædicationis utilitas. 33.v
- Prædicatores possunt innoxie tractare de noxiis ob

INDEX.

- auditores. 89.x
 Prædicatoris verbo consonent opera. 97.z
 Prædicatio illius contemnitur, cuius vita despicitur. 99.f
 Prædicaturo quid prius faciendum. 102.r.103.t
 Prædicatores. 108.p
 Prædicator ab opere non ab ore, &c. 127.p
 Prædicatoris officium. 130.m
 Prædicationis ratio, 131.f.x. 133.t
 Prædicationis quæ utilitas. 184.m
 Prædicatorum tres ordines. 301.r
 Prædicatores quatuor modis exaltant vocem suam. 316.q
 Prædicare non debet virtutibus vacuus. 395.z
 Prædicationi nec contemplatio nec actio valeat comparari. 478.b
 Prædicandum pro capacitate audientium. 554.y.z
 Prædicando sancti commiscant aspera blandis. 584.b
 Prælati. 4.n.8.n.108.q.113.y.119.p.131.v.132.m.p.q.139.v.140.d.156.o.158.x.180.d.184.k.l.194. ante i. 350.h.351.m.358.h.363.i.364.n.509.n
 Prælati subditorum opera bona excedant. 40.g
 Prælatorum triplex genus. 41.k
 Prælatus sic pugnet subditos vt etiam pro se. 47.l
 Prælati boni sunt ligna pomifera. 48.q
 Prælati fulciuntur operibus bonorum subditorum. 57.t
 Prælatorum potestas. 49.&
 Prælatorum officia. 59.f.86.c.106.g.108.m
 Prælatus sumendus de oliueto non spineto. 65.t
 Debet subditis adhibere curam triplicem, ibidem, v
 Prælatus absorbeat a iustitia. 82.h
 Prælati quærant tantum gloriam Dei. 84.q
 Prælati scorta deuitent. 98.e
 Prælato non parceret, qui non pepercit Moyfi. 124.y
 Prælatus malus. 144.v.y. 145.c.146.g.148.m
 Prælatorum virtutes. 160.c
 Prælatorum periculum. 163.q.238.p.366.z
 Prælati dieta. 167.e
 Prælatorum pericula. 192.g
 Prælatorum sollicitudo. 191.y.z.192.m
 Prælatorum negligetia. 199.o.353.a.354.g. & 522.f
 Prælatus de opere non de intentione debet iudicare. 245.n. Quam diligentiam debeat subditis adhibere. 246.o
 Prælatorum iustitia quam firma sit. 273.e
 Prælati

Prælatus
 gant
 Prælatus
 non
 Prælatus
 ti t
 Prælatus
 328.l
 Prælatus
 Prælatus
 Prælatus
 Chr
 Prælatus
 esse
 Prælatus
 Prælatus
 ritia
 Prælatus
 plex
 Præmi
 bore
 Præmi
 591.l
 Præsep
 ordi
 Præsum
 ris ne
 Primog
 super
 tus ca
 prim
 rum l
 Princip
 Princip
 150.z
 Princip
 mus t
 Princip
 sisten

I N D E X.

- Prælati quid à subiectis exigant. 280.f
 Prælati laborem sectentur non gloriam, &c. 319.d
 Prælatos alloquuntur subditi tripliciter. 323.q
 Prælati qualis esse debeat. 328.h.i
 Prælatorum compassio. 373.f
 Prælatorum ambitio. 374.l
 Prælati imprudentia. 432.p
 Prælati forma viuendi à Christo data. 500.x
 Prælatorum quæ debeant esse verba. 548.e
 Prælato necessaria. 561.b
 Prælatorum inutilitas & auaritia. 579.k
 Prælatorum assumptio duplex. 592.g
 Præmium accipere sine labore. 472.i
 Præmia respondent meritis. 592.k
 Præsepium Christi designat ordinem monasticum. 455.z
 Præsumendum de boni operis nouitate non est. 98.b
 Primogenitus Pharaonis est superbia: & primogenitus captiue est auaritia: & primogenitus iumentorum luxuria. 53.x
 Principes. 223.n
 Principes in exercitu Dauid. 150.z
 Principi tenebrarum seruiamus tripliciter. 489.p
 Principiis tentationum obistendum. 134.a
 Profectus nostri sunt domino fructus. 429.h
 Promissa sunt recogitanda. 125.a
 Prophetiæ genus est terrena despiciere, & amare celestia. 560.v
 Propitiatorium de auro. 62.h.i
 Proximum & carnem nostram aberrantes à via veritatis reducere debemus. 59.h
 Psalmodiam solis labiis personare quanti sit periculi. 102.f
 Puer. 223.o
 Pueri matrem inuenit gladius. 156.q
 Puerilitas est perfectis relinquenda. 162.n
 Puluis, ante faciem venti. 223.p
 Purificatione multiplici indigentes. 507.h
 Puritatem multiplicem impugnat diabolus. 335.y
 Purpuræ regalis vestimenti contextio. 407.f
 Puteus. 223.q
 Putei quatuor Isaac. 28.c
 Puteus est sacra scriptura. 27.f
 Putei & cisternæ. 238.o
Quadrige qua in cælum deferimur. 527.r
 Quærit Deus hominem ut ad se conuertatur. 12.d
 Quærendus est Deus animo simplici. 267.g
 Quærit Deus à creatura que

INDEX.

- dedit. 271.y
 Quærenda quæ sursum sunt,
 iis qui Christo voluerint
 copulari. 308.x
 Quærendus qualiter sit do-
 minus. 317.x
 Quærentes Christum per-
 functoriè. 526.i
 Quærit dominum Maria &
 inuenit. 528.x.529.y
 Quærunt sancti semper Deû.
 604.h
 Qualitas iudicij nostri pen-
 det à voluntate. 402.f
 Qualitas finis est pensanda.
 254.z
 Quatuor minima terræ in
 quibus sapientia commo-
 ratur. 248.z
 Querimonia Christi de po-
 pulo Christiano. 355.o
 Quietis amor dignè terrena
 ministrat. 271.f
Rachel typû habet do-
 ctinæ veritatis. 31.r
 Radix omnium malorum cu-
 piditas. 149.q
 Radix dulcedinis æternæ a-
 mara est in præsentî. 593.n
 Raphael non est mentitus,
 licet verba aliter quam
 communis vsus acceperit.
 190.h
 Rapi debet mens sursum.
 329.l
 Raptus ab incendio fumat.
 552.o
 Ratio est quasi firmamen-
 tum inter spiritum & car-
 nem. 3.m
 Ratio quomodo allicitat &
 illicitat voluntatem. 570.g
 Rationale sacerdotale. 84.f
 Recalcitrantis cõtra Deum
 dementia. 295.k
 Recessiones à salute. 551.i
 Recidui periculum. 541.q
 Refectionis viam monstret
 dominus ad eam conuo-
 cans. 387.r.f
 Refectionis cœlestis stultus
 contemptus. ibidem.t
 Refectionis spiritualis impe-
 dimenta. 442.d
 Regina Sabæa, mens studio-
 sa. 160.e
 Regnum Christi super quos
 sit. 193.g
 Regnum cœli qui possideant
 408.n
 Regnum Dei & infernum
 quidam furantur, quidam
 rapiunt, quidam mercan-
 tur. 409.p
 Regnum suum vendit Deus
 amore pauperis. 433.
 ante t
 Regnum Dei qualiter sit in
 nobis. 497.i. Quibus iu-
 diciis discernatur à regno
 diaboli. ibid.k
 Regnum Dei non est in vo-
 luptatibus. 552.p
 Relictus à Christo occupa-
 bitur à diabolo. 296.t
 Religiosis timendæ vires &
 astutiæ diaboli. 9.r
 Religiosi animus in quibus
 sit occupandus. 81.f
 Religionis pulchritudinem
 non

non
 20.n
 Religio
 Religio
 neces
 Relig
 129.t
 Religio
 tur,
 tur.
 Religio
 552.n
 Remed
 ta,&
 Remed
 diam
 321.l
 Remed
 incor
 gene
 Renes.
 Repren
 canti
 Reprob
 & stu
 Reprob
 filia.
 Reprob
 302.t
 359.o
 la,&
 Reprob
 so in
 escer
 Respice
 mo.
 Resurre
 multi
 197.k
 Resurre

I N D E X.

- non virtutem affectantes. 20.n
- Religionis forma. 137.o
- Religionem professis duo necessaria. 99.h
- Religioni quatuor insunt. 129.f
- Religionis vanitas inuenitur, vbi humilitas quæritur. 135.p
- Religionis perfectæ officia. 552.n
- Remedia contra tria peccata, &c. 301.q
- Remedium contra inuidiam difficile inuentu. 321.l
- Remedia trium generalium incommodorum humani generis. 287.y.z
- Renes. 229.y
- Reprehensio non placet peccanti. 593.o
- Reproborum æstimationes & studia. 16.r.v
- Reproborum peruersa consilia. 112.k
- Reproborum pœnæ. 122.l. 302.t. 353.y. 358.i. 359.l. & 359.o.p. in versu Dies illa, &c.
- Reprobi inueniuntur à sponso in tenebris, & electi qui escientes. 432.f
- Respicere quæ debeat homo. 21.p
- Resurrectionem carnis Iob multis argumentis astruit. 197.k
- Resurrectio triplex, de morte triplici. 582.
- Resurrectio iacere eum voluerit. 406.c
- Resurrectionis Christi mysterium. 436.l. & 438.p
- Resurrectio Christi est ortus solis. 447.n
- Resurrectionis testimonium quare dominus voluerit multipliciter commendare. 449.2
- Resurrectio vt mors bipartita. 581.f
- Rex. 223.f
- Regum filia. 524.e
- Rhannum à spinis intelligi. ibidem, r
- Rigidi simus nobis, clementes proximo. 443.i
- Rota. 224.x
- Rotæ fortunæ similis mens nostra. 582.v
- Rubus Moysis incombustus. 49.x
- Ruina. 224.y
- Ruina ad quam inclinantur homines. 304.e
- S**accus, siue cilicium. 225.b
- Sacculi qui non veterascunt. 482.t. 483.v
- Sacerdos. 225.a
- Sacerdotum sanctificatio sit continua. 250.d. 81. post g
- Sacerdos sit ampli pectoris. 85.v
- Sacerdos faciat bona coram Deo & hominibus. 98.d
- Sacerdotum quàm profint exempla. 71.i

I N D E X.

- Sacerdotū exemplo fitit au-
rum populus. 109.o
- Sacerdotem occupari nugis
& scurrilibus, est sacrile-
gium. 364.p
- Sacerdotes quales mini-
strent in templo domi-
ni. 368.k
- Sacerdos Christianus quas
hostias debeat immolare.
547.y
- Sacerdotum dignitas. 404.r
- Sacerdotis non est possidere
pecuniam. 536.x
- Sacerdotes in quibus debeāt
conuersari. 539.post i
- Sacra scriptura est puteus.
27.f
- Sacræ scripturæ consilio cō-
formare debemus vitam
nostram. 76.n
- Sacramenta ad salutem sunt
instituta. 418.b
- Sacramentum corporis do-
minici. 433.x
- Sacramentum eucharistiæ il-
lis prodest qui imitantur
exemplum. 500.e
- Sacramentorum Christi vti-
litas. 514.k
- Sacrificium. 224.f
- Sacrificium Abrahæ mora-
liter. 22.h
- Sacrificium similæ. 73.h.75.i
in sartagine. 75.k
- Sacrificia turturis & colum-
bæ. 79.a
- Sacrificia iustorum inflam-
mat spiritus sanctus. 86.z
- Sagittæ. 225.c
- Sagitta volans per diem. Vi-
de Tenebræ. 228.p
- Salientes ad vindictam in-
crepantur. 11.b
- Salus morte Christi quæsitā
quanta diligentia sit conser-
uanda. 592.i
- Salutem proximi contēnen-
tis crimen. 15.p
- Saluti nostrę tria necessaria.
377.b
- Salutem nemo sapiens asper-
natur. 553.o
- Salutis signa in electis. 599.p
- Saluti quod vicinius est,
prius discendum. 547.z
- Salutationum genus triplex.
467.h
- Sanctorum dignitas & no-
mina. 47.o
- Sancta non polluunt. 110.c
- Sanctorum paucitas. 122.g
- Sancti qui verè sint. 450.d
- Sanctorum est gaudere cum
gaudentibus, & lugenti-
bus collugere. 548.b
- Sancti semper querunt Deū
licet habeant. 604.h
- Sanctis etiam mala cooperā-
tur in bonum. 545.l.n
- Sancti prædicando commi-
scent aspera blandis, &
blanda asperis. 584.b
- Sanctitati non minus quàm
scientiæ in sacra pagina
studendum. 126.f
- Sanguine Christi inebria-
tur semper cor Christiani.
83.m
- Sanguine Christi abluimur
à pecc-

I N D E X.

- à peccatis quæ cauere non
 possumus. 85.x
 Sanguinum viri. 228.d
 Saphiri proprietates. 307.f
 Sapientiam furari quid sit.
 128.v
 Sapientiæ veræ utilitas.
 234.c
 Quomodo sit quærenda.
 ibidem, d
 Eius triplex fructus. ibid. e
 Sapientiæ arbori insunt tan-
 quam xv. gradus, xv. pro-
 fectus. 235.h
 Sapientia vincit malitiam.
 269.o
 Sapientiam imitetur homo.
 ibidem, r
 Sapientiam tria auertunt à
 corde hominis. 275.k
 Sapientia est indignus, qui
 eam concupiscere, pœ-
 nam purat. 279.b
 Sapientiæ comites. 595.x.y.z
 Sapientiæ Dei & hominis
 discordia. 392.m
 Sapientia vera illuminat &
 inflamat. 540.l
 Sarcina grauißima quisque
 sibi. 197.g
 Satisfactio pœnitentiæ pars
 grauißima. 39.x
 Saule Saule quid me perse-
 queris. 536.y. 537.b
 Scandala non omnia vna
 lance pensitanda. 421.m
 Scandalorum tria genera.
 ibidem, n. & 422.o
 Scientes & non facientes bo-
 na. 43.t.v
 Scientia spiritalis 168.h
 180.f. 188.c
 Scientiæ insit modus discre-
 tionis. 547.a
 Scientiæ cibus sine charitate
 nocet. 320.g
 Scientia improbatur ex mo-
 do sciendi. 557.m
 Scientiã qui cœlestem petit,
 ad cœlestia tendat. 558.n
 Scientia sanctorum cogno-
 scere imperfectum suum.
 580.o
 Scientiæ præproperè studet,
 qui non purgauit cõscien-
 tiam. 347.v
 Scribæ & Pharisei qui sint.
 395.b
 Scripturę sacrę efficacia. 28.z
 Scriptura sacra, ligna Sethim.
 6.k
 Scrutator secretorum domi-
 ni ne sis. 517.z
 Seculi fuga. 48.t
 Secularium frequentia de-
 colorat sanctitatis propo-
 situm & habitum. 326.c
 Sedes. 226.e
 Sedes præparetur in anima
 nostra domino studiis vir-
 tutum. 241.x
 Semina quæ & quis in nobis
 seuit. 412.h
 Semira disciplinæ. 311.h
 Senex à pueritia sedebit iu-
 dex cum domino. 325.z
 Sensualitas, animæ nomine
 designatur. 538.h
 Sensualitate attrita nascitur
 cordis affectio pura. 33.b

I N D E X.

- Sé suū curiositatis mala. 11. &
 Septies. 226.g
 Septies in die cadit iustus. 244.c
 Sepulcrum patens. 226.f
 Sepulcri structura. 370.b.c
 Sequentium saluatorem genera tria. 431.m
 Sequens Christum abneget semetipsum. 471.f
 Sequi agnum quid sit. 609.t
 Seraphin alæ & volatus. 291.k.l
 Sermo diuinus scientiam & feruorem continet. 317.y
 Sermonem Dei quid durum faciat. 514.n
 Sermo Dei quomodo sit seruandus. 524.a
 Serpentis astutia, & in quo corpore Adæ visus. 9.f
 Serpens quid homini persuaferit. 10.y
 Serui. 226.h
 Serui nos occidentes. 180.h
 Seruire qui renuit Deo, seruit vitiiis. 400.y
 Seruus Christi stet, non iaceat. 404.f
 Sicli dimidium, fidei integritas. 67.h
 Sigilla septé libri vitæ. 604.i
 Signa quæ operantur sancti. 448.z
 Signa salutis in electis. 599.p
 Silentij disciplina. 114.d
 Silentij vtilitas. 149.t
 Silentia tria, & verba tria. 271.z. 272. &
 Silentium triplex. 521.n
 Silentes nunc sancti, clamabunt in futuro. 128.q
 Similæ oblatio. 73.g
 h. & seq. i
 Similitudinis diuinæ variatio iuxta mores hominum. 351.k
 Simultas est grauior manifesto odio. 501.a
 Sinapis grano comparatur Christus. 484.e
 Sion. 226.i
 Sobrietas, iustitia, & pietas quid operentur in nobis. 589.x
 Soli collatæ mulieres bonæ. 191.c
 Solis ortu multa designantur de Christo. 250.d.e.f
 Solis per lineas decem descensus. 312.l. 313.m
 Solis ortus, est Christi resurrectio, & quod recuperavit in aurora resurrectionis, quod amiserat in meridie passionis. 447.v.x
 Sollicitudo iusti. 196.e
 Soluedum non minus quam vouerimus. 105.c
 Somnus triplex. 265.b
 Somni genera quinque. 550.li
 Sopor quem immisit dominus Adæ. 8.m
 Sopor Abrahæ & contemplatiuorum. 23.y
 Spelunca in duplici sepeliri debent sancti. 26.x
 Spes nobis non in operibus nostris, sed in misericordia sola redemptoris est habenda.

I N D E X.

- habenda. 66.b
 Spe peccans non meretur
 veniam. 396.d
 Spes victoriæ certatē con-
 fortet. 253.q
 Spiraculum vitæ in faciem
 hominis spirat Deus mo-
 raliter. 7.f
 Spiritualis vir diiudicat o-
 mnia. 1.d
 Spiritualis dulcedo carnalem
 pellit. 48.f
 Spiritualis viri saginatio.
 122.k
 Spiritualium studiorum pro-
 ductus. 160.e
 Spiritualis cogitur redire ad
 curam corporis. 306.k
 Spiritualis non appetitum
 sequitur, sed iudicium ra-
 tionis. 554.x
 Spiritus sancti septem dona.
 298.b.299.c.d.&c.
 Spiritus sanctus inflammare
 solet sacrificia iustorum.
 86.z
 Spiritus sanctus aspernatur
 tam fictionem quam ne-
 gligentiam. 267.lh
 Spiritus domini operatur
 multipliciter. 268.n
 Spiritu qui cœperint, carne
 consummantes. 42.r.326.b
 Spiritus qualiter infundatur
 mentibus sanctorum a qua-
 tuor ventis. 330.r
 Spiritus sancti triplex pro-
 cessio ad homines. 464.i.
 466.m
 Spiritum accipiunt in colum-
 ba, qui pro peccatis suis
 gemunt. 488.n
 Spiritus sanctus aduenit in
 homines a quatuor locis.
 510.t
 Spiritus sanctus vnicus in es-
 sentia, multiplex in effe-
 ctu. 551.k
 Spiritu Dei non viuit, quem
 eius non accendit elo-
 quium. 544.k
 Spiritum Dei non habet,
 quisquis ab unitate diui-
 ditur. 603.e
 Spiritus sanctus disponit nos
 tripliciter. 569.b
 Spirituum diuersitates. 570.h
 Spiritum vnquamque ma-
 nifestat loquela. 571.i
 Sponsus inuitatus a sponsa
 reinuitat eam ad amoris
 studia. 264.z
 Stare. 227.k
 Stare in regione vicina mo-
 raliter. 26.p
 Stare Dei, angeli, & homi-
 nis. 292.n.o.293.p
 Stare, transmigrare, aspicere,
 commendantur in Apo-
 stolis. 535.f
 Stateres duo, quibus compa-
 rantur modius similis, & duo
 modij hordei. 178.ante z
 Statua salis in quam vxor
 Loth versa est. 26.q
 Statue auree in Danièle my-
 sterium. 331.v.333.x
 Statuam auream adorare.
 335.z
 Status sanctorum post mor-

I N D E X.

tem.	80.e	Superbi se perfectis perfectes.	304.d
Status duplex hominum.		Superbus omnis supra dominum extollitur.	584.a
113.z		Superbia generat contemptum.	305.i
Status sanctorum in presentia.	136.y	Superbia sterilis est, humilitas fecunda.	331.t
Status sanctorum triplex.		Superbiae violentia.	369.p
242.a		Repressio.	381.f
Status electorum tres.	264.a	Condemnatio.	463.d.584.a
Status duplex naturae humanae.	385.g	Superna non docentur verbo sed reuelantur spiritu.	554.v
Stella Christi omnes conduct.	329.k	Supplicandi genera quatuor.	386.g
Stolae martyrum quomodo dealbentur in sanguine agni.	605.m	Surgendum tripliciter.	131.a
Structurae caelestis ratio.		Surgendum cum Christo, & quo tempore.	324.v.325.x
157.v		Synagogae inuidia.	15.b.p
Studium spiritualium & scripturarum.	105.a.b	T abernaculi utensilium ratio.	64.p.f
Studia literarum.	192.h	Tabernaculum & vasa eius oleo spiritus sancti consecrantur.	68.i
Suauietas Dei gustata non remittit feruorem ad poenitentiam.	27.v	Tabernacula tria facienda, Christo, Moyse, & Heliae.	421.k
Subiici se patiens praepositur.	405.f	Tabulas legis frangere moraliter.	69.n
Sublimia non sunt inquirenda.	49.v	Tactus Christi dulcedo.	470.d
Subucula linea sacerdotum.		Talpa cupiditatem notat.	89.v
84.post r		Tauri.	227.m
Summus fit nemo repente, ne turpissimus.	253.x	Templum.	ibidem.n
Superbia vitanda.	94.k.l.	Templi sanctitati ne confidat in eo peccans.	321.k
145.e		Tempestas probat peritium nauae.	405.v
Superbus & potens est uocandus ad viam iustitiae blanditiis.	108.r.109.f		in Tem-
Superbiam occultam prodit lapsus carnis.	111.g		
Superbia quibus armis perimatur.	141.k		

in Te
Temp
354
Temp
cat
Tem
352
Temp
Co
Temp
cat
Temp
Chr
Temp
obli
rum
Temp
rant
Temp
253
Temp
tent
Teneb
Teneb
per
Teneb
ne g
dere
Tentar
cerd
23.x
Tentat
stra
Tentat
Tentat
pagi
Tentat
nobi
Tentat
quant

INDEX.

- in Tempore. 228.o
 Temporalium vsus. 132. h
 354.e.355.n
 Temporalium amor excæ-
 cat mentem. 118.d
 Temporalium vanitas.
 352.t
 Temporalium amor. 357.y
 Contemptus. 358 f
 Temporalium ne sit suppli-
 catio. 402.d. & seq. e. 525.g
 Temporalia contemnit quæ-
 Christus illuminat. 442.g
 Temporalium abundantia,
 obliuionem parit æterno-
 rum. 568.z
 Temporis damna pauci plo-
 rant. 274.f
 Tempus belli & pacis &c.
 253.9
 Tempus præsens ad pœni-
 tentiam concessum. 459.p
 Tenebræ. 228.p
 Tenebræ quomodo sint su-
 per abyssum. 1.c
 Tenebras nostras sine lumi-
 ne gratiæ præueniente vi-
 dere nequimus. 2.f
 Tentatio non amoueat sa-
 cerdotem à sacrificio.
 23.x
 Tentationes quibus vita no-
 stra fatigetur. 195.b
 Tentationes diaboli. 346.n
 Tentationes omnes vincit
 pagina sacra. 384.d
 Tentationes quomodo in
 nobis nascantur. ibidem, f
 Tentationis contra insidias
 quanta opus sit nobis in-
 dustria. 385.h
 Tentatio specialiter dicitur
 gula. 399 x
 Tentationes reprimendæ.
 370 x
 Tentationis victoria testat-
 ur in nobis generationem
 cœlestem. 601.y
 Tentatur vnusquisque ab v-
 no aliquo dæmone ten-
 tationibus propriis.
 480.k
 Tepidus euomitur à domi-
 no. 603.f
 Terra lacte & melle manans.
 21.r
 Terræ maior pars pluribus,
 id est stultis contingit: &
 terræ promissionis maior
 pars pluribus, id est pluris
 æstimandis. 112.m
 Terra mouetur per tria. 247.
 t 248 v.x.
 Terra nostri corporis post
 resurrectionem replebitur.
 289.g
 Terra hominum tripliciter
 habitatur. 303.z
 Terrena despiciere, & amare
 cœlestia, prophetiæ genus
 est. 560.v
 Terrestres homines qualiter
 in cœlestes generentur.
 562.d
 Testem nullum conscientia
 vera veretur. 2.e
 Testes sub quibus peccat
 homo. 277.v
 Testimonium auris & oculi
 ratum. 408.k

INDEX.

- Testimonium salutis à quibus sit nobis quarendum. 457.d
 Testimonium triplex interris. 601.a.602.c
 Testimonium triplex in cœlo. 602.b.603.d
 Thamar est anima peccatrix. 41. l.m. 40.o. Et quomodo anima peccatrix Dei copula perfruatur. ibidem.
 Theologiam professi ne aliò se conuertant. 137.z
 Thesaurum animæ quomodo dæmones dentibus demoliuntur. 161.g
 Thesaurus in agro corporis reperibilis. 413.k
 Thesauri, margaritæ, & sagenæ parabolis quid designentur. 414.l
 Thesaurus sapientiæ in agro cordis qualiter est quærendus. 419.m
 Thomas vnus de duodecim, exponitur. 531.f
 Thomæ modesta increpatio. 532.h
 Timor Dei quibus studiis oriatur in nobis. 32.f
 Timor Dei est homini necessarius. 45.c. Malum autem est excedere modum in timore quanlibet ordinato. ibidem, d
 Timor seruilis. 121.c
 Timoris & charitatis impetus nulla potest malitia sustinere. 122.n
 Timor & charitas in hoc seculo nos circumcidunt. 127.n
 Timor Dei quam suis discipulis legat lectionem. 233.b
 Timor Dei triplex. 600.x
 Timor solus custodit gratiam quam ipse meretur. 246.p
 Timendum sapienti donec viuuit. ibidem.q
 Timor hominis reprimat peccatum, timor Dei celat ipsum. 273.b
 Timoris, doloris, hominis, pudorisque materia quantafit. 284.h
 Timor domini. 362.f.g
 364.x
 Titulus triplex. 30.l
 Trabis nomine notatur superbia. 402.g
 Tradendi electos ad Deum modi 522.p.q
 Transmigratio triplex. 535.k
 Tribulatio mundi nos impellit quandoque ad seruitiũ Dei. 48.r
 Tribulatio hic nos nutrit. 51.l
 Tribulationis utilitas. 51.l
 113.o. 126. ante f. 127.h.
 194.n. 333.z
 Tribulatio nos humiliat. 125.d
 Tribulatio vitæ præsentis meretur requiem in futuro. 503.k.
 368.v
 Tributum diaboli. 368.v
 Tribus

Trib
 fe
 te
 ra
 Tri
 t
 Triu
 vi
 in T
 du
 da
 Trin
 tic
 Trin
 ho
 35
 Trin
 tem
 51
 Trin
 gn
 li.
 Tuba
 108
 Tuni
 lis.
 Turb
 sum
 De
 46
 Turru
 riu
 V
 Vanit
 250
 Vanit
 teri
 Vanit
 Vanit

INDEX.

- Tribus vicibus in vno anno
 festa celebrat, qui in vnitate
 & trinitate Deum adora-
 rat. 59.i
- Triduo dominum sustinen-
 tes. 442.c.f
- Trium dierum in desertum
 via. 50.c
- in Trinitatis fide nulla gra-
 duum distinctio est haben-
 da. 58.d
- Trinitatis fides perfecta an-
 tiquis defuit. 124.z
- Trinitati diuinæ debetur ab
 homine triplex sacrificiū,
 356.q
- Trinitatis prodiga in salu-
 tem nostram affusio .
 515.q.
- Trinitas tota qualiter impu-
 gnatur ab homine carna-
 li. 580.p
- Tubæ duæ argenteæ .
 108.o.p
- Tunica domini inconsuti-
 lis. 526.n
- Turbæ cūm irruerent ad Ie-
 sum, vt audirent verbum
 Dei, & ipse staret, &c.
 464.k
- Turturis & columbæ myste-
 rium. 79.a. 459.q
- V**anitas mundi. 51.n. 358.
 g. 361.t.v.x.b
- Vanitatis triplex genus .
 250.c
- Vanitas religiosorum in-
 teriora corrupans. 329.n
- Vanitas temporalium. 352.t
- Vanitatem cordis tam per-
 sequi debemus, quàm cor-
 poris voluptatem. 439.q
- Vas. 228.q
- Vasa & lebetes tabernaculi.
 64.f
- Vasa fictilia & ærea signifi-
 cant corpus & animam.
 82.l
- Vasis virtutum quomodo de-
 prædatur diabolus animā
 fidelem. 465.f
- Velle bonum habemus à
 Deo, velle simpliciter à na-
 tura. 544.g
- Ventris ingluuiē euasisse, fi-
 liationis diuinæ est indi-
 cium. 386.m.n
- Verbum. 229.f
- Verbi Dei necessaria est fœ-
 cundatio. 90.k
- Verbi Dei desiderium fasti-
 dit delicias. 309.t
- Verbum Dei ros & manna.
 ibidem,y
- Verbi Dei fructificatio .
 162.i
- Verba aliter accipere quàm
 vsus, non est mentiri. 190.h
- Verba tria & silentia tria.
 271.z
- Verbum patris vnitum car-
 ni, vt beatitudo miseriam
 absorbeat. 297.x
- Verbi Dei efficacia. 481.o.
 590.b. 591.c.d. 592.e
- Verbum Dei sequendo tene-
 tur melius quàm legendo.
 505.t
- Verbū Dei aliter bonis quā
 malis sapit. 514.m

I N D E X.

Verbum asperum.	228.r	Adæ & Aeuæ.	13.f
Verba prælatorum qualia sint.	548.c	Via.	229.y
Verba quinque quæ loquitur nobis Deus.	561.z	Via qualiter sit domino paranda.	235.g
Veritas cognoscitur in humilitate.	31.n	Via virgè dirigitur tripliciter.	403.h
Veritas.	229.v	ego sum Via, veritas, & vita, dupliciter intelligitur.	523.x
Veritas & doctrina debent copulari pari scedere in peccatore pontificis.	67.z	Via quatuor Deo ignota.	426.f
Veritas & misericordia in liberatione adulteræ commendantur.	515.r	Via ad mortem, & reditus ad vitam.	360.f
Veritatè qui audire nolint.	192.b	Videre, Vide in verbo Audire.	205.v
Veritatis cognitor faciat tria.	312.f	Viduz preces qui exaudiuit, multo magis preces ecclesiæ exaudiet pro resurrectione.	468.q
Veritas quibus sit quasi peregrina.	ibidem.n	Vigiliæ quatuor, & earum horarum.	435.g
Vermis.	229.t	Vilis tibi appareas in successu virtutum.	125.e
Vermis dicitur Christus tripliciter.	55.m	Villicus hominis diuitis.	492.a
Vesperæ peccati subiungitur statim mane veniæ.	95.p	Vinum nouum, obedientia noua.	434.e
Vespere autem sabbati, &c.	437.m.n. 438.o	Vinum lætificans non infunditur nisi cõscientiæ mundæ.	440.f
Vespertilio.	88.g	Vinum apostolos inebrians.	535.v
Vespertinum & matutinum quid, &c.	67.e	Virga, Vide Baculus	206.y
Vesperum.	229.x	Virgæ Iacob notant ecclesiæ ordines.	34.g
Veste duplici vestitur, qui facie nitens, corde sordet.	97.a	Virga in qua venit Moyses ad Pharaonem.	50.g
Vestes filiorum Israël non esse attritas, significat seruandam semper vestem nuptialem.	3.k	Virga aliis, aliis draco fit diuina correctio.	49.z
Vestimentum quadruplex		Virgula est perseuerantia & discre-	

I N D E X.


- discretio. 52.p
 Virgam quàm malleum susti-
 nere præstat. 463.f
 Virgo cõgruè ab angelo sa-
 lutatur. existimat tamen se
 eius saluatione indignâ.
 451.i. 452.k
 Virginitas angelis cognata.
 451.i
 Virginitatis præconia. 557.l
 Viri nominantur apostoli.
 285.n
 Viri sex vasa gestantes.
 329.m
 Virtutum baculo & culmini
 innitendum. 30.i.m
 Virtuti intendere, plus est
 quàm vitia obliuisci.
 94.a
 Virtutes quatuor cardina-
 les. 63.l
 Virtutum in successu magnū
 est in oculis suis vilem ap-
 parere. 225.e
 Virtutes & carū præmia lar-
 girur Deus. 318. ante z
 Virtutum ad culmen ascen-
 dentes solent duobus one-
 ribus à dæmoniis onerari.
 305.h
 Virtus nostra non est virtus
 censensa, si ad Dei virtutē
 conferatur. 328.k
 Virtutum profectum opera-
 tur in nobis Dominus.
 330.f
 Virtutis trinæ exemplum in
 Apostolis. 535.f
 Visione Dei fruemur tripli-
 citer in cælo. 605.l
- Visitat nos dominus triplici-
 ter. 249.z
 Vita præsens quare dicatur
 nox. 324.t
 Vitæ præsentis paupertas, fu-
 turæ vbertas. 188.e
 Vita animæ est iustitia. 554.o
 Vita nostra vel martyrio vel
 pœnitentia perdenda est
 vt seruetur. 521.l
 Vitia prius extirpētur quàm
 inferantur virtutes. 244.g
 Vitia quomodo debeant ex-
 tirpari. 320.f
 Vitiorum ternarius. 351.n
 Vitia nō sunt in nobis mor-
 tua, sed compressa. 543.e
 Vitia quibus receditur à sa-
 lute. 551.l
 Vitis comparatur partui vir-
 gineo. 278.z
 Vituli. 230.z
 Vlnis accipere Christum.
 461.v
 Vltio peccantium notificat
 iustos. 86.a
 Ultra æternū quomodo di-
 catur. 55.g
 Umbra. 230.a
 Umbra triplex. 261.m
 Vnctio altaris mystica. 106.l
 Vnctio triplex. 145.f
 Vnctione spiritus sancti qui
 ignorant. 68.k
 Vnctio spiritus dulcorat om-
 ne amarum. 280.c
 Vnguentum, Vide Oleum.
 218.p
 Vnguentū cõtritionis. 440.
 a. Deuotionis & pietatis.


INDEX.

- C ibid. b. c.
 Vnicornis. 230. b
 Vnicus, siue vnigenitus. 231. c
 Vnio propria est spiritualiū.
 23. r
 Vnionis, & consensus vtili-
 tas. 128. r
 Vnitas. 422. q. 603. e
 Voces quatuor notādæ sunt
 scilicet vxoris, mundi dia-
 boli, & Dei. 13. h
 Vocem & manum eleuamus
 tripliciter. 301. o
 Voci pœnitentis respondet
 Dominus. 306. n. 307. o
 Vox cōcipitur & nutritur in
 silentio. 450. f
 Vox Domini. 231. d
 Voluntatis propriæ immola-
 tio. 27. t
 Voluntatis malitia nedum o-
 peris meretur iram domi-
 ni. 96. t
 Voluntas quid sit, & quantū
 malum. 176. p. q
 Voluntatis propriæ proge-
 nies duplex. 246. r
 Voluntatē domini fieri quid
 sit. 291. m
 Voluntatis nummo emenda
 est gratia. 317. v
 Voluntas bona interdū suf-
 ficat ad salutem sine opere.
 454. t. 455. y
 Voluntarij duntaxat trahun-
 tur à patre ad filium. 513. h
 Voluptatis perniciēs. 270. f
 Voluptas carnis. 357. b
 Vota sua reddant spiritualēs.
 113. r
 Vpupa. 88. q
 Vriæ similes in ferendis lite-
 ris mortis. 148. n
 Vsu quantumuis grauiæ læ-
 uigantur. 196. c
 Vter. 232. e
 ab Vtero. ibidem. f
 Vulneribus Christi ortus est
 fons veritatis. 533. k
 Vulnerati. 232. g
 Vulpes. ibid. h
 Vultur. 88. n
Z Achæus publicanus.
 498. p
 Zelo maximo idololatriam
 persecuti sunt sancti. 40. a
 Zelus verus est ad protegen-
 dum quàm ad ferendum
 promptior. 46. f
 FINIS INDICIS.



r
c.
n-
h
.f
b
s.
q
e-
n
e-
.c
e.e
.f
eft
.k
g
.h
n
m
a
n-
m
f.
.









Il

Il

Il

Il

Il

Il

Il

Il

Il

Il

Il





